20

1028

1028-
XVI-4

2.751

Est. 27 = nº 130 =

2º B. B.
18

OPERA DOCTORIS

ALPHONSI
DE AZEVEDO
IN HISPANIÆ REGIAS
CONSTITVTIONES,

SEX TOMIS COMPRÆHENSA.

Libreria de Nº Fran.co de Sa

14
J. 88 8

COMMENTARIORVM

IVRIS CIVILIS

IN HISPANIAE REGIAS CONSTITVTIONES.

TOMI SEX.

QVORVM HIC PRIMVS TRES PRIORES Nouæ Recopilationis libros complectitur.

AVTHORE DOCTORE ALPHONSO DE AZEVEDO, I.C. PLACENtiaq; ciuitatis in Hispaniarum Regnis ciue, & incola: & nunc cura, & studio D.D. Ioan. de Azeuedo filij, Ciuitatis Burgensis Vicerectoris.

HAC NOVISSIMA EDITIONE, COMMENTARIORVM continuatione, suis locis legibus interiectis aucti, infinitis mendis typographicis castigati, summarijs singulis legibus adiectis, & characterum varietate distinctis allegationibus ornatius editi.

AD NOBILISIMVM DOCTISSIMVMQVE VIRVM, DOMINVM Gabrielem de Trexo Paniagua, Militaris Ordinis de Alcantara Equitem, à Consilijs Regis Catholici, & in supremo Sanctæ, & generalis Inquisitionis Consilio Senatorem, & Regij Sacelli Ioannæ, Principis Portugalliæ Sacellanum supremum.

CVM INDICE GENERALI RERVM, VERBORVM, sententiarumque notabilium.

BIBLIOTECA DE PATRIMONIO Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA -

Anno 1612.

CVM PRIVILEGIO.

EN MADRID,

Se venden en casa de Iuan Hasrey.

TASSA.

YO Miguel de Ondarça Zauala, escriuano de Camara de su Magestad, de los que en su Consejo residen, doy fee, que auiendo se visto por los señores del dicho Consejo, vn libro intitulado, Azeuedo, sobre la nueua Recopilacion, Compuesto por el Doctor Alonso de Azeuedo, que con licencia de los dichos señores fue impresso: Tassaron a seys marauedis cada pliego del dicho libro, en papel, y a este precio, y no mas, mandaron se vendiesse el dicho libro. Y que esta Tassa se ponga en cada pieza del dicho libro, y para que dello conste, de pedimiento de Iuã Hasrey, y mandado de los dichos señores, di esta fee, en Madrid, a veynte y nueue de Otubre de mil y seyscientos y doze años, y en fee dello lo firme.

Miguel de Ondarça Zauala.

Estas obras de Azeuedo, sobre la nueua Recopilacion estan diuididas en seys tomos, y tienen todos seys tomos seyscientos y onze pliegos, que conforme a la dicha Tassa, montan tres mil y seyscientos y sesenta y seys marauedis, que hazen ciento y siete reales, y veynte y ocho marauedis.

OPera Doctoris Illefonsi de Azeuedo nouæ Recopilationis vidi, & cum suo archetypo contuli, quod sacræ Cęsareæ Maiestatis senatus, idemq; grauissimus approbauit, & eorũ quæ typis excusi sunt, exemplar esse voluit; omniaque in eis adeò sunt verè, & fideliter impressa, vt nihil in eis notatu dignum inuenerim, quod non correspondeat suo exemplari. Datum Matriti die decima mensis Octobris anni. 1612.

Licenciatus Franciscus Murcia de la Llana.

Domingo de Ostaus

NOBILISSIMO, DOCTISSIMOQVE VIRO, DOMINO GABRIELI DE TREIO PANIAgua, Militaris Ordinis de Alcantara Equiti, à Consilijs Regis Catholici, & in supremo Sanctæ, & Generalis Inquisitionis Consilio Senatori, & Regij Sacelli Ioannæ, Principis Portugalliæ, Sacellano supremo, Doctor Ioannes de Azeuedo Ciuitatis Burgensis Vicerector. S.D.

REctè atque ordine fit, vir illustrissime, si qui de multis benemerentur, gratiam ab omnibus adipiscuntur Neque enim æquum est, conscientiæ suæ pręmio contentos, gloria, iustissimo ac proprio virtutis fructu, defraudari. Igitur, vt olim positis celebri loco statuis, sic hoc æuo benè de humano genere meriti frequentiùs literarum monumentis immortalitati cõsecrantur. Nam sapientum consensu hic mos inualuit, vt præclarorum ingeniorum opera clarissimis nominibus inscribantur; quæ velut in ipso vestibulo absterreant iniquos, æquos admittant. Et sanè bonis cognatum est, bonorum delectari laudibus: quarum etiam commemoratione generosæ mentes ad saluberrimam æmulationem solent exercitari. Sed, vt nihil tam sincerum est, quod non vitiat infectus animus; hoc more multi ad adulationem, & ambitum abutuntur, dum passim, aut præstantissimæ lucubrationes cum inepta laudum congerie offeruntur indignissimis; aut vilibus opellis præstantissimi patroni non sine contumelia, vt arbitror, adoptantur. Ego quidem, & dignum huic operi patronum, & patrono non indignum opus, videor inuenisse. Operis per se dignitas elucet: quod quid meum, id est parentis mei diligentissimis commẽtationibus illustratum, splendidissimo nomini tuo dicatum eo. Diligentissimis dico, quòd decentius putem à diligentia parentem, quám ab ingenio, & eruditione commendari. Quam tamen ei laudem nemo, spero, inuidebit; aut si inuideat, non eripiet. Tuas verò dotes, vt cumque celebrauero, potero inuidenti, quám assentanti, videri propinquior. Simpliciter, & purè referam, nobilitatem cum doctrina; doctrinam cum rerum vsu; hunc verò cum probitate, aut veriùs, cum eximia pietate copulasti. Nobilitatis, vt formæ, si segregetur à comitatu virtutum, cassa laus est: sed si in pulchro corpore gratior existit virtus; profectò in egregio genere accidet gratissima. Tuum qui exactiùs cupiat noscere, ad Annales remittam: nam tui maiores hoc honoribus, & rebus gestis perfecerũt, vt eorum laudes non nisi cum Hispanæ gentis laudibus ignorari queant. Haud tamen tibi nobilitas, vt plerisque, illecebra desidię fuit: sed vt natalibus, sic scientia inter mortales eminere, congruum duxisti. Itaque indefesso labore, & admirabili ingenio, iudicijque acrimonia capacissimum pectus diuinarum, ac humanarum rerum cognitione compleuisti. Quare postquam in præclara Salmanticensium Academia summa cum laude Præceptoris munus professus es, in maiori omnium Archiepiscopali Collegio cooptatus, publicisque stipẽdijs ditatus, vt Institutionum Codicisque Iustinianei Antecessor, deinde Digesti noui perpetuam Cathedram Vespertinam regeres; post decennium eo loco honorificè transacto Fisci Regij procurator primũm, posteà Pinciæ Senator renunciatus, cito te inde in altiorem locum virtutum magnitudo prouexit. Inter Militarium Ordinum iudices, vt velut per gradus ascenderes, assumptus es. Nãne quidem hunc satis amplum virtuti tuæ campum Rex iudicauit. In Augustissimo Consilio, quod summæ religioni præest, & quo huius Monarchiæ salus continetur, cõsidere iussit. Tantisper inquam considere, donec in altius extollendi fastigium nascatur occasio. Iam enim multis experimentis compertum est, nullum tam graue onus esse, quod sustinere non possis; nullum tam vastum munus, quod non implere; innocentiamque tuam, integritatem, modestiam tam altis fundamentis inniti, vt quantũuis sublime honorum culmen non expauescant. Quemadmodum enim ferè contingit, vt cùm in editum, ac præruptum locum homines conscenderint, vertigine corripiantur: sic nihil familiarius, quàm in excelsum dignitatis verticem alienis manibus sublatos, velut offusa caligine, sibi non constare. Hæc non auribus tuis, sed veritati, sed posteritati dantur: non enim me fortunæ, sed virtutis tuæ cultorem velim existimes; atque vt hoc qualecumque deuoti animi mei pignus nõ despicias, qui nihil, quod publicè prodest, despicere potes. Desinam in voto, ne qua honorum tuorum cursum malignitas interrumpat: quos si pares meritis consequeris, consequêris summos. Vale. Burgis pridiè Kalendas Octob. 1612.

TYPO-

TYPOGRAPHVS Lectori.

CVM Pro ſtudio, quo teneor publicis vtilitatibus inſeruiendi, beneuole Lector, expetitam diu Doctoris Ioannis de Azeuedo, Commentariorum in leges Regias editionem curandam ſuſcepiſſem, ſedulò attendi, ne quid, quod mearum partium eſſet, meritò deſiderares. Innumeris ergo mendis, quibus ſuperiores editiones ſcatent, expurgatam deprehendes. Indicem præterea locupletiſsimum, non ſingulorum, vt ante librorum, ſed vniuerſi operis concinnauimus. Additiones, quæ decimi libri vicem hactenus obtinuerunt, ſuo loco inſeruimus. Typos elegimus non inelegantes. Si quid diligentiam noſtram fugerit, humanæ conditioni, quàm culpæ noſtræ adſcribere, fuerit æquius; quandoquidem nihil omni ex parte abſolutum adhûc reperiatur. Laboribus itaque noſtris faue, Lector, & fruere.



EL REY.

POR quanto por parte de vos el Dotor Iuan de Azeuedo, vecino y Aduogado de la Ciudad de Plasencia, nos fue hecha relaciõ, que el Dotor Alonzo de Azeuedo, vuestro padre, diffunto, hauia glossado LA NVEVA RECOPILACION por entero, y hauia addicionado la CVRIA PISANA, en que se hauia ocupado mas de quarenta años. Por lo qual y por estar recogido para el dicho effeto en lugar tan corto, como era la dicha ciudad de Plasencia, no hauia adquirido otro aprouechamiẽto alguno, ni os lo hauia dexado mas que tan solamente la impression de los dichos libros. Y porque el tiempo de los priuilegios y prorogaciones, que para ello se hauian dado ha expirado; y hauia falta de los dichos libros; nos fue pidido y supplicado os mandassemos prorogar las dichas licencias en sola vna cedula nuestra por tiempo de veinte años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon. Y nos tuuimos-lo por bien. Por lo qual os prorogamos y alargamos el termino de las licencias, que por nos se han dado para imprimir los dichos libros, que de suso va fecha mencion, y prorogaciones dellas por otros seis años mas; los quales corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula. Durante los quales os damos licencia y facultad, para que vos, o la persona, que vuestro poder vuiere, podais imprimir los dichos libros, conforme à las dichas licencias, guardando en todo su tenor y forma, sin exceder en cosa alguna. y cumplidos los dichos seis años mandamos no vseis mas desta nuestra licencia, ni se impriman los dichos libros, sin tener la de nos para ello. Dada en S. Lorenço el Real, à veinte y siete dias del mes de Octubre de 1610. años. YO EL REY. Por mandado del Rey nuestro Señor.

IORSE DE TOVAR.

LICENCIA PARA IMPRIMIR FVERA DEL REYNO.

YO Miguel de Ondarça Cauala, escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, de los que residen en su Consejo, doy fee, que en esta villa de Madrid à veinte y dos del mes de Henero deste presente año de mil y seiscientos y onze se presento ante los dichos señores la peticion del tenor siguiente.

Muy Poderoso Señor. El Dotor Iuan de Azeuedo, vecino de la ciudad de Plasencia, hijo del Dotor Alonzo de Azeuedo, ya diffunto, digo que el dicho mi padre glosso toda la NVEVA RECOPILACION, y hizo otras obras, en que se ocupo mas de quarenta años: y para las imprimir se concedio priuilegio: y vltimamente por hauer tanta falta de las dichas obras, que ha mas de dos años, que no se hallan à vender, se me prorogo por seis años. Y aunque he procurado en estos Reynos que se encargue de la dicha impression por su quenta; por ser de tanta costa en ellos no hay quien se atreua por la grãdeza de la impreßion: y para las imprimir en Amberes, Estados de Flandes, hay persona en esta Corte de los libreros della, que me las compran, obligandose à que en ella començarà el primer pliego, acabando la en la dicha ciudad de Amberes; y que acabada la traera à el vuestro Consejo, paraque se taße. Y so color de vna nueua pregmatica, que ha salido, paraque los libros, que de nueuo se compusieren por los naturales destos Reynos, no se puedan imprimir fuera dellos, sin ser vistos y aprouados en el Consejo y dado licencia. No obstante que la prohibicion de ella no habla ni se entiende con las dichas obras, que son libros antiguos, ya vistos y aprouados en el Consejo: todauia como la impression es tan grande, y la carta tanta, en esta duda no hay quien se auenture à ella. Por tanto supplico à V. A. paraque la merced del dicho priuilegio me pueda ser vtil, me mande dar licencia, paraque las pueda imprimir à do dicho tengo y fuera destos Reynos, con calidad de que el comprador o persona, que de mi tuuiere causa, las haya de traer à tassar, antes que las pueda vender, à el vuestro Consejo, &c. El Dotor Iuan de Azeuedo Fajardo.

E vista la dicha peticion por los dichos Señores del Consejo, lo mandaron poner en consulta. Y auiendose puesto y visto en ello, se proueyo el auto del tenor siguiente.

Dasele la licencia que pide, por esta vez. y impressos los libros, no los venda sin traellos al Consejo, paraque se vean, y se tassen, y se cumpla con las leyes.

Como consta de la dicha peticion y auto, que queda en el dicho officio, à que me refiero. Paraque dello conste, de pidimiento del dicho Dotor Juan de Azeuedo, di el presente, en Madrid à veinte y nueue de Henero, de 1611. años. Y en fee dello lo firmé

MIGVEL DE ONDARÇA CAVALA.

SVMMA PRIVILEGII
ARCHIDVCVM.

ALBERTVS ET ISABELLA CLARA EVGENIA, Archiduces Austriæ, Duces Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Serenissimi Belgarum Principes, diplomate suo sanxerunt; ne quis *Opera Doctoris* ALPHONSI DE AZEVEDO *in Hispaniæ Regias constitutiones, super libros nouæ Recopilationis*, præter IOANNIS HASREY voluntatem vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impressa, in has inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliáue habeat. Qui secùs faxit confiscatione librorum, & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XXIIX. Septembris. M. DC. XI.

Signat

I. DE BERTI.

APPROBATIO.

DOCTORIS ALPHONSI DE AZEVEDO, *I. C. Hispani, super libros nouæ Recopilationis commentarios legi & pluries vidi, & in eis nihil Catholicæ Religioni aut bonis moribus contrarium inueni; sed plurima recta, veriq; consentanea. Quapropter, & quia in Hispania sæpius sunt editi, eos quoque, vt imprimantur in his partibus, dignos iudico. Datum Bruxellis 7. Iunij 1612.*

HIERONYMVS MARTINEZ Maldonatus I. C. Doctor.

Tabula titulorum in volumine hoc declarandorum, sequens est.

EX LIBRO PRIMO.

TIT. I. *De la santa Fé Catholica, Fol. 1*
Tit. 2. *De la libertad y exempcion de las yglesias, y monasterios, y guarda de sus bienes,* 13
Tit. 3. *De los Prelados y Clerigos, y sus beneficios y libertades, y calidades que han de tener, para ser naturales destos Reynos, y tener beneficios en ellos.* 37
Tit. 4. *De los Clerigos de corona solteros, o casados.* 63
Tit. 5. *De los diezmos,* 68
Tit. 6. *Del patronazgo Real, y de los otros patrones, y de como el Rey solo es comẽdero de lo abadengo,* 76
Tit. 7. *De los estudios generales, Rector, y Maestrescuela, Doctores, y estudiantes,* 83
Tit. 8. *De los juezes conseruadores, y otros juezes Ecclesiasticos,* 92
Tit. 9. *De los questores de las ordenes, y de los votos de Santiago,* 92
Tit. 10. *De las bulas, y bulas de Cruzada, y subsidios, y Comissarios, y officiales della.* 93

EX LIBRO SECVNDO.

TIT. I. *De las leyes,* 99
Tit. 2. *De como deuen los Reyes oyr y librar los pleytos.* 127
Tit. 3. *De lo que el Reyno ha de hazer muerto el Rey en la guarda de sus hijos, y quales officios vacan por su muerte,* 129
Tit. 4. *Del consejo del Rey.* 132
Tit. 5. *De los Presidentes y Oydores de las audiencias y Chancillerias de Valladolid y Granada,* 135
Tit. 10. *De la recusacion de los del Consejo, y Presidentes y Oydores de las audiencias, &c.* 138
Tit. 11. *De los Alcaldes de los hijos Dalgo,* 141.
Tit. 12. *De los procuradores fiscales del consejo, y audiencias, y delatores,* 144
Tit. 15. *Del sello Real,* 146
Tit. 16. *De los Abogados de Cortes y Chancilleria, y otras partes.* 146
Tit. 18. *De los secretarios que libran con el Rey,* 166.

EX LIBRO TERTIO.

TIT. 4. *De los Adelantados y Merinos, y Alcaldes mayores de los adelantamientos y merindades, y sus oficiales,* 167
Tit. 5. *De los Assistentes y Corregidores,* 170
Tit. 6. *De la instruction y leyes de lo que han de hazer los Assistentes, Gouernadores, Corregidores, y Iuezes de residencia del Reyno,* 186.
Tit. 7. *De las residencias y juezes que las han de yr à tomar,* 226
Tit. 9. *De los Alcaldes ordinarios y delegados,* 255.
Tit. 10. *Del aranzel de los derechos de las justicias ordinarias,* 291
Tit. 11. *De los Alcaldes de sacas de cosas vedadas sacar del Reyno,* 292
Tit. 13. *De la jurisdicion del Prior, y Consules de Burgos y Bilbao.* 294
Tit. 14. *De los Alcaldes entregadores,* 298
Tit. 15. *De los Aposentadores y aposentos de Corte, y de las guardas,* 307
Tit. 16. *De los Protomedicos, examinadores, y de su jurisdicion,* 307
Tit. 17. *De los Barberos flotomianos,* 309

FINIS.



TOMVS PRIMVS
COMMENTARIORVM IVRIS CIVILIS IN HISPANIÆ REGIAS CONSTITVTIONES,

Tres primos libros nouæ recopilationis complectens.

LIBER PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS
De la ſancta fé Catolica.

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Laici implicitè, clerici verò explicitè tenentur ſcire fidei articulos.*

2 *Omnes iam poſt tempus gratiæ reuelatæ tenentur habere fidem de myſterijs Chriſti.*

3 *Myſteria tamen hæc & articulos fidei an teneatur quis memoriter ſcire.*

SVMMARIVM.

Quomodo quilibet Catholicus credere, & tenere ſanctam fidem Catholicam ſit obligatus.

ENSEÑA Y PREDICA. Hæc ſunt prima legis noſtræ verba. Et quoniam in volumine huius recopilationis de iuſtitia, & eam concernentibus tractandum eſt, cuius quidem iuſtitiæ præcipua pars eſt religio, huiuſque religionis principium eſt fides, *vt inquit gloſſ. in rubrica, C. de ſumma Trinit. & fid. Cath.* ideò prius de fide præmittitur titulus noſter, & cùm de hac præcipua iuſtitiæ parte nihil fieri, & operari poteſt, niſi cognito eo, in quo conſiſtit, ordinatim lex noſtra declarat, quid eſt quod quilibet Chriſtianus debet ſcire, credere, tenere, & firmiſſimè confiteri. Inſuper etiam declarat qualiter & quomodo quilibet Chriſtianorum ſcientiam in fide conſiſtentium habere tenetur. Et inquit quòd laici † debent ſcire implicitè, & ſimpliciter tenentes 1
& credẽtes id, quod tenet & credit ſancta Catholicaque Romana Eccleſia: clerici verò explicitè & extenſè, & in hoc lex noſtra approbat doctrinam Abb. & aliorum *in rubrica, numero 6. extra de ſumma Trin. & fide Cath.* nam *vt inquit Caſtro, de iuſta hæreticorum punit. lib. 1. c. 9. pag. 4. in paruis,* non omnes eadem lege tenẽtur circa fidem, quoniam plus exigitur à viro docto, quam ab idiota, plus à viro eccleſiaſtico & ſacris dedito, quàm à laico & profano, plura oportet ſcire prælatum, quã ſubditum: Labia enim ſacerdotis, *vt ait Dominus Malac. 2.* cuſtodient conſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Prælatos & predicatores, licet ignorantia ſæpè excuſet ab hæreſi, non tamen ita excuſat à peccato, quia tenentur ſcire omnia, quæ ad officium ſuum exequendum ſunt neceſſaria. Plebs verò indocta, *inquit Caſtro, vbi ſuprà,* & promiſcuum vulgus non tenetur ſcire pluſquam eos fidei articulos, qui in Apoſtolorum ſymbolo explicantur, neque ad ſubtilem illorum intelligentiã obligatur, ſed ſatis eſt illi ſi groſſo modo intelligat, dũmodo hanc habeat animi promptitudinem, vt paratũ ſit credere quicquid aliud Eccleſia docuerit. Si ruſticus homo quidquã aliud pręter hos fidei articulos ignorauerit, non peccabit, quia ignorantia illum excuſabit, *hæc Caſtro:* hoc tamen curioſius & melius explicat *Gregorius Lupus* vir ſanè ſcientiſſimus, *in l. 1. verbo, Deuen los ſaber, tit. 3. p. 1.* optimè, inquiens, quod iam omnes † poſt tempus gratiæ reuelatæ tenen- 2
tur habere fidẽ de myſterijs Chriſti, præcipuè quãtum ad ea, quæ communiter in Eccleſia ſolenni-

zantur & proponuntur, prout sunt articuli Incarnationis, quos quidē Incarnationis articulos, quoniam Christianus scire & credere explicitè nō potest sine fide Trinitatis, vtpote quia in eis cōtinetur quòd filius Dei carnem assumpserit, quod per gratiā Spiritus S. mundum renouauerit, & quod de Spiritu S. conceptus fuerit, ideo post tēpus gratię explicitè credēdū est mysteriū Trinitatis, quod quidē mysterium, quoniam in articulis fidei cōtinetur & confitetur, idcirco omnes articulos fidei scire tenentur, *prout & asserit Pedraza in sua summa, lib.1.c.4.de mandato primo, declaratione 2. & singulariter per doctissimū Simācas, in de inst. Cath. tit. 28.n.8.cum 4.seq. & videnda est optima lex 27.tit.4. p.1.* Quapropter Christianissimè ille bonæ & recolēdæ memoriæ illustrissimus Petrus Pōce de Leō meritissimus Episcopus quondā noster, electusq; generalis apostolicus Hispaniæ Inquisitor, per suū generale mandatum in toto hoc Placentiæ episcopatu iussit, quod omnes à minimo discretionē habente ad maiorem vsque, tenerentur articulos fidei, præcepta Decalogi, cū orationibus quotidianis vsq; ad certū tēpus scire, aliàs quod absolui nō possent à suis parochis & confessoribus, quibus pœnā excōmunicationis imposuit, si aliter absolutionē concederent, quas ob res omnes diligenter hæc procurauerūt addiscere, & memoriæ cōmendare, maximūq; cōmodum & vtilitatē episcopatui attulit dictū mādatum, & in posterū allaturū credo, & ne aliqui negligentes forent, deberet omni anno reualidari & publicari. Cogere enim possunt Episcopi subditos suos ad hæc, *secundū Did. Perez glossat. Salmantinū. in præsenti, col.29.vers. aliud etiā.* Inquit tamen Pedraza, *vbi suprà, in primo Decalogi præcepto, in prin. vers. Secundo Si saben*, non esse necessariū* omnia hæc mysteria & articulos fidei memoriter, Hispanè, *de coro*, scire, sed sufficere si de vnoquoq; quis interrogetur, quod sciat respōdere. Nā, *vt inquit Innoc. in c. nisi cū pridem, nu.4. extra de renunc.* nullus tenetur ad scire, sed tenetur ad operari secundum conscientiā, ad credere autē bene tenetur aliquis Securius tamen, imò & necessariū judico & credo, si memoriter hæc sciātur, satius enim tunc secundum conscientiā vnusquisq; operabitur, ea enim quæ memoriæ habemus, operari & seruare sciemus, peculiare nāq; præceptum est credendi, & necessariū ad salutē, *vt ad Heb.c.11. accedentē ad Deū oportet credere, & Mar.c.fin. qui non crediderit condemnabitur*, a ille actus qui necessarius est ad salutē, positus est in speciali præcepto. Inde enim colligimus esse præceptū diuinum de pœnitētia facienda, quia agere pœnitentiā homini peccatori est necessariū medium ad salutem, iuxta illud: Nisi pœnitētiā egeritis, omnes simul peribitis, ergo præceptū est diuinum credendi, & Paulus *1.ad Cor.c.14.* Si quis ignorabit, ignorabitur, id est, cōdēnabitur. Ergo si homo dānatur propter ignorantiā, præceptum est de eo, quod scire est, & specialis virtus est, quæ appellatur studiositas, per quā inclinamur ad quærendā scientiā earum rerū, quæ nobis sunt necessariæ aut vtiles, de qua virtute disserit Tho.2.2.q.166. Ergo cū sit specialis virtus, & ea quidē maximè necessaria, quæ inclinat ad hoc quod est scire, etiā debet esse speciale præceptum de actu sciēdi, nā præcepta dātur de actu necessariarū virtutum, & sic dictum Innocentij, & Pedrazæ, absolutè dictum non placet, nisi ad ordinatim scire referas illud, non verò ad excludendū scientiā & memoriā articulorum & mysteriorum fidei, quæ quidē & credere & scire tenemur, præsertim hisce tēporibus vbi hominum malitia abundat, & hæc pro lege prima, & pro rubricæ declaratione & exornatione.

3

IN LEGEM SECVNDAM.

1 *Ingratitudo excæcat oculos benefacientis.*
2 *Ingratitudinis causa donatio reuocari potest, cum ampliatione & declaratione.*
3 *Ingratitudinis causa potest pater filiū exhæredare, n.3. & alimenta denegare, n.4.*
5 *Ingratitudinis causa an possit collator beneficij reuocare collationem.*
6 *Ingratus reduci potest ad pristinam illegitimitatem & seruitutem.*
7 *Ingratus filius patri emancipati potest in pristinam potestatem reduci cum declaratione.*
8 *Ingratitudo est iusta causa degradandi filium à militia.*
9 *Ingratus, turpis, & vilis persona dicitur.*
10 *Ingratitudo debitoris liberati reintegrat obligationem, licet non hypothecam nec pignus.*
11 *Ingratitudinē patris filio nocere, sunt qui dicūt.*
12 *Gratitudo, & Deo & hominibus accepta est.*
13 *Gratitudo, & ingratitudo ita se habent correlatiuè, sicut humilitas & superbia.*
14 *Secta & Beguardorū & Beguinarū dānatur.*
15 *Delinquens fugiens ad clericum portātem corpus Christi, gaudet immunitate.*

SVMMARIVM.

Omnis fidelis corpus Domini nostri Iesu Christi associare tenetur sub eius pœna.

EL *conocimiento*. Sicut enim nulla peior res est, quā seruū non cognoscere Dominum, & quemlibet benefactorem suum, *iuxta illud Malachiæ 1. Filius honorat patrem, & seruus dominum suum, si ergo pater sum, vbi est honor meus, & si dominus ego sum, vbi est timor meus?* sic & ingratum non recognoscere benefacientem: nam si tibi gratus & beneficus sum, vbi est gratitudo & remuneratio. Excæcat enim ingratitudo* oculos benefacientis, cū sit ventus vrens siccās fontes pietatis, & fluenta gratię, *secundum Bern. de contemptu mundi, serm.2.* Quo peccato laborant libentet recipientes dona & beneficia, non recognoscentes illa, & quasi non receperint eorū obliuiscētes, omnium ingratitudinum genus exercentes ingratissimum, *Seneca dicente*, Ingratus qui non reddit, ingratior, qui dissimulat, ingratissimus qui obliuiscitur, & immemorē beneficij omnes oderunt, *teste Cicerone*, cuius ingratitudinis causa donatio perfecta reuocari † potest, *ex text. in l.16.tit. 4.p.5. cum similibus ibidem per glossatorem allegatis*. Adeò vt quamuis dicatur quod propter ingratitudinem donatio talis reuocari non possit, adhuc tamen si committatur, reuocabitur, *secundum Specul. in tit. de donatio. num.5. communis secundum Ant. Gomez. tom.2.c.4.n.14.* Quod tamen intellige dummodo

1

2

ipse

ipſe donator reuocet, quoniam eius hæredes reuocare non poterunt, vt probat tex. *in dict. l. 10 & tradit Tellius in l.17. Tauri, n. ſi.* & communem teſtatur Molina, vir ſanè ingenij claritate & doctrina laudandus, *in de primogenijs Hiſpania, lib. 4. c. 11. n. 44.* ſublimitando tamen declarationem hanc, vt procedat quotieſcũque donator ipſe ſciuit ingratitudinem, & habuit tempus reuocandi donationem, & non reuocauit, nam tunc hæredibus eius non competit ius reuocandi eam. Hæc eſt enim ſolida & vera doctrina, quod ſi donator potuit reuocare donationem, & ſcienſ non reuocauit, cenſetur in eadem perdurare voluntate: & hęc eſt magis communis Doctorum opinio, *teſte Octauiano Cacherano, in deciſione Pedemon. 122. n. 9.* Secus verò ſi ignorauit, vel non habuit tempus reuocandi, quoniam tunc hæredes ipſius donatoris reuocare poterunt, ſecundũ *Cynum, in l. 1. ad finem. C. de reuo. don. & Fabrum, in §. ſciendum, Inſt. de donati. & Gregorium in l. 10. tit. 4. p. 5. communis ſecundũ Ripã, in l. ſi. n. 205. C. de reuo. don. & Molinam, vbi ſup. lib. 1. c. 9. n. 36. & n. 37. cum 4. ſeq.* proſequitur quid erit in maioratu, an idem quod in ſimplici donatione, *pro qua communi conſidero text. optimum in l. fin. verſ. Fueras ende, tit. 9. p. 7. faciuntq; dicta per Caſſiadorum deciſ. 3. de loçato, in princ. & per Tiraq. in l. ſi vnquã, verbo ſuſceperit liberos, n. 211. Secundo intelliges, cum pluribus ſeq.* Sic & ex hac ingratitudinis cauſa po-
3 teſt pater † filium exhæredare, *text. in auth. vt cum, de appel. cog. §. aliud quoque capitulum, & l. 4. tit. 7. p. 6. traditur per D. Couar. in c. Raynutius, in princ. per totum, de teſtam. & Ant. Go. to. 1. c. 11. n. 10. cum 3. ſeq.* Imò & ex cauſis, in quibus propter ingratitudinẽ poteſt pater filium exhæredare, poteſt & ei dene-
4 gare † alimenta, *ſecundum gloſſ. de tulerit, in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, ff. de lib. agnoſ. notat Abb. in c. Quintanalis, num. 5. & 6. de iureiur. & ibi latè eius addition. & Oroſcius in l. 1. §. ius naturale, col. 15. verbo, educatio. ff. de iuſt. & iur. & eſt communis ſecundum Ant. Gom. vbi ſup. nu. 13. & probatur optima l. 6. tit. 19. p. 4. vbi Gregorius ita notat.* Sic & ingratitudo anſam præbet dubitandi Abb. & Doctor. *in cap. ſi. extra de donatio.* an collator poſſit reuocare colla-
5 tionem * beneficij alicui factam, qui ſibi poſt ingratus fuit, *de quo tradit optimè Ripa, in d. l. fin. q. 48. C. de reuo. dona. & Iulius Clarus in pract. li. 4. §. donatio. q. 21. ver. pen.* Itid emq; & propter ingratitudinẽ
6 poteſt reduci ingratus ad priſtinum * ſtatum illegitimitatis & ſeruitutis, *ſecundum Bal. in c. 1. §. filij nati, in fine, ſi de feudo fuer. cont. in vſ. feud. & in l. 2. in fine, C. de liber. & eorum lib. quem ad hoc & alios refert Rebuff. in 1. to. conſt. Franc. tit. de ſenten. prouiſ. artic. 1. gloſſ. 2. n. 25. & eſt optimus tex. in c. octaua, 12. q. 2.*
7 & filius emancipatus * ingratus patri emancipanti eum, reducitur in priſtinam patriam poteſtatem, *ſecundum text. in l. fin. tit. 18. p. 4.* quod antequam gloſſatorem nouum *ibidem* videre, intellexi, quoties pater ipſe filium illum emancipat; ſecus ſi per legem emancipetur, vt per matrimonij contractũ & velationem, quoniam tunc cum nullum beneficium à patre acceperit, meritò quod quãtumuis ſit ingratus patri, nõ reuocatur in priſtinã patriam poteſtatem, & reperi poſt vltra gloſſam illam tenere Oroſcium, *in l. qui liberatus. ff. de adopt. applicãdo ad l. 47. Tauri quæ eſt l. 8. tit. 1. lib. 5.* infrà, vbi & *dicemus in gl. ſi. annuente Deo.* Sic & ingratitudo eſt
8 iuſta cauſa degradandi * filium à militia, *ſecundum gl. l. 1. §. ſi. ff. de obſeq. paren. & pat. à lib. & lib. præſt.* cum ingratus turpis * & vilis perſona dicatur, *ſecũdum Bahl. in l. fratres, n. 4. C. de in offi. teſt.* & ingratitudo debitoris liberati reintegrat obligationẽ, licet non hypothecã * neq; pignus, *arg. tex. in l. 1. §. ſi cum venditor, ff. qui mo. pig. vel hypo. ſol.* ſicut & legitur in euangelio & parabola Chriſti de quodam homine, rege quendã ex debitoribus ſuis cui magnam debiti quantitatem remiſerat, iubẽte tortoribus eum tradi donec vniuerſum redderet debitum, eo quod poſt remiſſionem ei de debito factã, debitorem ſuum ſuffocare volebat, quia paruum debitum ipſi non ſoluebat ſtatim, *vt habetur Matthei c. 18.* Hæc enim & alia innumerabilia mala adfert ingratitudo, & adeò odio habetur, quod non
11 deeſt, qui dicat, ingratitudinẽ patris filio * nocere, prout ad hoc aliqui allegant Bal. *in l. ſi. per tex. ibi. de liber. & eorũ liberis, & in c. 1. §. itẽ qui, quæ fuit prima cauſa bene. amit. in vſibus feudorũ*, licet *in l. maximũ vitiũ, n. 4. C. de lib. præt.* contrarium dixerit, & alia de ingratitudine quãplura videre poteris per Ripã, *in l. ſi. q. 41. cũ ſeq. C. de reuoc. don.* & per Quintilianum Mandoſium, *in ſuo tractatu de ingratitudine.* Sicut tamẽ hæc operatur ingratitudo, & Deo & hominibus odioſa reputatur, *vt & probat l. 1. tit. 4. et lib. 8. infrà*, ſic & è contrario, *vt ad legẽ noſtram redeamus*, gratitudo, recognitioq; beneficiorũ, do-
12 norumq; receptorũ non ſolum hominibus, * verũ & Deo maximè accepta ſunt, quod enim ingratitudo tollit, gratitudo adfert, animumq; donantis, quẽ ingratitudo rapuit vlterius benefaciendi, hũc ipſum extollit gratitudo ad maiora etiam dona, & beneficia conferenda, & ita ſe habent correlatiuè
13 cõtraria * ſicut ſuperbia & humilitas, cũ ingratitudo ex ſuperbia naſcatur, ex humilitate verò gratitudo, hæc corda hominum Deo accepta faciens, illa verò è cõtrario ſuperbos & ingratos ipſos mẽte diſpergens, humiles verò & gratos exaltans, iuxta illud: *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui, et exaltauit humiles*, quæ optimè lex noſtra conſiderans, gratũ & bene cognitum hominem acceptum Deo facit, & reddit. Et an poſſeſſor maioratus poſſit filium ſuum ingratum priuare maioratu, vide D. Padillã militarium ordinũ ſummum præfectum, *in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, n. 16. de leg. 2. et D. Molina, de primogen. H. ſp. lib. 1. cap. 9.*

Mandamos, y ordenamos. Ex ijs & ſeq. verbis damnari & condemnari poteſt ſecta & error Beguardorũ & Beguinorũ nolentium aſſurgere, neq;
14 reuerentiã exhibere in eleuatione corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui merito & iure dãnantur, *per tex. in cle. ſi. verſ. 8. de hæret. et per tex. ſimilem in l. 62. ti. 4. p. 1.* & quia in nomine Ieſu, omne genu flecti debet, *vt ad Philip. 2.* Qua enim ratione quis tenetur corpus Chriſti ſpiritualiter, adde tu & ſacramentaliter ſumere, & manducare, iuxta illud: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis* &c. & tenetur ipſum adorare adoratione latriæ, *vt inquit gl. ſingularis, verbo, octauo, in d. Clem. fin. de hæret. et probat S. Tho. 3. p. q. 25. art. 1. et 2. et probatur ex c. 5. Conc. Trid. ſeſ. 13. et tradit de ijs Alphonſus à Caſtro lib. 2. aduerſus hæreſes, verbo, Adoratio, ver. ſecunda hæreſis.* Ex quo & *per Doct.* communiter infertur, quod fugiens ad clericum * corpus Chriſti in domum in-
15 firmi portãtem, gaudet immunitate eccleſiaſtica, *vt tenent plures relati per Remigium, relatum et ſecutum per Didacum Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. Ord. col. 25.*

vbi hanc communem testatur opinionem ex Anton. Corseto, sing. verbo Cardinalis, et tenet Anton. Gome. tomo tertio, cap. 10. numero 1. et Couarruu. lib. 2. Variarum cap. 20. numero 6. licet contrarium, & malè tenuerint aliqui *per supradictos relati, et per Minchacam, de successio. creatio. §. 22. numero 55.* & tradit post hæc *Clarus lib. 5 pract. crim. §. fi. q. 30. n. 24.* & quamuis in contrarium soleat allegari gl. *in cap. antep. 13. l. 2.* non tamen meretur illa gloss. pro cõtraria allegari, nihil enim aliud illa glos. probat, nisi quod assumens, & recipiẽs corpus Christi nõ gaudet immunitate ecclesiæ, & hoc non negatur, non tamen ex hoc colligi debet, contra nostram cõmunem glossam illam facere, quoniã multum differt assumere & recipere corpus Christi, vel illud associare: assumitur enim in cibum animæ, & nihil paratur corpori quãtum ad gaudendum delinquentem immunitate hac ecclesiastica, *prout inquit gl. illa, & Rationale diuinorum officiorum, 1. p. c. 1. de Ecclesia. in fine, & Caßan. in consuet. Burg. rubr. 1. §. 5. n. 120. fol. 55.* & sic condemnatus ad mortẽ sumpto sanctissimo Eucharistiæ sacramento, nõ potest dicere se liberatum à condemnatione iudicis temporalis ei imposita propter delictum, *secundũ Clarum in d. pract. crim. § fi. q 98. n. 3.* Sed quando associatur, tunc paratur immunitas dicta corpori, & fugitur ad ipsum Christi corpus, vt eius immunitate fugiens gaudeat, & non capiatur per iudicis temporalis ministros propter delictum cõmissum, *prout loquitur dicta communis.* Et sic illa gl. non probat contrarium, quicquid velit Rom *sing. 335. vt licet videre ex Corseto in sing. verbo, Cardinalis, et in verb. priuilegium immunitatis.*

IN LEGEM TERTIAM.

1 *Imaginem propter reuerentiam illius quem figurat, adorare vel venerari debemus.*

2 *Imagines non sunt adorandæ nisi ad primitiuorum memoriam, non vt in eis spes ponatur salutis.*

3 *Adoratione qua sit Deus, & sancti eius adorandi, & venerandi.*

4 *Duplex motus animæ potest esse in imagine.*

5 *Regis imagini & prouisionibus eius honor exhibendus.*

6 *Imaginem virginis aut alterius sancti percutiens, seueriter punitur.*

7 *Abscissam fuisse manum cuiusdam imaginem Christi percutientis. Vbi quòd iure Regio facto etiam sicut verbis blasphematur, cum declaratione legum Regiarum, numero 8. & numero 9. quis erit iudex competens super hoc.*

10 *Imaginem seu picturam Sanctorum frangens, an possit vt hæreticus puniri. Vbi remissiue an gaudeat immunitate Ecclesiæ talis delinquens.*

SVMMARIVM.

Nullus signum Crucis, sancti, sanctæve humi, vel alio in loco vbi conculcari possit, apponat, sub nostri textus pœna, & si quid aliter factum est deleatur.

MAndamos. Desumpta fuit lex nostra, & eius prouisio ex tit. *C. vt nemini liceat signum Saluatoris.* Imaginem enim propter reuerentiam † illius, quem imago 1
ipsa figurat, adorare, vel venerari debemus, *secundum gloss. in deuotionis, in cap. si canonici, de offic. ord. in 6.* Quod enim facit scriptura legentibus, hoc & imago idiotis cernentibus, *secundum gl. illã.* Et licet ad memoriam & recordationem primitiuorum † adorari & venerari debeant, non verò vt 2
in his imaginibus Christiani ponant spem salutis, neque vt eis seruiant, *vt inquit text. in c. venerabilis, de consecratio. dist. 3.* Ex quo B. Augustinus *9. tomo operum suorum, lib. 1. de visitatione infirmorum* hos versus annectit.

Nec Deus est, nec homo præsens, quam cerno figura:
Sed Deus est & homo, quem signat sacra figura,
Verus homo, verusq; Deus, tamen vnus vterque.
Probra crucis patitur, mortem subit, & sepelitur:
Viuit idem, crucis hæc per signa triumphat ab hoste:
Id notum vobis crucis huius litera reddit:
Scilicet, ipsius nota sunt Crux & Crucifixus:
Hæc & ego veneror, Iesum quoque semper adoro.

Imaginumque vsus *in Nicano concilio secundo* approbatus fuit ijs versiculis in Latinam linguam transsumptis.

Hoc Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa,
Hanc recolas, sed mente colas, quod cernis in illa.

Quos versus refert Ioannes Ecchius, in Enchiridione suo locorum communium, *tit. de Imaginibus Crucifixi, & sanctorum, pag. 159. in paruis,* de quo concilio, & in nostro proposito mentio fit *in sacro concil. Trid. seß. 25. cap. de inuoc. & veneratione & reliquijs sanctorum & imaginum,* traditio & adoratio creditur ab apostolis tradita, *secũdum Florenti. 3. p. suæ summæ tit. 12. c. 9. l. 1.* & alios versus refert Castro, *in dict. verbo, Adoratio.* Habemus tamen notare quod Deum adorare debemus † adoratione la- 3
triẹ, vt inquit *tex. in c. 5 seß. 13. Conc. Trid.* in qua latria, charitas dilectionis, multitudo sacrificiorum adsunt, hyperdulia verò sacratissimam Virginem adoramus. Sãctos verò duliæ veneratione, in qua dulia solum veneratio adest, & in hoc sensu possumus quamlibet rem sacram adorare, id est, reuerentiam ei exhibere, *secundum gloss. in d. c. venerabilis,* triplexque hoc genus adorationis refert optimè Simancas, *de Inst. Catholi. tit. 32. n. 4. & 5.* videndusque itidem est S. Thom. & eius additio. *in 3. p. quæst. 25.* Duplexque motus circa imagines has haberi potest per Christianum. † Prior quidẽ, quo 4
in ipsam imaginem fertur, & in ea sistit, materiam tantum, aut formam considerans, scilicet, lignum, aut lapidem, argentum, aurum, vel picturam. Alter motus esse potest contemplans imaginem tanquam referentem & repræsentantem prototypũ. Priori modo nulla imagini debetur reuerentia,

imò

imò idololatria eſſet argentũ, aurum, aliamq; rem, materiam, vel artis inuẽtionem adorare. Poſteriori autem modo ſanctas Imagines adorare, vel reuerentiare, & venerari iuſtũ, & pium eſt: contra damnatos Vigilantianos, qui Sãctos, & eorũ reliquias ſuis fraudant honoribus, quos illis Eccleſia tribuit orthodoxa, ſecundum Hierony. Augu. & alios relatos per Petrum Cãniſium, *in ſuis quæſtionibus doctrinæ Chriſtianæ, tit. de charitate. c.* 8. *verſ. quare iam pridem*, vbi c. 9. alia de imaginibus ſanctorum annectit & hæreticos illos itidem damnat Alphonſ. à Caſtro *lib.* 13. *aduerſus hæreſes cap. 5. reliquiæ ſanctorum, & iterum in eo. lib.* 13. *verbo, Sancti.* Quem igitur imaginibus ſacris impendimus honorem, non ipſis impendimus vt picturis, aut ſtatuis, ſed ipſis, vt repræſentantibus illos quos nobis referunt. Illum, inquit ſanctus Gregorius, in toto corde diligis, cuius imaginem præ oculis habere deſideras, *prout optimè hæc refert, & declarat Simancas, vbi ſup. tit.* 33. *numero* 10. *vbi per totum illũ titulum optima de imaginibus dicit, & Florentinus, in* 3. *parte ſuæ ſummæ, titul.* 12. *c.* 9. *per totum*. Sicut tamen reprobatur per text. noſtrum imaginem Chriſti, vel crucis ſignum humi per aliquem depingi & ſignari, vel in alio loco vbi conculcari poſſit, ità & ſanctorũ ſuorum, in quibus ipſe Deus repræſentatur, *prout noſter text. probat, ibi, Ni de ſancto, ni de ſancta*, vel ne auſu temerario horum ſanctorum præſertim beatiſsimæ Virginis ſtatuam in terrã proſternere quis audeat, *vt inquit tex. in c. ſi canonici.* §. *cæterum. de*
5 *offi. ord. in* 6. nã ſi & regis imagini honor † adhibetur, *vt probat tex in l.* 18. *tit.* 13. *par.* 2. imò & literis & prouiſionibus eius, prout ex l. illa patet, ex qua inoleuit mos apud omnes iudices, & circum eos adſtantes tempore, quo Regis aliqua prouiſio, vel litera legitur, & notificatur, cũ nomẽ Regis pronũtiatur, honor adhibetur, caput iudices ipſi & præſentes alij diſcoperientes, quod ab illa l. 8. proceſſiſſe credo, & idẽ in Francia vti aſſerit Rebuf. *in* 2. *tomo conſt. Fran. tit. de reſcript. ar.* 1. *gl.* 1. *in prin.* & in ſtatuis, & imaginibus honor ciuitatis repræſentatur, *vt in l. ſtatuas. ff. de acq. rerum domi.* quanto magis cruci, vbi Chriſtus Dominus noſter affixus fuit & imagini ſuæ ſanctiſsimæ matris, & ſanctorum ſuorum debet reuerentia exhiberi: & ideo habemus de iure, quod abradens, aut percutiens * ima-
6 giné ſacratiſsimæ Virginis aut alterius ſãcti, aut ſãctæ, & tãto magis ſãcti ſãctorũ, debet ſeueriter puniri, *ſecundum Ana. & alios rela. per Aue. c.* 1. *præt. n.* 4. *li.* 1. imo & morte puniendũ fore delinquentem hunc, inquit Hipp. *in practi. crimi.* §. *& quia nu.* 25. *& in l. ex Senatuſconſulto. num.* 1. *cum* 4. *ſeq. fol.* 45. *in paruis. ff. de ſicariis*, & Alexan. *conſ.* 233. *n.* 6. *vo.* 6. aſſeritque Anania, per ſupra dictos relatus, & per Simancas, *vbi ſupr. numer.* 19. & Auenda. *cap.* 5. *prætor. numer.* 10. *libro.* 2. & Boeri. *deciſ.* 301. *num.* 17. & 18. & Afflictis. *in conſtit. Siciliæ. libr.* 1. *Rub.* 1. *numer.* 22. *& libr.* 3. *rubr.* 54. *numer.* 11.
7 quod vidit abſcindi † manum cuiuſdam, qui irreuerẽter percuſsit Chriſti imaginem, quod & poſt repeti relatum per Caſſ. *in conſ. Burgun. rubr.* 1. *Des iuſtices. num.* 59. *& 60. & Clarum, in practi. crim. li.* 5. §. *fin. q.* 68. *verſ. Imaginem Chriſti*: hęcque pœna abſciſſionis manus in minoribus nihil poſſidẽtibus approbatur *per text. in l.* 5. *tit.* 28. *p.* 7. *quæ eſt optima in propoſitum, & per neminem vidi allegatam niſi per Simancas, in dicto num.* 19. in alijs verò maioris qualitatis hominibus inquit lex illa 5. imponẽdam pro tali crimine pœnã, quæ *per l.* 2. 3. *& 4. illiuſmet tit.* 8. *& p.* 7. blaſphemantibus tertia vice imponitur, quarum quidẽ legũ pœnæ iubẽtur ſeruari *per l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 8. *infra.* quamuis & *ſecundum Simancas. vbi ſup.* in arbitrio iudicis pœna talis relinquatur, vt qualitatibus delinquẽtis, & loci vbi deliquit penſatis, plus pœna augeatur *& per Menoc. in de arbitrarijs iudicum, li.* 2. *centuria.* 4. *caſu* 376. & ſic auctã pœnam vidi in quodã ex genere nouiter cõuerſorũ regni Granatẽſis, qui in partes noſtras ſuperioribus annis ob commotionem & rebellionẽ quandam a b eis factã, adducti fuere: qui quidem, accuſabatur quod Imaginem quandã Beatiſsimæ Virginis Mariæ lapide fregerat percutiendo eam. Prima enim sẽtentia cõdẽnatus fuit in manus dexteræ amputatione, & vt manu abſciſſa ſuſpenderetur, & corpus in partes per vias & ſtrata publica diuideretur, à qua sẽtẽtia tẽpore quo bis hæc ſcriberem, fuit appellatum ad Regiã Pinciana Cancellariã, & appellatione hac pendente, cauſa iuſſu Dominorũ Regij ſupremiq; cõſilij fuit remiſſa Inquiſitoribus villę de Llerena huius diſtrictus, quorũ tribunal in hanc Placẽtię ciuitatẽ quotidie trãſferẽdum ſperabamus. Et cũ caſus (quod Deus Optimus, Max. auertat,) occurrerit, omnes qualitates penſitabis vt pœnã condignã imponas delicto, ex l. enim illa. 5. pœnã ſtatutã videmus, cuius quidẽ legis pœna talibus delinquẽtibus impoſita percutientibus irreuerenter Chriſti, vel Sanctorũ Imagines nõ corrigitur per pœnã impoſitã blaſphemantibus à *l.* 5. *ti.* 4. *lib.* 8. *infra.* quippe quia l. illa. 5. partitarũ loquitur in blaſphemãte facto, nam etiam facto quis † blaſphemare dicitur, *ſecundum gl. in ea l.* 8
5. *par. per text. ibi*, lex vero illa. 5. *dict. ti.* 4. *lib.* 8. *infr.* in blaſphemante verbo tantum loquitur, quas leges ita conciliauit Auẽ. *d. c.* 5. *præt. n.* 10. *verſ. et de huiuſmodi lib.* 2. & de quibuſdã blaſphemãtibus verbo, cõtra Virginẽ Mariã refert miraculũ Simãcas, *vbi ſupra, tit.* 8. *de blaſphemis, num.* 8. Extitit tamen tunc temporis maximè dubitatũ, quis eſſet iudex cõpetens iſtius † Imaginẽ Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, vel alterius sãcti sãctæ vè frãgentis & in eam 9
per plures, *cũ Hip. vbi ſu. et cũ Siman. in d. tit* 33. *n.* 17. itum eſt ſentẽtiam, ſcilicet, eſſe cognitionem miſti fori, ita quòd ſecularis vel Eccleſiaſticus iudex, aut ipſi Domini Inquiſitores, qui prior eorũ præueniret, cognoſceret, in caſu tamen in contingentia facti à nobis propoſito vidi, *vt dixi*, per ſupremum Regiũ cõſilium de eo cognoſcens cauſã illam remiſſam fuiſſe cũ proceſſu dictis Inquiſitoribus de Llerena huius diſtrictus iudicibus in cauſis hæreſum, quãtũcunque iudex ſecularis præuenit in cognitione, & ita fuit factũ vnà cum ipſo delinquente. Et pro fundamento remiſſionis huius conſideraui, quod facto ſicut dicto voluntas declaratur. *l. reprehẽdenda, et ibi Doct. C. de inſt. et ſubſti. ſub con. fuc.* nihil enim refert volũtatẽ factis, vel verbis declarari, *vt per Spec. ti de ſucceſſio. ab inteſt. n.* 4. fractione tamẽ alicuius sãctæ Imaginis nõne patet frangẽtem malitioſè, & irreuerẽter, velle fateri Imaginũ vsũ non eſſe neceſſariũ, neq; ſeruãdum? Sed ſi dicto tale quid aſſereretur, nonne hæreſis eſſet, *ex concilijs Niceno, et Tridentino ſupre relatis*? ergo & hæreſis erit facto hæc perpetrari licet expreſsim verbis nõ declaretur, præſertim per hominẽ nationis ſuſpectæ. Et ſi ita eſt, cur potius quam

quam Dominis Inquisitoribus cognitio cõpetet? certe nulli alij. Item & quia *secundum Ioan. Echiũ, in loco supra citato*, Græci appellarunt hæreticos illos, Iconoclastas, idest fractores Imaginum. Et sic Græci tunc eos appellabãt, & nos maximè hisce tẽporibus nonnè tales eos debemus appellare, & iudicare, talesq; fractores Imaginũ harum vehemẽter de hæresi, iam olim dãnata, suspectos esse credere debemus, *secundum Simancas, in suo Enchiridio. violatæ religio. tit. 10. de Effractoribus Imaginum*, igitur, per inquisitores ipsos puniendi sunt, & eis remittendi, neq; obstat id quod in contrariũ allegabatur, scilicet, Dominos hos Inquisitores non posse imponere pœnam delicto condignã, totum namque contrariũ videmus. Imponũt etenim, & possũt imponere per auxiliũ brachij secularis, si opus fuerit, infamiaq; ipsa exorta contra per eos punitos maxima pœna apud bonos & graues viros reputatur, insuperque pœnas flagellorũ imponere possunt, & in triremes exulare, & deportare, quę quidem triremium pœna, iure etiã Canonico cognita est, *secundum Follerium in sua practica criminia. Canonica, fol. 131. numer. 8. quem refert Clarus, in dict. lib. 5. §. fin. quæst. 67. versi. item damnatio, & in quæstione 70. versiculo frequens est, & in cap. 1. & ibi gloss. extra de calumniat.* probatur, quod Ecclesiasticus quilibet potest exulare & pœnam verberum imponere, dum ad effusionem sanguinis non procedatur, *vt per Aufredium in clement. 1. de offi. ordin. tit. de potesta. eccles. super laicis, fallentia. 34. fol. 40. & Simancas, de institutio. Catholi. tit. 40. num. 6. & 7.* Et an fractor harũ imaginum vt hæreticus * puniri possit, tradit Afflictis, *in constit. Siciliæ lib. 1. rub. 1. nume. 20.* & Simancas *dict. ti. 33. num. 18. & 21. Et ex supra dictis* patet quod sic, si in despectum faceret, *vt & inquit repertoriũ inquisitorum verbo, hæreticus, in vers. an frangẽs*, præsertim si talis delinquens esset de nouiter conuersis ad fidem, & neophitis. Post tamen audiui hũc de quo agimus delinquentem ob defectum probationum fuisse per dominos Inquisitores absolutum. Et an expuens in crucẽ timore diaboli possit dici Apostata, vide Afflictis *dict. rub. 1. n. 18.* Et an fractor talis gaudeat Ecclesiæ immunitate, tradit *Hippoly. in d. l. ex Senatus consulto.* Et quare melius honor & reuerentia fiat imaginibus existentibus in parietibus quam existentibus in domibus pictorum, vide *per decisionem. 303. Capellæ Tolosanæ.*

10

IN LEGEM QVARTAM.

1 *An valeat statutum quod in feriatis in honorem Dei de causis cognoscatur, & an confessio illo tempore facta valebit.*

2 *Aduocare an liceat & consilium præbere in die festo.*

3 *Quid si in die festo terminus, ad sententiãdum, vel aliud faciendum finiatur.*

4 *Electio officialium, vel tutorum potest fieri in die feriata.*

5 *Interpellatio & protestatio potest fieri in die feriata etiam in honorem Dei.*

6 *Citatio an possit fieri in die feriata ad non feriatam.*

7 *Citatio per nuntium an possit fieri in Ecclesia vel loco sacro.*

8 *Pœna cum imponitur delinquenti propter reuerẽtiam alicuius sancti quomodo fit diei computatio.*

SVMMARIVM.

Dies sanctus Dominicus seruãdus est, neq; Christianis tũc licet aliquid operari in publico, neque in secreto, Iudæis verò permittitur dummodo audiri non possint, sub nostri text. pœna, quæ & imponenda est concilijs populorum si licentiam præbuerint contrarium faciendi

PO rende mandamos. Conducunt materię nostri text. late notata per Abb. & doct. *in ca. licet extra de ferijs*, & per Sylvest. *in summa verbo Dominica q. 5.* & Caiet. *2. 2. q. 122. art. 4. casu 7.* & Flo. *in 2. p. suæ summæ, tit. 9. c. 7. per totum maximè in §. 5.* & per Nauarrum *in Manuali. c. 13. per totum*, & Sotum, *lib. 2. de Iust. & iure, q. 4. art. 4 per totum*, concordatque *tex. in lege dies festos. Codice de ferijs*, & text. *in lege 33. cum septem seq. tit. 2. p. 3.* vbi gloss. *in l. 34. verbo, De ambas*, quærit an valeat statutum † quod diebus feriatis in honorẽ Dei de causis cognoscatur, confessioque iudicialis eodem die an valebit, *de quo & late agitur per Didacum Perez in l. 1. tit. 7. col. 985. cum seq. libr. 3. Ord.* Et an licite aduocare liceat † & consiliũ præbere in die festo traditur per Abb. & eius addition. *in d. c. 1. col. 1. de ferijs*, & per Nauarrum *vbi supra, n. 12.* vbi communem dicit opinionem quod nõ licet hæc facere principaliter pro pretio, sed quoniã non est seruile officiũ, inquit Nauarro, *ibidem.* licere aduocare, & consilium præbere in die tali, hãcque *ibi* veriorem testatur opinionem, quã & tenet Soto, *vbi supra d. art. 4. in fin.* Hanc tamen Nauarri & Soti opinionem tẽperatem, quoties negotium pro quo aduocandum, vel consilium præbendum esset, differri non posset in aliam diem nõ feriatam in Dei honorem, esset que qui consilium & patrocinium postulabat homo exterus, qui statim vellet in patriam suam redire periculumque per consequens in mora extabat, & sic necessitas erat vrgens, *prout post vidi assertũ per Magistrum Honcalã, in Opusculis suis, in c. de Pia festorum celebratione in prin.* imò & tunc consulerem, vt ex nummis illis pro patrocinio, vel consilio die illo lucratis fieret aliqua eleemosyna pauperi, & indigẽti alicui personæ secundũ quantitatẽ lucri quæsiti, prout post vidi consultum per Additionat. Abb. *in c. quod nõ est. extra de Reg. iur.* qui plus exigebat, scilicet, vt omne lucrum illius diei in eleemosynam erogaretur, ideò cautè hæc agenda sunt, aduocatis tamen non placebunt. Studere tamen diebus ijs etiã in honorem Dei feriatis bene licet, *vt per supra dictos Doct. & ad saturitatem reperio relatum tractantẽ Aluarotum, in proœmio feudorum. 1. & 2. col. & Rebu. latè in tract de priuilegijs scholarium, priuilegio primo per totum vol. 11. tractatuum diuersorum Doctorum.* Vnum tamen est notandum, scilicet, quod si in die dominica etiam * vel alia die feriata in honorem Dei, vel sanctorum suorum finiretur tempus decem dierum ad pronuntiandum assig-

1

2

3

natorum

natorum rectoribus ciuitatis. *per l. 7. tit. 18. libr. 4. infra*, vel ad aliquid aliud faciendum, possent iudices ij vel similes limitatum tempus habentes proferre & pronuntiare sententiam, etiam in die tali feriato in Dei honorem, insuperque & in vltimo die partibus assignato ad probãdum iurare & examinari poterunt testes die tali feriato, *vt voluit glos. in c. si. extra, de iudi.* & ibi *Abb. num. fi. & Spe. Et eius Addi. in 2. p. tit. de ferijs. §. 2. num. 12. pro quo considero text. in l. idem Ponponius scribit si de meis. §. fin. ff. de arbitris, quem ad hoc considerauit gl. in l. si feriatis. ff. de arbit.* imo & in tali casu & termini lapsu partis aduersæ citatio non requiretur ad videndũ iurare testes, *secundum Bar. & Bal. relatos per Matt. de Afflict. decisio. Neapol. 47. num. 6.* Verumtamen est quod *gl. in dicta lege si feriatis*, aliud vult circa testium examinationem in die feriato in honorem Dei faciendam, vt tunc quamuis terminus finiatur fieri non possit, quam & videtur sequi Specul. *in d. num. 12.* & clarius eius Addi. *ibi, litera. G. imo & secundum Addit. ibi.* idẽ erit in rusticis ferijs, & sic in honorem hominũ introductis, si culpa daretur iudicis nolentis in termino pronuntiare, vel partis nolentis testes facere iurare ante diem Dominicum vel feriatum in honorem Dei, tunc enim quantũuis tunc terminus finiatur nihil horum fieri poterit, & sic possent concordari dictæ contrarietates data culpa aut non iudicis, aut partis, quamuis in practica multoties obseruari viderim, quod examinantur & iurant testes, & sententiæ proferuntur die etiam feriata in honorem Dei nulla discussa diligẽtia, sintne in culpa iudices, vel partes. Et hanc esse tenendam opinionem testatur Feli. *in d. c. fi. n. 13. & 14 de iudic. per generalitatem textus illius.* & plures idem tenentes allegat Additio. ipsius Felini, *ibid.* secundum quem Addi. id in festo Paschæ, natiuitatis Domini, vel alterius similis diei non procedet, & fortè benè *ex tex. in l. 38. tit. 2. part. 3. vbi gloss. idẽ tenet* Aliosque casus vbi diebus feriatis procedi potest enumerat tex. *in l. 35. tit. 2. part. 3.* Ex quibus
4 deducitur electionem officialium † publicorum, cum sit causa publica, & electionem nominationemque tutorum fieri posse in diebus feriatis. *prout & tradit Auend. c. 19. præto. num. 14. versi. Tẽpus autem. lib. 1. & iterum in dictionario suo, verbo. electi. & Tiraq. de priuil. causæ piæ, priuil. 156.* & ita in hac ciuitate Placentiæ, & alijs pluribus in locis fit. Eliguntur enim in die circũcisionis Domini iudices fraternitatis, imò & quasi omnes electiones officialium ruralium tunc fiunt. Interpellatio tamen
5 & protestatio fieri † possunt die feriata etiã in honorem Dei, *secundum Bar. in l. cum filius fami. §. fin. ff. de verb. obli.* Quod valde signandum, inquit, Ias. *ibidem num. 2. fol. 81.* dicens quod etiam nuntiatio & intimatio die feriata fieri possunt, signandum tamen ego dico, quod, vt festa obseruentur ab ijs etiam abstineas in die Dominico, & feriato in honorem Dei, nisi esset casus in quo aliud fieri
6 non possit. Et an citatio † possit fieri in die feriato ad non feriatum, tangit Bart. *in l. 1. §. nuntiatio, n. 30. ff. de noui. op. nun. & Abb. in c. fin. nu. 20. de ferijs,* vbi dicit quod non. *per l. dies festos. C. de ferijs, ibi, Præconis horrida vox silescat, tenet idem Bart. in l. 2. §. ex quacũque n. 6. ff. si quis in ius voc. non ierit, & ibi Oroscius. col. 643. in fine, cum seq. & paulò post dicemus.* Sed an sicut die feriato citatio fieri non potest ad non feriatum, eodem etiam modo * citatio in Ecclesia vel alio in loco sacro fieri nõ poterit ad loco nõ sacro cõparendũ, & dicendũ videtur quod idẽ sit validum, est enim argumẽtum de loco ad tẽpus & è contra, *vt per Euer. in Centuria locorum, loco 40. vbi similia quam plurima adducit.* In contrarium tamen est cõmunis opinio, imo quod citari quis possit in Ecclesia vel alio in loco sacro, dum tamẽ diuina officia non impediantur, neque turbentur, quod inter omnes conuenit, *teste Oroscio in l. 2. n. 6 col. 622. ff. de in ius voc.* & dictũ argumentũ pro prima opinione adductum non procedit quoties diuersa ratio dari potest, prout in nostro assignatur casu, scilicet, quod die feriata iustitiæ officiũ conquiescit propter diei reuerentiã, & ita prohibitum reperimus, quod nõ ita in citatione in loco sacro facta dum ne sacra turbentur, reperitur, præsertim si alibi citatio fieri non potest, eò quod citãdus fugit ad Ecclesiam. Item & quia sicut communis est opinio quod nõ valeat citatio facta die feriata ad non feriatam, ita & communis est quod valeat, prout omnia hæc attestatur communia præceptor meus olim Oroscius *in dict. le. 2. §. ex quacũque col. 643. in fine, cum seq. ff. si quis in ius voc. non ier.* imo & receptius *ibi* asserit quod valeat, & sic erit idem quod in citatione facta in Ecclesia, & per cõsequẽs cessabit *arg. de loco ad tempus & è contra.* Ipse tamen Oroscius, has cõmunes contrarias ad concordiam reducit, scilicet quod valeat citatio de die feriata ad non feriatam, si in die feriata in honorem hominum facta sit, secus si in honorem Dei, quoniam tunc nõ valebit, quoniam magis deferendum Deo quam hominibus, & non videtur incõgrua concordia, cum *per l. 38. tit. 2. par. 3. teste Villalobos, eam corrupte allegante, in suo Ærario mille com. opi. liter. C. num. 85.* hæc eadem concordia confirmatur, licet *vt diximus*, receptior sit opinio *ex Oroscio, vbi supra* quod indistinctè valeat talis citatio quolibet die fiat, verum consuetudinem, *vt ibi ipse Orosc. optime inquit*, attendendam puto. Qualiterque festorum obseruatio sit non tantum naturali ac diuino veteris testamenti iure, sed & diuino legis Euangelicæ instituta, tradit optimè & curiosè. D. Coua. *lib. 4. variar. c. 19. num. 4. cum 2. seq.* vbi optima in hac materia prosequitur & declarat, ahasq; pœnas vltra in lege nostra expressas cõtra nõ seruantes dies festos videre poteris ex motu quodã proprio sanctissimi nostri quondam Pontificis Maximi Pij quinti, de quo *in l. 1. infra. tit. proximo* mentionem faciemus. Pro legis tamẽ nostræ compleméto sciẽdum est, quod cũ propter reuerẽtiam alicuius † sancti sanctæuè & festorũ eorũdem im- 8
ponitur pœna delinquẽti, sit cõputatio diei non more Romano, *de quo in l. more Romano. ff. de ferijs, & in c. consuluit, de offi. del.* sed secũdum canones de vespere ad vesperam, *secundum Feli. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 53. vers. scias fol. 47. de const.* sed si delictũ punitur acrius si in die festo cõmittatur, si de nocte committitur est intelligendũ in hora diei sequentis cõmissum, vt pœna acrior euitetur, *secundum Crauet. cons. 205. num. 10.* Et quando incipiat dies quoad indulgentias, & quoad collationem ordinum, & quoad esum carnium, & quoad alia similia, vltra Couarru. *vbi supra numero nono.* tradit Addit. repertorij Felini. *ver. dies naturalis, secundum computationem fol. 36.*

IN LEGEM QVINTAM,

1 *Confiteri peccata semel in anno quis tenetur, & quando.*
2 *In articulo mortis peccata confitenda quamuis illomet anno cũ Ecclesia sit impleta confessio.*
3 *Peccata infirmitatem aggrauant, & ideo medici debẽt infirmis cõfiteri consulere.*
4 *An debilis memoriæ teneatur pluries peccata confiteri, n. 4 vbi & quis dicetur in mortis articulo constitutus, & alia de confessione remissiuè*
5 *Parocho sunt peccata confitenda quocũque tempore nec valet contraria consuetudo.*
6 *Ignoranti sacerdoti non est confitendũ, etiam vbi ex Bulla, licet alij quam Parocho confiteri, num. 6. vbi & an electus debeat esse Parochus vel approbatus & examinatus.*
7 *An in mortis articulo possit quis à quocunque sacerdote, vel à laico ob necessitatem absolui.*
8 *Confessio peccatorum debet esse vocalis nõ mentalis, neque per Epistolã vel nuntium.*
9 *In confiteri non valente debẽt apparere signa cõtritionis ad euitandum nostri tex. pœnam.*

SVMMARIVM.

Tempore mortis tenetur quilibet Christianus confiteri peccata, & Eucharistiæ sacramentum sumere, sub nostri tex. pœna.

A*L tiempo de su finamiento.* Idem probat textus *in c. cum infirmitas, de pœni. & remis.* & est communis Theologorum sententia, quod quilibet iure diuino tenetur ad mortalium peccatorum confessionem in articulo mortis, *secundum Couarru. in cap. Alma mater, numer. 7. §. 1. partis primæ. & Sotum in 4. distinctione. 18. quæst. 1. artic. 4.* & hæc periculi mortis obligatio, non excludit, quin quilibet Christianus teneatur dũ sanus fuerit semel saltim in anno confiteri peccata, tenetur enim, † *prout probat tex. in cap. omnis, de pœnit. & remis. & optima l. 34. tit. 4. part. 1.* & an ad id teneatur summus Pontifex, tradit Couar. *vbi supra num. 5.* ita tamen confessio hæc sacramentalis peccatorũ mortalium sacerdoti secretè facta, (quę necessaria est ad salutem, *vt per Couar. ibi num. 6. in princ.*) à Christo instituta est, vt nullum ei tempus in anno diffinierit certum, sed id Ecclesiæ sit diffinitioni relictum, *vt per Couar. d. num. 6. conclus. 2.* licet virtualiter posset dici declaratum per Ecclesiæ saltem morẽ, & consuetudinẽ. Nam si Eucharistiæ sacramẽtum in Pascate resurrectionis cuiuslibet anni sumendum iubetur, *per text. in d. c. omnis*, cũ tantum Sacramentũ sumi non debeat, nisi prius peccatorum mortalium confessio per modici temporis spatium præcedat, prout iure diuino statutum reperimus, cõfessionem sacramentalem peccatorum mortalium necessario sumptionem huius sanctissimi Sacramenti præcedere debere, *vt habetur in Concilio Tridentino sessione. 13. & Sacramento Eucharistiæ c. 7. & c. 11. & tradit Couar. vbi supra num. 7. conclusione. 4. & Victoria communem asserens in de Sacramentis, tit. de confessione num. 134 in medio, & Castro optimè aduersus hæreses lib. 6. verbo Eucharistia, errore. 10.* Aliter enim faciens iudicium sibi manducaret, & biberet, manifestè colligitur, & tunc temporis cum Eucharistia sumenda est, peccata mortalia esse confitenda, & sic quamuis expressè tempus cõfessionis sacramẽtalis quolibet anno adhibendæ *in d. c. omnis, & in similibus iuribus* non declaretur neque declaratum reperiamus, *teste Victoria, vbi supra. nume. 137. & Gregorium, in d. l 34.* tamen effectualiter cõsiderando dicto modo censetur dispositum vt & tunc fiat confessio ad implendum quolibet anno, præceptum Ecclesiæ de confitendo, cum Eucharistia ex eodẽ Ecclesiæ præcepto sumenda est, nã ad cõsequẽtis verificationem, debet eius antecedẽs verificari regulariter. Et ideo & moribus & statutis, ordinationibusq; prouincialibus, & synodalibus dispositum reperimus *secundum Gregorium in d. l 34.* quod & confessio fiat quolibet anno, & tunc cũ Eucharistiæ sacramentum in Paschate resurrectionis sumendum reperimus dispositum, & consuetudine Ecclesiæ obtentum, *& ex Decreto. 8. sessio. 14. Sacri Concilij Tridentini*, approbatur laudabilis hic mos confitendi in Quadragesima cuiuslibet anni pro implendo Ecclesiæ præcepto de confitendo quolibet anno, non tamen est negandũ quod præcepto huic satis fit si in qualibet parte anni quis confiteatur, modo tempore sumendæ in Paschate Resurrectionis, Eucharistiæ, qui se conscium peccati mortalis viderit, confiteatur illud ante sumptionem hãc *secundum Coua. vbi sup. versic. hanc præterea, & Sotum, vbi suprâ.* Ex quibus, *vt ad legẽ nostram redeamus*, deducitur consuetudinem hãc & Ecclesiæ morem confitendi, & præceptũ sumendi corpus Domini semel in quolibet anno tempore Paschatis Resurrectionis, nõ excludi per te. nostrũ sed potius aliud amplius statui scilicet quod etsi quis adimpleat in anno cum confessione & communione dictis dum sanus existeret, adhuc tamen si intra illiusmet anni transcursum deuenerit in periculum * mortis teneatur itidem si fieri poterit 2
confiteri si se reum peccati mortalis nouerit, & Eucharistiæ Sacramentũ sumere sub nostri te. pœna, & iure diuino ad hoc quilibet obligatur *vt in p. huius l. diximus.* Imo & *per te. in d. c. infirmitas. de pœni. & remi. & optimã, l. 37. t. 4. p. 1.* strictè præcipitur medicis, vt antequã necessaria corporali saluti infirmi inquirãt, & medeantur, & præparent, teneãtur animæ tales infirmi necessaria prospicere, & consulere, infirmũ ipsum consulendo vt peccata cõfiteatur, & Eucharistiã recipiat, & sumat, & testamentũ ordinet, nam & ipsa peccata si nõ confiteatur plerũq; infirmitatem aggrauat, prout iura illa probant, ex authoritate Christi sanantis infirmũ prius illius peccatis per ipsum dominũ remissis, *probatque glo. propter in c. dilectissimis 12. q. 1. & in c. qua fronte, extra de appell.* quod propter peccatũ moritur quis citius, *vt 23. q. 4. ea vindicta, & de pœniten. dist. 1. prædixerat, notat Cassaneus, in cõsuet. Bur. in proœmio, verbo, Que pur mori. n. 2. & 3. fol. 10.* infirmitasq; corporalis plerũq; & frequenter prouenit ex peccato, *vt optimè per Selvam de beneficio. 1. par. q. 5. nu. 122. & Tiraq. de nobil. c. 1. num. 306. cum sequẽt. aliquibus, & per gl. de commis. in c. si de frigi. & male.*

Imo

Imò & propter peccata veram legum interpretationem ignoramus, & cauſarum dubia diſſoluere neſcimus, vt optimè probat *Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, n.* 247. deliciæq; ſenſum minuũt, *ſecundum tex. vbi gl. 2. l. 5. tit. 3. p. 2.* medicoſque aliter facientes ab Eccleſiæ gremio abijciendos eſſe iura illa proclamant, & iuſtè quidẽ, nã in tẽporis momẽto ita infirmus repentè infirmitate aggrauatur, prout præ oculis quotidie habemus, quod cõfeſſioni locus non datur, ideoq; medici ad hæc maximè aduertere debent, pœnamque medicorum ad hæc inaduertentium auctam eſſe credo ex motu quodam proprio ſanctiſſimi Papæ Pij V. & *per l. 3. tit. 16. lib. 3. infrà* habemus pœnam ſtatutam cõtra tales negligẽtes medicos. Et an per confeſſionem informem impleatur præceptum de confitendo ſemel in anno, tradit Victoria *vbi ſuprà, nu.* 163. & 164. quęrit an dimidia cõfeſſio in neceſſitate facta ſufficiat, vbi & *n.* 132. declarat an debilis memoriæ teneatur pluries in anno peccata cõfiteri. Ex quibus vnũ præſertim notandũ eſt confeſſionẽ hanc ſacramẽtalẽ, de qua agimus, iure diuino eſſe inſtitutam, eſſeq; de neceſſitate ſalutis, *ſecundũ Victoriam, vbi ſuprà, n. 1. & Nauar. in manuali c. 2. n. 3. & 10. & Cou. d. §. 1. n. 6. ex Concil. Trident. ita probantibus*, quicquid in contrarium voluerit gl. *in ſumma, de pœnit. diſt. 5.* à qua in hoc cauendum eſt, tanquã ab erroneã & hæreticã opinionẽ aſſerente, & quæ multorũ malorũ fortaſſis cauſa & origo fuit. Et an ſub peccato mortali teneatur quis confiteri peccata mortalia ratione periculi carendi confeſſore, tradit Couar. *dict. §. 1. num. 7. concluſione 5.*

De ſe confeßar. Sed cui debet quis peccata confiteri clerico, an verò laico ſufficiet, & dicendũ eſt omnino teneri peccatorẽ confiteri peccata clerico in maioribꝰ ordinibus cõſtituto, & ſic clerico preſbytero, *de Miſſa*, vt Hiſpanè loquamur, huic enim clerico ligãdi ac ſoluẽdi ab ipſo Dei mediatore tributa eſt poteſtas, prout inquit *tex. in c. multiplex, de conſec. diſt. 1. & optima l. 21. tit. 4 p. 1. vbi gl. in propoſitũ optima dicit*, Sacerdoti enim & nõ alij peccata cõfitenda ſunt, vt & in cõcilio Florentino declaratũ fuit *ſecundum Victor. in d. tit. de confeß. no.* 141. Imò & tunc non cuilibet ſacerdoti, ſed tantũ proprio, & ſic parocho *ſecundũ tex. in d. c. omnis, de pœnit. & remiſ. & tex. in clem. dudũ, §. verũ, de ſepult. & d. l. 21. & ibi glo. & Victoria, vbi ſuprà, n.* 145. Nam cum *ſecundũ eum ibi* Sacerdos in hoc ca'u ſit iudex, vt & probat *tex. in c. verbũ, de pœnit. diſt. 1.* Oportet quod habeat iuriſdictionẽ, & hæc iuriſdictio abſq; ſubditis eſſe non poteſt, & hanc parochi in parochianos ſuos habent, ergo ab alijs quàm à ſuo iudice abſolui à peccatis non poſſunt, imò confeſſio facta alieno Sacerdoti, & abſolutio ab eo impenſa non valerent, *ex tex. in c. omnis iam allegato, & tradit Turrecremata, in c. ita Dominus, 19. diſt. & lib. 1. de poteſtate Eccleſiæ c. 97.* Idq; procedit etiam ſi intra parochiam alterius quis deliquerit, & peccauerit, *ſecundum Couar. in pract. c. 11. n. 4.* quod adeo, & ſecundo verum eſt, quod etiam extra Quadrageſimam non licet alieno confiteri Sacerdoti, *ſecundum Abb. in d. c. omnis, not. 7. & Nauar. in c. placuit, n. 8. de pœnit. diſt. 6.* Quinimo etiam ſtante cõſuetudine cõfeſſio facta alieno ſacerdoti nõ valet, *ſecũdum tex. in c. 2. de pœn. & rem. in 6.* niſi cõcurrat tacita ſaltem licẽtia confeſſoris proprij, *vt per Nauar. vbi ſup. nu. 36.* vnde ex iſto tacito conſenſu poſſunt defendi confeſſiones clericorum, quas ad inuicem ſolent facere, *ſecundum Maiorẽ in 4. diſt. 19. q. 1. in 4. argum. & Caietanum in ſumma, verbo Abſolutio, et Victoriam vbi ſuprà, n.* 154. Sed *ſecundum Florentinum in 3. parte ſummæ Theol. tit. 14. c. 19. §. ſi.* ſola cõſuetudo non poteſt eos ſaluare, niſi ex parte Epiſcopi vera adſit licentia, *prout et voluit Gabriel in Canone Miſſæ, lectione 3. col. 3.* præſertim exiſtente iam Concilio Tridentino *in ſeſſ. 23 de reformatione c. 15.* ſecundum quod non licet cuilibet confiteri Sacerdoti, *prout et aduertit Nauar. in Manuali c. 4. n. 2.* Quo ad noſtrum tamen propoſitum ſufficit ſcire, alij quàm parocho de iure non confitendum, niſi parochus ille imperitus eſſet, nã tunc diſcretum confeſſorem tenetur quis perquirere, *ſecundum gloß in d. c. omnis, et probat tex. in l. 22. tit. 4. p. 1.* & tunc petita prius licentia ab ipſo parocho, quã ſi nolit præbere, maior & ſuperior eius adeũdus eſt, ſecundũ legem illã 22. quæ & ponit alios caſus vbi licet alieno confiteri Sacerdoti, & *in c. 21 eiuſdem tituli et partitæ*, alius deſcribitur, ſcilicet, ex licentia parochi, vt & *per Victoriam vbi ſuprà, nu.* 149. Sed an in abſentia proprij Sacerdotis poterit quis confiteri cum alio, vel ex alia ſimili cauſa, & quid in vagabũdis, vide per Victoriam, *in d. tit. de confeſſione, n.* 145. *et* 155. Eſt tamen verum quod in mortis articulo, ſi proprij Sacerdotis copia nõ adſit, poteſt quiſq; per quemcũq; Catholicũ Sacerdotẽ (habilẽ tamen intelligerem ſi haberi poſſet) abſolui à quibuſcunq; peccatis, quãtũcunq; à iure, vel ab homine reſeruatis, & demũ à quacũque excommunicationis cenſura, *ex c. ſi. de ſepult. & ca. nobis 2. & c. non dubium, c. quamuis, c. quod de his, de ſenten. excom. extra. & c. eos, eo. tit. 6.* notat Hiſpanus Franciſcus de Vargas, *in de iuriſdict. Epiſcoporum, & ſummi Pontifi. authori. reſpon. 5. pag. pen.* vbi & rationem annectit, ſcilicet, quod cum hoc ſacramẽtum ſit in remiſsionem peccatorum inſtitutum, & articulus mortis ſit, vbi res agitur, aut perpetuæ felicitatis, aut perpetuæ dãnationis, non ageret Eccleſia, quæ ab Spiritu-ſancto gubernatur, ſecundũ ampliſsimam Dei miſericordiam, ſi non omni remedio, exeũti ab hac luce prõptiſsimè ſuccurreret, & quando dicetur quis in articulo mortis cõſtitutus, tradit Victoria, *vbi ſuprà, n.* 134. & Nauarrus *in Manuali, in d. c. 2. n.* 8. & Florentinus *in 1. parte ſuæ ſummæ Theol. tit. 10. c. 3. §. 5. in prin.* & Ripa *in tract. de peſte, in 3. part. ſecũdæ partis, n.* 47. *fol.* 12. & Gom. *in Regul. Cancell. de infirmis reſig. q. 8. in prin.* & Soto *in 4. diſt. 18. q. 4. ar. 4. verſic. quæris autem*, & Couar. *in d. §. 1. nu.* 7. *in prin.* Et an in caſu in quo quis per Bullam, aut aliã indulgentiam, vel cauſam iuſtã poteſt alieno Sacerdoti confiteri, poterit ignorantem & idiotã † Sacerdotem eligere, Victoria, 6
vbi ſuprà, n. 168. inquit optimè quod non, debet enim eſſe idoneus, nã ſi imperitus eſſet, & hoc pœnitens animaduerteret, nihil ageret, *arg. tex. in ca. quem pœnitet, iuxta medium, de pœnit. diſt. 1. & in d. c. omnis, & ibi glo. & Silueſt. verb. confeſſor. 3. in prin. Nauarr. in Manuali c. 9. nu. 9.* pœnitens verò debet conijcere an confeſſor ſit idoneus, *ex traditis per Nauarrum vbi ſup. & melius in eodem Manuali c. 4. n. 2.* Quinimo nõ ſatis eſt quod ſit idoneus iudicio pœnitẽtis, ſed etiã requiritur quod præſit curæ animarum, & habeat iuriſdictionẽ ſaltem in alios, *ſecundum glo. alieno. in d. c. omnis, ſingularis ſecundum Abb. ibi num.* 14. *ſimilis gloß. ſpecial. in clem. 2. de priuil.*

priuilegi. quàm ad hoc dicit singularem Rauena, ibi & Panorm. in c. significasti, nu. 5. de foro comp. & Soci. ibi *nu. 21. & Barba. in c. de causis nu. 13. de offi. del. Ias. in l. si per errorem n. 8. ff. de iur. om. iud. Francus, in c. 2. de pœni. & remi in 6. Capella Tolosan. 221. vbi addit. hanc testatur communem.* Sed verius videtur verbis Bullæ Cruciatæ attentis, quod non requiritur quod habeat iurisdictionē talis sacerdos virtute illius, vel similis Bullæ aut Indulgentiæ, aut ex alia causa eligendus, dum tamē sit idoneus scientia, nā cum talis sacerdos sit electus de volūtate Papę, & delegatus eius reputetur vel de proprij parochi licentia cōstat habere iurisdictionem, & sic absoluere posse, *prout, & tenent Hosti. & Sicul. relati per illam addition. decis. 221. Capellæ Tolos. & Feli. in d. c. significasti, in princ. & Ias. vbi supra & Ripa. vbi supra tit. de remedijs ad curandam pestem & n. 36. & 42. & Gabriel. in 4. dist. 17. col. pen. quæstionis secundæ. & Victoria, vbi sup. n. 150.* & ita communi obseruantia receptum affirmat Adrianus, in *4. de sacramento cōfes. q. 5. dubio 1. & addition. dictæ capellæ. 221. in fine.* Verum enimuerò is, cui per cōstitutiones synodales, vel aliàs est vetitū audire confessiones sine prēuio examine, non poterit eligi, aut constitui delegatus virtute dictæ Bullæ vel alterius cuiuslibet licentiæ, & causæ, *secundū Medinam, in tract. de confessione quæst. de sacerdo. alieno à Paro eligen. §. si quæras, & Nauarr. in d. c. 4. nu. 2.* Et cum iam *per sacrum Concilium Tridentinum sessione 25. c. 15. de reformatione* iussum, & prouisum sit nullum esse idoneum sacerdotem ad confessionem audiendam, nisi ille, qui parochialem Ecclesiā administrat, vel præuio examine pro tali declaratus est, neq; virtute Bullæ, neque alterius licentiæ vel causæ poterit alius eligi in confessorem, secundum Nauarr. *vbi supra,* & Victor. *vbi supra n. 150.* ex quo dicit cessare opiniones, & primā *ex relatis* in effectu approbatā vides & postquam hæc scripseram reperi sic ea retulisse modernum Mexiā *in l. de Toledo. in 6. funda. 2. par. nu. 7.* & gauisus sum, dum eum vidi sic asserentem & referētē. Sed an, sicut in mortis articulo potest quis absolui à quolibet sacerdote si parochus proprius haberi nō potest, etiāsi *ex dictis* nō sit idoneus sacerdos ille, *vt supra diximus,* poterit absolui à laico si copia clerici haberi non posset, in mortis articulo, & dicendū est quod cōfiteri laico licebit, absolui tamen ab eo non poterit, *secundum glo. præter quam in c. pastoralis §. præterea de offic. ordi. & glo. si. in c. 2. de pœn. & remis. in 6. & in c. 1. nobis in 1. de sent. excom. notat Aufred. in tract. de potestate secul. super eccle. person. regul. 4. fallen. 29. fol. 37. & probat optima, & singularis l. 29. tit. 4. p. 1. quæ secundum glossatorem, ibi, habuit ortum à c. quem pœnitet, de pœnit. dist. 1.* etiamsi talis laicus esset Iudęus *secundum Addit. Abb. in c. quod non est litera A. extra de reg. iur. & vide eundem Abb. in c. quanto n. 12. de consuet.* & tūc in tali necessitate, *secūdum Victoriā, vbi supra n. 143.* etiam mortalium peccatorū est tali laico confessio facienda, absolui tamen à laico non possunt à peccatis neque ab excommunicatione, *secundum dictos Doct. & Soto, in 4. dist. 18. art. 4. versic. virum verò,* & ideò si talis post necessitatem illam tempus habeat confitendi, tenetur confessionem reiterare cum parocho si haberi potest, sin minus alio idoneo sacerdote, quoniam confessio illa laico illi facta sacramentalis non fuit secundum Nauarr. *in d. Manuali c. 2. num. 4.* vbi omnes ita tenere asserit, *& probat expresse dicta l. 29.* quæ omnia sic considerantem reperi relata per Ripam *in tract. de peste d. particula 3. secundæ partis num. 48. cum sequent.* Est tamen verum quod *secundum communem Theologorum opinionem teste Aufredio vbi supra,* non tenetur quis ad hoc de necessitate, scilicet, laico confiteri, in defectum clerici sacerdotis, esset tamen vtile ex materia verecundiæ, quæ est vna pœna debita pro peccato, & sic bonum esset consilium, *secundum August. in d. c. quem pœnitet,* hodie tamen inquit Sot. *d. dist. 18. ar. 1. q. 4. pag. 796 in princ.* quod non sunt consulendę tales confessiones laicales, quoniam non necessariæ, & periculosæ sunt, imo & perniciosas vocat Nauarro, *in princ. distinctionis 5. de pœnitentia in 5. parte glossæ n. 5.* Aliud etiam, & non minus singulare notandū est, scilicet quod confessio † hæc sacramēntalis (cuicunq; facta sit) debet esse vocalis non mētalis nam cum sacerdoti soli, & in secreto fieri debeat, qui peccata dimittat, & dissoluat, nullo modo sacerdos hic potest dimittere, & dissoluere, nisi sciat, quæ sint, hæc tamen scire non potest nisi per confitentē declarētur, igitur necessario patet, confessionem hanc debere esse vocalem, vt probat optime Ioa. Ekius, *in suo Enchiridione, ti. de confessione,* vbi inquit auricularem, & secretam etiam esse debere, *& hæc probātur optimè ex Decreto Concilij Tridentini, sessione 14. de reform. c. 5. & 6.* imò iure diuino institutū fuisse confessionem hāc esse vocalē apparet ex Euāgelio *Luc. c. 17.* dum Christus *ibi* misit pauperes duos ad sacerdotes, vt mundarentur à peccatis, *vt probat, & inquit tex. optimus, in l. 30. ti. 4. p. 1. desumptus ex d. c. quem pœnitet, de pœn. dist. 1. & tract. de ijs Castro, lib. 4. aduersus hæreses, verbo confessio,* & sic non per nūtium vel epistolam, vel scripturam aut interpretem fieri debet vbi aliter fieri potest, *secundum Victoriam, vbi supra nu. 171. cum duobus seq. & probat tex. in d. l. 30.* neque per scripta etiam si ea legendo vocaliter declarentur peccata, secundum D. Couar. *lib. 2. varia. c. 13. n. 6. versi. hinc obiter,* & D. Padillam, *in l. & in Epistola nu. 14. C. de fideico.* vbi in fine tenet, quod si quis lubricæ memorię sit, potest quò fidelius confiteatur peccata schedulę mādare, atq; exinde proprio ore confiteri, & sic declaranda sunt dicta per Couar. *vbi suprà,* & optimè per Sot. *in 4. dist. 18. q. c. art. 6. col. pen.* Ex quibus in nostrū propositum tenendū est, infirmū hunc teneri proprio sacerdoti confiteri si haberi potest, sin minus, vel si Bullam aut indultum ad hoc habeat alieno sacerdoti idoneo tamen Cōcilio Tridentino attēto vocaliter, & in secreto potest secreta reuelare & peccata, vt nostri etiam text. cōfessioni satisfaciat, sed si periculum esset in mora, cuicunq; sacerdoti.

De recebir comuniō. Ita quod si fieri potest vtrūque infirmus tenetur facere in mortis articulo, scilicet, confiteri, & itidem Eucharistiam sumere, aliter vnum absque alio ad euitādam nostri tex. pœnam non sufficeret, *vt & aduertit Didacus Perez, in præsenti, col. 52.* quamuis *secundum eum ibi* remoto contemptu sufficiet ad euasionē pœnæ nostri text. solum cōfiteri, nā lex nostra Christianitatē potius, & signa cōtritionis requirit, vt pœna eius euitetur remoto tamē contēptu & notabili negligētia, nā si requisitus dum potuit, noluit, vel distulit Eucharistiā recipere, & sumere, nō reddere eū tutū à nostri tex. pœna, præsertim si esset Christianus nouus & nouiter cōuersus, vel malæ opinionis & famę, in morteque

morteque ſigna contritionis deficerent, quæ debent apparere in caſu in quo quis propter grauitatem infirmitatis & mortē repentinam non potuit confiteri, *ſecundum tex. in c. multip'ex de pœn. diſt. 1. à quo deſumpta fuit l. 31. tit. 4. part. 1.*

Pero que ſi fuere por caſo. Vt quia mors repentina fuit ex aliquo accidente interiori, vel exteriori, vel non potuit loqui ita quod in tali infirmo nulla dari poſſit culpa, tūc enim nihil ei imputādum eſt, præſertim ſi illomet anno confeſsionis pręceptū adimpleuit, vel in morte ſigna cōtritionis apparuere, *vt inquit tex. in d. l. 31. tit. 4. p. 1.* vel quia per aliquē fuit impeditus, vel prohibitus prout cum condēnatis ad mortem inſcij iudices facere ſolebant, putantes quod ſi Euchariſtia tali condemnato ad mortē ad carcerem deferretur, poterat dicere, quod eius immunitate gaudere volebat, contra quos iudices innehit iuſta ratione, Ant. Gom. & alij relati *in l. 2. in fine infrà tituli proximi.*

IN LEGEM NONAM.

1 *Confiteri ſacramentaliter & Euchariſtiam ſumere quilibet tenetur in articulo mortis, n. 1.*

2 *Euchariſtiæ communio an ſit danda ad mortem condemnato ſi ieiunus non ſit, nu 2. Et ibidem quid in conſtituto in graui infirmitate.*

3 *Conſtitutus in articulo mortis, quando quis dicatur n. 3.*

4 *Euchariſtia quo tempore ſit præſtanda condemnatis ad mortem, nu. 4.*

SVMMARIVM.

Condemnatis ad mortem in quos executio iuſtitiæ facienda eſt, Euchariſtiæ ſacramentum eſt miniſtrandum pridie antequam moriantur.

IBI, *Pio Quinto*, Sāctitate & charitate motus, & tanquam iuſtus executor canonicarum inſtitutionum, & iudicum animabus aliter facientium volens prouidere, ſic ſanxit ſanctiſſimus hic & maximus Pontifex, ann. 1568. Ianuarij 25. die, ſic reſcribens Archiepiſcopo Roſanenſi Nuncio ſuo in Hiſpaniam ab eo miſſum, vt cum Chriſtianiſſimo Rege noſtro id ageret. Rexque noſter iuſtis ijs conſilijs & ſanctis obtemperans in 27. die Martij anni 1569. immediatè ſequentis, ſic lege noſtra eſſe faciendum diſpoſuit, & ſic in poſterum obſeruatum eſt.

Ibi, *En conformidad de lo que por los ſacros Canones eſtaua eſtatuydo:* vt apparet *ex text. in cap. ſuper eo. de hæretic. in 6. & in cap. quæſitum 13. quæſt. 2. & ex l. 7. titu. 13. lib. 8. infra* & quia quilibet in mortis articulo conſtitutus, tenetur confiteri ſacra-
1 mentaliter, & Euchariſtiam ſumere: † *ex cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſ. & l. 15. ſuper iſto tit. vbi diximus.* & ſic ex pluribus autoritatibus Doctorum, id eſſe faciendum retulimus *in l. 2. nū. fin. titu. 2. ſequentis*, vbi & diximus, iudices aliter facientes peccare mortaliter. *Sed* omiſimus ibidem tangere, quid ſi talis condemnatus ad mortem non ſit ieiunus, an & tunc ſit ei danda Euchariſtiæ cōmunio: † in quo quidem dubio aſſerendum eſt affir- 2
matiuè, quod ſic, quoties neque poteſt anticipari communio, neque differri mors, vel ſuppliciū, eo quod & huic periculum mortis imminet, ſicut infirmo in graui infirmitate conſtituto: vt inquit *Soto in 4. diſti. 18. art. 4. & Suarez in 3. to. de ſacramen. quæſt. 80. articul. 8. diſputa. 68. ſectio 5. in principio. et clarius Enriquez in 2. parte Philoſoph. moralis, lib. 8. c. 50. et nouiſſimè Anto. Gom. in explica. bullæ Cruciat. in clauſula 6. num. 36. fol. 64.* Nam, *vt inquit Peralta in l. vnum ex familia in princip. num. 14. de legat. 2.* iſta quatuor parificātur, quem eſſe in articulo mortis, & in extremis, ſeu in vltimis, & eſſe in actu moriendi, & eſſe morientem, & faciunt etiā dicta per *Couar. in cap. alma mater 1. parte §. 1 nu. 7. in principio.* Et generaliter quando dicatur quis cōſtitutus in articulo mortis, * tradit *Alberi. in l. filiæ* 3
meæ verſicu. ex hoc quæro ff. ſoluto matrim. & per Doctores per me relatos in d. l. 5. n 5. in fi. infra iſto tit.

Ibi, *Vn dia antes.* Per tres dies aſſerebāt aliqui, † 4
ex Doctoribus per me relatis *in d. l. 2 n. fi. ti. ſequētis.*

Ibi, *Por ſemejantes cautelas.* Quibus quidem nō eſt deferendum, ſed potius obuiandum maxime tali in tempore.

IN LEGEM FINALEM.

SVMMARIVM.

Planctus, & lacrymæ pro defunctis in Eccleſijs, & domibus ceſſare iam debent, ſub noſtri text. pœna.

POrende *mandamos*. Idque iuſtis rationibus in lege noſtra declaratis prouidetur, & quia in ijs planctis, & lacrymis, quaſi contradici videtur voluntati Dei, cōtra id quod in oratione Dominica quotidie petimus, & confitemur dicentes, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra, ideoq; præpoſterum, & peruerſum eſt, quod cum Dei voluntatem in ijs verbis impleri petamus contra id quod propria voce dilucidè proteſtamur manifeſtè agere videamur in die mortis defuncti alicuius exclamando, & quæ non decent Chriſtianos faciendo, *vt inquit tex. in ca. quam præpoſterum 13. q. 2. & tex. in l. 44. tit. 4. p. 1.* præſertim ſi talis mortuus eſt ſumptis Eccleſiæ ſacramentis, & ſignis contritionis apparentibus, quem præſumendū eſt ad frugem melioris vitę peruenisſe idq; mirè exemplo ſingulariſsimo regis Dauid, qui ſecundum Dei cor inuētus fuit, iuſtificari, & ornari poteſt, legitur enim 1. *Reg. 2.* quod Dauid ille Rex magnus filium dilectum, quē ſicut animam propriā diligebat, infirmitate percuſſum, impatientiſsimè flebat & cū humana auxilia iam nihil prodeſſent, ſemetipſum conuertit ad Dominum, depoſita Regali gloria, ſedit in terra, iacuit in cilicio non manducauit neque bibit, ſeptē diebus cōtinuis orans Deū, ſi fortè ſibi filius donaretur. Acceſſerūt ſeniores domi eius, cōſolantes rogauerunt eū, vt panē ſumeret, veriti nē dum filiū vellet viuere ipſe ante deficeret. Nō potuerūt torquere, non cogere, amor enim impatiēs ſolet pericula ipſa contenere. Iacet Rex in ſqualore cilicij ęgrotāte filio, nec verba fecīt cōſolationē neque ipſa eſcarum neceſſitas auocauit, mens tri-

ſtitiam

ſtitiã patitur, pectus dolore reficitur, oculi lachrymis perpetibus fluũt. Inter hæc factũ eſt, quod decreuerat Deus: moritur puer, vxor in luctu, tota domus in plãctu, famuli pauidi, quid facerẽt ęſtuãtes: nemo enim audebat domino filiũ mortuũ nũtiare, timentes vtiq;, ne ille, qui ſic adhuc impatiẽter filiũ lugebat viuũ, ſi audiuiſſet mortuũ, vitę faceret finẽ. Dum ſtrepunt famuli inter ſe, dum eunt triſtes, & alter ad alterum ſuſurratione occulta loquuntur, intellexit Dauid, præuenit nũcios, an vitã eius exhaleſceret interrogat, negare nõ poſſunt, factũ fletibus indicãt, fit concurſus inſolitus, expectatio grandis, & motus, ne quid ſibi periculi pius pater inferat. Surgit mox Dauid rex de terra, exuit ſe cilicio, ſurgit hilaris, quaſi filiũ ſuum audiſſet incolumẽ, vadit ad balnea, lauat corpuſculum, vadit ad tẽplum, adorat Deum, epulatur cũ amicis, cõpreſſit ſuſpiria, gemitu omni depoſito, vultu iã læto. Mirantur domeſtici, ſtupent amici nouã & ſubitã conuerſionem: audent deniq; interrogare, quid ſibi velit hoc, vt cum viuente filio ſic doluerit; mortuo nõ doleret? Reſpõdit vir ille magnus, neceſſe fuit, cũ adhuc viueret filius, & humiliari & ieiunare, & lugere in conſpectu Domini, erat enim ſpes impetrãdi cõmeatus vitæ. At verò poſtquam voluntas Dei facta eſt, ſtultum eſſe & nimiũ inutile, lamentatione animum inundare, ſic dicẽs, ego ibo ad illũ, non ille reuertetur ad me. Ecce ergo *inquit B. Auguſtinus 9. tom. opuſculorum ſuorum, in ſer. 2. in fin. de conſolatione mortuorum*, exemplũ magnanimitatis, atque virtutis. Quòd ſi ille Dauid, qui adhuc ſub lege poſitus erat, ſub illa nõ dico licentia, ſed neceſſitate lamẽtationis ſic animũ à luctu irrationabili ſuperauit, ſic triſtitiã ſuã ſuorumque cõpeſcuit, nos qui ſub gratia ſumus, ſub certa ſpe reſurrectionis, quibus omnis triſtitia interdictaeſt, qua frõte mortuos more gentilium plãgimus, vlulatus inſanos tollimus, veluti alio genere bacchãtes, cũ ſciſſis tunicis pectora nudamus, verba inania, & nænias circa corpus, & tumulũ defuncti cãtamus? Poſtremò etiam qua ratione veſtes nigras tingimus, niſi quos verè infideles & miſeros, non tantũ fletibus, ſed etiã veſtibus approbemus? Aliena ſunt iſta fratres, *proſequitur Aug.* extranea ſunt, nõ licent, & ſi licerent nõ decent. Sed aliquantos de fratribus & ſororibus, licet fides propria & præceptũ Domini fortes faciat, parẽtũ tamen & vicinorũ opinio debilitat & frangit, ne lapidei & crudeles iudicentur, ſi pepercerint veſtimento, ſi non fuerint inſanis luctibus debacchati. Et hoc quã vanũ eſt, & quã ineptũ opiniones hominũ errantium cogitare: & non timere ne quid minus de fide faciat, quã ſuſcepit. Quare nõ magis tollerat iã à mẽdicis ille qui diues eſt, quare non fide ille qui dubius? Quãuis etiã ſi dolor eius tãtus ſit, tacitè tamẽ debet luctum ſenſu dirigere, & nõ leuitate ſui animi publicare, ſed dicet aliquis, *inquit Aug. vbi ſupra in ſerm. 1. col. 971. & ſeq.* prohibes lugere mortuos, cũ & patriarchæ plorati ſint? & Moyſes ille famulus Dei, & multi inde prophetæ, præſertim cum Iob quoque iuſtiſſimus ſuam plagam ſuper filiorum cõſciderit necẽ? non ego, inquit Auguſtinus, & pro eo legiſlator noſter in præſenti, prohibeo mortuos lugere, ſed gẽtium illuminator Paulus 1. Theſſ. 4 qui ſic ait: *Nolo vos ignorare fratres de dormiẽtibus, vt non triſtes ſitis, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent*: non poteſt, *ait Auguſtinus*, Euangelij claritas obſcurari, ſiue quia hi, qui ante legem aut ſub legis vmbra poſiti fuerant, ſuos mortuos flebãt, meritò flebãt, quia nondum de cœlis venerat Chriſtus, qui fontem illã lacrymarum ſua reſurrectione ſiccaret: meritò flebant, quia adhuc ſententia permanebat: meritò lamentabãtur, quia nõdũ reſurrectio prædicabatur, ſperabãt quidem ſancti aduentũ Domini, ſed mortuos flebant, quia nondum viderant, quem ſperabãt. Deniq; Simeõ vnus de veteribus ſanctis, qui prius fuerat de ſua morte ſolicitus, poſtquã Ieſum Dominũ adhuc puerum manibus attrectari promeruit, ſe ſuo exitu gratulatur, & dicit: *Nunc dimittis ſeruũ tuũ in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*. O beatus ille Simeon, quia quod ſperauerat, vidit; iam mortẽ ſuã pacem & requiẽ cõputabat. Sed dices in Euãgelio ecce legitur, Archiſynagogi deploratam filiam, & ſorores Lazari Lazarum fleuiſſe, ſed & illi adhuc ſecundum veterẽ legem ſapiebant, quia necdum à mortuis Chriſtum reſurrexiſſe conſpexerãt. Fleuit planè & ipſe Dominus Lazarum iã ſepultum, nõ vtiq; vt flẽdi mortuos formã daret, ſed vt ſe per lacrymas verum corpus aſſumpſiſſe mõſtraret, vel certè fleuit amore humano Iudæos, qui nec Dei ſigno mõſtrato, erãt in eum credituri. Neque enim mors Lazari cauſa eſſe poterat lacrymarũ, quem ipſe Ieſus & dormiuiſſe dixerat, & reſuſcitaturum ſe promiſerat, ſicut & fecit. Habuerunt ergo veteres ſuum morem, ſuãq; fragilitatem, Chriſti aduẽtum præcedẽtes: iã ex quo verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Ex quo primi Adæ datã ſententiã, Adã nouiſſimus ſoluit, ex quo noſtrã mortẽ ſua morte deſtruxit, & ab inferis die tertia Dominus reſurrexit, iam non eſt terribilis mors fidelibus, nõ timetur occaſus, quia oriens venit ex alto. Clamat ipſe Dominus, qui mẽtiri neſcit. Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis viuens & credẽs in me, mortem non videbit in æternum. Manifeſta autẽ, fratres chariſſimi, vox diuina, quia qui credit in Chriſto, & eius mãdata cuſtodit, etiã ſi mortuus fuerit, viuet. Hanc vocem B. Apoſtolus accipiens, & totis fidei viribus retinens, inſtruebat dicens, *Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non triſtes ſitis.* O mira pronũtiatio apoſtoli, vno ſermone, vt vtrãque doctrinã proferat, reſurrectionem cõmendat. Dormientes nãq; appellat illos, qui moriuntur, vt dormiẽtes eos dicẽs, reſurrecturos ſine dubio cõſignet, vt nõ, *inquit*, de dormientibus, ſicut & cæteri qui ſpẽ non habent, cõtriſtentur: nos autẽ qui ſpei filij ſumus, collætemur. Quæ autem nobis ſpes ſit, ipſe commemorat; Si, *inquit*, credimus, quia Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt, per Ieſum adducet cum eo. Ieſus nobis, & hic viuentibus ſalus eſt, & hinc recedẽtibus vita eſt. Mihi, *inquit*, viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. Lucrũ planè, quia anguſtias & cogitationes quas habet lõgior vita, mors accelerans lucrifacit. Audi enim Dominũ, *Mat. 13.* dicentẽ: Tũc iuſti in regno patris eorũ fulgebunt ſicut ſol, & quid ſpeciem & decorẽ cõmemorem ſolis, cum eos figurari neceſſe eſt ad ipſius Domini claritatem, *vt teſtatur Paulus Philip. 3.* Noſtra, *inquit*, conuerſatio in cœlis eſt: vnde & ſaluatorẽ ſpectamus Dominum Ieſum, qui trãsfigurauit corpus humilitatis noſtræ ad conformitatem corporis gloriæ ſuæ, & trãsfigurabitur ſine dubio caro iſta mortalis, ad confirmationem

Chriſti

Chriſti claritatis, induet mortale immortalitatem. Quia quod ſeminatum fuerat in infirmitate, protinus ſurget in virtute. Non timebit caro amplius corruptionem, non patietur famen, nõ ſitim, non ægritudinem, non caſus aduerſos. Pax erit tuta, & firma ſecuritas: vita itaque cœleſtis, gloria ibi, & gaudium ſine defectione pręſtabitur. Hæc in ſenſu, & oculis gerens B. Paulus *Phili.*1. 2.*Cor.*5. optabat diſſolui, & cum Chriſto eſſe, multo enim melius. Et adhuc aptè dolens, dum ſumus, *ait*, in corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, & nõ per ſpeciem. Habemus autem magis bonam voluntatem peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad dominum. Quid agimus nos paruæ fidei homines, qui anxiamur, & deficimus, ſi aliquis de charis noſtris migret ad dominũ? Quid agimus, quos peregrinatio ad Chriſti conſpectum ſeparat? Verè, verè peregrinatio eſt, omne quod viuimus: nam ſicut peregrini in ſeculo ſedes habemus incertas, laboramus, deſudamus, vias ambulantes difficiles, periculis plenas, vndiq; inſidiæ, à ſpiritalibus, à corporalibus inimicis, vbiq; errorum calliculi ſunt præparati. Et cum tantis periculis vrgeamur, non ſolum ipſi cupimus liberari, ſed etiam liberatos tanquam pereuntes lugemus, & plãgimus. Quid nobis pręſtitit Deus per ſuum Vnigenitum, ſi adhuc mortis timemus occaſum? Quid nos renatos ex aqua, & Spiritu ſancto gloriamur, quos profectio de hoc mundo, quæ optabilis debet eſſe, contriſtat? Ipſe dominus clamat, *Ioan.*12. Si quis mihi miniſtrat, ſequatur me: & vbi ego ſum, & miniſter meus erit. Putas ſi Rex terreſtris ad ſuum palatium, & conuiuium aliquem vocet, nonnè libens & congratulans properabit? Quanto magis ad cœleſtem currendum eſt Regem, qui quos receperit, non ſolum conuiuas, ſed etiam conregnatores efficiet, ſicut ſcriptum eſt. 2.*Timot.* 2. Si commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. Nec ego dico, vt quis manus ſuas ſibi inferat, aut ſe interficiat contra voluntatem Dei creatoris, aut animam de corporis ſui expellat hoſpitio: ſed hoc dico, vt lætus ſit, & gaudens, cum aut ipſe vocatur, aut proximi ſui vadunt, vt euntibus gratulentur. Hæc eſt enim Chriſtianæ fidei ſumma, vitam veram expectare poſt mortem, reditum ſperare poſt exitum. Accepta igitur voce Apoſtoli, 1.*Cor.*15. cum fiducia iam dicamus gratias Deo, qui nobis cõtra mortem victoriam dedit, per Chriſtum dominũ noſtrum, cui eſt gloria, & poteſtas nunc, & in ſecula ſeculorum Amen. Quæ cum diuinitùs diuinus ſcriberet Auguſtinus, pro noſtræ legis exornatione, & iuſtificatione libuit verbatim recẽſere, ex quibus apparet iuſtè & ſanctè legiſlatorem noſtrum in hoc proceſsiſſe, ſicut & proceſsit in omiſsione verborum antiquorum originalis literæ noſtri text. quibus verbis anteà iubebatur, corpus defuncti pro quo ſimiles planctus fierẽt, inſepultum ob hanc cauſam remanere debere, nam defuncti corpus in quo deliquit vt propter hanc rationem inſepultũ remaneret; & cur aliorum culpæ, & delicta defunctorum corporibus damnoſa eſſe deberent? cum pœnæ ſuos teneant authores, *l. ſancimus C. de pœnis.* Et ſi ob debita propria defũcti cadauer impediri nõ debet quin ſepeliatur, quare ob aliena eſſet impediendum? Et ideò iam hodie dicta verba antiqua non ſunt in noſtra noua contextura appoſita, neq; tranſcripta, & dubium anteà erat an ſimilis diſpoſitio procedere de iure poſſet tãquam impeditiua operum charitatis mortuos ſepelire iubentis, prout in præſenti aduertit Did. Perez, *col.* 50. *in fine, cum ſeq.* qui & *in l.*4.*tit.* 8.*lib.tertio.Ordinamen. col.*1076.*verſi.eſt tamen quæſtio*, dura eſſe verba illa aſſerebat: iubeturque diſpoſitionem legis noſtrę ſeruari *in l.ſi.in fine, tit.*5.*lib.*5.*infra*, vbi *in titulo illo* ponitur forma luctum afferendi, & pro quibus perſonis, & quanto tẽpore, & de expenſis funeralibus expendendis tractatur, *ibi videbimus Deo volente*, hæc pro iſto titulo ſufficiant.

CONtinuari poteſt titulus ſequens ad præcedentem hoc, ſcilicet, modo, nam cum ſuperiori titulo dictum ſit de fide catholica, quæ & in Eccleſiarum immunitate, & reuerẽtia eis ſeruanda conſiſtit, cum & mater fidei, & religionis ſit Eccleſia, *ſecundum tex. in l.iubemus la.* 2. §. *verũ in fine C.de ſacroſ.eccleſ.* ideò & cõſequenter ſequitur titulus noſter poſt præcedentem, cumq; neceſſariæ ſint res Eccleſijs, tam ad earum conſeruationem, quam ad eis ſeruientium ſuſtentationem, ideò non ſolum de Eccleſiarum immunitate, libertate, & exemptione, verum & de earum bonis, noſter tractat titulus, & hæc eſt optima continuatio, quam & in parte ponit glo. *in rub. C.de ſacroſan.Eccleſ.* neq; abſq; momento ſunt rubricarum continuationes, nam ab earum continuatione ſumi poteſt argumentum, *vt per Euerardum, in centuria locorum cap.*45. *verſic.ſecundo poteſt ſumi arg.vbi plura de rubricis, & in locis ordinarijs, & per* Bertachi.*in repertorio ſuo, verbo, rubrica tractantur, quæ per ipſos videri poſſunt.*

SEQVITVR TITVLVS ſecundus, de la libertad y exempcion de las Igleſias, y Monaſterios, y guarda de ſus bienes.

In legem primam.

1 *Sedem Martyrum, vel Apoſtolorũ nemo exiſtimet humanis corporibus eſſe conceſſam.*

2 *Eccleſia mater eſt omnium legitima, & vltimam*

mum refugium miserorum.

3 *Homines iuxta altare Ecclesiæ assistere non debent.*

4 *Motus proprius super reuerentia, & modestia in Ecclesijs adhibenda remissiue.*

SVMMARIVM.

Nullus super altaribus vllo vnquam tempore se reclinet, neque ambulet, vel negotietur in Ecclesia, vel monasterio, tempore, quo diuina celebrantur officia, neque homines inter mulieres sedeant, neque cum eis loquantur, aut confabulentur, tempore celebrationis diuinorum, aut dum sacra prædicantur Euangelia, Parochique iudices Ecclesiasticos perquirant, vt sic fieri faciant.

DEFENDEMOS. Quanta cum causa eius dispositio procedat & seruanda sit, nemo est, qui iustè ignorare possit, cum enim templa dicata sint, vt domus orationis, & non confabulationis fiat, merito si homines ipsis altaribus, vbi diuinum Eucharistiæ celebratur sacramentum adhærere non possint, neque super eis se reclinare, neque per Ecclesiam ambulare, maximè dum diuina celebrantur officia: nemo enim exi-
1 stimare debet † Apostolorum, vel Martyrum sedem humanis corporibus esse concessam, *vt in*
2 *l. nemo* C. *de sacros. Eccles.* nam cum Ecclesia † sit mater omnium legitima, *secundum Bal. in l. eam quam col.* 10. *nu.* 40. *C. de fideicom. & Probum, in additio. ad gl. in pragma. sanctione in proœmio* §. *inscrutabilis, verbo, Ecclesiam,* & vltimum, & supremum refugium miserorum, & oppressorum, *secundum eund. Bal. in c.* 1. *col.* 2. *de alie. feudi,* iustum est, & necessarium, vt in eius domibus, & templis magna modestia, & reuerentia obseruetur, & ideò *secundum tex. nostrum, & l.* 1. *tit.* 11. *par.* 1. non conceditur, vt homines iuxta altare † Ecclesiæ adsistant,
3 neque circum illud, vel absque reuerentia stent ibidem, vel inhonesta, & confabulosa tractent, *prout. & probatur in l.* 4. *infra, eo. & faciunt tradita per Rebuf. in* 2. *tomo constitu. Fran. tit. de immuni. Eccles. art.* 1. *glos.* 1. *nu.* 7. qua de causa olim noster Præsul. Petrus Ponce de Leon, iustissimè per edicta publica hæc prohibuit, motus etiam ex proprio motu sanctissimi nostri quondam Pij Papæ V. vbi multa prouisit necessaria circa hoc, & circa peccati nefandi, blasphemiæ, simoniæ, ac concubinatus punitionem, quæ & ad titulos huius Recopilationis maximè necessaria sunt, & tenor talis motus proprij, quia passim inter proprios motus eiusdem Summi Pontificis habetur, non referam eum in præsenti, in sua originali videri potest, vt ad alia transeamus.

Diuinos oficios. Quid veniat horum appellatione, vide glos. *in pragmatica sanctione tomo secundo, tit. de his qui tem. di. offi.* § 1. *verbo, diuinorum.*

In legem secundam.

1 *Multis modis immunitas Ecclesiæ violatur.*

2 *Pœna arbitraria quæ sit.*

3 *Sacrilegium committitur cum etiam res non sacræ in Ecclesia furantur, & ibi pœna furantis.*

4 *Pœna imponenda aliquam rem sacram furanti.*

5 *Sacrilegium committitur cum quis ferit clericum, & pœna eum ferientis.*

6 *Pœna abstrahentis monacham à monasterio, & eam vi cognoscentis.*

7 *Pœna occidentis clericum de Missa.*

8 *Pœna feudatarij vel emphyteoticarij clericum Ecclesiæ dominum feudi vel emphyteosis occidentium.*

9 *Iniuria facta clerico quando censeatur facta Ecclesiæ vbi intitulatus est iniuriatus & num.* 10. *an iudex Ecclesiasticus sit competens, & an sacrilegium sit mixti fori.*

11 *Ductus per Ecclesiam carceratus non gaudet immunitate.*

12 *Legatus si quis ducatur iuxta territorium alienum, & sic ligatus per vim territorium alienum ingrediatur potest licitè abinde extrahi.*

13 *Carcerato si feratur Eucharistia non potest eius immunitate gaudere, & ideò damnatur peßima consuetudo non ferendi Eucharistiam condemnatis ad mortem.*

SVMMARIVM.

Nullus sub nostri tex. pœna vim faciat, aut violet Ecclesiam vel cœmiterium.

DEQVEBRANTAR. Quod † multis fieri po- 1
test modis, vel abstrahendo ab Ecclesia delinquentem ad eam confugientem *contra titulum C. de ijs qui ad Eccl. conf. & totum tit. extra de immunita. Eccles. & l.* 9. *tit.* 18. *part.* 1. & tunc pœna imponenda propriè arbitraria dici non potest, cum sit in hoc casu pœna sacrilegij statuta contra talem violatorem *per dict. l.* 9. & determinata per eam quicquid voluerit Perez, *in præsenti. col.* 67. *in fine,* contra quem tenendum est, nam licet in arbitrio iudicis ponatur *per text. in l.* 5. §. *fi. tit.* 18. *part.* 1, diminutio, vel augmentum pœnarum contra sacrilegos hos impositarum vt pensata qualitate delinquentium, & loci, & temporis delicti, vel diminuatur vel augeatur pœna sacrilegij, non tamen ex hoc dici potest pœnam sacrilegij arbitrariam esse, aliàs enim omnes delictorum pœnas expresse de iure aut consuetudine statutas arbitrarias dici, possemus asserere, cum & hæ ex causa augmentari, vel diminui possint, nam quantumuis quoad augmentum

vel

vel diminutionem earum ex causa plurimum operetur arbitrium iudicantis, *prout probatur ex dict. l.* 5. non verò quoad pœnæ statutæ constitutionem, cum eam *per dict. l.* 9. in nostro casu repe-
2 riamus determinatam, arbitrariaque † pœna est illa, vbi nullam pœnam statutam de iure aut consuetudine reperimus, *secundum tex. in l.* 1. §. *effractores ff. de expilatori. & glo. in l. nemo martyres, C. de sacrosan. eccles.* Ordinaria verò pœna est illa, quæ habet certum modum constitutum, *l.* 2. *ff. de crimina. stelli. l. fina. vbi* Barto. *ff. de priuat. del.* notat Alcia. *in cap. perniciosam*, 4. *not. num.* 16. *extra de offic. ordin.* & Didacus Perez *in lib.* 8. *Ordinamen. pag.* 333. *col.* 2. *& iterum pag.* 399. *col.* 2. Et optimè Menochius, *de arbitrarijs iudicum, lib. prim. quæstio* 14. *num.* 5. *&* 6. vbi *num.* 7. inquit communi omnium voto receptum esse pœnam non dici arbitrariam, quæ consuetudine est sancita, & ideò sine causa ab ea non est recedendum, & cum primo delicto sacrilegij pœnam *per dict. l.* 9. statutum habeamus non potest dici arbitraria contra Didacum Perez, *vbi supra in princi.* allegatum. Alio & secundo modo frangitur, & violatur Ecclesia, vel eius cœmeterium, propter quod etiam sacrilegium committitur, *secundum tex. nostrum. Ni para hazer otra cosa alguna.* Scilicet, cum
3 aliquę res non sacrę † in Ecclesia tamen existentes furantur per aliquem, *prout disponit text. in l.* 2. *titul.* 18. *part.* 1. Et tunc si aliquam ex dictis rebus furatus fuerit, quis per vim punitur pro sacrilegio pœna, *l. decima ti.* 18. *par.* 1. & secundũ qualitatem rei furatæ, & modum, quo furatur, & personæ furantis iudex pro tali delicto, & furto pœnam talem augebit vel diminuet, nam si in tali furto vis adfuit, vel portarum fractio ipsius Ecclesię, vel parietis eius, absque dubio pœna mortis imponetur, *secundum tex. in l.* 18. *tit.* 14. *part.* 7. *tradit Antonius Gomez, tomo tertio, cap.* 5. *numero* 12. ex quo iam vidi in hac ciuitate Placentiæ suspendi quosdam iuuenes maiores decem & septẽ annis, & vnus eorum minor decem & octo, eò quod ab Ecclesia cathedrali de nocte abscondentes se in Ecclesia abstulerunt lampadem argenteam coram altari maiori pendentem, & ianuis clausis eas aperuerunt, & cum lampade fugerunt, & cõfesso delicto suspensi sunt, quia licet lampas hæc non esset de rebus sacris, existebat tamen in Ecclesia, & ministerio eius, & ad furtum faciendũ se in Ecclesiam absconderunt, clausasque ianuas Ecclesiæ aperuêre, valorisque magni lampas erat, ideo morte puniti fuerunt, quamuis minores erant viginti quinq; annorũ, nam si qualitates hæ defuissent, posset iudex eos punire pœna dicta. *l. decimæ tit.* 18. *part. prima*, quę loquitur in rebus non sacris de loco sacro furatis & flagellari, & ad triremes mitti possent si bona non haberent, secundum qualitatem furis omnia pensitando: Si verò aliqua res de sacris
4 furaretur, † etiam si ad furtum illius comittendum vis vel fractio non adesset, deberet fur pœna mortis puniri, secundum text. *in l.* 18. *titu.* 14. *part.* 7. quam ad hoc allegat Antonius Gomez *vbi supra*, *num.* 11. vbi declarat quæ dicantur res sacræ, & an crux dicatur res sacra, & in contingentia facti refert ibi casum vnum, refertq; glo. Gregorij, quam in meis operibus semper pro glossa, allego, *in d. l.* 18. Paridem de Puteo asserentem, fecisse suspendi quendam Armigerum de nobili progenie, qui crucem argenteam furatus est, & optimè, quia nobilitas tunc attendenda non est, *secundum Cifuent. l.* 76. *Tauri, & Coua. lib.* 2. *var. c.* 9. *nu.* 4. Si tamen res sacra de die furata modici esset valoris, nõ esset fur puniendus pœna mortis, *secundum glo. alguna, in d. l.* 18. *& voluit Auend. c.* 16. *præt. nu.* 14. *lib.* 2. quamuis Ant. Gom. *in d. c.* 5. *nu.* 12. etiam in minimo furto asserat tunc vidisse in facti contingentia pœnam mortis impositam, sed modicitas rei diminuit pœnam ideò contrarium placet. Si tamẽ res patrimonialis, vt ita dicam, alicuius Ecclesiæ, vel redditus eius, vel personarum Ecclesiasticarum, per aliquem vi surripiantur, vel impediantur percipi, punitur talis delinquens pœna text. *in l.* 11. *infra isto tit. & lib.* cuius tex, pœna tanquam legis nouioris, in tali casu seruanda videtur, & non pœna, *l.* 9. *tit.* 12. *lib. infra*, quæ antiquior est, prout ex ambarum subscriptionibus marginalibus patet. Aliter, & tertio modo libertas, & immunitas ecclesiastica frangitur, in quo etiam versiculus nostri tex. verificari potest, & in quo sacrilegium etiam committitur, puta feriendo, aut occidendo † aliquem clericum, *secundum* 5
tex. in c. si quis suadente diabolo 17. *quæs.* 4. *& l.* 2. *tit.* 18. *p.* 1. & tunc etiam neque pœnæ talis sacrilegij poterunt dici arbitrariæ, eò quod si sacrilegium hoc committitur per militem, nobilem, vel alium honoratum hominem percutiendo Episcopum, vel ab Ecclesia, ciuitate, vel Episcopatu abijciendo vel incarcerando pœnam statutam habemus *per tex. in l.* 5. *tit.* 18. *par.* 1. scilicet, quia vltra excommunicationem, quam incurrit, propterea quod manus violentas in Episcopum consecratum iniecit, *secundum tex. in dict. c. siquis suadente, & l.* 4. *tit.* 18. *part.* 1. amittit omnia bona, & applicantur Ecclesiæ, cuius talis percussus vel dicto modo iniuriatus Episcopus præfectus, & intitulatus erat, & si talis miles nobilis vel alius honoratus homo percusserit alium minorem clericum, quam Episcopum, aut incarcerauerit eum, vel ab Ecclesia abiecerit iniuste, vltra dictam excommunicationis pœnam perdit locum suum, & denuntiandus est excommunicatus, vsque dum Ecclesiæ, & clerico eius emendam faciat, & insuper in carcerem mittendus est, aut exulandus per dominum illius terræ, per tempus ipsi domino placitum, quę quidem pœna etiam imponitur illi, qui aliquam ex dictis iniurijs, cuilibet religioso, vel religiosæ irrogauerit, nisi aliter esset consuetum castigari simile delictum, quia tunc consuetudo talis seruanda est, *prout disponit tex. in l.* 5. *tit.* 18. *par.* 1. Si tamen
quis commiserit † sacrilegium contra mona- 6
cham à monasterio eam abstrahendo, & eam per vim, vel voluntariè carnaliter cognoscendo pro sacrilegio punitur pœna, *l.* 6. *titu.* 18. *par.* 1. pro delicto verò *pœna l.* 2. *titu.* 19. *part.* 7. Sed si quis occiderit † clericum de missa punitur pœna, *l.* 7. *titu.* 18. *part.* 1. idque tunc demum proce- 7
dit, si coram iudice ecclesiastico accusetur occidens talem clericum, vel percutiens eum dum est intra Ecclesiam, vel extra dicentem tamen horas Canonicas, vel si laicum in Ecclesia existentem dum horæ, & diuina officia celebrantur quis occiderit, vel percusserit, in quolibet

horum casuum debet talis occisor, vel percussor morte puniri, & idem si in cœmeterio hæc perpetrata sint, *vt omnia probat tex. optimus, in dict. l. 9. tit.* 18. *part.* 1. & quod hęc lex 9. si coram seculari iudice accusatio fiat procedat, illa vero lex 7. si coram ecclesiastico, patet ex verbis ipsiusmet, *l. 9. ibi, Si ante el juez seglar fuere acusado.* Ex quo datur intelligi secus esse si coram ecclesiastico, nam tunc procedet dict. l. 7. præcedens, & ne contrariæ sint, ita debebant intelligi etiam si ex eis non colligeretur ita expresse intellectus hic.

8 Si tamen patronus † vel feudatarius feriat, percutiat, aut occidat Prælatum suæ Ecclesiæ, vel aliquem ex clericis ipsiusmet Ecclesiæ patronatæ à qua patronatum, feudum, vel emphiteusim habet, aut membrum abscindat, vel tale quid iubeat fieri, vel perpetrari, punietur pro sacrilegio pœna, *l. 8. titu.* 18. *part.* 1. & pro delicto pœnis condignis illi, & habes notare, quod omnes pœnæ pecuniariæ per dictas leges dicti *titu.* 18. *part.* 1. impositæ, diuidendæ sunt inter clericum percussum, aut occisum vel iniuriatum, vel eius hæredes si mortuus est, & Ecclesiam in qua clericus ipse fuerat intitulatus, *secundum glos. Iglesia, per text. ibi in l.* 10. *titu.* 18.

9 *part.* 1. nam & iniuria † facta clerico, censetur, & facta Ecclesiæ in qua intitulatus est, *secundum glo. illam, & glo. eandem in l. 9. titu. 9. part. 7. & Anto. Gom. tom. 3. c. 6. numero 6.* pro qua quidem

10 iniuria etiam iudex † Ecclesiasticus est competens, & de ea potest cognoscere, & inquirere, *secundum Maranta. in pract. 6. par. numero* 141. *cum 3. seq. pag.* 335. *in paruis, & Aufredium, in clem.* 1. *de offi. ord. tit. de potes. secul. super Eccles. perso. reg. 4. fallen. 26. fo.* 37. *& voluit* Bar. *in l.* 1. *numero* 44. C. *de summa Trini. & Didac. Perez in l.* 1. *titu.* 3. *lib.* 1. *ordi. colum.* 99. *versi. quod tamen, & Clarus, in pract. crim. lib.* 5. *§. fi. q.* 36. *numero* 47. & hoc dummodo *secundum Coua. li.* 1. *Vari. c.* 4. *col. pen. in prin.* manus violentæ in clericum inijciantur, vel sacrilegium aliud committatur, quod misti fori est, vt infra dicam. Secus vero si iniuria esset tantum verbalis, nam tunc cum nullum sacrilegium committatur, *secundum Sylues. in summa verbo sacrilegium, finalibus verbis, sic intelligentem, l. siquis in hoc genus C. de Epis. & cleri. quæ in contrarium facere videbatur & tradit Didac. Perez, vbi sup. col.* 115. *in medio*, nullo modo poterit talis iniurians clericum verbaliter tantum extra locum sacrum conueniri coram ecclesiastico, nisi aliud de consuetudine habeatur, vel clericus etiam talis delinquens sit, *secundum glo. in c. parochianos, de sen. excomm.* quoniam tunc non habebit locum tex. *in d. c. si quis suadente diabolo, secundum Coua. ita tenentem, in d. li.* 1. *Var. c.* 1. *numero* 5. *post prin. & tenet glo. ab speciali. & ibi eius additio. in c. fœlicis, verbo, in secutione, de pœnis in* 6. vbi ampliat etiam si talem clericum post iniuriam verbalem ei illatam iniuriator insequatur fugientem absque manus impositione, prout & tenet Ioan. And. *ibidem, & Angel. in summa verbo excommunicat.* 5. *numero* 29. *& Innoc. & communis in c. nuper extra, de sent. excom. reprobata glo. contrarium tenente in c. si quis pulsatus, de pœni. dist.* 1. *& Abb. in d. c. Parochianos, in fin. neque contra hæc obstabit tex. in c. si clericus laicum, extra de foro comp.* vbi pro re à clerico ablata, vel si perturbetur clericus per laicum in sua possessione, agi potest coram Ecclesiastico, quia vt ex tex. illo patet adest factum, & violentia quæ facto committitur, ideo nimirum si coram ecclesiastico agi possit, & sic inquit Feli. ibi quod vt posit pro ablatione illa laicus delinquens conueniri coram ecclesiastico iudice, debet semper allegari violentia, & vis: quoniam tunc sacrilegium committitur *secundum Sylues. vbi supra ver. fi.* Vel secundo dici potest, quod ille tex. *in d. c. si clericus*, procedit, quoties clericus agit pro re Ecclesiæ, pro suauè propria in casibus in quibus bona clericorum gaudent priuilegio bonorum Ecclesiæ, tunc enim nimirum si coram ecclesiastico laicus conueniatur, quia agitur de re Ecclesiastica, & hic intellectus literæ illius tex. applaudet, *& d. l. si quis in hoc genus*, cum loquatur per verbum irruens de iniuria facto perpetrata loquitur, nos vero loquimur quoties iniuria verbis tantum facta est, de hac enim non potest conueniri laicus coram Ecclesiastico, nisi aliud de consuetudine habeatur, vt dictum est. Ex quibus omnibus reuertendo vnde digressi sumus patet expressè quod pœna sacrilegij per tex. nostrum solui iussa in quolibet dictorum casuum exemplificatorum *per tex. in l.* 3. *titu.* 18. *part.* 1. non potest dici arbitraria, & sic tex. noster iubet pœnam pro sacrilegio impositam de iure, & nunc imponendam, & partibus applicandam, quibus per ius ipsum applicatur in quolibetq; supradictorum casuum potest versiculus nostri tex. verificari, *ibi. Ni para hazer otra cosa alguna.* Habemus etiam ex supra dictis intellectus veros, & literales ad leges 4. 5. & seq. dict. titul. 18. par. 1. quæ nisi sic intelligantur, & declarentur confusionem generare possent, maximèque declarant nostri tex. materiam. Et notandum quod sacrilegium est mixti fori quoad pœnas temporales pro eo imponendas, *ex tex. & ibi glo. & Doct. in c. cum sit, de foro comp. notat Clar. in pract. crim. § fi. q.* 37. *numero* 6. *vbi allegat Mantuanum asserentem ita omnes tenere, & Octauianus Cacheron in decis. Pedem.* 103. *numero* 7. verum tamẽ est quod quantumuis per secularem præuenientem puniatur laicus pro sacrilegio, hac tamen punitione non obstante, poterit Ecclesiasticus iudex contra talem sacrilegum procedere ad excommunicationem, & aliàs pœnas spirituales, vt veniat condignam pœnitentiam recepturus, *secundum Doct. in d. c. cum sit, & Octauianum, vbi supra numero fi. & Clarum, in pract. crimi. libro* 5. *§. fi. q.* 36. *numero* 47. *& voluit Coua. lib.* 2. *var. c.* 20. *numero* 18. *vers.* 35. Et sic video practicari in nostra audientia ecclesiastica huius Placentię ciuitatis, & voluit in effectu Sylues. *in summa, verbo, sacrilegium in fine*, dum ibi differentiam constituit temporaliũ pœnarum, & spiritualium, & de pœna extrahentis fugientes ad Ecclesiam, *vide tex. in l. 9. tit.* 18. *par.* 1. nunc autem limitatur noster tex. & eius conclusio vt non procedat quotiescunque reus delin-

11 quens † ducitur per Ecclesiam vel cœmeterium ad carcerem, vel ad iustitiam exequendam ligatus, & captus per familiam potestatis, tunc enim quamuis sic ductus, & ligatus velit dicere super Ecclesiam vel cœmeterium transire, & sic quod vult Ecclesiæ immunitate gaudere non vtique poterit, neque dicetur fractam immuni-

tatem

tatē si sic ligatus, & captus prosequendo incepta ducatur extra cœmeterium vel Ecclesiam *secundum Archid. in c. sicut 17. q. 4. relatum, & secutum per Didacum Perez, in præsenti col. 76. & ante eum per Coua. lib. 2. Var. c. 20. numero 13. & Anto. Gom. to. 3. c. 10. numero 2. vers. quarto limita, & sequuntur alij plures relati per Remigium de Gonni, in tract. de immunitate Ecclesiarum fallen. 30. & hoc verius testatur Cæpo. in l. quis sit fugitius §. idem Celsus el. 2. nume. 15. de ædili. edic. fol. 70. in paruis*, & doctrina hæc Archid. non est contraria si bene inspiciatur communi opinioni assertæ per Remigium *vbi supra & Doct. eam seq. & per Clarum, in d. q. 30. nume. 22.* nam Archidia. vt vides, loquitur quoties reus captus, & ligatus per familiam intrauit Ecclesiam, vel cœmeterium, & nunquam fuit dimissus in libertate sed potius vt captus intrauit, & transiuit, & exiuit, communis verò opinio loquitur, & procedit quoties licet ligatus, & captus intrauit, euasit tamen à manibus familiæ, ita quod liber remansit in Ecclesia vel cœmeterio, putà in casu in quo patrocinaui pro Ecclesia in contingentia facti, quidam enim per familiam iustitiæ super asino ligatus cum catenis ducebatur iuxta Ecclesiam quandam, & cum videret occasionem intrandi Ecclesiam dimisit se deorsum ab asino, & antequam baiuli, & familia potestatis eum caperent, vt melius potuit cum catenis ipsis ingressus fuit Ecclesiam, & cū ab ea extraheretur processit iudex Ecclesiasticus, & tandem sententia iussus fuit restitui Ecclesiæ, & in effectu sic actum est, & nimirum quoniam liber à manibus familiæ ingressus fuit Ecclesiam, & cum ducebatur, licet catenatus ibat non tamen manibus familiæ apprehensus, & sic immunitate carere non debet. Archidiaconus tamen loquitur quoties ligatus, & apprehensus manibus familiæ intrauit, & pertransiuit Ecclesiam, vel cœmeterium ita quod nunquam ab eius euasit manibus, tunc enim nimirum si non posit dici fractam immunitatem, quoniam initium, & principium licitum fuit, & extra ecclesiam, & cœmeterium captus, ergo initium ipsum est spectandum, item ea quę fiunt in transitu non sunt in consideratione, & per consequens dictæ doctrinæ non sunt contrariæ, *& sic inquit Bar. Soc. in l. plerique ff. de in ius vocando, citatus per Remig. vbi supra quod Archi. & Oldra, cum sequent.* si bene considerentur, idem tenet quod communis, id est si supradicto modo eos consideres & idem in effectu dicit Coua. *in d. n. 13. vers. 16. cum seq.* Et ita mihi videtur concordandas has opiniones ne sint contrariæ. Ex quibus in contingentia facti semel consultus respondi cuidam iudici illiterato interroganti, & anxiè quærenti, quod cū in suo territorio quendam delinquentem caperet, & apprehenderet,
12 delinquens ipse sic captus, † & apprehensus per vim, & violenter vt melius potuit ingressum fecit in territorium alienum propè existens, à quo quidem ipse delinquens nunquam dimissus ab ipso iudice, extractus fuit, & in carcerem suum ductus, cumque iudex ille timidus esset num iurisdictionem fregisset alienam, & sic deliquisset, respondi neque fractum fuisse in hoc territorium alienum, neque delictum iudicem hunc commisisse, sed officium suum optimè & iuridicè exercuisse ex dictis, & considerat optimē Coua. *vbi supra, & Palat. Rub. per eum allegatus*, quòd non est in eo, quem iudex fugientem insequitur, vsque ad Ecclesiam, vel alienum territorium, qui cum liber, & non captus Ecclesiam vel territorium alienum intrauerit non potest inde extrahi absque literis requisitorijs, *vt in l. sequenti Deo volente dicemus.* Et ex hoc etiam Pala. Rub. per Coua. *vbi supra* allegatus *in numero 4.* 13
inquit quod si feratur corpus Christi † ad carcerem infirmo vel condemnato ad mortem, quod ad ipsum carceratus ille, neque alius ex carceratis fugere non potest vt eius immunitate gaudeat, quoniam liberi non existunt, sed sub custodia, & manibus familiæ, & quod ideò male faciunt iudices condemnato ad mortem non facientes Eucharistiam dari, *vt & inquit Anto. Go. tom. 3. c. 14. num. 6. in fin. & Hippol. in pract. §. vlterius, numero 4. & glo. in pragm. sanct. & in tit. de excom. non vit. §. statuit, glo. sacramentorum, tom. 2. & probatur ex tex. in c. super eo, de hær. in 6. & tex. in c. quæsitum 13. q. 2. & optima l. 7. tit. 13. lib. 8. infra*, & iudices aliter facientes, & non permittentes peccant mortaliter secundum communem opinionem assertam per Nauar. *in manu. c. 25. nu. 23.* & per Episcopum possunt compelli tales iudices ad hoc sub pœna excommunicationis, *secundum Aufr. in cle. 1. de offi. ord. tit. de potest eccl. super laicis casu 128. fol. 44. & per Host. relatum & secutum per Hipp. in prac. §. opportunè, nu. 30. & per Cassa. in consu. burg. tit. Des iustices, rub. 1. §. 5. nu. 120. & iterum rub. 2. §. 1. ver. Les confisque les biens, n. 5.* asserebatur tunc per duos aut tres dies ante executionem iustitiæ esse ministrādum Eucharistiæ sacramentum tali condemnato ad mortem confesso ante cum sacerdote idoneo, & idem nouissimo anno 1568. die 25. Ianuarij Summus Pontifex Pius V. rescripsit venerabili fratri Ioanni Baptistæ Archiepiscopo Rosan. suo, & Apostolicæ sedis in Hispaniarum Regnis apud Regem nostrum Catholicum nuntio, vt cum eodem christianissimo nostro Rege Philippo II. ageret, vt supplicium vltimum subituris, pridie quam illo afficiantur, post confessionem sacerdoti factam Dominici corporis viaticum concedatur, & ijs annuens christianissimus noster Rex, cuius vita & salus per innumera duret tempora, anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Pragmatica Sanctione ordinauit, & iussit vt in omnibus suis terris, regnis, & dominijs condemnatis ijs, pridie quam paterentur, viaticum concedatur postquam cōfessi erunt peccata, & sic video obseruari, & fieri, & iustè sanctèque prouisum est, & iudices in hoc negligentes seueriter essent puniendi, & *in secunda impressione huius Regiæ Recopilationis in l. 9. tit. proximi supra inseritur.*

In legem tertiam.

1 *Ab Ecclesia quos liceat extrahere remissiue.*

2 *Iudex secularis an possit extrahere ab Ecclesia illum, quem aspectu vsque ibi persequitur.*

3 *Fugiens de vno territorio in aliud, an possit extrahi per iudicem eum insequentem.*
4 *Iudex non potest in alieno territorio executionem facere nisi cum requisitorijs literis.*
5 *Iudex an possit delinquenti arma in Ecclesia capere, quem vsque ibi persecutus fuit.*
6 *Captus in alieno territorio, & ab eo extractus debet poni in pristinam libertatē.*
7 *Bannitus etiam non debet extrahi de alieno territorio, & ibi facinus Papæ Iulij mirandum.*
8 *Raptor mulieris an gaudeat immunitate Ecclesiastica. 8. & ibi remissiue quid in ciuili debitore.*
9 *Aleuosus an gaudeat hac immunitate. nu. 9. & ibi quid in percutiente tantum.*
10 *Aleuosi qui dicantur nu. 10. & 11. quis generaliter Aleuosus dicatur.*
12 *Incarceratus cum licentia iens ad rem diuinam audiendam, an extrahi possit.*
13 *Iudex an teneatur seruare securitatem promissā reo propter hoc exeunti ab Ecclesia.*
14 *Iudex an teneatur seruare fidem promissam delinquenti si confiteatur.*
15 *Iudex non seruans fidem promissam peccat mortaliter.*
16 *Omnis gaudet immunitate Ecclesiastica nisi prohibitus expresse.*
17 *Clericus an gaudeat immunitate Ecclesiæ*
18 *Nullus etiam pro grauissimo crimine non expresso à iure ab Ecclesia extrahitur.*
19 *Delinquēs non gaudens immunitate an possit à seculari extrahi sine requisitione Ecclesiastici.*
20 *Iudex quis erit competens ad cognoscendum an gaudere debeat immunitate hac delinquens.*
21 *Iudex secularis sine pœna potest Ecclesiæ remittere delinquentem gaudentem eius immunitate.*
22 *Alimenta non sunt deneganda confugientibus ad Ecclesiam, neque debent puniri alimentantes.*
23 *Sacerdotem percutiēs ex industria, an gaudeat hac immunitate.*
24 *Delinquēs in Ecclesia vel cœmeterio spe gaudendi eius immunitate an gaudeat ea.*
25 *An præsumatur quem deliquisse animo gaudendi hac immunitate.*
26 *Delictum in Ecclesia commissum absq; tali spe, an priuet immunitate hac.*
27 *Delinquens semel in Ecclesia, si extra eam post delinquat an gaudeat immunitate.*
28 *Existens in Ecclesia, & exiens ab ea ad delictum committendum, an gaudeat immunitate.*
29 *Existens in Ecclesia si ab ea incepit euaginare ensem contra alium, an gaudeat immunitate, & ibi an delinquens in Ecclesia possit ab Ecclesiastico puniri.*
30 *Extractum ab Ecclesia an possit quis iuste, & sine pœna defendere.*
31 *Titulus de ijs, qui ad Ecclesias confugiunt in Francia non practicatur.*

SVMMARIVM.

Qui non gaudent immunitate ecclesiastica declarat lex nostra.

LA IGLESIA NO DEFIENDE. Ponuntur in hac. l, limitationes ad titulum extra de immunitate Ecclesiarum, † quæ quidem, & ponūtur per text. *in. c. inter alia, eod. tit. & in l. 4. & 5. tit. 11. par. 1.* prosequiturque has, & alias limitationes Remig. de Gom. *in suo tract. de immunitate Ecclesiarum & Caßa. in consue. Burg. rub. 1. Des justices. §. 5. nu. 111. cum pluribus seq. & Rebuf. in 2. to. consti. Franciæ, tit. de immunitate Ecclesiarum & Clarus, in pract. crimi. lib. 5. § fi. q. 30. per totam,* & ex nostris doctissi. Coua. *lib. 2. Varia. c. 20. per totum, & Anton. Gom. tom. 3. cap. 10. per totum, & Nauarro in Manuali. c. 25. numero 20. & num. 19.* 1
ponit aliquas personas de quibus dubium erat an immunitate hac gauderent. Sed vltra casus in lege nostra expressos, quærendum in nostri text. materia duxi, num delinquentē, quē iudex † aspectu ad Ecclesiā vsq; persequitur, possit ab ea extrahere, & videbatur dicendum quod sic, quia initium inspiciendum erat, prout tenuerūt ex hoc aliqui relati per Couar. *vbi supra, nu. 12. in princ. & tenuit Hippolyt. in pract. §. vlterius nu. 5.* 2
ipse tamen Coua. contrarium tenēdum testatur, & iure optimo, eò quod licet iudex eum insequatur, tamen quia liber, & non apprehensus Ecclesiam ingressus est, eius debet immunitate gaudere, prout supra proxima lege diximus, *& tenet Remigius, vbi supra falle. 31. Et testatur cōmuniorem Clarus vbi supra, nu. 19.* nullaq; congrua ratio, neque fundamentū adduci potest pro Hippolyt. opinione, & fundamētum eius quod initium inspiciatur contra se est, nam inspice initium, & reperies delinquentem liberum. Si ergo liber à principio, & liber, & non captus Ecclesiā ingreditur, initium quod Hippol. inspiciendum dicit, pro nostra, & contra eum, est opinione; ex qua nostra opinione infertur fugientem de vno territorio † ad aliud non posse capi per iudicem eum insequentum, neque ab alieno extrahi territorio, *secundum Couar. d. numero 12.* 3
quam veriorem, & tenendam testatur opinionem, Ant. Gom. *d. to. 3. c. 9. numero 5. & Suarez, in tit. De los emplazamientos, versi. quinto quæritur, numero 3. pag. 316. & ibi eius Addition. & Parisiensis de syndicatu verbo captura. c. 4. numero 2. & communemem testatur Clarus. in d. §. fi. q. 29. numero 10.* nam sicut iudex vnius loci † non potest facere executionem in bonis in alieno territorio sitis, nisi cum literis requisitorijs, *secundum Suarez. l. post rem. 8. q. incip. circa iudicem. nu. primo pag. 350. & Orosciū. in l. cum quadā puella col. 595. fi. de iur. om. iud.* ita neque in personam alieno in territorio existentem sine literis 4
dictis

dictis, cum argumentum de re ad personas, & è contra validum sit in iure, *secundum Euerardum, in centuria locorum, loco* 38. neque obstabit, si quis dixerit, quod quemadmodum potest iudex delinquentem vsque ad Ecclesiam insequens † ei
5 in Ecclesia arma capere quibuscum deliquit, ita & personam ad ipsam Ecclesiam vel ad alienum territorium confugientem, nam multum hæc differunt, non enim arma tali delinquenti capiuntur eò quod aspectu vsque ad Ecclesiã eum iudex persecutus fuit, sed quia portatio, & vsus armorum prohibitorum tamen maximè in Ecclesia veritus est, ideoq; in ea talia arma capiuntur, *secundum Coua. vbi supra num. fi. in fine*, sed in alienum territorium, vel Ecclesiam fugere non est prohibitum, sed permissum, & sic ab vno ad aliud argui non potest, imo & de iure non licet delinquenti arma permissa per leges Regias afferre, in Ecclesia capere etiam si cum eis deliquerit & statim delicto commisso eum vsque ad Ecclesiam iudex insequatur, & ita voluit Coua. vbi supra, dum de prohibitis tantum loquitur, & quia si in alieno territorio ingredienti non capiuntur arma, per iudicem eum insequentem, cur in Ecclesia capi possent, & sic tenendum, nullo modo extrahendum delinquẽtem in alienum territorium fugientem per iudicem eum insequentem, imò si de facto extrahatur ante
6 omnia † relaxandus est, & in pristinum statum, & libertatem ponendus, *secundum Anto. Go. d. c. 9. n. 4. prout, & in alio casu probat text. in l. 20. tit. 13. lib. 8. infra*, neque potest duci ligatus ad locum à quo extractus fuit, *secundum Hippolyt. in pract. §. accingam. nu. 25.* vbi *nu. 26.* inquit quod tunc non diceretur solui si tantum relaxaretur à vinculis, & in publico custodiretur, debet enim ita dimitti liber, vt eius persecutio difficilis sit, *secundum Remigium, vbi supra, q. 11. pag. 224. in paruis*, idque adeò procedit quod etiam si talis delinquens sit Bannitus * non debet extrahi ab alie-
7 no territorio, *secundum Hippol. in pract. §. aggredior, nu. 35.* vbi miratur de Papa Iulio, quem in suo tempore asserit, fecisse suspendi quindecim Bannitos à ciuitate Bononiensi, qui fuerũt capti in loco Mirandolæ alterius iurisdictionis, & ligati, & contra suam voluntatem fuerunt ducti Bononiam & suspensi, de quo grauiter miratur
8 ipse Hyppolytus, sed an raptor mulieris † gaudeat immunitate hac tradunt Hipp. relatus per Couar. *d. c. 20. num. 8. & Ant. Gom. d. c. 10. col. 2. & communem testatur Henricus relatus per Couarr. vbi supra, & per Clarum, d. q. 30. nu. 9.* quod gaudebit immunitate Ecclesiæ. Quid tamen erit dicendũ in occidente aliquem proditoriè & aleuosè, † &
9 quotidie videmus similẽ occisorem abstrahi ab Ecclesia, & hæc est communis opinio *secundum Couar. d. c. 20. n. 7. & Ant. Go. d. c. 10. n. 3. vers. quinto limit.* & ita seruari in regno asserit gl. pen. *in l. 4. tit. 11. part. 1.* & commu. etiam testatur Iulius Clarus *in d. pract. crim. §. homicidium, vers. proditorium, & in versiculis ex proposito, & ex insidijs.* Idem in homicida ex proposito, vel ex insidijs testatur, quod in proditorio homicida. Sed an erit idem si tantum percusserit proditoriè, aleuosè, vel ex proposito & insidijs, sicut si occideret, & Anto. Gom. vbi supra indistinctè tenet quod sic, & æquiparat quãtum ad hoc casum mortis & percussionis aleuosè commissarum & perpetratarum, quasi proditio & aleuosia in tali casu tantũ consideretur, & non mors, & quod sic in quocũquè genere criminum in quo delictum proditoriè & aleuose committatur non detur hæc immunitas, quæ fuit opinio Inno. & Ioan. Andr. *relatorum per glo. Las mieses, l. 4. tit. 11. p. 1.* pro qua opinione videtur tex. expressus *in l. fi. eod. tit. & par.* vbi simpliciter dicitur proditoribus denegari immunitatem hanc, quam tamen opinionem Couar. *d. c. 20. nu. 7.* intelligit veram quoties percussio talis facta est animo occidendi, licet ex ea mors secuta non fuerit, quam communem cõtra Panor. asserit Nauarrus *in d. c. 25. n. 21. & Remigius, vbi supra, fall. 13. n. 4. cum seq. aliquibus, vbi n. 7.* quod ex instrumẽto quocum quis percutit, prę-sumitur animus occidendi, vel non, prout, & inquit Rojas, *de hæretico, 1. p. numero* 138. & 147. tradit qualiter animus hic probabitur, & latè per eund. Couar. *in Clem. si furiosus, 2. p. §. 1. de hom. n. 1. & Clarum in prof. § homicidium, numero 9. vers. ex proposito*, nam si claua, aut cucuma quis percutit, vt ipse Remigius dicit, non præsumitur animus occidendi, neque obstat illa lex partitæ, nam, vel secundum hanc com. distinctionem, & in practica receptam debet intelligi, vel melius, quod loquatur in proditione facta cõtra Regem, cum loquatur per verbum, *traydores*, quod verbum proprie ad regis personã refertur, aleuosia vero ad particulares personas, *secundum tex. in l. 1. in fine tit. 2. p. 7.* in hoc cum ad solam Regiam personam referatur verbum illud, *traydores*, sola percussio quantumuis animus occidendi deficiat, sufficiet ad priuandum hac immunitate, & ideò nõ sine mysterio lex illa, quãdo cum persona Regia loquitur per verbum generale, *traydores*, locuta est, indistinctè, cum verò cum particularibus personis, solum locuta est in casu mortis, *E los que matan a otro a tuerto*, nõ vero loquitur, de percussione, & sic nihil facit contra communem illam, neque excludit alios casus in quibus de iure immunitas hæc denegatur, & communis illa, vt tunc percussor aleuosus nõ gaudeat immunitate, quoties animo occidendi percutit, remanet in suo robore, & tenenda est, si vero animus iste deficiat, tunc quamuis aleuose percussio facta sit, percussor talis immunitate gaudebit, & si *ex l. 2. tit. 23. lib. 8. infra, quam allegauit Anto. Gomez, tom. 3. c. 3. nume. 3. in fine*, mortis pœnam percussor talis aleuosus incurrat, quantumuis percussus non moriatur ex percussione illa, sed lex illa ita declaranda est quoad nostram materiam, *prout & voluit Rebuf. in d. 2. tom. const. Fran. tit. de immu. Eccl. art. 1. glos. 1. nume.* 16. In regno tamen Portugaliæ, secundum Nauarro, vbi supra, aleuosus percussor etiam deficiente animo occidendi, non gaudet immunitate hac. Ex qua communi conclusione, & distinctione inferri potest, quod apparente animo hoc occidendi in percussione aleuose facta, quamuis sanguis ex percussione non exeat, non gaudebit percussor hac immunitate, nam & percusio dicitur si cum palo fiat, siue sanguis exeat, siue nõ, *secundum tex. in l. 6. titu. 9. p. 7. & ibi gl. sangre, notat, & applicat ad leges de la hermandad, & tenet Felinus in c. 2. numero 27. de rescrip.* nam ita palo fit vulnus, sicut & ense, *secundum tex. in l. si seruus*

seruum. §. *rupisse. ff. ad. l. aquil.* & pali, & pugni iniuria est de atrocissimis, *secundum tex. in l.* 6. *&* 20. *tit.* 9. *p.* 7. siue sanguinolenta sit, siue nõ, *secundum Puteum, de syndicatu. cap. qui plures. nume.* 6. *fol.* 231. *in paruis*, & ita mortifere potest quis palo percutere, sicut & ense, putà si grauiter in capite percutiatur quis cum palo, ex quo magnus tumulus fiat, vel rumpatur caput, & testa, vel ita sacco arenæ moliatur in corpore, vt morti appropinquet, & manifeste animus occidendi præuideatur, tunc enim & dicta distinctio communis locum habebit. Quis tamen in proposito dicetur occisor, vel percussor proditorius, vel aleuosus † dubitabile est, ad cuius decisionẽ sciẽdũ est in iure plures reperiri pro aleuosis declaratos, qui enumerantur in remissionibus positis in fine, tituli. 18. lib. 8. infra, & vltra ibi relatos, etiam aleuosus iudicatur à iure, quia alium veneno occidit, *secũdum Couar. in dicto. c.* 20. *n.* 7. *vers. tãdem his prænotatis, & Ant. Gom. tom.* 3. *c.* 3. *n.* 7. Item Medicus dolose Regiã personam occidens, *secundum tex. in l.* 10. *in fin. tit.* 9. *p.* 2. quam in persona Regia intelliges circa pœnæ impositionẽ ibi declaratam, ne sit in hoc cõtraria. *l.* 6. *tit.* 8. *p.* 7. vel vnam per aliam supplebis, nè cõtrariẽtur quatũ contrarietatem considerauit Oroscius. *l. illicitus.* §. *sicuti, col.* 360. *in prin. ff. de offi. præsi.* Sed an præparans venenum dicatur aleuosus, dicendum est quod non, licet non debeat remanere impunitus, *secundum eũdem Ant. Gom. ibidem num.* 30. *& optimum. l.* 2. *tit.* 31. *p.* 7. imo & secundum tex. ibi eadem debet puniri pœna, ac si veneno occidisset ipso, cum in atrocioribus affectus solus puniatur, *secundum Auendañ. c.* 27. *præt. nu.* 21. *in fine. lib.* 2. de quo vide optimam decisionem Thom. Grammatici. 2. *in decisionibus Neapolitanis.* Item & aleuosus dicitur ille, qui occidit vocatum à Rege, vel à suis consiliarijs ad Regis curiam, *secundum tex. in l.* 4. *tit.* 16. *p.* 2. *in genere* † tamen ijs particularibus vbi aleuosia committitur discussis, ille, *secundum Anto Gomez, tomo.* 3. *c.* 3. *num.* 5. dicitur aleuosus, qui occidit, vel percutit amicum suum à tergò, cum quo nulla rixa aut discordia erat, sed occidit, vel percutit illum securè, cum nulla adesset præcauendi causa, prout asserit etiam Couar. *vbi supra num.* 7. *vers. tandem his, & Remigius vbi supra fallentia.* 14. *Ex quo infert Ant. Gom. vbi supra, ex. Bart. relato, & per Couar. vbi supra* quod occidens inimicum suum etiam à tergo & securè nullo modo dicitur aleuosus homicida, neque potest extrahi ab ecclesia, quia occisus debebat præcauere, quod suus inimicus illum occidere poterat, hoc tamen licet secundum librum Duelli, & militum consuetudinem verum sit, & vtatur, & practicetur, tamen iure nostro attento verum non esse credo, prout, & aduertunt Couarr. & Anton. Gomez *vbi supra, attenta l.* 10. *tit. fin. lib.* 8. *infra disponente*, illam dici mortem securam, quæ non est facta in quæstione, bixa, aut rello, quasi illa dicatur secura mors, & sic aleuosa, qua inimicum meum à tergo, & incautum occido, & sic veriorem in pũcto iuris credere opinionẽ, cũ Dominis Couar. & Ant. Gom. *vbi supra*, quod occisor talis ab Ecclesia extrahi possit, licet in practica difficulter obtinebitur, nam militarem consuetudinem seruari audio. Vlterius quærendum in materia nostri tex. nunquid homo, vel mulier carcerati, quibus data † est licentia eundi ad Ecclesiam ad audiẽdam rem diuinam, possint, si nolint ab Ecclesia exire, extrahi, & in hoc Boeri. *decis.* 109. *n.* 18. *inquit*, quod si iustè detinebatur poterit, aliàs secus, de quo videndus est Remigius, *vbi supra fall.* 23. *pagin.* 163. *& additio capellæ Tolosanæ.* 422. faciuntque dicta in lege supra proxima, de eo qui ducitur per Ecclesiam. Quid tamen si iudex † securitatem dederit delinquenti existenti in Ecclesia, vt exeat ab ea, an tenebitur talis iudex fidẽ securitatis seruare, & illum remittere, tangit Ant. Gomez *vbi supra. d. c.* 12. *n.* 7. inquiens quod si delictũ, quod ille perpetrauerat, erat tale, quod non priuabat eũ immunitate gaudere, remittendus est Ecclesiæ, & fides seruãda, & hãc ibi dicit tenere Doct. & cõmunẽ testatur Couar. *lib.* 1. *Vari. c.* 2. *num.* 16. *in fine.* secus si delictũ priuabat eum immunitate, quia tunc non tenebitur illum remittere, quod & dependet ab illa quæstione, tacta per *gl. in auth. de mandat. in Princip.* §. *sed neque, verbo, neque custodias.* num scilicet Iudex † teneatur fidem promissam seruare, quam dedit delinquenti eum non offendi si confiteretur delictum, *de quo Thomas Grammaticus, in quæstionibus quibusdam suis. q.* 3. *per totam, late agit*, & in hoc gl. illa, negatiuè respondet, non teneri talem iudicem seruare fidem sic promissam, & in hoc eam sequitur Fel. *in c. afferte, extra de præsumptionib. & Archidia. per tex. ibi in c. vtilem simulationem.* 22. *q.* 2. *& Catalia. Cota, in memorabilibus suis, in dictione, dolum bonum*, & communem testatur Hieronymus Cuchalor, *in additio. ad Decium in l. ea est natura cauillationis. num.* 7. *litera. B. ff. de reg. iur. vbi Deci.* ibi refert sic fecisse Alexãdrum tertium cum quodam Episcopo simoniaco, per tex. *in d. c. vtilem, & text in l.* 1. §. *non fuit. ff. de dolo*, vbi licitum est, vti bono dolo, contrarium tamen tenet Imol. *consil.* 109. *nume.* 2. *& alios referens Anton. Gomez, vbi supra*, hanc dicens de iure veriorem, prout ante eum dixit Dec. *in d. l. ea est natura. numer.* 7. *& ibi Cucalon per tex. in l.* 1. *ff. de pact. & l.* 1. *ff. de const. prin. & text. vbi Bar. & Doct. in l. conuentionum. ff. de pactis*, vbi etiam hosti seruandam fidem, & promissionem, probatur, ita quod res est dubia, & quantum ad condemnationem ex tali confessione faciendam, *inquit Cucalon, vbi supra*, quod non licet ex ea condemnare in pœna ordinaria, circa quod duas communes cõtrarias refert Clarus, *in pract. crim. lib.* 5. §. *fi. q.* 55. *ver. circa secundum*, tenendum tamen iudicatem, quod nullo modo pœna ordinaria condemnaretur ex tali confessione, nisi reus in ea ratificaretur, quã si velit potest reuocare, *secundum Symancas de inst. cath. tit.* 13. *num.* 12. *& Roias, de hæreticis.* 2. *p. concl.* 25. *num.* 264. vbi inquit talem confessionem non nocere, impuneque reuocari posse: prout post hęc vidi in lib. 9. communium sententiarum, *verbo, iudex* permittens sic discussum, & assertũ. Ego tamẽ si iudex essem similes promissiones non facerẽ, prout & cõsulit non faciẽdas Clarus *vbi supra. vers. circa primum*, & si casu ignoranter eas facerem, non infringerem promissa, sed adimplerem potius, in conscientia enim † fides illa & promissio adimplenda est,

secundum

secundum Cucalon, vbi supra & Nauarrum in Manuali.cap.25.nu.22. præsertim si delinquentem illum sub fide hac & promissione ab Ecclesia abduxissem, cuius immunitate gaudere debeat, negari enim nõ potest Ecclesiæ immunitatẽ verbis subdolis, & cauillosis violatam, maxime si nimia ex parte iudicis adesset importunitas & suggestio, quæ quidem importunitas & persuasio metui æquiparatur, *secundum Boeri.decis.* 101. *nu.* 10. neque obstaret mihi illud in quo principaliter fundãtur Doct. contrarium tenentes, scilicet quod fieret damnũ reip. si promissio seruaretur, relinquendo impunitum delinquẽtem, quia hoc verum posset esse si vltra confessionem probatũ esset delictum, sed si deficit probatio, & reus ipse confessionem illam reuocat, quomodo posset dici damnum fieri reip. quæ non vult iura violari, & absquè probatione reum condemnare ex confessione sub dolo extorta, & tali, de qua præsumendum est ratione potius consequendæ indulgentiæ promissæ factam fuisse, quam quod ita se res haberet, & fortassis innocens condenaretur, quod iura abhorrent, & potius volũt nocentem impunitum relinqui, quam innocentẽ puniri, præsertim ex cõfessione nõ sufficiente, vt dictum est, & tenet Couar. *dicto cap.2.n.16.imo, & nulla, secundum Ant. Gomez dicto. cap.* 12. *numer.9.* neque potest bonus dolus dici ille, ex quo potest quis ita iniquum iniustumuè, sicut iustum & æquum perpetrare & iubere, & ideò in tali dubio ad mitiora, & reo fauorabiliora iudicia nostra conuertere debemus: cauendũ tamen est à similibus promissionibus, ne incidat in Scyllam cupiens vitare Carybdim. Ex quibus omnibus capi potest regula generalis, quod
16 omnis ille † gaudet immunitate Ecclesiæ, qui expresse in iure non reperitur prohibitus, & hæc est communis Canonistarum sententia, *teste Iulio Claro, in d. q.* 30. *numer.* 8. *& 9.* Adeò vt
17 & clericus quoad suum Prælatum gaudeat † tali immunitate de iure, prout communem testatur Bern. Diaz *in pract. crim. cano. cap.* 115. *relatus per Hispanum Villalobos, in suo ærario mille commu. opin. litera.* 1. *num.* 22. licet de consuetudine nõ seruetur, secundum eum ibi, sed seruatur opinio Anchara. & Imo. *relatorum per Minchacam, de succes. creati.* §. 22. *numer.* 54. dicentium clericum delinquentem non gaudere hac immunitate. Et ex hac communi, & regula generali infertur quod pro nullo crimine †
18 etiam grauissimo debet quis extrahi ab Ecclesia, nisi sit de expressis in iure, *secundum Couar. d. c.* 20. *lib.* 2. *Varia. numer.* 6. *vers. septimo deducitur, per. l.* 2. *expressam ad hoc, tit.* 11. *p.* 1. *quicquid in contrarium, & male voluerit Angel. de Malesi. & eius additio. in parte quod fama publica, num.* 59. *& Auenda.c.* 22. *præt.num.* 9. *in prin.lib.* 1. In propositum tamen supra dictorũ quærẽdum est, an in casibus in quibus reus delinquens ex-
19 trahi potest † de Ecclesia, possit per iudicem secularem extrahi, an verò requiratur quod per Ecclesiasticum extrahatur, vel de eius licẽtia, & consensu, & in hoc Salice. *in l. siquis es. nu.* 6. *c. de adult. & Bossius in pract. crim. tit. de captura. n.* 24. *& Ant. Gomez. d. tom.* 3. *c.* 10. *num.* 2. in fine tenent quod iudex Ecclesiasticus debet illũ extrahere, & tradere iudici seculari, contrarium tamen tenet Remig. *vbi supra. q.* 1. *circa finem, & Coua. noster in d. c.* 20. *num.* 18. *vers. trigesimoquarto,* vbi libenter asserit se id asserere, nam cum talem Ecclesia non tueatur, nõ potest dici eius immunitas violata, nam quod à iure communi conceditur frustra precibus impetratur, *ex regula. frustra, de regul. iur. in* 6. & nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo, & ita consuetudine receptum inquit Coua. *vbi supra ex Guidone Papæ, decis.* 121. *in fine,* & hanc testatur communem Clarus. *in d. q.* 30. *nu.* 20. debent tamen secundum eum ibi iudices seculares in hoc modeste se gerere, vt sine tumultu, & offensa Ecclesiasticarum personarũ fiat, & pro hac communi opinione considero tex. *in l.* 6. *lib. isto tit.* 4. vt ibidem super verbo, *en caso,* per me consideratum reperies ne bis idem repetamus, quam opinionem etiam tenuit Auendañ. *c.* 22. *prætorum. num.* 9. *lib.* 1. qui nititur has concordare opiniones hoc videlicet modo, quod prima procedat, quoties quamuis delictũ probatũ sit, pendet tamen lis, an debeat extrahi ab Ecclesia, necne inter iudices secularem, & Ecclesiasticũ, vel an sufficienter probetur delictũ, vel qualitas illa, quæ immunitate ecclesiæ, si probaretur, priuaretur delinquens, tũc enim lite hac pendẽte non debet per secularẽ extrahi, vsque dum lis finiatur, & declaret Ecclesiasticus extrahendum, arg. notatorum per Couar. *in pract. c.* 33. *col.* 1. *& totius tit. vt lite pendente extra.* Secunda vero opinio procedat cum probatum est delictum, neque vlla lis super extractione pendet, neque incepta est, tũc enim constito seculari iudici quod delictum est probatũ, & tale quod immunitate priuat, potest eũ extrahere sine Ecclesiastici licẽtia, & requisitione, attenta dicta secunda & communi opinione, & iuridicam, & tenendam hanc concordiam iudico. Quis tamen erit tunc iudex cõpetens † ad cognoscendũ, an debeat delinquẽs 20
immunitate gaudere contentio antiqua est, *de qua per Remigium late in d. tract. de immu. q.* 2. *per totam,* & in hac quæstione videmus quotidie iudicem Ecclesiasticũ esse cognitorem, & censorem, nam cum secularis sit ille, qui delinquentem extrahit ab Ecclesia, vel nititur extrahere, delinquẽs ipse, & Fiscalis Ecclesiasticus recurrũt statim ad Ecclesiasticũ, vt immunitatem Ecclesiæ nõ permittat frãgi, & violari, sed defendat potius, & expediat cẽsuras, & pœnas contra violatores, & tunc Ecclesiasticus iudex secularẽ ipsum admonet per mandata sua & iubet in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna, & quingentorum ducatorum bello contra infideles applicandorum quatenus delinquentem non extrahat ab Ecclesia, & si extractum habet non innouet contra eum, sed potius restituat Ecclesiæ, vel compareat statim ad allegandum de iure suo, &c. quo sic notificato secularis ipse iudex occurrit coram Ecclesiastico, & in modum grauaminis libellum proponit nomine suo, & iurisdictionis regiæ petendo annullari, & reuocari mandatum, & allegando se potuisse illum extrahere, quia tale delictum cõmissum est, pro quo nõ debet gaudere immunitate, & tamẽ in defectũ quod sic nõ fiat appellat in forma & protestatur expensas & damna, & remedium, *Del auxilio de la fuerça,* & hoc modo necessario iudex ipse Ecclesiasticus cognoscit an

delictum

delictum sit de ijs,quæ priuant immunitate necne,& pronuntiat super hoc,& sic Ecclesiasticum in hoc casu esse iudicem testantur *Couar. d.lib.2. Varia.d. c.20.numer.17. in prin. & melius in practicis quæst. c.33.nu.1. & Remigius vbi supra. q.2. & Didacus Perez in præsenti col.71. & hæc est cõmunis secundum Ias.in l.ex quacunque num.19. ff. si quis ius di. non obtem. & Oroscium, ibi. nume. 14. col. 642. & Iulium Clarum, in pract. crim. lib.5. q. 36. num.11.* vbi inquit cum Couar,ita seruari in nostra Hispania, & quod interim quod disceptetur de hoc reus ipse detinetur in carcere per secularem in qua detinebatur cum notificatio mandati iudicis Ecclesiastici facta fuit,prout & dicit detinendum Couar. *in dicto.c.33. nu.4.*& pro hac communi facit, quoniam cum de re Ecclesiastica seu spirituali agitur,semper Ecclesiasticus cognoscit vocato seculari,*secundum Florentinum in 3.parte suæ summæ tit.9.c.2.§.4.*& tũc si Ecclesiasticus pronuntiat delinquentem immunitate gaudere, & remittendum Ecclesiæ restituendo Ecclesiam ipsam condemnando in expẽsis iudicem secularem,& in pœna aliqua, *vt inquit additio capellæ Tolosan.422.* iudex secularis iustitiam fouens, nam de hoc loquimur, affirmando se in appellationibus, & protestationibus appellat iterum à tali sententia, & prosequitur in apellationis gradu, & vt absoluatur cum ordinaria prouisione adfert processum ad cancellariam,*En el grado ordinario de fuerça*, vel si immunitate videt debere de iure gaudere delinquẽtem illum, statim lata sententia,vel ante eo ipso quod constitit de iustitia, remittit illum, quod
21 pauci faciunt, possunt tamen*de iure facere,imo & tenentur,nequè ex hoc dicetur non defensam iurisdictionem regiam, Rex enim non vult immunitatem Ecclesiasticam violari, vt *in lege præcedenti probatur, & in l.6. tit. 4. infra libro isto,* & tamen in propositum Auendaño *in dicto cap. 22. Prætorum. numer.1. in fine cum seq. lib. 1. & Clarus in dict. q. 30. nume. 20.* imo & tunc cum remittitur non debet ignominiose remitti, pręsertim si remissus clericus est, *secundum Boeri.deci.303. num.13.& Clarum vbi supra.q.36.num.48.* aliàs videretur corporaliter remissus puniri, & excommunicationem,si Clericus remissus esset, iudex illum sic ignominiose remittens incurreret,*secundum Auen.in tract.de iniurijs, n.15.* Quibus de causis iudex secularis antequã delinquẽtem ab Ecclesia extrahat, cogitet & cõsideret an delictũ sit de priuãtibus immunitate, & an probatũ sit,& si dubius est faciat delinquentẽ in Ecclesia custodiri, & cõpeditari,ne interim fugiat, nam hoc de iure facere potest *secundum Remigiũ, quẽ vide,in d.q.2. pag. & eo relato tenet & sequitur Clarus, in d. q.30.num.21.* & hoc cum dubium esset an gaudere deberet immunitate delinquens, imo, & tunc de consilio si periculum non esset in mora consulerem iudicem secularem, vt hoc requisito Ecclesiastico faceret, nam si clarũ esset quod non deberet gaudere immunitate, nulla requisitio esset necessaria ad hoc,neque ad extrahendum illum,vt dixi,& si non esset dubium,immunitate gaudere debere talẽ delinquentẽ,nullo licet modo seculari huic custodire,& compeditari in Ecclesia illum,neque alimenta ei denegare, *secundum Remigium.d.q.6. & 7. & Couar. dict.c.20.n.17.* licet aliqui iudices pessimè,& male in contrarium faciant, & puniunt eis alimenta præbentes, hos tamẽ ignari iudices nõ vero docti,& sapiẽtes faciũt,& faciẽtes deberent grauiter puniri, vt alij eorũ exemplo territi deinceps animaduerterent, & resipiscerent,nõ enim sunt puniendi loquentes cum delinquentibus,& alimenta eis†præbentes, si banniti non sunt, nam 22
etiam eis, qui ab Ecclesia extrahendi sunt, alimenta præbentes non sunt puniendi, *secundum glos. in l. præsenti. C. de ijs qui ad Eccles. confug. & Abb. in cap. inter alia. numer. 28. extra de immunitate Eccles.* Et an sacerdotem† percutiens ex in- 23
dustria gaudeat immunitate Ecclesiæ, tradit Boerius *deci.109. numer.1. & sequent.* & quid in blasphemo tradit idem Boerius, *decis.110. num.1.*quem ad hoc corrupte allegat Remigius, *vbi supra, fall.24. & Nauarro in Manuali. cap.25. numer.* 20. licet indecisum ibi relinquat, & quid in Iudæo, vel excommunicato,tradit Clarus,*vbi supra.d. q.* 30. *num.17.& 18.& Fab. in §. sed eo tempore num.3.inst.de ijs qui sunt sui vel alie. iur.*& quid in sacrilego,vide eundem Clarum. *d. quæst.30.nu.10.*

O hiriendo en ella. Frustra enim is legis auxilium implorat, qui contra legem committit,& cõcessa sibi abutitur potestate, *vt inquit text. in c. fi. de immuni. Eccles. & text. in l.4. tit.11. p.1. ad hoc allegati per Couar.d.libro.2.Vari.c.20.num.15. & Ant. Gom. d. tomo.3.c.10.nume.2.casu.3. & Villalobos, in ærario mille com. op. litera.1. numer.18.& secundum Couar. vbi supra nume. 18. versi.35. & Ant. Gom. vbi supra,* iudex secularis est competens ad cognoscendũ de delicto per laicum in Ecclesia commisso non vero Ecclesiasticus,quam communẽ testatur Rolan.*relatus & secutus per Clarũ,in d.lib.5. Pract. crim.§.fi.q.38.nu.* 18.licet si sacrilegium esset immixtum posset & Ecclesiasticus cognoscere, cum misti fori sit, vt dictũ est in lege supra proxima,imo & tũc vt ibidem diximus quamuis pro sacrilegio posset laicus prẹueniens punire in pœnis tẽporalibus,pro spiritualibus tamen posset adhuc tũc Ecclesiasticus procedere, & tradit Couar.*in d.num.18.*qui sic intelligendus, & declarandus est, Nunc autem declaranda est legis nostræ conclusio, quod delinquens in Ecclesia non gaudet eius immunitate, vt non procedat quotiescunque spe gaudendi†immunitate ipsius Ecclesiæ delinqueret, 24
quia tunc nõ gaudet eius immunitate,prout probant verba nostri tex. ibi, *Por pensar,*& hoc dum tamen delictum ipsum graue sit,nõ verò si leue, nam si leue esset etiam si data dicta spe & fiducia delinqueret in Ecclesia, non extraheretur ab ea,prout cõmunem testatur Couar.*vbi supra. dict. numer.* 18.*vers.*25. *& Villalobos, d. nume.* 18. quod vltimum tamen ibidem ipse Villalobos nu.19. sublimitare videtur, nisi ex proposito & veteri odio delictum illud in Ecclesia,vel cœmeterio perpetretur,quia tũc quatumuis leue esset non gauderet illud cõmittens dicta immunitate, sed est hoc contra limitationem dictam, & sic si Villalobos hoc vult, non placet, in dubioque animus†gaudẽdi immunitate hac præsumi- 25
tur in delinquente in Ecclesia, vel cœmeterio, *secundum Couar. d.c.20.num.15. in prin. & gl. Enfiuzando.l.4.tit.11.part.1.*imo,& si prope Ecclesiã

delin-

delinqueret, idem animus præsumeretur, *secundum Couar. ibi versi.* 26. nisi probetur, secundum eos ibi delictum illud repentine successisse, quãuis quod Hosti. & Card. relati, & secuti per Rebuf. *d. t. tomo. tit. de immunit. Eccles. art.* 1. *glos.* 1. *nume.* 20. contra teneant, ex quibus nunquam quieuit mihi animus circa opinionem relatam per D. Couar. *in d. numer.* 15. *vers.* 22. dum asserit cum aliquibus per eum relatis, quod delictum in Ecclesia commissum † etiam sine
26 spe, & fiducia immunitatis consequendæ, putà quia repentinè successit, priuare eius immunitate prout in patria sua inquit vsitari Clarus *dict.* §. *fi. d. q.* 30. *nume.* 15. & indecisum reliquit, *glos. in l.* 12. *tit.* 14. *p.* 3. non enim video text. neque glossam in quo fundetur, quin text. *in cap. fina. de immuni. Eccles.* potius facit in contrarium, ibi, crederent se defendi, ibi enim tantum loquitur in delictis in Ecclesijs & cœmeterijs commissis, & tamen spem & fiduciam hanc in illis verbis cõsiderat, vt gaudeat, vel nõ delinquẽs immunitate hac, prout & in lege nostra *& in l.* 4. *tit.* 11. *p.* 1. consideratur, igitur non est verum dictum D. Couar. præsertim, quia esset contra communem supradictam, & nostrum tex. & iura similia, quæ contrarium asserunt, vt licet videre ex dictis, & ex Nauarro in Manuali *c.* 25. *n.* 22. *& com. testatur hãc Abb. in eod. c. fin. nu.* 8. *& Clarus d. nume.* 15. *neque obstabit etiam reg. c. quia frustra, de vsur.* vbi probatur indignum esse Ecclesiã tutari eum, qui intra ipsam delinquens iniuriam templis intulit, nam delictum animus & propositũ facit, sed si sine animo & recordatione, quod in Ecclesia est, delinquat, prout in delicto repentino animum hunc & recordationem non damus, clarum est quod iniuriam templis inferre non vult, igitur contra Ecclesiam non deliquit, & per consequens *reg. d. c. quia frustra*, non habet locũ in hoc casu, & est singularis limitatio ad regulam illius tex. quę optime, & singulariter deducitur ex dicta communi opinione, & sic teneo cõtra Couar. cũ communi limitatione, scilicet, quod in Ecclesia delinquens gaudet eius immunitate deficiente spe gaudẽdi illa cum delictum committitur, putà, quia repentine successit, prę sertim, quia generalitas dictę regulę dicti. c. quia frustra, non habet obstare speciali prouisioni *dicti cap. fin. de immu. Eccle. & nostræ legis, & similium communem illa approbantium*, est tamen aduertendum quod statim commisso delicto in Ecclesia, vel prope eam, præsũptio est contra committentem, quod spe gaudendi immunitate deliquit, & ideo illico debet offerre, & dare informationem, quod repentinum fuit delictum, vt præsumptio hæc cesset, qua cessante immunitate non priuabitur taliter delinquens, & ita sæpe vidi practicari, & recipi in practica, & cum hæc sit communis opinio, & ecclesijs
27 fauorabilis omnino sequẽda est in iudicando, & cõsulendo. Sed an delinquens † in Ecclesia delicto priuante gaudere eius immunitate, si postea alia delicta extra Ecclesiam committat gaudebit immunitate hac, & Cass. & alij relati per Couar. *in d. c.* 20. *n.* 15. *ver.* 24. *& per Clarum in d. q.* 30. *n.* 15. *in fine*, dicunt non gaudere, contrarium tamẽ cum Boerio, tenuit Couar. *d. vers.* 24. eò quod non reperitur casus hic in iure prohibitus gaudere dicta immunitate, & ideò gaudere debet, placet tamen distinctio Remigij *in d. tract. immuni. Eccles. fall.* 11. *in fine*, scilicet, quod si primum delictum est punitum, & purgatum, ita quod de eius punitione nunc agendum non est, nunc gaudebit secundum delictum extra Ecclesiam committens eius immunitate, quia nimis rigorosum esset, quod delinquens semel in Ecclesia perpetuo remaneret priuatus eius immunitate: sed si primũ delictũ non esset purgatum, & nũc ad punitionẽ eius agitur, posset ab Ecclesia abduci si pro eo nõ debebat eĩ immunitate gaudere, prout in themate quæstionis proposuimus, & placet mihi cõcordia hæc inter has opiniones, & si alicui nõ placuerit teneat in hac quæstione secundam opinionẽ pro Ecclesia, cui in dubio fauendum est, vidi tamen in hac materia in facti contingentia dubitari, nũ si quis in Ecclesia fugitiuus propter delictũ existẽs exeat ab ea, & cõmittat aliud delictum* an gaudebit Ecclesię im-
28 munitate, etiam si delictũ illud extra Ecclesiam cõmissum nõ sit de priuãtibus tali immunitate, & videbatur dicendũ quod non debet gaudere, quia saltim præsumptiuè cẽsendũ est in Ecclesia incepisse delictũ, arg. traditorũ per Fel. *in c. 1. n.* 13. *de præsumpti. & per Abb. in c. fi. n.* 12. *de immu. Eccle.* & quia in delictis initium inspicitur, vt per Hippoly. *in pract.* §. *vlterius*, & locus in quo delictum initiatur est considerandus *secundũ Bal. in l.* 2. *C. de Eunuchis*, & istã opinionem in aliquibus codicibus, succinctè solum arg. *d. c. fi.* tenuit Ant. Go. *tom.* 3. *Vari. c.* 10. *nu.* 2. Ego tamen & tunc plures aduocati tenuerunt contrarium, imo quod dicta immunitate gauderet delinquens hic primo, quia omnis ille gaudet, qui non reperitur prohibitus, istum tamẽ nõ reperimus prohibitum, igitur: itẽ quia magna est diferẽtia, an quis delinquat in Ecclesia, vel extra eam, quamuis ab Ecclesia vbi confugiens erat, exeat ad delictum cõmittendũ, vt & pote, quia in Ecclesia delinquẽs derelinquere videtur, & præsumitur spe, & fiducia, gaudendi eius immunitate, nisi contrarium probetur, ideo nimirum si priuetur immunitate, sed extra Ecclesiam delinquens, & exiens ab ea ad delinquendum non censetur tali spe delinquere cum ab ipsa exeat Ecclesia, & delicto commisso in itinere dum ad Ecclesiam redit capi potest per iustitiam, & eius familiam, & sic cessat ratio & fundamentum ipsius Antonij Gomez, & per consequens immunitas prodest huic delinquenti. Item, & quia cogitatio illa, & animus delinquendi in Ecclesia, exeundo ab ea ad delinquendum non est delictum, neque propter talem animum, & cogitationẽ quis punitur, cũ cogitationis pœnã nemo mereatur, ex iuris Brocardico, imo & ex mãdato solo quis non est puniendus, sed ex delicto virtute mandati commisso, neque antea oritur obligatio mandantis, *secundum Bar. in l. non solum.* §. *si mandato. num.* 9. *ff. de iniurijs.* ad quem se remisit Abb. *in dict. cap. fin. num. fin. de immunitate Eccles. & Antoni. Gomez tom.* 3 *c.* 3. *num.* 41. & probat. *l.* 2. *titulo* 31. *p.* 7. & sic propter mandatũ in Ecclesia factum de delicto extra eam committendo, non extrahetur mandans ab Ecclesia, cum non ex mandato, sed ex delicto secuto teneatur, vt dictum est, & faciunt dicta per Guidonem, *decisione*

Delp. 104. *& Angel. de Clauasio, in summa, verbo, immunitas, numero* 24. vbi ita videtur tenere, delictum autem illud præsupponimus non fuisse in Ecclesia, sed extra perpetratum, ergo non potest propter mandatũ ab ea extrahi, propter quod mandatum nisi delictum sequeretur ad nihilum tenebatur, quamuis Nauarro, cum Remigio per eum allegato, *in Manuali. cap.* 25. *numer.* 21. dicant etiam propter solum mandatum in Ecclesia factum ab ea mandantem extrahi posse, non tamen tunc puniri ex delicto secuto, sed ex mandato tantum, non video tamen qua tunc pœna puniri possit, nisi ad delictum secutum totus respectus habeatur, propter delictum tamen secutum ipsi fatentur in effectu non posse ab Ecclesia extrahi ergo neque propter mandatum nõ punibile delicto nõ secuto, cumque in mandato hæc ita sint, cur propter cogitationem, quæ minus est mandato, quis immunitate hac esset priuandus, secuto delicto cogitato extra Ecclesiam, quantumuis constitisset animo deliquendi ab ipsa exijsse, cum effectus delicti in ipso loco vbi commissum est destinetur, & dirigatur: ergo ibi deliquit, non vero in loco vbi mandauit, vel cogitauit, vt optimè inquit Fel. *in cap.* 1. *nume.* 14. *&* 15. *de præsumptio.* vbi Bartol. refert & sequitur, neque potest initium delicti considerari vbi cogitatum fuit, cum cogitatio delictum non sit, ex quo posit quis puniri, neque obstant dicta per Felin. *vbi supra nu.* 13. quoniam si benè considerentur potius pro nobis, quam contra nos faciunt, nam ibi loquitur Fel. quoties delictum in Ecclesia inceptum fuit, putà siquis existens in ea, vel in cœmeterio, abinde mittit sagittam, cũ qua percutit alium, vel occidit existentem extra Ecclesiam, nã tunc licet extra Ecclesiã perficiatur, in ipsa tamen facto inceptum delictum fuit, ideo nil mirũ si eius immunitate non gaudeat delinquens, prout & inquit Couar. *in d. c.* 20. *nu.* 15. *vers.* 27. & ideò tũc per iudicem vtriusque territorij, & loci poterit delinquens puniri, *secundum Fel. vbi supra*, sed in cogitatione non damus factum, neque initium eius, ergo: quas ob res in aliquibus codicibus ipsius Antonij Gomez primæ eius recognitionis impressis *ante annum.* 1562. *in dicto tomo.* 3. *c.* 10. *nume.* 2. prout est in meo codice, hæc quęstio non solum determinata non reperitur, verum, neque tacta, & tunc etiam vidi codices alios eam non tangentes, qui fortassis erant antiquioris impressionis, vel nouioris, quam meus, nam meus est ex secunda recognitione authoris anni. 1562. & ibidem nihil de ijs dicitur, prout in meo codice dictum reperio, & salua eius pace non credo veram doctrinam eius, vt pote, quia cõtra omnia supra dicta, licet non diffiteor,
29 quod si existens † in Ecclesia ab ea incepit euaginare ensem contra antiquum inimicum suum, & parũ distantię ab illa occidit, vel percussit illũ, cum tũc & in Ecclesia facto delictum inceperit, animoque, & spe gaudendi eius immunitate in dubio præsumitur deliquisse, nisi probetur repentine discordiã successisse tũc vtique talis delinquẽs nõ gauderet hac immunitate, prout supra, in delinquente in Ecclesia conclusimus cõtra Couar. & Remig. Sed an poterit quis absque
30 pœna defendere iniuste extractũ † ab Ecclesia per secularem iudicem, & Ant. Gomez. *dict. tomo.* 3. *c.* 3. *n.* 21. *in fine* inquit quod sic, & in facti contingẽtia asserit quedam in simili casu defendisse, imo & iniustè condẽnatum possunt clerici defendere & eripere à manibus iustitiæ, *secundum Archidia eleganter, in c. cum homo.* 23. *q.* 5. *& Alber. in l. addictos.* C. *de Episc. & Cleri. Bern. Diaz in pract. Cano. c.* 95. quos & alios ad hoc allegat nouissime Ponce de Leon Mexia, *in apparatu. l. de Toledo, in* 11. *fundamento.* 2. *partis. nu.* 24. *cum pluribus seq.* vbi ante & post plura circa hoc dicit & allegat, quod tamen ego verum intelligerem quotiescunque constaret, iniustè extrahi ab Ecclesia, vel condemnatũ fore, esseque periculũ in mora, secus vero aliàs, tũc enim licet potestati iniuste exequenti resistere, quoties manifestum est iniustè procedere, vel damnum est irreparabile, *secundum Doct. maximè Oroscium, in l.* vt *vim. num.* 16. *col.* 21. *ff. de iust. & iur.* nam aliàs, vel si in dubio est, non licet resistere, præsertim per Ecclesiasticos, quibus iam arma concessa ad hæc sunt, scilicet, excõmunicationes, & cẽsuræ, nõ vero enses, & gladij, vt habetur in sacro Concilio Trid. *c.* 3. *Sessionis* 25. *& habetur in l.* 6. *tit.* 4. *infrà isto lib.* Et sic vidi in hac Placentiæ ciuitate, clericos punitos per Episcopum, eò quod violenter defendere voluerunt delinquentem quendam in Ecclesia existentem, quem Alguazellus quidam satis iniustè ab Ecclesia ipsa dum horę diuinę celebrarentur, extraxit, imo & ad querelam ipsius Alguazelli iudex Pesquisidor missus fuit pro punitione defendentium, & resistentium, ne delinquens ille ab Ecclesia extraheretur, qui quidẽ iudex incõsiderate, & contra, lericos incepit procedete, & vnũ ex clericis sacerdotib⁹, nescio qua facie, aut colore incarcerauit, & compeditauit, licet post ad petitionẽ Episcopi conquerentis se de hoc & asserẽtis se contra clericos processisse, iussum fuit iudici illi ne contra clericorũ personas procederet, ideoque vnusquisque præuideat quid faciat & facere debeat, iam enim locus non est relictus armis ecclesiam & immunitatem eius in his defendendi, sed censuris, & excommunicationibus. Ex quo & ex. l. illa. 4. occasio est data iudicibus secularibus, illiteratis, & prauæ conscientiæ & nullius timoris, de ijs enim loquor, extrahendi ab Ecclesia quos volunt delinquentes, scientes neminem armis eos defensurum, quos tamẽ iudices, si iniustè hęc fecerint, immunes nõ credo & à peccato, & ab excommunicationis nexu, & à maledictione contra violatores Ecclesiarũ per Deũ similibus imposita. *Ezechie. c.* 5. Viuo ego, dicit Dñs Deus, nisi pro eo, quod factũ meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cũctis abominationibus tuis, ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor, & 2. *Paralip. c.* 17. *&* 3. *Esdræ.* 1. *& Iudith.* 9. cadat virtus eorum, in iracũdia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & poluere tabernaculũ nominis tui, prout in propositum refert hæc Rebuf. *in d.* 2. *tomo. const. tit. de immunita. Eccles. art.* 1. *gl.* 1. *nu.* 33. vbi ipse inquit, hodie quosdam iudices contra Ecclesiam pugnare, quos, si in parochia decederent sua, inter hircorum, & canum morticinia sepeliret, loquiturque ipse Rebuf. *in Francia, vbi ipsemet in primo tomo earundem const. Franc. tit. de const. in*

proœmio

31 *proœmio glos. 5. numero 40. testatur titulum † C. de his qui ad Eccles. confug.* non seruari neque practicari, sed in Ecclesijs capiuntur delinquentes, saluo iure si reintegrari debeant, vereorq; ne aliquando, & in Hispania, quod Deus auertat, & hæc introducatur consuetudo, vel potius corruptela, & abusus, & modus iniquus infringendi libertates Ecclesiasticas, & violandi Ecclesias, & templa Dei, essetque maximum malum si tale permitteretur, ideoq; circa hæc iudices Ecclesiastici vigilent, & aduertant, vt medeantur, & similia mala non introducantur, fortassis enim in Francia, & propter similes abusus, & prauas consuetudines hæreses, & discordias videmus ortas. Deumque optimum maximum, & mediatorem omnium humiliter supplicemus vt hęc auertere dignetur: quę pro huius legis exornatione, & declaratione sufficiant, cætera per dictos Doct. videri poterunt.

In Legem Quartam.

1 *Ecclesia est omnium mater legitima, & refugium oppressorum.*
2 *Principes Ecclesiarum immunitates defendere tenentur.*
3 *Princeps denegans auxilium Ecclesiæ oppressæ deponi potest.*
4 *Pœna rapientium bona Ecclesiarum, vel monasteriorum.*

SVMMARIVM.

Nullus frangat, neque violet Ecclesias, neque earum immunitates, neque occupet earum redditus, & bona, & cum omni reuerentia tractentur Ecclesiæ.

LA *Iglesia militante.* De qua. 2. q. 1. *multi, de sent. excom. à nobis 2. de sum. Trinitat. firmiter §. vna, in cap. fundamenta, de electione in 6.* & eius militia dicitur cœlestis & diuina. *capit. ex antiquis 54. distinct.* & appellatione Ecclesię in dubio venit Ecclesia militans, non triumphans, *c. tuæ, de sponsalibus*, multis tamen modis sumitur Ecclesia, *qui not. ne Prælati vices suas c. fi. de ver. signi. cum clerici*, & de Ecclesia, & eius authoritate, vide optim. per Ioan. Echium, *in suo Enchirid. tit. de Ecclesia, & eius authoritate*, & Ecclesia varia habuisse principia *inquit Selua, de beneficio. p. 1. q. 5. numero secundo, cum plœribus seq.*

Como madre. Ea enim militans Ecclesia in terris
1 est mater nostra pia, & refugium † oppressorum & miserorum, vt lege supra proxima diximus, & probat tex. *in c. pia, post prin. de excep. in 6. notat. Archid. in c. si à sede, de præben. in 6.* ideò specialiter protegit pupillos minores, & viduas *c. 1. 87. dist. c. super quibusdam, de verb. sig. c. ex parte B. de foro comp.* merito dicitur tutrix & curatrix iustitiæ *c. 2. de alie. feud.* sic supremus princeps in terris, idest, Papa, *gl. in c. corpora. de conse. dist. 1.* vicarius generalis sponsi Ecclesiæ idest Christi, inquit, *in c. 1. de offi. leg. in 6.* officij nostri debitum remedijs inuigilat subditorum, quia dum eorum excutimus onera, dum scandala remouemus, nos in eorum quiete quiescimus, & fruimur in pace. Et hæc militans Ecclesia fiet triumphans post vniuersalem resurrectionem, vt ait Domi. *in c. fundamenta num. 4. de electi. in 6.* non tamen cessabit ordo, vel maioritas, quia in domo patris nostri multę mãsiones sunt *Ioan. 14. c & c. in domo. de pœni. dis. 4.* & ideo maximus honor Ecclesiæ deferendus est, *c. Reum. 17. q. 4.* nam decet domum sanctitudo, vt in *Psal. 92. c. 1. de immu. eccle. in 6.* Domumque suam Deus domum orationis vocat, *secundum Didacum Perez hic col. 96. in fine cum sequent. iura adducentem.*

De que brantar. Quod multis modis contingere
2 potest, *vt in l. 2. huius tit. diximus*, principesq; † prę-maximè tenentur ecclesias tueri, & earum immunitates pro posse defendere, & tutari, boni enim regis est ecclesiam personasque Ecclesiasticas tueri. *96. dis. c. boni principis 23. q. 8. tributum c. principes c. administratores 23. q. 5. 23. q. 3. Maximinianus l. 4. ti. 21. p. 2. & c. 20. Conc. Trid. Ses. 25.* nihil enim sic debet esse regibus studiosum, sicut sacerdotum honestas, cum vtique, & pro illis semper Deo supplicent, *in auth. quom. op. episcopus in prin. coll. 1.* & debet hæreses repellere. *23. q. 4.* si autem Ecclesia, nihil enim est quod lumine clariore præfulgeat in principe. quam recta fides, *in Epistola, inter clarus C. de sum. trin.* vnde Imperator se vocat seruum Dei, *l. 1. §. quo ergo C. de offi. præ. præ. Afri.* & est filius Ecclesiæ, *c. conuenior. 23. q. 8.* & dicit Panor. *in c. venerabilem de elect.* quod principes possent deponi † si sine causa legitima denega-3
rent Ecclesiæ oppressæ impetranti auxiliũ, prout & refert & tenet glos. *Guardando, in l. 4. tit. 2. part. 2. vbi est tex. ibi, optimus pro ijs, & text. in l. 11. infra isto titul. & lib.*

A hazer ni tratar cosas des honestas. De quo diximus *in l. 1. huius tituli*, vbi remissiuè allegauimus motum proprium Pij quinti, turpiaque vitanda sunt in Ecclesia, *l. probum, ff. de verb. sig. l. si stipuler. ff. de verb. obli. c. fi. de pact.* & cachinnationes, risus inordinati vocatæ vitãdę sunt in Ecclesia, *c. nullus presbyter, de con. sec. dis. 5. de quo late per gl. in pragm. sanct. tit. de spectaculis in Ecclesia non faciendis.*

Hagan justicia. Contra rapientes bona Ecclesiarum, vel monasteriorum pœna ponitur, *in l. 11. infra isto ti. & li. vbi Deo volente dicemus aliqua.*

In Legem Quintam.

1 *Donationem factam Ecclesiæ à Constantino Imperatore validam fuisse.*
2 *Ecclesia non habet priuilegium aliquod, nisi in quæsitis iustè.*

SVMMARIVM.

Donata Ecclesijs per Reges, vel aliàs personas firma debent esse.

A *Los que nos siruen.* Imo & dignus est mercenarius mercede sua. *cap. cum secundum de præben.* ex quo Dida. Perez, *in præsenti, col. 59. cum aliquibus seq.* prosecutus est materiam seruitiorum famulis præstandorũ, quæ cum locum habeat ordinarium, vbi tractetur, *scilicet in l. 5. tit. 15. infra lib.* 4. ad ibi dicenda me remitto, ne inordinatim procedamus.

Sean siempre guardados y firmes. Ex ijs verbis, optime colligitur, tex. esse probantem, donationem
1 † factam Ecclesiæ à Cõstantino Imperatore validam fuisse & efficacem, de quo per Bar. *& eius additio. & alios, in proœmio ff. veteris, & per Dida.* Perez in præsenti, quam legit *sub l. 1. tit. 2. lib. 1. ord. col.* 64. & hanc testatur communem Nauarro. *in cap. nouit. de iudi nota. 3. numero* 77. & vide Alber. *in proœm. ff. ve col.* 1. referentem de verbo ad verbum tenorem dictæ donationis. Inquit tamen Boëri. *decis.* 69. vocem de cœlo tẽpore factæ donationis huius fuisse auditam dicẽtem, hodie seminatum est venenum aspidum in Ecclesia Dei, allegans ad hoc Alberi. *in nu. 2. dicentem* se audiuisse à fide dignis quod tempore Bonifacij. 8. quidam Card. de ordine Cistercienſi homo maximę reputationis & scientiæ quadam dum sermonizaretur festiuitate, dicebat, quod per eosdẽ passus, & gradus, per quos Ecclesia in temporalibus ascenderat, pariter descenderet vsq; ad extremam Sylueſtri paupertatem, aliudque ibidem non minus mirandum *in nu. 3. refert Boëri.* scilicet, quod Bar. de Salignato. in Itinerario terræ sanctæ *in 8. tom. c. 1. vers. natio secũda,* dicebat, se à sancto viro audiuisse quod sicut Ecclesia oriẽtalis ob nimiam paupertatem lapsa, seu passa fuit multa incommoda, ita occidentalis Ecclesia ob nimias pompas & diuitias desolabitur, *de quo ibi Boër. dicit videndum Benedict. in cap. Raynutius fol. 177. numero 273. & in addi. de testamen.*

De cosas que deuen ser dadas derechamente. Ecclesia
2 enim non habet priuilegium † aliquod nisi in quæsitis iuste, probatque *l. 1. tit. 5. lib. 1. fori. & l. 10. eod. tit. & lib. facit gl. in summa. 12. q. 2.* ex quo potest saluari glo. *in ead. summa, & in c. sine exceptione,* eadẽ causa, & quæstione, dices quod res Ecclesię alienari possunt consensu capituli interueniente etiam in casu à iure non concesso, in quo illæ gl. communiter reprobantur, *secundum Couar. lib. 2. Var. c. 17. nu. 2.* possent tamen saluari, vt procederent, & per legem nostrã intelligerẽtur in rebus Ecclesiæ non iustè quæsitis, quæ quidẽ non gaudent priuilegio aliorum bonorum Ecclesię iustè quæsitorũ, illa enim iniustè quæsita in dominio Ecclesiæ non sunt, ideòq; alienari possunt etiam in casu à iure non concesso. *arg. notatorum in c. hoc ius porrectũ 10. q. 2. & dictorũ per Docto. in c. per tuas de donatio.* & ita in expresso tenet Rebuf. *in compendio alienationis rerum Eccles. nu. 28.* vbi, & declarat qualiter hoc verificari poterit. Alio & secũdo modo voluit illas glos. saluare Coua. vbi supra, per ipsum videbis.

In Legem Sextam.

1 *Omnis ille, qui tenetur reddere rationem, tenetur facere inuentarium.*

2 *Episcopus dicitur legitimus & ordinarius administrator bonorum Ecclesiæ.*

3 *Prælati bona obligata sunt pro dote suæ Ecclesiæ male administratæ.*

4 *Prælatus tenetur conseruare omnia, quæ fuerint de bonis Ecclesiæ, vel fructibus, vel agris, &c.*

5 *Omnia, quæ ad Ecclesiam pertinent manifesta esse debent.*

6 *Episcopus tutori æquiparatur numero 6. & ideo numero 7. ante inuentarium confectum non potest administrare.*

8 *Res emptæ per Prælatum ex pecunia Ecclesiæ præsumuntur emptæ. Imo & sic emptæ, præsumuntur emptæ post adeptionem Eccles. numero 9.*

10 *Personæ quæ tenentur facere inuentarium remissiue.*

11 *Contrarietas legis nostræ cum 7. & 10. infra eo. & eius solutio. numero 11. cum. seq.*

12 *Res sacræ quæ dicantur.*

13 *Fiscus recuperans bona alienata per hæreticum, tenetur soluere emptoribus pretium versum in vtilitatem ipsius hæretici, vel bonorum, aut fisci.*

14 *Res ad altaris ministerium, & cultus diuini deputatæ, quando vendi possint.*

15 *Res Ecclesiæ quomodo & qualiter alienãdæ sint.*

16 *Qualiter probabitur pecuniam in Ecclesiæ vtilitatem versam.*

17 *Emens rem alienam scienter non potest agere de euictione nisi in in vno casu.*

18 *Prælatus vel rector ecclesiæ vendens eius rem & non conuertens in Ecclesiæ vtilitatem de suo tenetur emptori soluere pretium, si res ab Ecclesia euincatur. Vbi an emptor debet esse solicitus, vt in Ecclesiæ vtilitatem pretium conuertatur.*

19 *Acquisita per Prælatum intuitu Ecclesiæ, ipsi Ecclesiæ acquiruntur.*

20 *Publicatis bonis clerici hæretici non publicantur bona intuitu ecclesiæ quæsita, bene tamen publicantur fructus beneficiorum.*

SVMMARIVM.

Prælatus, Episcopus, Abbas, vel Prior electus bona Ecclesiarum, quarum gubernationem sunt cõsequuti, inuentariare tenẽtur, successoresquè eorum reddere rerum ipsarum rationem, nulloque modo bona Ecclesiarum alienare debent, & si aliqua ex bonis inuentariatis alienata reperiantur ab earum emptoribus, vel detentoribus euincantur pretio reddito, vel non reddito secundum formam, & tenorem nostri text.

Todos

Todos en vno hagan escriuir por inuẽtario. Ortum fortassis habuit lex nostra in hoc à constitutione Inno. IIII. in sua constitutione curę pastoralis, & ab extrauaganti Benedicti.12. *relatis per gl.in pragmatica sanctione, in proœmio §.nam Ecclesiarum, gl.iura fol.36. in paruis*, & ratio decisiua
1 est, vel quia omnis ille, † qui tenetur reddere rationem, tenetur facere inuentariũ, *arg.l.orphanotrophos, & ibi Bal.7.nota. C. de Epis. & Cle. & Boër. decis.61.nu. 6.* cò quod inuentarium est caput rationum, *arg.l.1.§.officio.ff.de tutelis & rati.dis.* vt ibi per Boërium, & Beroium optime in quæstione familiari. 118. & ideo pater de bonis filij constituti in eius potestate inuentarium facere non tenetur, quia administrationis rationem reddere non necessitatur, licet bonorum descriptionem pati debet, *vt optime per Cumanum, cons.89.num. 2. & 3.* nisi esset tutor filij, quia tunc secus esset, *vt per Modernum Baezan de decima tutorum c. 2. nu. 153.* omnis tamen administrator bonorum alterius regulariter rationem reddere tenetur, de bonis administratis ac de fructibus redditibusque perceptis *arg.c.licet Heli de Simo c.qualiter & quando 2. de accusatio.optime per Beroium q. familiari. 15. per totam*, ergo & Episcopus tenebitur facere inuentarium & reddere rationem, quoniam bona Ecclesiæ administrat, & dicitur eorum legitimus
2 † & ordinarius administrator, *secundum Spec. tit. de actore ab vniuersitate, in prin. nu.2. per tex. in c. quia Episcopus 5.q.3. facitque tex.cum glos. in c. is cui, de electione, & tex.c.1.7.q.1. & 16.q.1. & temporis, & 21. q.1.relatio, & tex.in l.4.tit. 14. p. 1.* neque liberam administrationem habent, *secundum glos.in c.si.12. q.1.* imo, & procuratores secundum illam dicun-
3 tur aliquando, bonaque ipsiusmet Prælati † & Episcopi obligata sunt pro dote Ecclesiæ si male administrauit, *secundum Pala.Rub.in rubr.c.66. nu. 21.de dona.inter vir. & vxor. & glossam in dict. pragma.sanctione, in proœmio §.nam Ecclesiarum verbo depereunt, ex c.monemus 12.q. 2. & c. ex præsentium, cum ibi.nota.de pignor. & nota. in cap. ex literis, de pignori.* & sic inquit ibi posse agi contra tertium possessorem bonorum talis Prælati, sicut agit vxor pro dote sua, & ibi optime loquitur glo. illa illius pragma. quæ est Cosme Gumiel, de quo & per Nauarrum, *de beneficijs q.2.nu.34. & 35.* si ergo administrator dicitur Episcopus, rationem reddere tenetur, quia hæc est regula generalis, quod quilibet administrator, qui vel propria authoritate, vel ex aliquo officio sibi iniuncto bona alterius, siue communia administrauit, tenetur reddere rationem, & reliqua soluere. *Vt volunt Iacob. de Aren.Bar.Bal. & alij in d.§. officio, & Beroius in d. q. §.15.num.2.* vbi id ad Papam administrantem extendit, quod si rationem reddere tenetur Episcopus, igitur, & inuentarium facere, quod caput est rationis, imo & debet Episcopus esse paratus ad rationem reddendam cuilibet petenti, *secundum Spec.in proœmio primæ partis sui Spe.nu.7.* & licet hoc quoad interrogationẽ fidei per quemcunq;
4 factam intelligatur, omnia † tamen, quæ fuerint de bonis Ecclesiæ, vel fructibus, vel agris, vel oblationibus tenetur conseruare. 12. *q. 1. Episcopi de rebus §.si ergo*, ex quo inquit glo. *in auth. idem est Nestorianis C.de hæreti.* quam alios referendo sequitur Moli.de prim. *Hisp.1.p.c.27. numero 2.* quod tenetur Prælatus resarcire omne damnum Ecclesiæ, vel successori in rebus eius ex negligentia sua contingens, & ex hoc secundum eum ibi numero 3. mortuo Prælato datur præceptum ordinarium à Regio consilio ad petitionem successoris vt æstimatores ponantur pro æstimatione, damni, secundũ quod ibi dicit fieri, & hæc prima ratio decisiua nostri tex. vel secunda esse poterit,
5 eo quod omnia, quæ ad Ecclesiam † pertinent manifesta esse debent, *tex.in c.manifesta.12.q.1.* vbi gl. tenet expresse, ob hoc Episcopum teneri facere inuentarium de rebus Ecclesiæ, vel tertio,
6 quia cum Episcopus tutori æquiparetur, † *secundum gl.redde.in c.qualiter & quando, 2. de accusatio. & gl.in c.quia Episcopus 5.q.3. Affl.dec.169. num. 5.Beroius q.27.numero 4.Baeça, de decima tutorum c. 2. numero 33.* meritò sicut tutor de rebus minoris in principio sui officij tenetur inuentarium facere, imo si non faciat non potest administrare bona pupilli, neque in iudicio petere, *vt in l. tutor qui repertorium, & ibi Bart.optime ff.de administ.tutorum*, sic & Episcopus cum assimiletur tutori. in prin. debet inuentarium facere rerum suæ Ecclesiæ, quarum protector & administrator esse debet, & hanc opinionem *vltra gl.in d.c.manifest.* tenuerunt plures Doct.relati per Rebuf. *in 1.tomo const. Fran.tit.de sent.prouisio.art.3.gl.4.nu. 11. & per Couar. in c.1.nu.9.de testa.* qui tamen & alios contrarium tenentes allegant, prima tamen opinio per text. nostrum approbatur, & iure optimo ex dictis, & quia si de patrimonialibus, vel alijs rebus proprijs Episcopi, & titulo alio, quam intuitu Ecclesiæ acquisitis, tenetur Episcopus facere inuentarium, ne præsumantur intuitu Ecclesię habita, & per cõsequens Ecclesię ipsius sint, meritò si & ipsis Ecclesijs prouidere debeant inuentarium bonorum suorum faciendo, cumque Episcopus inuentarium sicut tutor facere teneatur, teneri de iure posset administrationem rerum Ecclesię suæ ei deneganda, † sicut tutori, donec
7 inuentarium faciat, quod si non fecerit, præsumptio contra eum erit, quod res per eum emptæ,
8 & acquisitæ † ex pecunia suæ Ecclesiæ emptæ censeantur, & per consequens ipsi Ecclesiæ acquirantur, vt per Couar. *vbi supra num.5. & 6. & probat tex.in l.5. & 6.tit.21.part. 1. & Alex. optime in cons.116.vol 7. & in cons.101.eod.vol.7.* quod & in clerico esse dicit, *& optime per Bar. Soc. cons. 91. & 216.lib.1. & Roma.cons.159.numero 4. & Cepo.optime in cons. ciuili. 51. numero 2. & 3.* vbi inquit id adeò esse verum, quod etiam, si hæredes Prelati sint in possessione bonorum patrimonialiũ relictorum per Prælatum ipsum, insimul cum adquisitis intuitu Ecclesiæ, adhuc tunc in dubio omnia bona præsumuntur intuitu Ecclesiæ acquisita, & sic ipsi Ecclesiæ restituenda, *vt ibi per eum nu.4.* sed si patrimonialia de per se Episcopus possedisset, & acquisita intuitu Ecclesiæ de per se, tunc existentibus hæredibus Prelati in possessione non esset præsumendum patrimonialia acquisita intuitu Ecclesiæ etiam in dubio, nisi probetur per Ecclesiam esse acquisita omnia intuitu eius, hæredibus tamen non possidentibus, in dubio omnia præsumuntur Ecclesiæ acquisita, & ei de iure applicanda, imo & † sic empta per Prælatum
9 præsumentur quęsita post adeptionem Ecclesię, & sic ex bonis ipsius Ecclesiæ, *secundum Pal.Rub. in rubri.§.60.incipi.operatur alium numero 16.fol.35.de don.*

don. int. & tetigit Cou. vbi supra numero 7. in fi. cum seq. & probat tex. si bene inspiciatur *in d.l.5.tit.21. p. 1.* quæ optima est, & notanda in materia, qui quidem Couar. *vbi supra nu.7. & 8.* & Pal. Rub. *vbi supra, num.17.* ponunt alium effectum ex hoc resultantem. Aliàs itidem personas, quæ inuen-
10 tarium facere tenentur † numerat Boërius, *dec. 61. & Beroius d. decis.118. & Rebuf.1. tomo const. Fran. tit. de sent. prouis. art.3. glos. 3. per totam,* vbi & ponit vtilitates ex hoc resultãtes, & an capitulum sede vacante, de bonis Prælati mortui, *vide Rubeum, cons.131.*

La pueda demandar. Nota ista verba, nam ex eis probatur quod ipsemet Prelatus, vel œconomus indebitè bona Ecclesię alienans possit petere nomine Ecclesiæ sic iniustè alinata, *prout & clarius probat. l. fi. ti.14. p.1.*

Dando el precio al comprador. Videtur legem hanc contrariari legibus 7. & 10. infra isto tit. & lib.
11 † probantibus absque pretio aliquo res tales restituendas Ecclesiæ petenti eas, & sic quod lex nostra per illas tanquam nouiores corrigatur, quod dicendum non est, cum in tam paruo temporis momẽto non est credendum legislatorem velle se corrigere, præsertim in hac Regia Recopilatione in qua contraria, & superflua resecari intentionis fuit recopilatoris, ideò, vel potest primo dici, quod leges illæ.7. & 10. loquantur in casu speciali, nostra vero generaliter, & sic eius generalitas limitetur per specialitatem dictarum legum, nam cum circa res sacras leges illæ. 7. & 10. loquantur, scilicet circa cruces, imagines, &
12 calices Ecclesiarum, quæ sacræ † res dicuntur, & itidem de reliquijs per Reges, vel alios Ecclesijs donatis, nimirum si aliquid specialitatis ibidem constituatur, *vt & patet ex l.2. in fine. tit.14. p. 1.* vt scilicet, si alienata res aliqua ex dictis reperiatur penes aliquem tertiũ ab illo euinci possit, nullo pretio ei per Ecclesiam euincentem restituto, casu, quo res talis alienata sit in casu non permisso, nã si in casu permisso specialiter, & expressim per ius declarato, vt pro redemptione captiuorum, pro fame pauperum reparanda, si alia bona non adsunt, quæ pro ijs alienari possint & vendi, prout infra dicetur, tunc cum res illa ab emptore euinci non possit, eò quòd in casu permisso alienata, non est quid tractemus de pretio tunc restituendo necne, nam de alienatione non rite facta tam in ijs, quam in alijs rerum Ecclesiarum tractamus, in hoc enim casu procedunt dictæ leges speciale quid constituendo in dictis rebus, secus tamen erit in alijs rebus, quam in dicta. l. 7. & 10. declaratis, nam in alijs lex nostra procedet, scilicet, quod si alienentur per Episcopum, vel œconomum, vel capitulũ sede vacante, in casu non permisso, & non adhibita solennitate requisita, tunc procedat nostra lex, vt si ab emptore à quo res talis euinci procuratur per Ecclesiã, vel Prælatũ eius nomine, probetur pretium pro re illa datum, & solutum in Ecclesię ipsius vtilitatem conuersum, tunc restitui debeat pretiũ illud emptori per Ecclesiam euincentem, secus aliàs, & ratio differentiæ, & sic specialitatis dari potest, nam cũ res sacræ, de quibus in dictis legibus, 7. & 10. prohibitæ sint emi, vẽdi, vel alio titulo alienari, emptorq; contra iura mercatur, & per consequens malam fidem habeat, ex iuris regula, quod qui contra iura mercatur malam fidem præsumitur habere, nimirum si emat, perdat pretium in pœnam talis emptionis contra ius factę, quantumcunque pretium illud probetur in Ecclesiæ ipsius vtilitatem versum, prout inquit textus *in dicta. l.10. ibi, Porque es defendido en derecho.* In alijs vero rebus Ecclesiarum, quę sacrę non sunt, cum eas alienari prohibitum non reperiamus, sed permissum potius debita solemnitate adhibita, nimirũ est quod si per emptorem probetur pretium versum in vtilitatem Ecclesiæ ipsius, emptori restituendum sit per Ecclesiam euincentem, & hic potest esse primus harum legum intellectus, & concordia, neque displicebit legenti, vel secundo dici potest, quod leges illæ. 7. & 10. declarẽtur per tex. nostrum, hoc scilicet modo, quod tunc pretium non debet per Ecclesiam euincentem emptori rerum, ibidem contentarum reddi, quoties probatum per ipsum emptorem non fuerit, pretium, quod pro illis rebus dedit in Ecclesiæ ipsius vtilitatem versum fuisse, secus tamen si hoc per emptorem illum probaretur, quia tũc procedet nostra lex, nouum enim non est leges posteriores per priores, & è contra intelligi, neque displicebit intellectus hic & declaratio ad has leges, ne Ecclesia, quæ alijs in exemplũ esse debet, cum aliena locupletetur iactura, prout in alio proposito inquit Beroius, *in quæst.19. familiari. nu.1. & 2.* & quia sic videmus, quòd fiscus qui secundum vetus prouerbium, rapit ea, quæ non capit Christus, si bona per hæ-
13 reticum † alienata recuperare voluerit ab emptoribus, & possessoribus eorũ, tenetur pretium pro ijs bonis datum, & solutũ, emptoribus illis, & possessoribus restituere, probantibus in vtilitatem ipsius hæretici, vel bonorum ipsorum, vel ipsius fisci conuersum, *secundum Simancas de insti. cath. tit.9. num.30. cum pluribus seq.* vbi *num. 39.* declarat quomodo probatio hæc fiet, de quo infra dicemus, ergo & sic idem dicendum in nostro proposito, præsertim si œconomus, vel Prælatus alienans non esset soluendo, quia tunc Ecclesia locupletata cum pretio illo illud restituet, *secundum Bal. in auth. qui res, num.2. C. de sacros. Eccl.* & tenendo hunc intellectum posset plus specialitatis constitui circa euictionem rerũ in dictis legibus 7. & 10. contentarum, quam rerum aliarum de quibus legem nostrã intelligimus, scilicet, quod quia res *in d.l.7. & 10.* contentæ expresse prohibitæ sunt alienari de iure, nisi in casibus specialibus, *per l.2. tit.14. p.1.* expressis, (quam quidem l.2. non est cẽsendum correctam per generalitatem, *d.l.7. & 10.*) in ijs talibus rebus petitis & euictis per Ecclesiam, cuius erant, statim constito, quod erant Ecclesiæ petentis, auferendæ sunt ab emptore nullo pretio ei pro tunc restituto, saluo remanente iure emptori ipsi, quod si post probauerit, pretium versum esse in vtilitatem Ecclesię euincentis res, restituatur ei pretium illud per ipsam Ecclesiam, & ita posse verificari verba tex. *in d.l.7. ibi, Entregue luego, & l.10. ibi, Sea luego restituido y tornado.* In alijs vero rebus, quam in d. tit.7. & 10. cõtentis & declaratis non statim res petita per Ecclesiam auferenda sit ab emptore, nullo pretio dato, sed tunc demũ cum probare emptor non potuerit pretium esse in vtilitatem ecclesię versum, ita quod prius super hoc audiatur, & cõ-

uinca-

uincatur, & ita verificentur verba nostri tex. ibi, *Y tornarla a la Iglesia, dando el precio, &c.* Et hoc plus specialitatis constituatur in vnis rebus, quam in alijs, cũ & plus specialitatis reperiamus in sacris, quam in non sacris constitutum, prout ex dictis patet, & quia cum res sacræ sub dictis legibus. 7. & 10. infra eo contentæ vendendæ sunt, quæ ad
14 altaris ministerium † & cultus diuini celebrationem deputẽtur, vendi possunt adhibita iuris solemnitate, & in casu à iure permisso, id verũ est, quoties ex summa necessitate alienantur, aliæq; res non absunt, quæ alienari possint, nã tũc sacræ hę res alienabuntur, *secundum gl. fi. in d. l. 2. tit. 14. p. 1.* In alijs tamẽ rebus non illa summa necessitas requiritur, sed minor sufficit solẽnitate canonica adhibita, de qua per Couar. *lib. 2. Var. c. 16. num. 8.* Imò secundũ eum ibi in dictis sacris rebus etiam data summa illa necessitate & defectu aliarum prius est incipiendum à rebus benedictis, quam à cõsecratis. Ex quibus potest & tertius assignari intellectus inter nostram legem & dictas leges. 7. & 10. scilicet, quod lex nostra & eius dispositio procedat in rebus quæ nõ sunt prohibitę de iure alienari, sed potius permissum est adhibita iuris solemnitate, in ijs enim si solemnitas deficiat, & emptor probauerit pretiũ, quod pro re illa dedit, in ipsius Ecclesię vtilitatẽ versum, tenebitur Ecclesia, secũdum text. nostrum, si rem petierit alienatã, & euicerit eam, pretiũ emptori restituere, leges vero illę. 7. & 10. procedant, & loquantur in rebus, quæ sunt de iure prohibitæ alienari, in ijs enim, si alienatio earum fiat, quãtumuis probetur pretium in Ecclesiæ vtilitatem versum, res auferatur ab emptore nullo pretio ei restituto, quoniam cõtra iura mercauit, & sic quod saltim respectu Ecclesiæ in hoc vltimo casu emptor ille pretium perdat, vt probatur *ex l. quẽ C. de Agrico. & censit. lib 11. & l. Iubemus §. œconomus C. de sacros. Ecc. & auth. qui res eo. tit.* & probatur ex dictis legibus. 7. & 10. & tunc Ecclesia retinere potest pretium, cum in pœnam legalem sit statutum, *secundum Bal. in auth. qui rẽ in fi.* vbi ipse Bal. ita videtur tenere, *& idem Bal. in l. si prædiũ C. de præ. minorum*, & tũc emptor ille ab œconomo vel administratore vendente vel alienante pretiũ illud recuperabit, nã ipse remansit ad hoc obligatus, *secũdum Bal. in d. auth. qui res*, & probat tex. hic, qui quidem administrator si soluendo non fuerit, tenebitur tũc Ecclesia quatenus ex pretio illo facta est locupletior *secundum Bal. in d. auth. qui res, & in d. l. Iubemus §. sanè, nu. 1.* quærit ipsemet Bal. an saltem de benignitate tenebitur Ecclesia pretium illud restituere etiam œconomo existente soluendo, & de æquitate inquit gl. *in d. §. sane*, quod debet ecclesia pretiũ restituere, & eam sequitur Card. *in Cle. 1. 25. q. in fine, de rebus Eccl. nõ ali.* & iste poterit esse tertius harũ legũ intellectus, & quasi similis primo, quẽ si tenueris non obstabit tex. *in d. auth. qui res*, vbi videtur probari, quod etiam in rebus permissis alienari si citra solemnitatem debitam alienẽtur, pretium non restituitur emptori, nam illã poteris intelligere, quoties emptor ille non probasset pretium illud in vtilitatẽ Ecclesiæ versum, ex tex. nostro, & sic nõ obstaret dicto intellectui, vel alio, & quarto modo, & non minus subtiliter, possunt tam lex nostra, quam illę leges 7. & 10. intelligi hac scilicet forma, *ex tex. in l. pen. tit. p. 1.* quod in ijs legibus si emptor rerum quarumcunq; alicuius Ecclesiæ bonã fidem habeat in emptione, putà quia putabat rẽ emptã fuisse propriam vendentis, & pro tali asserebatur per emptorem, vt inquit Bal. *in d. auth. qui res*, tunc si emptor ipse probet pretium rei in Ecclesię vtilitatem versum, ei per Ecclesiã ipsam restituatur, & ita procedat lex nostra, si vero nihil probetur bonæ fidei, & sic sit malæ fidei emptor, prout in dubio præsumendum est esse, si rem aliquam ex contentis in dictis legibus. 7. & 10. emerit, quia contra iura mercetur, tunc quantumuis probet pretium in ipsius Ecclesiæ vtilitatẽ versum, non recuperet illud ab Ecclesia prout & de iure sic erat statutum data mala fide, ex cõmuniori opinione, de qua in glo. sequẽti dicemus, & sic procedãt, d. leges 7. & 10. & tunc à vẽditore emptor pretiũ recuperabit, & non ab ecclesia in pœnam suæ malæ fidei, scienti enim & consentienti non fit iniuria, neque dolus, sed quia intellectus hic quartus nostri text. generalitatẽ restringebat, & quia vt in glos. sequẽti dicemus, etiã ementi rem alienam sciẽter à non Domino, si per Dominum euincatur, debet ei restitui pretium conuersum in vtilitatẽ ipsius Ecclesiæ, prout & in fisco euincẽte bona hæretici supradictũ est, alij intellectus ad has leges videntur tenẽdi, vel ex omnibus illis nouus, & quintus intellectus capi potest, scilicet, quod in omnibus rebus Ecclesiarũ, & extra debitam solẽnitatẽ, & casum à iure non permissum alienatis, possit Ecclesia, cuius res erant, euincere illas ab emptore nullo pretio ei restituto, si emptor ipse non probauerit, pretiũ earum in ipsius Ecclesiæ euincentis vtilitatem conuersum, insuperquè in emptione illius rei bonã fidẽ habuisse, & capitur hic intellectus, ad leges. 7. & 10. ex tex. nostro probationem huius vtilitatis requirente, & ad nostrum tex. & leges illas, *ex l. pen tit. 14. p. 1.* & ex cõmuniori opinione, de qua in gl. sequenti dicemus, inter bonã & malam fidem distinguẽte quantum ad pretij huius restitutionẽ data tamen aliqua differentia in hoc casu inter res permissas vẽdi cum certa solẽnitate, & prohibitas omnino vendi, nisi in casu aliquo speciali, quia in primis rebus bonam sufficiet fidem allegare cum iuramento, cum in dubio regulariter mala non præsumatur, nisi contra probetur, maxime existente titulo etiam inualido, *secundum Couar. in c. possessor. 2. p. §. 8. nu. 1. vers. secundo probatur*, debet tamen allegari, quoniã in casu in quo bona fides præsumitur debet allegari, *secundum Cepo. de ser. vrb. præd. c. 20. nu. 3. & Menes. in l. 2. nu. 34. C. de ser. & aqua.* In alijs vero rebus expresse & specialiter prohibitis alienari, cum mala fides præsumatur, quia contra iura mercatur, non sufficiet hæc bonæ fidei allegatio, nisi & bona fides probetur, secundũ quod dictum est supra, & iste videtur bonus intellectus ex combinatione nostræ legis, *& d. l. pen. tit. 14. p. 1.* & intelligendũ est, quod vocamus, res Ecclesię permissas alienari, illas in quibus de iure specialiter, & expresse non reperimus alienationẽ prohibitam, prout reperimus circa res contentas in d. l. 7. & 10. & si quę alię sunt, aliàs tamen res vocamus alienari permissas, quæ cum debita solennitate alienari permittuntur, quoniã res Ecclesię quamuis generaliter alienari vetentur, *ex tit. de rebus Eccles. non ali.* quia tamen inalienabiles ius non

non reddit eas adhibita solennitate, sicut in specialiter dispositis, eas vocamus alienari permissas cum solennitate requisita. Alius intellectus qui assignari poterat, scilicet, quod leges illæ. 7. & 10. loquantur non cum per œconomum, vel administratorē alienatio facta est sed per aliū tertium iniustè res de quibus ibi habente, & tenente, nostra vero lex quoties per administratorem, vt tūc fiat distinctio conuersum sit necne in Ecclesiæ vtilitatem pretium, quę tamen non fiet in primo casu, sed indistincte emptor perdat pretiū quoad Ecclesiam. Hic intellectus non cessare facit difficultates, & ex l. illa pen. ti. 14. p. 1. & ex d. l. 10. *ibi, Ninguno sea osado,* reprobatur, ideo ad priores intellectus est recurrendum, quorum lector meliorem capiet vel alium ipse prębebit congruentem, interim tamen supradicta notāda sunt, quia noua, & singularia, & leges hæ lectorem perplexum reddent, nisi aliquo ex dictis declarentur modis.

Mostrare que el precio fue gastado en pro de la Iglesia. Imo & etiam videtur demonstrandum esse, alienationem similem factam fuisse legitime, & forma, & solennitate à iure requisita, nam non suf-
15 ficit in casu † à iure concesso fuisse celebratam alienationē rei Ecclesiasticæ, & sic cum vertitur ipsius Ecclesiæ vtilitas, verū etiam debet seruari forma, & solennitas in alienatione tali requisita de iure, secundum Couar. *lib. 2. Var. c. 17. numero 2.* contra glossas per eum relatas, sed hæc vera sunt & procedūt, quoad hoc, scilicet, vt talis alienatio valeat, sed quoad hoc an pretium emptori restituatur necne, si res ipsa ab Ecclesia, cuius erat euincatur, non sunt hæc necessaria, imo debet aliqua harum solennitatum deficere, vt Ecclesia ipsa rem suam euincere possit, aliàs enim si nihil deficeret, putà quia in casu à iure concesso, & solennitate iuris seruata alienatio facta fuisset, quantumuis Ecclesia pretium redderet, inuito emptore non posset rem illā euincere, nisi grauis læsio in alienatione intercederet, & tunc absque dubio pretium restituet, nos vero loquimur, & sic lex nostra loquitur in casu in quo alienatio nō fuit legitime facta, & sic supradicta necessaria non sunt, neq; de eis fit mentio in nostro textu: sed tantum fueritne pretium conuersum in vti-
16 litatem Ecclesiæ necne, idque qualiter † probabitur, in glo. sequenti dicemus. Ex quibus præsertim verbis nostrę legis attentis, ad pretium restituendum emptori per Ecclesiam petentē rem suam iniuste, & illegitimè alienatam, requirentis solum probationem vtilitatis videtur non esse iam necessariam quoad pretij restitutionem distinctionē illā, sitne bonæ, vel malæ fidei emtor ille, sed indistinctè vtilitate probata pretium per Ecclesiam rem euincentem esse emptori restituendum, quamuis iure canonico communior esset opinio distinctionē illam adhibendam essē, *prout testatur Barba. in c. ad audientiam col. fi. extra de rebus Eccles. non ali. quæ & per l. pen. sæpius allegatam tit. 14. p. 1. approbari videtur,* vides tamen legem nostram hæc non requirentem, sed solum versum esse pretium in vtilitatē Ecclesiæ, & sic tanquam nouiorem seruandam, ne Ecclesia cum aliena locupleretur iactura, & commodū cum damno alterius recipiat, videmusquè itidem, quod licet
17 emens rem alienam † non possit agere neque ad pretij restitutionē, si per Dominum verum euincatur, *secundum tex. in l. si fundum. C. de euictio. & tex. l. 19. tit. 5. p. 5. tradunt Ant. Gomez, tomo 2. c. 2. nu. 8. & 43. & Couar. d. c. 17. num. 1. & 2. & est tex. optimus in c. 1. de inuest. de reali facta, & Bald. in vsi. feud.* & in rē Ecclesiæ scienter empta communiorem testatur, *idem Ant. Gom. in l. 51. Tauri. num. 61. ad fi.* id tamen ex tex. nostro locū non habebit, si probetur pretium in ipsius euincētis vtilitatem versum fuisse, nam tunc restituet pretium euincens, *secundum text. in l. emptor. ff. de rei vendi. communis secundum Ant. Gomez d. nu. 43. limi. 2.* & ideo contra venditorem, qui pretiū recipit agi potest ad pretij restitutionem quamuis de euictione non deberet teneri, *ex tex. in l. emptorem §. pen. ff. de actio. emp. ad hoc allegatum per Rubeum cons. 152. nu. 2.* ergo itidem, & à fortiori idem dicendum est in Ecclesiam, cū alijs debeat esse in exemplū, siue emptor bonam, siue malam fidem habuerit, ergo vel debet illa cōmunior opinio, & lex illa Partitarum eam approbans correcta remanere, vel secūdum supradicta, & sic nostrum tex. intelligi, & declarari, imo & ampliari, hoc scilicet modo, vt neque bonæ fidei emptori pretium restituatur per Ecclesiam euincētem, nisi emptor probet in ipsius Ecclesiæ vtilitatem pretiū versum esse, & itidem restituatur pretium per ipsam Ecclesiam malæ fidei emptori probanti in Ecclesiæ ipsius vtilitatem pretium conuersum, & in hoc vltimo casu corrigat lex nostra, & dicta lex Partitarum communiorem illam iuris canonici opinionē, & dictam legem Partitarum eam approbantem vel per nostram legem, & communior opinio & lex illa Parti. declaretur dicto modo, vel vt quinto intellectui in gl. supra proxima assignato non cōtraueniamus lex nostra declaretur per distinctionem illius communioris opinionis, & legis Partitarum, scilicet, vt non sufficiat probare in malæ fidei emptore pretium esse versum in vtilitatē Ecclesiæ, nisi & bona fides allegetur & coloretur per aliquam probationem, neque itidem sufficiat bonam fidem probare ad pretium recuperandum ab Ecclesia euincente, nisi & probetur pretium versum esse in vtilitatem ipsius Ecclesiæ, & sic vna lex aliam declaret, & alia aliam vt contrarietates euitemus, & correctiones, tu tamen contra veritatem non allegabis bonam fidem.

Si mostrare. Quod qualiter demonstretur declarat remissiue Cou. *d. c. 17. numero 4. ad finem, & Rebuf. in comp. ali. rerum Eccl. numero 73. & Siman. de inst. cath. c. 9. numero 39.* & optime exemplificat Fredericus de Senis, *consil. 119. nulli dubium est si Prælatus,* & an sufficiet confessio Prælati confitentis recepisse pretium, & in vtilitatem Ecclesiæ conuertisse & quid si adsit confessio capituli & Prælati, vide optime Bar. Soc. *cons. 29. numero 10. cum pluribus seq. vol. 1.* vbi facit optimum consilium pro annullanda rei Ecclesiasticę alienatione. Et notandum quod quamuis gl. in pragmati. sancti. tomo 2. tit. de pignorantibus cultum diuinum, verbo, contrahentes, velit solum quoad contractum mutui cum Ecclesiæ administratore factum, probationem hanc vtilitatis esse faciendam, idem tamen per tex. nostrum in omnibus alijs contractibus cum Ecclesia factis dicendum est, vt ex text.

nostro

nostro probatur, sed est verum, quod si mutuum detur Prælato, aut rectoribus, & Præsidi ciuitatis, non est necesse probare dictam vtilitatem, secundum Couar. *d.l.2. Var. d.c.17. nu.2. vers. cæterum etiam*, & tenet Fer. in pract. *in forma lib. in acti. Hypot. glo.1. col.2.* vbi idem dicit si cum administratore habente speciale mandatum ad accipiendum pecuniam mutuo contraheretur, de quo vide Doct. maxime *Alex. in l. ciuitas, ff. si cer. pet. & Dec. in l. creditor, eo tit.* Sed an contrahens cum Ecclesia debet esse solicitus, vt pecunia in Ecclesiæ vtilitatem conuertatur, vltra, d. Doct. & optime per Petrum Costalium, *in d.l. ciuitas*, vide D. Moli. de primo. Hisp. *lib.4. c.4. n.20. cum seq. & per conciuem nostrum Doct. Gut. in alleg.1. & Bal. in auth. hoc ius porrectum, n.7. C. de sacros. Eccles.* tres casus ponentem.

18 *Del que la cosa enageno.* Prælatus enim † vel Rector Ecclesiæ vendens rẽ ipsius Ecclesiæ, & non conuertens in eius vtilitatem pretium rei, tenetur ad pretij restitutionem, si res illa, per Ecclesiam euincatur ob aliquam causam, *secundum tex. hic, & text. in l. pen. & fin. tit.14. p.1. & Reb. in compen. alie. rerum Eccle. n.39. & tradit Abb. in cap. si quis presbyt. n. fi. de rebus Eccles. non alie. & Floren. in 3. p. suæ summæ tit.24. cap.9.* etiam si à principio ipse œconomus, vel Rector protestetur se nolle teneri ex mutuo Ecclesiæ facto, *secundum Ias. in d.l. ciuitas, num.16.* imo, & tenebitur etiam si emptor ille sit malæ fidei *secundum glos. in auth. qui res, C. de sacros. Eccles. & ibi Cyn. & Bal. & glos. in c. hoc ius, versic. qui vero, 10. q.2. But. & Host. relati, per gl. mas, in d.l. pen.* & hæc opin. per tex. ibi approbatur, & per text. nostrum, qui si bene cõsideretur ita videtur probare, & hanc etiam tenet Ant. Go. *l.51. Tauri. n.61.* quamuis contrariam teneant gl. *in c. Valteranæ 12. q.2.* & aliæ allegatę per glos. *mas. d.l. pen.* vbi hanc vocat cõmunem Canonistarum, & communiorem voluit esse Ant. Gom. vbi supra, sed primam cum eis tenerem, eò quod legem dictam Partit. reperimus eam approbantem, & tam in foro Ecclesiastico quam seculari sequerem eam, quia de iure Canonico nescio text. in quo secũda fundetur, & in tali casu ad Regium ius recurrendum est, & ideo cum casus euenerit in libello semper dirige intentionem tuam ad pretium petendum tam contra Ecclesiam euincentem, quam contra administratorem eius, vel alium quemlibet nomine eius vendentem, contra ambos, & quemlibet eorum in solidum, & illum eorum contra quem de iure aptius, & melius locus detur, cum protestatione, quod vnica solutione à quolibet eorum facta contentus eris, prout pro cautela tradit Ferrara, vbi supra, cuius dictum fuit prius Inno. *relati per Bal. in dicta auth. hoc ius, n.7.* vbi eius additio. inquit, quod communiter dictum illud ignoratur, & iam secundum illud cosului fieri, & hoc quia in casu, quo Ecclesia ipsa nõ teneretur soluere pretium, teneretur vtique si probaretur venditorem nõ esse soluendo, prout tunc debet Ecclesia soluere, quatenus facta est locupletior, *secundum Bal. in d. auth. qui res nu.2. C. de sacros. Eccles. & Ant. Rube. cons. 152. n.3. & gl. pen. in d.l. fi. tit.14. p.1.* notandum itidem est, quod emẽs rem Ecclesiæ à solo Prælato eam præscribere non potest, *secundum gl. non potest, in c.2. extra de ijs quæ fi. à Præla. quam sequitur Abb. in c. de quarta. nu.12. de præscri.* & hoc nisi emptor errasset in facto credens iustè, quod capitulũ etiam consensisset, & ita procedet gl. *in d.c. de quarta*, quæ contrariũ volebat, *secũdum Abb. ita eas concordantem in c. dudum n.4. de decimis.*

Otrosi no pueda. Idque ratione procedit, quia acquisita † per Episcopum, vel Prælatum intuitu 19
suæ Ecclesiæ ipsius Ecclesię sunt, & ei acquiruntur, *secundum tex. in c.3. de peculio cleri. & in c. cum in offic. de testa.* quod & ad Papam, & Patriarchas, & alios extendit Sanctis. Papa Pius V. per motum proprium, de quo in l. 10. infra eo. mentionem faciemus annuente Deo. Ex quo inquit Simancas, *de instit. Cathol. tit.9. num.89.* publicatis bonis
† clerici non publicari bona acquisita per cleri- 20
cum talem intuitu Ecclesiæ, nisi secundum eum ibi n.90. sint fructus beneficiorum: nam illi bene publicantur, cum eorum plenum dominium clerici ipsi habeant, sicq; ex eodem fonte deducit Pala. Rub. *in rub. §.60. n.17. fol.35* quod Prelati de talibus bonis intuitu Ecclesię acquisitis testari nõ possunt, *& per Couar. in d.c cum in officijs, n.6. de testam.* adeò quod neque per contractum inter viuos potest Prælatus primogeniũ de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis constituere, *vt per Molinam, de Primogenijs, 1 part. lib.2. cap.10. num.27.* Hodie tamen bona Episcoporum intuitu Ecclesiæ acquisita non acquiruntur Ecclesiæ, sed camera Apostolica capit ea, & sibi applicat.

In Legem septimam.

1 *Num lex nostra, & similes corrigant tex. in l.2. tit.14 par.1.*

2 *Prohibitus vendere vel extrahere rem non censetur prohibitus causa necessitatis suæ prouidendæ.*

4 *Leges generales non corrigunt speciales.*

4 *Res sacras an liceat vendere pro reparanda fame pauperum culpa deuenientium in paupertatem.*

SVMMARIVM.

Nullus emat, neque in pignus accipiat res sacras, vel ad ornatum Ecclesiarum destinatas, aliàs restituet eas sine pretio, & ij, quibus vt emant deferuntur, tenentur sub nostri text. pœna eas accipere, & manifestare.

DE comprar. *Similis text. videtur in l.10. infra isto tit. & lib. & tex. in l.15. titul.5. part.5.* Est tamen dubium, num leges istę corrigant
† text. *in l.2. titu.14. part.1.* permittentem Cruces, 1
Calices, & res sacras vendi posse in casibus ibidem expressis *de quibus, & per Couar. libro 2. Variarum, cap.16. num.8.* & videtur dicendum quod sic, nam in lege nostra prohibentur emi, *in dict. l.10. & in d.l.15.* prohibentur vendi, ergo geminatio hęc, cum multa operetur in iure specialia, vt per Euerardum, in loco à geminatione operabitur, & in nostra materia correctionem dictæ, l.2. vt nullo casu liceat res has emere, neque vendere, contrarium tamen hoc non obstante tenendum est, imo quod non corrigatur d.l.2. per nostram, & similes, neque geminatio aliquid operatur ad inducendam ex ea correctionem, neque ex generalitate

neralitate nostri text. & similium censendum est specialitatem dictæ l.2. correctam, cum idem *ex cap.1 de pignoribus*, statutum reperiamus adnotantibus ibi doctoribus, sed tenēdum est legem nostram, & similes declarari per dict.l.2. & similes, vt scilicet prædictæ res possint emi, & vendi vrgente necessitate Ecclesię, cuius sunt, aliter enim dum Ecclesiæ per prouisionem nostri text. & similium cēseretur prouisum, potius damnum inferretur, & fortassis maximum, quid enim si suæ necessitati aliter Ecclesia prouidere non posset, maximumque detrimentum, & ruina inesset, essetque etiam contra iuris doctrinam, quæ habet, quod quamuis quis prohibeatur vendere, vel portare rem aliquam, non censetur prohibitus
2 eam vendere, vel portare † causa suæ necessitatis conseruandæ, *argu. l 8. tit. 18. libr. 6. infra notant Bar. & doct. in l. cætera, §. sed & siquis, nu. 4. de leg. 1.* Item quia lex generaliter aliquid de dono prouidens
3 non cēsetur † corrigere legem antiquam specialem, & specialiter prouidentem, *secundum glos. ab omnibus commendatam, & approbatam in l. 3. C. de silentiar. lib. 11. quam commendant plures allegati per Oroscium. in l. 1. colum. 207. ff. de constit. princ. & in l. sed & posteriores colum. 161. ff. de legibus, & per Afflictis, in constit. Siciliæ, lib. 1. rub. 47. num 33. & 34.* sed per dictam, l. 2. tit. 14. part. 1. casus speciales sunt prouisi, in quibus licet dictas res sacras vendere, & pignorare ergo per generalitatem nostri text. & similium non censentur correcti casus illi & ita tenēdum est, quamuis vt supra dixi, ex Couar. *lib. 2. Vari. cap. 16. num. 8.* prius est tunc incipiendum à rebus benedictis quam à consecratis, & *ibi nu. 9.*
4 † declarat an idem sit si ob culpam in pauperratem, vel famem homines deueniant, *quod & tangit gl. 2. & 4. tit. 11. part. 6. & Mexia, in pragmat. tassæ panis, conclusione 1. glos. 1. nu. 8. fol. 12.* nisi culpa illa *secundum Couar. dict. num. 9. & Mexiam, vbi supra, num. 9.* esset ad hunc finem ordinata, & procurata, quoniam non prodesset paupertas, sed obesset potius, eo quod remedia procurata obsunt, & non prosunt.

Sin algun precio. Pro intellectu horum verborum videnda sunt dicta in lege supra proxima *in glos. Dando el precio. Et vide text. in cap. 1. de schismati. & Docto. in cap. ad audientiam de rebus Eccles. non ali. & Florentinum in tertia parte, suæ summæ Theo. titulo 24 cap. 9.* ex quibus doct. nihil aliud bonum reperies, *neque ex doct. in dict. authen. qui res, C. de sacros. Eccles.* quam quod in dict. glos. dando, dictæ legis supra proxima diximus.

De la ley segunda. Cuius quidem legis. 2. pœna solum imponetur in casu nostri tex. cum quo ad hunc nostri text. casum approbetur per legē nostram, extra verò casum nostri text. si in alio lex illa. 2. posset verificari, esset necessarium vsum dictæ legis. 2. (cum fori sit) probare, aliter enim tunc nō illius legis. 2. pœna imponetur, sed aliarum legum pœnas imponentium cōtra non manifestantes furta, quas leges refert Monta. in ea. l. 2. Et est notandum quod si vltra quod non manifestetur res sacra per illum ad quem defertur, vt eam emat, ex parte ipsius adsit aliquod factum aliud, puta quod fauorē ad furandum rem illam dedit, vel in domo sua occultabatur vel receptabatur fur, tunc punietur talis persona pœna, *l. 18. tit. 14. par. 7. de qua diximus in l. 2. sup. isto tit.*

In Legem octauam.

1 *Hospitia in Ecclesijs, & domibus clericorum præstanda non sunt.*
2 *Iudex ex officio procedens, an & partem denuntiatoris sibi applicare possit.*

SVMMARIVM.

In Ecclesia hospitia non sunt assignanda, neque constituenda sub pœna.

O*Rdenamos y mandamos. Concordat text. in capit. primo, de immunita. Eccles. leg. prima, ad fin. Codice, de Episcopis, & cleri. l. 1 titulo vndecimo, parte prima, l. 51. ad fi. titulo sexto, parte prima,* quæ allegat Glossator Salmantinus, hic col. 86. in fine, in quibus iuribus probatur in Ecclesijs hospitia non † esse constituenda, imò & in domi- 1
bus clericorum idem statutum reperimus *per leg. 7. infra titul. proximo*, vbi hoc vno modo intelligo & declaro: ideoque solum ex lege nostra vnum notandum est, & aduertendum, scilicet, quod in quantum ex fine eius ipsemet Didacus Perez, in præsenti, columna 87. in princ colligit regulam generalem, scilicet, quod quando lex denuntiatori pœnam applicat, si denuntiator desit, & iudex † ex officio ad punitionem de- 2
licti, & pœnæ executionem processit, ipse iudex partem pœnæ denuntiatori applicandam habebit, hæc regula generalis vera non est, imo falsissima, & generalis regula est in contrarium, *vt patet ex l. 21. titulo nono, infra libro 3.* ex qua quidem l. 21. cum sit nouior, correctio potius, si aliqua esset inducenda, ad legem nostram colligi poterat, quam ex lege nostra ad illam, quæ quidem correctio quoniam euitāda est, dicendum est regulam esse generalem, & veram in contrarium, quæ desumitur ex dict. l. 1. & tunc regula illa limitabitur, vt non procedat in casu nostræ legis, propter fauorem Ecclesiarum, & vt iudices alliciantur, spe etiam partis accusatori, & denuntiatori applicandæ, ad executionem pœnæ in lege nostra contentæ, in alijs vero casibus nullo modo iudex procedens ex officio poterit partem denuntiatori, si adesset applicatam percipere, *ex dict. l 21.* quæ in hoc hanc regulam generalem constituit, nostra verò lex specialem casum pro regulæ illius limitatione, contra Didacum Perez, *in dict. columna 86.* aliud volentem & colligentem ex text. nostro, qui in sua dispositione specialem casum constituit, non vero generalem, imo generalis regula dictæ. l. 21. in speciali casu nostri text. est limitanda, vel quoties aliud lex expresse declarat, *prout hic, & in l. prima, titulo decimonono, libro 8. infra.*

In Legem nonam.

1 *In casu in quo propter Regiam necessitatem bona Ecclesiarum vendi possunt, debet in tali venditione*

venditione consensus clericorum ipsius Ecclesiæ interuenire.

SVMMARIVM.

Solum in casu necessitatis, & non in alio licét Regi argentum vel aurum, aut bona Ecclesiarum capere, dum tamen sic accepta post Ecclesiæ restituat.

LA plata. y bienes. Circa eius materiam vide text. *in cap. aurum habet, 12. quæstio. 2. & doct. in cap. nonnulli, de rebus Ecclesiæ non alien. & Abb. in cap. quod sicut, fin. notab. de electione, & Bal. in proœmio decretalium.*

Que el Rey pueda tomar. Intellige hoc dum tamen
1 interueniat † consensus clericorũ ipsius Ecclesiæ, nam sola necessitas, & sic iusta causa non sufficeret, nisi & authoritas, & consensus Episcopi, & ipsorum clericorũ talis Ecclesiæ adesset, prout in alienatione rerum Ecclesiæ communis est opinio, teste Couar. *lib. 2. Varia. cap. 17. num. 1. & 2.* & in propositum huius legis ita asserit Didacus Perez, *in l. 1. titul. de los cautiuos, glos. 1. libr. 1. Ordina. columna 312. in prin. per ea quæ habentur in cap. non minus, de immunita. Eccles. & per Gregorium Lupum, per text. ibi in l. 14. tit. 22. part. 1.*

In Legem decimam.

1 *Bulla super spolijs, remissiue.*
2 *Res inficiatione crescit, & pœna de mendacio & negatione.*

SVMMARIVM.

Calices, Cruces, & alia ornamenta Ecclesijs per Reges, vel aliàs particulares personas donata, vendi, pignorari, aut consumi non possunt sub pœna, & in argentatis, vel deauratis imaginibus idem esse seruandum disponit noster text.

MAndamos. Idem probari videtur in l. 6. & 7. supra isto tit. vbi pro intellectu, & declaratione harum legum plura diximus notanda, probatque idem text. *in l. 2. tit. 14. part. 1.* vbi glos. fi. hoc limitat. Adeoque res hæ sacræ debent Ecclesijs cuius sunt reseruari, quod
1 extat Bulla † & motus proprius sanctis. nostri Papæ Pij quinti, vita iam functi anno 1567. conditus & sui Pontificatus anno. 2. disponẽs, quod omnia vasa, ornamenta, & alia id genus ad cultum diuinum deputata per Episcopos, & aliàs ibidẽ descriptas personas relicta tempore mortis esse applicanda Ecclesijs, quibus tales Prælati, & personæ præfuerunt, & vocatur Bulla super spolijs, quæ cum inter motus proprios eiusdem Papæ sit inscripta, ibidem videri poterit, nam præ manibus habetur.

Ibi *negare*, quia res inficiatione † crescit se-
2 cundum tex. *in l. fin. ff. de rei vendi.* notat Didacus Perez, hic col. 85. in fine, cum sequent. & notandum quod illa, l. fin. & eius pœna habet locum non solum in eo, qui negat possidere, verum, & in eo, qui dicit alieno nomine possidere, cùm suo nomine possideat, *secundum Abba. in cap. fin. §. fin. nu. 49. vi lite non conte. & Afflictis, decisione Nea. 18.* negansq; in iudicio illud, quod est causa suæ intentionis, beneficij vel priuilegij perdit illud, *secundum Anton. Gom. tomo 2. cap. 13. num. 14. limit. 7.* & pro declaratione etiam dictæ, l. fi. vide optime Guidonem Papæ *consilio 3. num. 2. 3. & 4.* vbi limitat eam, & nota, quod quando pars, quæ conuenitur ex contractu negauit contractum esse celebratum, si postea conuincatur de veritate contractus, in odium negantis præsumitur solemnitas extrinseca, quæ aliàs non præsumeretur, *secundum Ias. in l. sciendum numero 20. ff. de verb. oblig.* mendacium tamen non punitur nisi in casibus à iure expressis, *vt dicemus in l. 2 in regu. 25. titulo primo, infra libro secundo*, & post hæc nouissime, & plura de mendacio congessit Ioan. Gracian. *in regulis suis, regu. 312.*

In Legem vndecimam.

1 *Magnates, & Domini plusquam alij tenentur Ecclesias defendere.*
2 *Bona Ecclesiarum per aliquem occupari non possunt.*
3 *Beneficia conferre laici non possunt nisi ex Papæ priuilegio.*
4 *Beneficia conferendi ius nullo tempore laici præscribere possunt.*
5 *Quæ priuilegia, an & præscriptione etiam acquiri poterunt.*
6 *Capax etiam beneficij non potest præscriptione titulum acquirere beneficij illius.*
7 *Legatum de re Ecclesiæ factum an saltim quoad æstimationem valebit.*
8 *Clericorum bona quando gaudeant priuilegijs bonorum Ecclesiæ.*
9 *Monasterium & hospitale in bonis suis an gaudeat priuilegio bonorum Ecclesiarum.*
10 *Statuendi contra libertatem Ecclesiasticam nulli est tributa potestas.*
11 *Statutum prohibens bona in Ecclesias alienari non valet.*
12 *Surripiens bona Ecclesiæ contra eius libertatem facit.*

SVMMARIVM.

Nullus occupet, impediat vel vi capiat bona vel redditus Ecclesiarum, vel monasteriorum, Prælatorum, capitulorum, fabricæ, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum, neque locari redditus eorum impediat, sub pœna.

1 *Duques, Condes, ni Marqueses.* Qui sint ij, vide text. *in l. 11. tit. 1. part. 2.* & ijs dominis, & magnatibus † plusquam alijs particularibus personis, conuenit, & competit defendere Ecclesias, & earum bona, *vt in l. 1. infra tit. proximo patet, & in l. 4. supra eo. iterum diximus, & in cap. 20. sess. 25. Concilij Tridentini probatur.*

2 *Los bienes y rentas.* Nulli † enim hominum licet bona hæc occupare, impedire, aut perturbare, neq; circa ea se aliquo modo intromittere, nam imperium vestrum, inquit, *tex. in cap. imperium, 10. dist.* suis reip. quotidianis administrationibus, debet esse contentum, non vsurpare, quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt, imo neq; bona Prælati vel clerici mortui per aliquē possunt sub excommunicationis pœna occupari, secundum *text. in cap.* quia sæpe, de electione, *in 6. & in*

3 *cap. præsenti, de offi. ordi. in 6.* neque beneficia † conferre laici poterūt nisi ex priuilegio Papæ id habeant, nam eo dato poterunt, secundum *glo. in d. cap Imperium*, quam in hoc latè exornat *Felin in c. causamque, num. 6. de præscript. ex text. sic intelligendo in cap. dilectus el. 3. extra de præbend. & glos. in summa 16. quæst. 7. sequiturque Selua, in tract. de beneficio. 2. p. quæst. 5. & 23. per totas, & Palac. Rubr. de beneficijs vacan. in curia. §. 7. & §. 9. & facit pro hoc tex.* quem sic intelligunt omnes *in ca. dilecto, de testibus, vbi Aretinus post Abb. nu. 1. & tex. in cap. fin. secundum Imol. ibi, de concess. præb.* sicque debent limitari *text. in fin. de rebus Eccles. non ali. & tex. in cap. nullus 16. quæst. 7. & tex. in cap. Massana, & cap. sacrosancta. de elect.* neque priuilegium hoc conferendi laicos beneficia præscriptione † etiam immemoriali acquiri

4 potest, *secundum Monachum, & omnes, in capit. 2. de præben. in 6. Abb. in cap. nouit, num. 22. de iudi. Selua. d. quæst. 23. num. 5. & 16. idem Abba. in d. cap. dilecto. num. 1. neque obstat tex. in cap.* duo simul, *extra de offi. ord.* probans quod quæ possunt acquiri priuile-

5 gio possunt † & prescriptione, quoniam hoc verum est, & procedit, data capacitate in præscribente, secus aliàs, laicus tamen incapax est conferendi beneficia, vt est dictum, & probatur, *ex tex. in cap. quanto, & ibi Barb.* extra de consuetudine, ergo licet Papæ priuilegio id laicus acquirere valeat, non tamen præscriptione, quinimo &

6 etiam ille, qui capax est † beneficij, non potest beneficium acquirere per prescriptionem, *secundum glos. vbi omnes per tex. ibi. in cap. 1. de reg. iur. in 6.* Saltim quoad hoc vt dicatur ex tali præscriptione acquisiuisse titulum beneficij, licet quoad aliquem tertium petētem beneficium bene posset per capacem præscribi *secundum glos. constituatur, in cap. contingit, de dolo. & contu. quam vltra Abba. Imol. & Doct. ibi. commendat idem Abb. in cap. cura. num. 1. de iure patro. & Rip. lib. 1. Responsorum, cap. 17. & regula cancellariæ, 33. idem Abb. dicens eam non alibi, in cap. capitulum sanctæ Crucis, num. 7. de rescript.* & communiter approbatam dicit idem *Abb. in eod. cap. contingit, nu. 11.* Secluso tamen priuilegio laici nullo modo possunt in beneficijs, & rebus Ecclesiasticis, se intromittere. Ex quibus, & dubitari solet, num legatum per aliquem testatorem

7 in testamēto † factum alicui de re Ecclesiæ, validum sit, saltim quoad æstimationem, in quo dubio ita dubia res redacta fuit, quod sunt qui asserunt communem esse opinionem, quod neque quoad æstimationem valebit ex *text. in l. apud Iulianum, §. constat, de legat. 2. prout licet videre ex Conar. in cap. filius noster, num. 5. de testam.* licet secundum eum ibi si probetur testatorem sciuisse rem illam esse Ecclesiæ, quoad æstimationem tantum valeret tale legatum, & ibi hanc communem, & tenendam profitetur opinionem, pro qua considero tex. expressum *in l. 10. tit. 9. part. 6.*

Y otras personas Ecclesiasticas. Quasi bona clericorum † gaudeant priuilegio bonorum Ecclesiæ, 8
vt per Cassaneum late, *in consuetu. Burgu. rubri. Des successions des Bastardes, §. 5. num. 1. fol. 288. & late Tiraquel. in l. fin. vnquam in princ. C. de reuo. don. & Didacum Perez, hic colum. 73. in fine cum seq.* in quo magis communis opinio est, quod solum in casibus à iure expressis, bona clericorum gaudent priuilegio bonorum Ecclesiæ, secundum eos ibi, quorum casuum vnus erit iste nostrę legis, & hæc est vna de pluribus regulis referendis, fauente Deo *in l. 2. titulo primo libro secundo, infra*, vbi non est locus nisi in casibus à iure expressis. Et an monasteria † in proprijs bonis vel hospitalia in suis 9
gaudeant etiam priuilegio bonorum Ecclesiæ, videnda est, *glos. & Felin, in cap. de quarta, n. 2. & 3. de præscr.* & quoad nostri tex. dispositionem equidem gaudent, ibi, *E Iglesias y monastereos.*

Ni de los estudios. Alia studiorum priuilegia refert hic Didacus Perez *columna 74.* cum sequent. aliquibus.

Contra la libertad. Contra quam statuendi † nulla est tributa potestas laicis, neque clericis quantumcunq; in maxima dignitate constitutis prout 10
ex lege nostra patet, ibi, *Duques Condes, y Marqueses, & ex text. in cap. fin. extra de rebus Ecclesiæ, vbi dicit tex.* quod non valet alienatio Ecclesiæ sine legitimo Ecclesiasticarnm personarum assensu, licet approbetur per constitutionē laicorum, subditq; *text. ibi, cum laicis*, quamuis religiosis disponendi de rebus Ecclesiæ nulla sit attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non imperandi authoritas, de clericis *probat text. in cap. 2. de donatio. extra.* in quantum dicit clericos in rebus Ecclesiæ procuratores nō verò dominos esse. Sed procurator non potest causam agere in prejudicium domini, sed tantum in commodum suum, *vt habetur in l. eleganter, §. 1. ff. de dolo. l. procurator cui generaliter, ff. de procur.* Cum ergo sint procuratores, & non domini, nimirum si talia statuta in præiudicium Ecclesiarum quarum procuratores sunt, facere nō possint quinimo talia statuta facientes vltra pœnas hic contentas ipso facto excommunicationi subduntur, vt licet videre ex *text. in cap. fin. de immun. Eccles. & per Felin. & Deci. Abba. & Docto. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & per Rebuf. optimè, in tertio tomo const. Franc. tit. vt laici non conuen. glos. 1. numero primo, cum sequen.* Et sic non valebit statutum † prohibens aliena- 11
tiones bonorum in Ecclesias fieri, secūdum Bar. *numero 12. & ibi latè Ias. numero 72. cum pluribus sequent. lege filiusfam. §. 1. lectu. 1. de lega 1. vbi num. 82. ipse Iaso.* magis communem opinionem testatur, tale statutum non valere, faciuntque dicta per *Doct. in authen. cassa. & irrita. C. de sacros. Eccles. & per Ioan. Saison in consuetud. Turon. folio 287. art. 1. vol. 1.*

Contra la libertad Ecclesiastica. Contra libertatem enim Ecclesiasticam facit bona Ecclesiæ surripiens, *secundum Rebuf. in 3. tom. constit. Franc. titu. vt laici non conueni, glos. 1. num. 6. & vide optimam alle-*

gationem

gationem Lap.92.de constit.ponentem quæ sint contra lib. Ecclesiasticam.

Sopena. Sed num pœna hæc censebitur sublata per aliam pœnam impositam *per l. 9. titul. 12. lib. 8.* infra vel illius pœna per nostram sublata, vel ambæ simul imponi poterunt, decerpes ex dictis per nos, *l.3 num.14.& 15.tit.1. lib.2.infra.*

In Legem duodecimam.

1 *Ecclesiæ an soluant stipendia officialibus curiæ, & num.2.intellectus quorundam legum.*

SVMMARIVM.

Monasteria reformata, & hospitalia non soluunt iura officialibus curiæ, & cancellariæ, vel aliorum populorum nisi in casibus hic diffinitis.

1 DE *la orden de san Francisco.* Aliæ tamen Ecclesiæ † etiam pauperes soluunt iura, & stipendia laboris officialibus curiæ, *secundum Couar.in pract.cap.7.num.3.versic.quamobrem* & probari videtur ex text. nostro per argumentum ab speciali, quod tamen ego intelligerem, dum tamen illæ aliæ Ecclesiæ quam in lege nostra declaratæ, habeant & possideant bona aliqua saltim in quantitate maioris valoris trium mille morapetinorum, nam si nulla haberent vel fuissent ita parui valoris, quod tres mille morapetinos non valerent, tunc vtiq; idem de eis iudicarem, quod de Ecclesijs in lege nostra priuilegiatis, cũ sit eadem ratio, & quia pauperes etiam laici excusantur ab horum iurium solutione, *secundum text.in l.20.21.22.& 23. tit.12. infra isto lib. & l.28.tit.5. lib.2. infra,* & non debent pauperes laici esse melioris conditionis, quã Ecclesiæ pauperes. Notandum etiam est, quod licet *per l.illam*
2 20.imponatur officialibus † pœna vnius nummi aurei si cõtra eius dispositionem fecerint, tamen *per l.17.tit.2. lib.3.* infra maior pœna talibus officialibus imponitur, quæ quidẽ debet in hoc casu obseruari: item & licet *per d.l.20.* pro probanda paupertate in hoc casu iuramentũ partis pro informatione sufficeret, tamen *per l.25. tit.12. infra isto lib.* aliud amplius requiritur. Item quamuis per legem illam, *17.tit.1.li.3.* infra lites pauperum per antiquitatem iubeatur determinãdas, ista tamen antiquitas debet considerari secundũ, quod disponitur *in l.27.tit.5.infra li.2.* hoc tamen de antiquitate, cum Ecclesijs non seruatur, sed earum lites debent determinari absque ordine antiquitatis, *secundum Couar. in pract. cap 7.numer.3. versic.* his accedit, quæ nota quia aliàs leges illæ perplexum te reddent.

In Legem decimamtertiam.

1 *Debitores ciuiles capi possunt pro debito, & in carcerem mitti, & cedere compelli.*

2 *Debitores an pro debito possint abstrahi ab Ecclesia vbi confugerunt.*

3 *Furibus simplicibus conceditur immunitas Ecclesiastica.*

4 *Per delictum videtur quis pœna se subdere.*

5 *Debitor tributorum principis immunitate gaudet.*

6 *Mercator fallitus vulgo, Alcado, non gaudet hac immunitate.*

7 *Mercator fallitus, Alcado dictus, publicus latro dicitur.*

8 *Debitor cedens bonis ad iudicatus creditoribus non gaudet immunitate quoad creditores.*

9 *Mercatoris falliti vel frangentis pœna.*

SVMMARIVM.

Qualiter debitores fugientes ad Ecclesiam cum bonis suis possint ab ea extrahi, declarat hæc lex.

DEclaramos. Nam cum bona personas obligauerint, hodieque iure nostro attento capi possint debitores pro debito ciuili, † & in carcerem mitti, cedereq; bonis tenentur 1
lapsis sex mensibus post debiti liquidationem, *secundum tex.in l. fin.tit.21. infra lib.4.& ex l.7.tit. 16.li.5.infra.* Et hoc si obligatus erat in personam, nam aliàs capi non posset, *secundum Rebuf. 1.tome const.Franc.tit. de liter. obl. art.11. glos.3. num.1.& 2.* de quo dicemus *in l.fin.tit.21.infra lib.4.* nimirum si ab Ecclesia extrahi † possint tales debitores ci- 2
uiles, prout fuit opinio Oldradi, *cons.54.* quem & alios eum sequẽtes refert *Remigius, in tract. de immunita.Eccles. fallen.27. & sequitur Ias. in l.vinum, num.5.ff. si cer.pet.& Rebuf.in 2.tom.const.Franc.tit. de immuni.Eccles.art.1.glos. 2.num.1. & seq. & Euerardus.in centuria locorum, loco 4.pag.314. in paruis, & Anton.Gom.l.79.Tauri.numer.5.& in tom.2.Variar. cap.11.num.55.& Auenda. Responso.40.num.11. & alij relati per Boeri.decis.349.nu.8.& idem Auenda.in tit.De las exceptiones, num.12 in prin.* vbi pro hoc allegant regnicolæ nostri legem nostram, & eam etiam ad hoc considerauit *Couar.lib.2.Varia.c.20. num.14. versic. sed profecto,* & pluries literas per senatum Burdegalensem traditas ad tales debitores extrahendos ab Ecclesijs, testatur Rebuf. vbi supra. Ipse tamen *Couarru. vbi supra,* testatur contrarium tenendum & verius, imo quod debitor ciuilis gaudet hac immunitate, & idem tenent plures relati per Duen. *in reg.175.limi.fi.& Didac. Perez, in l.4.tit.2.lib.1.Ordi.col.69. & Nauarrum, in Manuali, cap.25.num.19.& glos.l.2.tit.11 part.1.* vbi est text. expressus pro hoc, quia si homicidis, & delinquentibus grauiter conceditur immunitas hæc, quare, & debitoribus ciuilibus non concedetur, & hanc meo videri testatur communem opinionem, *Aufr.in addit.ad decisione 422.in fine, Capellæ Tolosanæ,* & communem, & veriorem testatur Remigius *in d.fallen.27. in fine,* nam si furibus † simplicibus conceditur immunitas hæc, 3
quamuis rem furtiuam in Ecclesia contrectent, *secundum Couarruuias, vbi supra numero decimoquinto, versicl.in fine,& Anton.Gomez, tomo tertio, capit.10. columna secunda, in medio, & Clarum in practic.crim. libro 5. §.fin. quæstion.30.num.14.* & ita vtitur, licet

tunc

tunc res furata ab eo auferatur, vt domino restituatur, quare & ciuilem debitorem immunitas hæc non tutabitur? Certè non est aliqua bona ratio dicendi contrarium, neque vidi vnquam simplicem debitorem ab Ecclesia pro debitis abstractum, imo tutum ab ea, neque argumentum illud de persona ad locum, quod faciũt doctores contrarium tenentes aliquid operatur, cum detur diuersa ratio, & maximum discrimen in hoc casu, *vt ex Couar. vbi supra, licet videre*, neque cessio concessa fieri per legem Regiam debitoribus ijs debet impedire immunitatem hanc, nam si delinquentibus non denegatur pro tutamine suarum personarum ad Ecclesiam confugientibus, cur & non idem debitoribus ijs nõ concedetur, ne extrahantur ab Ecclesia, & cogantur cessionem bonorum facere, quæ grauissimam infert infamiam, & de libero seruuum cedentem efficit: item quia sicut obligatur quis contrahendo debita, ita & delinquendo, nã propter delictum
4 † quis pœnæ se subdit, & eius debitor fit, *secundum text. in l. Imperatorem, ff. de iure fisci, & text. in l. 15. ad fin tit. 13. part. 2. & ibi gl. el mismo, notat Pal. Rub. in rub. §. 66. num. 24. & Auen. resp. 23. in princ. & in cap. 5. prætorum, n. 21. in medio lib. 2. & Mincha. de succes. creat. tom. 1. §. 10. nu. 665. fol. 281.* & per delicti perpetrationem perdit homo ius, quod habet ad membrorum vsum, *secundum Soto, de iust. & iur. lib. 5. quæst. 2. art. 3. in fin. pag. 385.* & licet hoc improprie. & non vere sit, *secundũ Ang. & Paul. in l. si tibi, §. decem, ff. de pact. relatos per Mexiam, in pragm. tassæ panis concl. 6. num. 67.* adhuc tamen debitor pœnæ dicitur, quamuis secũdum communem relatam per Baez. de debitore inope. *cap. 11. numer. 12.* iniuriatus, vel vulneratus creditor dici non possit, delinquens tamen etiam crimine grauissimo non priuatur immunitate hac, *vt in l. 3. supra eo. diximus*, igitur neque debitor ciuilis. Præsertim quod etiam si quis sit debitor tributorum
5 † Principis adhuc dicta immunitate gaudet, *secundum glos. in d. l. 2. tit. 11. p. 1.* nam secundum eam ibi ius ciuile, & partitarum *ex l. 5. tit. 11. part. 1.* aliter disponente in debitore tributorum Principis non procedit de iure Canonico, & ita semper vidi vti, & practicari debitorem ciuilem nõ extrahendum ab Ecclesia, quamuis *Couar. vbi supra*, asserat se semel vidisse literas Regias concessas, vt debitor hic ab Ecclesia, extraheretur, quæ fortassis hodie non darentur, cum essent contra dictam communem, & cõsuetudinem habitam sic gaudendi immunitate hac: neque ad tenendum contrarium quicquam adstipulatur lex nostra, cum vt ex summario eius patet, & ex remissionibus positis in fine *tit. 19. infra lib. 5. in versicul. finali*, quibus quidem remissionibus & summarijs nostrarũ legum fides maxima danda est, cum per recopilatorẽ sint apposita, & Regia maiestate approbata. Non inquam quidquam opitulatur lex nostra primę opinioni, quoniam, vt ex dictis patet, loquitur in mercatore fallito, vulgo Alçado, se & sua bona in fraudem creditorũ, & fraudulenter abscondente, vel cum pecunijs alienis fugiente, qui quidem mercator fallitus, vulgo, *Alçado*,
6 † non gaudet immunitate hac, & nõ est mirum, tum quia iure communi, vt optimè aduertit *Boërius decision. 215. num. 7. & Benuenutus, in tract. de mercatura. tit. de decoctoribus. 3. part. nu. 42. pag. 308. in paruis, & Rebuf. in 2. tom. constit. Franc. tit. de mercatoribus, glo. fin. num. 8. & nouissimè Cerd. de Tallada. in sua visita. de carcel. cap. 9. numer. 22.* talis mercator fallitus, dictus *Alçado*, non gaudet immunitate Ecclesiæ, neque fauetur ab ea, imo & neq; bona quæ ad Ecclesiam portauit, debent ab ea tutari, *secundum tex. hic, & l. 2. tit. 19. li. 5. infra*, tum etiam quia cum talis mercator fallitus habeatur † tan- 7
quam publicus latro, *secundum tex. in l. 1. & 2. titulo 29. libro 5. infra*, ab Ecclesia extrahi debet, quia publicus latro eius immunitate non gaudet, *secundum text. in cap. inter alia, de immun. Eccles.* & sic indubitanter teneo cõmunem opinionem quod debitor ciuilis gaudet hac immunitate, & quod tex. noster loquitur tantum in mercatore fallito, vulgo *Alçado*, & non in debitore simplici, neq; in mercatore soluto, vulgo, *quebrado*, qui quidem etiam gaudebit, quia non reputatur publicus latro, prout non sine mysterio declarauit rex *in responsione ad petitionem 20. curiarum de Madrid, anni 1570. & colligitur ex text. l. 5. titulo decimonono, infra libro quinto*, neque placet doctrina Nauarri, *in Manuali, capit. vigesimoquinto, numero decimonono*, asserentis, mercatorem fallitum, dictum *Alçado* gaudere immunitate Ecclesiarum: & hunc intellectum ad nostram legem post hæc scripta reperi voluisse assignare *Couarruuias libr. secundo, Variarum, capit. vigesimo, numero decimoquarto, versic. nec Iasonis*, & sic in facto defendi non semel debitores ciuiles etiam mercatores solutos tamen, vulgo *quebrados*, vt dum ab Ecclesijs per seculares essent ob hoc extracti, Ecclesijs eos restituerent per sententias Eccleasiasticorum super hoc prolatas, & dum causæ hæ per viam *de fuerça*, per ipsos seculares deferrentur ad Regiam Pincianam Cancellariam declaratum fuit, vim non fieri, & sic restituti fuêre Ecclesijs tales debitores. Imò & quod fortius est, & magis ad sic tenendũ vrget est id quod in facto vidi, scilicet, quod impetrata fuit per quendam Regia prouisio in supremo senatu Regis cõcessa ad hoc quod seruato legis nostræ tenore, in eadem prouisione ad literam inserto, quidam debitor ab Ecclesia extraheretur, & cum Ecclesiastico iudici esset hæc prouisio Regia notificata, cum legem nostram videret, iussit eam adimpleri, & cum impleta fuisset, secularis extraxit ab Ecclesia debitorem illum, quo sic facto ex parte debitoris ego occurri ad Ecclesiasticum iudicem, & de ijs certiorem feci, quibus intellectis reuocauit mandatum, & iussit Ecclesiã restitui, & in contradictorio iudicio sic iussit, & in Pinciana Cancellaria declaratũ fuit vim non fieri, & sic restitutus fuit, lite tamen hac pendente ex parte creditoris, qui prouisionem dictam in dicto Regio consilio nactus erat, fuit occursum ad dictum Regium consilium quærelando se de iudice Ecclesiastico, & petendo secundam prouisionem vulgo, *sobrecarta*, quæ ei fuit concessa, & in qua referebantur casus, & dicebatur quod cum prima prouisio in qua erat inserta, *La ley de los Alçados*, quæ erat nostra, hęc enim, & non alia inscripta erat, & vidi oculis proprijs, nollebat obedire, quare mandabatur, &c. Ponderaui tunc temporis multum verbum illud, *La ley de los Alçados*. Et collegi exinde veram esse meam opinionem, quod lex nostra, *En mercaderes Alçados, y no en otros habla*. Et sic

non

non obstat dictæ communi opinioni, volui hæc ita latè recensere vt iudices seculares, & Ecclesiastici ad hæc aduertant, & leges non ex cortice earum intelligant, sed ex medulla & substantia verborum, & hæc pro lege hac, & toto tit. sufficiant, vt ad alia deueniamus, & mercatoris falliti, vel
9 frãgentis †pœnã, videre poteris *in d.tit.19.lib.5.inf.* & ex iuribus sup. relatis in progressu huius glossæ.

ET quia suprà titulo proximo dictum est de immunitate Ecclesiarum, & rebus earum, nũc subsequenter sequitur videre de ministris, & beneficijs, & per quas personas regi & gubernari debeant, prout in simili continuauit *gloss. in rub. C. de Episcopis & Clericis.*

TITVLVS TERTIVS,

De los Prelados, y Clerigos, y sus beneficios, y libertades, y que calidades han de tener para ser naturales destos reynos, y tener beneficios en ellos.

IN LEGEM PRIMAM ET SECVNDAM.

1 *Initium sapientiæ timor Domini est.*
2 *Regibus & Principibus maximè conuenit Deũ timere.*
3 *Statutum an valeat quod nemo res suas vendat homini exempto.*
4 *Inobedientes statutis Episcoporum, & Inquisitorum procedentiũ cõtra hæreticos qualiter puniantur, & ibi de fautoribus & receptatoribus eorum remissiuè.*
5 *Iudices non debent procurare vt eis literæ Ecclesiasticorum legantur, neque impedire.*

SVMMARIVM.

Statuta, pacta, vel conuentiones fieri non debent contra Prælatos, & ministros Ecclesiasticæ iurisdictionis, vt literæ eorum impediantur legi, vel notificari, vel vt earum effectus impediatur, sub pœna.

1 TEMER. Nam initium * Sapientiæ timor Domini est, beatusque vir appellatur timens Deum, sine timore enim Deus amari non potest, vt inquit *text. in l.3.tit.2.part.2. & ibi gloss.* alia similia iura allegat.

Especialmente los Reyes. Cùm enim ipsi capita populorum, & Regni reputentur, vt probat *text. & ibi gloss. in l.6.tit.9.part.2.* si ipsi Deum timent, membra etiam, & sic subditos timere necesse est, aliàs enim capite dolente & infirmante, vt inquit *text. in cap. & merito 6. quæst. 1.* cætera membra dolere & infirmari solemus dicere, & suo malo exemplo multi ad inferos deferuntur, *40.dist. si Papa.* Rex enim malus omnium malorum est causa, vt optimè per *Menchac. controuer. illustriũ c.43.num.6.in fi. cum seq.* Quas ob res magni Principes magis quàm priuati debent recta ratione viuere, *vt l.digna vox, C. de legibus*, & sic ex lege nostra maximè Regibus * & principibus terrarum 2
per legem nostram onus imponitur, vt Deum timeant, sicut & in procemio, *d. tit. 2. p.2. etiam probatur*, nam secundum *l. 4. eo. tit. 2. p. 2.* qui plus à Deo acceperunt, plus ei tenentur seruire, *vt secundum gloss. ibi, verbo, mas, habetur Luc.7. duo debitores.* Et propter quæ Deus timendus est, tradit optimè *Florenti. in 4.p. suæ summæ Theolog. tit.14.c.14. de timore reuerentiali & initiali*, de quibus, & alio in loco dicemus.

Hazer Estatutos. De quo qualiter statuta contra libertatem Ecclesiasticam fieri, & constitui non debent, diximus *in l.11. suprà, tit. proximo*, traditurque per *Doct. in capit. nouit, per tex. ibi de iudi. & in cap. grauem, de sent. excommun. & Caietan. in summa, verbo, excommunicati. cap.39. & Sylvest. verb. Immunitas, 1. num.9. cum seq. & immunitas 2. num.2. per totum.* In quibus autem consistat libertas Ecclesiæ, & quæ statuta dicantur contra libertatem Ecclesiasticam, *vide gloss. in pragm. sanct. in procemio, §. cum itaque gloss. libertatis, folio 12. in parvis, & Lapum, alleg.92. & Marant. in disput.8. num.3. 7. & 43.* Et an valeat statutum quod †nemo 3
res suas vendat homini exempto, traditur per *Doct. allegatos per me in d.l.11.* & per Nauarrum in manuali, *c.27.num.130.* & Didacum Perez, *hic, sub l.2.tit.3.lib.1. Ordin. colum. 118. in fine*, vbi & alios allegat.

De no obedecer. Et qualiter non obediens * cen- 4
suris Episcoporum & Inquisitorum contra hæreticos procedentium, aut receptatores, vel fautores eorum puniantur, & excommunicati sint, tradit *Nauarro in manuali, dict. c.27.num. 35. & num.136.* excommunicatos dicit repræsalijs vtentes contra clericos pro debitis aliorum, & per *Simancas de inst. Cathol. tit.14. & 15.*

Ni con-

Ni consentir ler. Sed nonne per *l.16. tit.6. lib.3. infrà*, puniuntur iudices procurantes eis notificari literas iudicum Ecclesiasticorum, impedientes iurisdictionem Regiam, & fatendum quidem est, esse tamen diuersum procurare quod legantur eis & notificentur, vel non consentire notificari. Primũq; per *l.15.* prohibetur, scilicet, procurare quod legantur & notificentur, secundum verò, scilicet, non impedire notificationem faciendam per legem nostram disponitur, ita quod si ex parte iudicis Ecclesiastici, nulla ad hoc per secularem, & ex parte eius adhibita procuratione & diligentia, literæ offerantur notificandæ ipsi seculari iudici, tenetur ipse secularis tunc obedire, non verò impedire notificationem, quantumuis iurisdictio regia ex hoc impediatur, & ita loquitur lex nostra, & sequens, & sic non est contraria dictę *l. 16.* cum solum *ibidem* prohibeatur, ne id ex parte sua secularis iudex procuret fieri.

IN LEGEM TERTIAM.

1 *Nullum tributum Domini temporales clericis vel Ecclesijs imponere possunt, sub excommunicationis pœna.*

2 *Etiam facientes custodiri statuta ordinata contra libertatem Ecclesiasticam excommunicati sunt, & non radentes ea à libris.*

SVMMARIVM.

Populi & Domini eorum nullo modo statuere possunt vt clerici & Ecclesiæ ad tributa constringantur soluenda, vel ne ad eos oblationes deferantur, vel simile quid, prout in lege nostra sub pœna statuitur.

1 QVE PECHEN. Nullum enim tributum * neque vectigal licet Dominis temporalibus clericis vel Ecclesijs imponere regulariter, prout & Artaxerxes Rex descriptum reliquit, vt licet videre 1 *Esdræ 7. & de Pharaone, Gen.* 47. & per Ioan. Echium in Enchiridione locorum communium aduersum Lutherum, tit de immunitate & diuitijs Ecclesiarum in princip. vbi ipse inquit quod hodie nõnulli Principes Christiani, ciuitatumq; rectores grauant, exactionant & exchoriant Christi sacerdotes, pauperesque verbi Dei ministros, atque in extremam deijcere moliuntur seruitutem. Quapropter talia facientes & statuentes super hoc excommunicati
2 sunt * secundum Nauarrum, in manuali, *c.27. nu.* 128. *vbi num.126.* alia in propositum tradit. *vbi & num.* 118. inquit etiam esse excommunicatos facientes custodiri statuta contra libertatem Ecclesiasticã, & ea à libris nõ radẽtes, vbi inscripta sunt.

En la ley. Quæ est 11. infrà isto titul. vbi Deo volente dicemus plura.

Ni guardenſus ganados. Sed an ne animalia clericorum pascent publica statui poterit, dic quod non, ex tex. hic, quod remissiuè tangit Afflictis, in præludijs consti. Siciliæ, *quæst 9, in fine, & vide Lapum, allegat. 92. num. 2. & sequent.*

IN LEGEM QVARTAM.

SVMMARIVM.

Populi & eorum iudices occupare non debent Ecclesiasticam, & monasteriorum iurisdictionem ciuilem, vsu, consuetudine, vel priuilegio acquisitam, neque alia in lege nostra prohibita facere.

POR *vso y costumbre.* Nam & iurisdictio consuetudine acquiri potest, vt suo loco, Deo annuente dicemus: sed videtur esse in contrarium *tex. in l. fin. tit. 1. infrà lib.* 4. in quantum ibi in acquirenda iurisdictione per Alguazelos Ecclesiasticos ad portandum virgam iustitiæ consuetudo damnatur, sed respõderi potest, prout ibi videbimus, ibidem non reprobari consuetudinem legitimo tempore, & iure, & cum scientia & patientia Principum præscriptam, sed præterita tantum vsque tunc consuetudo damnatur, quæ non data tali scientia & patientia introducta fuisset, & sic non est contraria lex illa nostra.

IN LEGEM QVINTAM.

1 *Iurisdictio Ecclesiastica mater est temporalis iurisdictionis.*

2 *Hodie filia, & sic temporalis iurisdictio matrẽ, & sic Ecclesiasticam suffocare vult.*

3 *Papa an & itidem in temporalibus superior Rege sit remissiuè,*

4 *Iurisdictio secularis non deriuatur ab spirituali sed ab illa dependet.*

5 *In spiritualibus neque Rex potestatem habet, nec secularis iudex etiam incidenter.*

6 *Nullo vnquam tempore iurisdictio spiritualis penes Reges fuit, & priuilegium clericorum quoad forum iuris diuini est.*

7 *Iudex secularis coram se clericos citare non potest, & num. 8. quid in Francia.*

SVMMARIVM.

Domini temporales, & populi iurisdictionem Ecclesiasticam non perturbent, neque clericos ordinis sacri coram se citare, vel comparere faciant.

QVEREMOS. Vt & probatur *in l. 3. 4. & 15. tit. 1. lib. 4. infrà*, vbi & dicemus aliqua.

La justicia Ecclesiastica. Quam matrem † iurisdictionis temporalis, & ei obligatam obedire, asserebat Bald. relatus & secutus per Rebuffum in concordata Regni Franciæ, 1. *parte, in proœmio, in gloss. filios, pag. 24. in mediocri impressione, vbi & ipse Rebuff.* inquit hodie filiam * velle 1
suffocare matrem, quod quàm odibile sit, testatur *gloss. in pragm. sanctione in proœmio, §. cum itaque,*

gloss.

gloss. libertatis, & ibi eius additio. imo & contra rationem naturalem, quæ dictat clericum à laico iudicari non posse, *vt & in l. 6. in fine infra eo. dicemus, & in l. 11. in glos. nuestra, titu. 1. lib. 4. infra,* prout, & Basilius Imperator in fine Concilij octaui dictauit singulari oratione relata per *Ioan. Eckium, in suo Enchiridione locorum communium, aduersum Lutherum, titu. de Concilijs pag. 37. in paruis, & iterum & melius, in tit. de immunitat. & diuitijs Ecclesiarum pag. 211. cum duobus sequentibus vbi refert Epistolam Ignacij, & in pagin. 214.* refert memorandum illud dictum Constantini Imperatoris in Concilio Nicæno, qui quidem noluit accipere libellos contra Episcopos, & dixit: vos Dij estis à verò Deo constituti, ite & inter vos causam disponite, quia dignum non est, vt nos iudicemus Deos, & est singularis *tex. in ca. tributum, & in cap. secundum canonicas 23. quæst. 8. & refert tex. in illo c.* de Pharaone, qui cum esset malus, sacerdotes tamen honorabat, prout inquit optimè *l. 50. tit. 6. par. 1.* Quod adeò in dubium versum est, quod & non desunt qui affirment, quod etiam in temporalibus saltim in habitu Papam esse superiorem Regibus, prout refert *Didacus Perez lib. 3. Ordina. col. 757. in fine,* vbi refert duas communes contrarias, verum tamen de hoc est omnino videndus *Nauarro in c. nouit, notab. 3. per totum de iudi.* vbi singulariter loquitur in materia, & reprobat plura dicta doctorum in hoc Regiæ potestati detrahentiũ per ipsum videbis. Inquit tamen Franciscus Vargas in de iurisdictione Episcoporum, & Pontif. Max. auth. confirmatione 10. *in prin. & ante eum gl. en las in l. 1. tit. 1. par. 2. & gl. magna col. 9. l. 2. tit. 23. part. 2.* quod quatenus temporalia ad spiritualem finem consequendum ordinantur, sit Papa in temporalibus ijs superior Rege, hæc tamen alibi fortassis latius explicabũtur, interim Nauarrum, *vbi suprà videbis:* quoad nostrum enim text. sufficit scire iurisdictiones temporalem, scilicet, & Ecclesiasticam distinctas esse, *vt in ca. quoniam, 10. distinct.* ne promiscuis actibus rerum turbẽtur officia, *vt in l. repetita, C. de Episcopis & cleric.* ita vt
4 secularis non deriuetur † ab spirituali, sed temporalis ab spirituali præcisa ratione pendeat, quod si ab illa per rebellionem exorbitauerit possit coerceri, ne diuinas & Ecclesiasticas præuaricetur leges, vt inquit *Soto lib. 4. de iust. & iur. quæst. 4. art. 1. col. 4. in princ.* Nam sicut luna recipit claritatem à Sole, non Sol à Luna, ita Regalis potestas authoritatem à sacerdotali, non è contra recipiat, *secundum Hostiens. in sum. tit. qui fil. sint legit. §. qualiter à quo, col. 1.* vbi alia dicit, de quo tamen & videndus est Nauarro, *vbi supra.* Sed an Papa efficere poterit vt clerici coram seculari iudice conueniantur, tradunt *Didacus Perez dict. lib. 3. Ordinam. col. 776. cum seq. & Rebuf. in Concordata, in rubrica de protectione concord. gloss. ipsius rubr. pag. 724. mediocris impressionis, & Couar. in practicis c. 31. num. 3. in fine, cum seq. & Oroscius in l. est receptum, nu. 12. col. 587. ff. de iur. omn. iud.*

Ni emplazen ante el à los Clerigos. Nam super spiritualibus neque ipse Rex potestatem * habet, 5
secundum Lucam de Pena, *in l. 1. in princ. C. de fabricen. lib. 10. & optimam l.* qui sint spiritualia referentem *in l. 56. tit. 6. part. 1.* adeò vt neque incidenter super spiritualibus iudex secularis se intromittere possit, *secundum text. & Doct. in cap. latos, extra qui filij sint legit. quem notat Abb. in cap. at si clericis num. 19. de iudi. & Couar. in 4. part. 2. c. 8. §. 12. numero 3 fol. 150.* neque vllo vnquam tempore * pe- 6
nes Regem adfuit iurisdictio secularis super clericos & personas Ecclesiasticas, prout optimè probat *Rebu. in dict. rubr. de protectione concord. in gloss. 1. per totã pag. 274. cum sequentibus aliquibus.* Imò clericos ante omnem humanam constitutionem iure diuino esse exemptos à iurisdictione seculari probat *gloss. in cap. si Imperator, 96. distinct.* prout optimè examinat doctissimus Couarru. *in dict. cap. 31. numero 1. cum pluribus sequentibus,* & plures allegando hanc esse communem testatur Minchaca, *de succession. creatio. §. 22. numero 58. & 59.* & eos & alios ita tenentes allegat conciuis noster Doctor Guterrius canonicus Ciuitatensis, *in sua repetitione, l. nemo potest, num. 107. cum 3. sequentibus, de leg. 1. & probatur ex cap. 6. sessio. 25. Concilij Trident. de ref.* quicquid in contrarium velit Ferrara, *in practica in forma libelli, in acti. confes. pro serui. in gloss. plenam,* inquiens à principio mundi omnes etiam clericos subiectos esse Imperatori, cuius verba falsa & mendosa iure optimo testatur Rebuffus, *vbi suprà,* vocans ipsum Ferraram bigamum, & quod ex indignatione verba illa protulit, cùm Ecclesia noluisset eum tueri, quia extra clericorum priuilegia erat, & quod magis miror, est quod Boer. *decis. 31. numero 3. & 4.* quærit à quo tempore à iurisdictione Imperiali Ecclesię fuerũt exemptæ, & Mexi. *in pragm. taßa panis, conclus. 5. num. 55. fol. 82.* & Medi. *in suo C. de res. q. 15.* & quasdam circa hoc Baldi opiniones & doctrinas reprobat Nauar. *in dict. cap. nouit, 3. nota. num. 52. cum 8. sequent. de iudicijs,* nam nullo vnquam tempore sub Imperatoris iurisdictione Ecclesiæ extiterunt, vt dictum est, sed potius laicorum, & clericorum causæ omnes ad Ecclesiasticos olim deferebantur, *secundum Abb. c. qualiter, num. 7. de iudiç.* & Henricum plura iura allegantem *in c. verum, de for. compet.* Et ita in primitiua fieri Ecclesia, decerpitur *ex cap. per venerabilem, qui filij sint leg.* quia in ea erant pauci fideles inter quos non emergebant litigia multa, ideo planè poterant referri omnes causæ fidelium ad Ecclesiam, & hoc obtinuit quousque multitudo fidelium excreuit, sed hodie non obtinet locum nisi in laicis qui sunt de patrimonio Ecclesiæ, vt ait Præpos. *in cap. relatum, 11. quæst. 1. relatus & secutus per gloss. in pragmatica sanctione, in tomo 2. tit. de causis, §. statuit, 1. gloss. iudices, pag. fol. 7. in parnis,* & sic hodie populus, etiam in laicorum cœtu consistens, subest iurisdictioni Ecclesiasticæ vt Catholicus, & Regibus vt ciuis iurisdictioni temporali, *secundum gloss. regeretur, in proœmio dict. pragmaticæ sanct. §. cum itaque, fol. 12.* Priuilegiumque fori quoad clericos de iure diuino esse asserit Abb. *in cap. licet, num. 11. de foro compet. & Riva respons. 90. sub tit. de iure gentium, numer. 7. & suprà* conclusimus hanc esse communem opinionem, quam latè defendit quidam Cardin. Britanni. nomine Reginaldus Poli. in lib. quem composuit ad Henricum octauum Britanniæ Regem, & intitulauit eum pro Ecclesiasticæ vnitatis defensione, *libr. primo.* Neq; opinioni Ferraræ quidquam adiuuat *l. 6. tit. 1. part. 2.* vbi dicitur Reges etiam in spiritualibus dominos esse inter gentiles, vel quia vt inquit ibi *gloss. Politica ex Sancto Thoma per eam relato,* Sacerdotium gentilium, &

totus diuinorum cultus erat propter temporalia bona acquirenda, quæ omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune, cuius Regi cura incumbit, vnde conuenienter sacerdotes gentilium Regibus subdebantur. Sed quia in veteri lege promittebantur bona terrena, non à dæmonibus, sed à Deo vero, religioso populo exhibenda, inde & in lege veteri legitur Sacerdotes Regibus esse subditos, sed in noua lege est sacerdotium altius, per quod homines traducuntur ad bona cœlestia, vnde in lege Christi Reges debent esse Sacerdotibus subiecti, vt latius prosequitur beatus Thomas per glossam illam ad hoc relatus, & per quendam fratrem Gasparem Stephanum *in tractatu pro immunitatis Ecclesiasticæ defensione, pag. 109. cum seq. in paruis*, & ita potest illa lex partitarum procedere. Vel secundò potest intelligi, inter gentiles idololatria vtentes, prout ex ea patet, ibi. *Y por honra de los dioses en que ellos creyan*. In quo cum exercerent, grauissimè errantes, idololatriam; nimirum si & in spiritualibus (si quæ exercebant spiritualia) etiam sese dominos efficerent Reges ipsi idololatræ, sicut & in temporalibus: & ab illo tempore argumentum sumendum non est, & ab idololatris & tyrannis Regibus contra nostrum Christianum institutum, & meram veritatem, neque est attendendū quod iniquè fit, sed quod fieri debet. Et sic inquit Bald. *in cap. 2. de maiorit. & obedi.* quod de facto aliud aliquando factum reperimus, Regibus volentibus se in spiritualibus intromittere, & vt inquit Mincha. *controuers. illustrium, cap. 22. num. 8. lib. 1.* prout fecit Iulianus Apostata, Christo aduersarius, qui clericis subtraxit omnia priuilegia & honores, quæ pijssimi Imperatores Catholici Cōstantinus, Theodosius, Marcianus, Valentinianus, & alij religiosi animi Principes decreuerunt, & de hisce temporibus, & vbi de facto tale quid fuit factum, potest intelligi id quod inquit Boerius *vbi suprà*, & Medina, & Mexia iam relati: neque itidem obstabit *l. 50. titul. 6. part. 1.* Nam quamuis lex illa dicat immunitates maximas concessas esse clericis ab Imperatoribus & Regibus, non est intelligendum ab ipsis processisse immunitatem hanc fori, & eis aliquando clericos fuisse subiectos, sed quod Imperatores ipsi & Reges in modo tractandi clericos, & honorandi eos, plures immunitates & priuilegia concessissent, sicut & gentiles inquit *text. ibi* aliquando fecisse, & sic ex progressu illius legis & litteræ eius, decerpitur declaratio principij, nam ex sequentibus declarantur præcedentia, quemadmodum ex præcedentibus & sequentibus declarantur inter media: neque itidem obstabit *text. in authen.* vt Romana ecclesia centum annorū gaudeat præscript. vbi aliud videbatur probari, *secundum Boer. decis. 69. num. 1.* quia secundum eum *ibi*, illud est verum, & procedit quoad defensionem & protectionem, non verò quoad iurisdictionem: & sic tenendum, nullo vnquam tempore clericos fuisse Regibus secularibus subiectos, & exemptionem eorum esse iure diuino institutam, & horum rationem assignat Nauarro, *in d. cap. nouit, notab. 6. num. 6. de iud.* quia sunt insigniti charactere clericali & spirituali, prout omnes fateri testatur *ibi ipse Nauarro*. Et ideo, vt ad instituta
7 deueniamus, iudices seculares clericos † coram se citare non possunt, iudicesque seculares tale quid facientes non essent in conscientia tuti, *secundum Rebuff. in tract. de exceptionibus, numero 5.* Imò si moniti non desisterent, excommunicati efficiuntur, secundum quod legibus suprà proximis dictum est, & probat Berthacinus *in repertorio, verbo, iurisdictio, colum. 2. ad finem*, & itidem priuandi de iure essent officijs suis, & sic inquit Rebuff. *in 1. tomo constitution. Franc. titu. de constitut. gloss. 5. num. 33.* loquens quoad Franciæ regnum, (nam quoad nostrum Dei gratia non quadrat) licet non defuerint aliqui iudices, qui irreuerenter, pessimè, & impudenter aliud tentauerint iniustè, *vtinam*, inquit ipse Rebuff. *seruaretur auth. statuimus, C. de Episc. & cleric.* vbi iudices seculares iudicantes personas Ecclesiasticas, tam in ciuili, quàm in criminali, priuantur officio iudicādi, sed omnes ferè iudices essent in Francia, vbi loquitur, priuati, quia passim in periculum animarum suarum clericos decernere vsurparunt, tanta (malùm) est corruptela, de quo & conqueritur *gloss. & eius additio. in pragmatica sanctione in proœmio, §. cum itaque, verbo, libertatis*, vnde secundum eundem Rebuff. *in dict. tract. de exceptio. num. 5.* miratur Benedictus hoc in Francia non seruari, & ego miror de Benedicto, cùm in Francia omnes asserant, † vt fauente 8
Deo dicemus *in l. 11. verbo, la nuestra, tit. 1. lib. 4. infrà*, clericos in realibus coram seculari conueniri, & malè, & contra suprà dicta, inquit tamen ipse Rebuff. *in dict. tract. de except. numero 7. & in primo tomo constitution. Franc. tit. de liter. obligat. art. 2. glos. 1. numero 14. & 124. & 125.* quod in fructibus pendentibus, & in redditibus nondum receptis per monachum aut clericum potest per secularem fieri executio pœnæ & mulctæ, contra clericum vel monachum imponendæ, quasi cum tunc fructus tales nōdum in monachorum vel clericorum sint potestate, temporalia propriè tangi videātur, non spiritualia, neque eis annexa, de quo *in d. l. 11.* dicemus ad ibi dicenda me remitto, cautè enim hæc agenda sunt, & clericorum personas, & bona per suos iudicanda iudices: neque est mittenda manus in messem alienam. De quo *in l. 11. num. 5. infrà isto tit.*

IN LEGEM SEPTIMAM.

1 *Clerici non tenentur sicut laici hospites recipere, & num. 4. limitatur.*
2 *Clerici an possint vocare in ius sine venia.*
3 *Occidens patrem spiritualem parricida est, sicut si occideret carnalem.*
5 *Hospites in Ecclesijs hospitari non debent, etiā si in domibus clericorum essent hospitandi.*

SVMMARIVM.

Hospitia laicis non assignentur in domibus clericorum, & ministrorum Ecclesiarum, nisi in aduentu Regum, vel Principum, & alijs hospitijs tunc non repertis.

LAs posadas. Non enim tenentur † clerici & 1
personæ ecclesiasticæ hospites recipere in domibus suis, sicut laici, *secundum gl. hospitalitatem, in cap. sicut*

cap. sicut nobis, de supplen. nega. prela. tex. cum gloss. hospites, in l. 1. C. de Episcopis & cler. Abb. in cap. 1. de immunit. Eccles. Decius num. 5. in cap. de monachis, de præb. Hoc enim est vnum de priuilegijs clericorum, quorum priuilegia plura referunt *l. 50. & 51. tit. 6. pa. 1.* & Didacus Perez *in præsenti, à col. 89. vsque ad* 118. Adeoque clerici priuilegiantur, & reuerentia & honor eis debetur, quòd sunt qui dicāt
2 non esse vocandos † in ius sine venia, *secundum Ias. in. §. pœnales, nu. 73. instit. de actio. & Ioan. Oroscius, super. ff. veteri. col. 632. in princip.* qui tamen asserit hoc non esse necesse, neque vti neque practicari, nisi quādo conuenitur actione famosa, quod & adhuc tunc verum intelligerem, quoties talis clericus actione famosa conuentus est pater spiritualis conuenientis eum, cui maior est honor adhibendus, cum & in eo reperiamus assertum per *Fab. in. §. alia inst. de publi. iudi.* quòd committit
3 parricidium occidens * patrem spiritualem sicut si carnalem occideret, quem refert *gloss. alfijo, in l. 12. tit. 8. p. 7.* licet secundum *gl. ibi* difficulter, & hoc in practica obtineretur, in tali enim patre spirituali nimirum quod si actione famosa per filium suum conueniatur, quod ab eo petenda sit venia, secus si alius conueniretur clericus, nunquam tamen vidi concessam, licet petere eam nihil damnificaret, stylus verò seruandus erit.

Saluo quando. Eam in hoc allegare vult *glo. fi. in dict. l. 51. tit. 6. part. 1.* & hoc verum est, & procedit quoties alia conuenientia hospitia, quàm domos clericorum, reperiri non possent, prout probant verba copulatiua nostri text. ibi: *Y no oniere otras conuenientes.* Quod tamen quamuis quoad domos clericorum verum sit & procedat, in ipsis tamen Ecclesijs nullo vnquam casu etiam dato Principum aduentu, neque alijs commodis hospitijs repertis, licet hospitia constituere, *per text. in l. 8. tit. 2. suprà isto lib.* non enim domus mea, inquit Dominus, est aliud, quàm domus orationis, quicquid aliud velit Dec. *in c. de monachis, numer. 6. de præbend.* & Auiles *in cap. 7. prætorum, verbo, dineros, fol.* 333. & Octauian. Cachera *in decis. Pedemont. 68. nu. 28.* Idem in ecclesijs in hoc casu, quod in domibus clericorum, volentes, & malè; nam in Ecclesijs nullo in casu licet hospitia constituere, per *dict. l. 8.* expressam ad hoc, nisi causa pestis fugiant aliqui ad Ecclesiam, eo quòd non haberent, quò declinarent, tunc enim & hospitari, & conuiuari in Ecclesia possunt, secundum Ripam *in tractatu de peste 1. par. 2. partis, nu. 156.* id tamen cum maxima reuerētia deberet fieri, casu quo verum esset, & procederet, quod non credo, quia lex illa octaua nimis generalis est, cogita.

IN LEGEM OCTAVAM.

1 *Appellationes impediri non debent per Ecclesiasticos ad Regiam curiam interpositæ in locis vbi temporalem habent iurisdictionem, & num. 2.*

3 *Tabelliones & secretarij Inquisitorum prauitatis hæreticæ, laici sunt.*

SVMMARIVM.

Prælati & personæ Ecclesiasticæ, in locis vbi temporalem exercent iurisdictionem in qualibet instantia, in officiales habeant laicos, neque per censuras procedant, sed tanquam laici & seculares iudices, neque impediant appellationes ab eis ad curias regias interpositas, tabellionesque eorum sint Regij & publici, non verò notarij Apostolici.

P*Ersonas legas.* Nam cum iurisdictio tēporalis sit, per laicos, non per Ecclesiasticos debet administrari, tēporalis enim ab ecclesiastica iurisdictio distingui debet, vt patet *ex legibus suprà proximis*, neque vna cum alia est commiscenda, *ex l. 20. & 21. tit. 25. infra, lib. 4.* & in Francia idem statutum videtur, vt licet videre ex Rebuffo *in 3. tomo const. Franc. tit. vt laici non conueni. coram Ecclesiast. num. fin.*

Procedan como juezes temporales. Et sic recusatio eorū proponenda est secundum terminos legum Regni, non verò secundum canones, & ita fit, vtitur, & practicatur, quicquid dixerit Abb. *in c. licet, num. fin. de foro comp.* & faciunt, Deo volente, dicenda *in l. 5. num. 6. tit. 1. infra, lib. 4.*

Nuestras chancillerias. Sed nonne expressum text. habemus in contrarium, *in c. Romana, §. debet, de appellat. in 6.* vbi probatur quod etiam in locis vbi Episcopi iurisdictionem habent temporalem, debet ad eius superiores, id est Archiepiscopos, appellari, & fatendū quidē est, prout per illum text. Abb. *in repetit. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 25. de constit.* Responderi tamen potest, vel quod tex. ille in nostra Hispania in hoc non est receptus, quēadmodum neq; in Francia receptum *gl. ibid.* asserit, vel quod cū ex tex. nostro hoc specialiter constitutum habeamus non derogari per tex. illum, iubentē nō esse appellādū in tali casu ad Archiepiscopos, quoties consuetudine aut priuilegio, aut alio speciali iure appellandū sit ad alium: nā tunc consuetudo priuilegium vel speciale ius seruabitur. Hic tamen videmus speciale ius constitutum, videmus etiam sic de consuetudine receptum quod ad cancellarias appellatur in hoc casu, igitur text. ille non est contrarius nostro, & ita videtur mihi tenendū, vel dicamus, prout anteà dixi alio in tempore, text. illum *in §. debet*, non esse contrarium sed addere nostro, scilicet, quod possint partes appellare ad Archiepiscopos, secundū tex. illū, vel ad cancellarias secundum nostrū vbi voluerint & appellando ad cācellarias nō est impediēda appellatio, vel quod tex. ille *in d. §. debet*, dum loquitur de causis, in quibus Episcopi temporalem exercent iurisdictionē, intelligatur de ijs, in quibus, non vt habentes temporalem iurisdictionem procedunt, sed quia causa est temporalis, in qua habent iurisdictionem, vt putà, super concubinatu, ludo, aut executione testamentorum, vel super œconomo Ecclesię nominando, aut super similibus, in ijs enim cùm vt Ecclesiasticus procedat, temporalem iurisdictionem exercendo, quia causa est temporalis, & ab ea denominatio exercitij accipitur, ad Archiepiscopos est ap-

est appellandum, secus verò si procedunt in locis vbi temporalem habent iurisdictionem, tũc enim text. noster seruabitur, placeat tamen plus primi duo intellectus, nam ratione terræ & iurisdictionis temporalis censentur esse de iurisdictione Regis, *ex cap. verum, de foro com.* ad hoc allegato per Matthæum Afflictis, *in constit. Sicil. lib. 1. rub. 47. numero 18. fol.* 189. ideo ad cancellarias appellatur. Notandum etiam est, quod Ecclesiastici ij tenentur appellationibus ad cancellarias interpositis deferre, in casibus in quibus deferendum est, sed si esset denegandum quia appellationes friuolæ, & iniustæ sunt, & tales quæ secundum ius non sunt recipiendæ, neque habent effectum suspensiuum, tunc vtique quanuis eis non deferant, non facient contra tex. nostrum quoniam eius dispositio de habilitate restringenda est, & intelligenda non vero contra ius amplianda, & extendenda, & de ijs vide Octauianum, *in decision. Pedemon. 30. nu. 6. cum sequent.*

Pongan escriuanos legos publicos. Alij enim non possunt in temporalibus officium hoc exercere, vt patet *ex l. 1. 19. 20. & 21. tit. 25. infrà lib.* 4. Imò & in negotijs Inquisitionis hæreticæ prauitatis ta-
3 belliones & secretarij * laici proponuntur, *secundum Simancas, de Institutio. Catholi. tit. 41. numero 7.* quamuis secundum eum *ibi* esset conuenientius, vt tali in casu clerici in secretarios nominarẽtur, & an fiscalis hæreticæ prauitatis possit esse laicus, *in l. 30. infra*, dicam.

Habiles y examinados. Alij enim etiam in territorijs dominorum particularium non possunt officia hæc exercere, *vt in l. 2. & 3. tit. 25. lib. 4. infrà.*

IN LEGEM NONAM.

1 *Arma quacunque horæ noctis possunt clerico capi,*
2 *Clericus de nocte ambulans per secularem capi potest remissiuè.*
3 *Pœna imposita contra portantes arma, potest imponi contra clericos.*
4 *Clerici per secularem capi possunt, si copia Ecclesiastici deficiat, vbi intelligitur.*

SVMMARIVM.

Clerici religiosi, aut sacristæ reperti de nocte deambulantes ciuitatem, possunt capi per seculares iudices, & eorum ministros, & portari ad iudices suos, requirentes eos ne permittant hæc clericos illos facere absque decente habitu & lumine, quod si post iterum repererint, procedent contra eos, secundum quod de iure dispositum reperitur.

D*Espues de la campana de queda.* Supplendum credo verbum maximè, nam & ante sonitũ
3 huius cãpanæ, si clerici † reperti fuerint de nocte ambulantes per ciuitatem absque habitu decente & honesto, & sine lumine, & cum armis, idem crederem posse fieri, sicut si sonita esset campana, cũ eadem militet ratio in vtroque casu. Et qualiter & quomodo clericus de nocte ambulans † capi po- 2
test, *vltra Didacum Perez in præsenti sub l. 15. tit. 3. lib. 1. Ordinam. col. 138. videndus est Didacus Couarruuias in practicis quæstion. cap. 33. num.* 7. Imò & pœna contra portantes arma statuta potest † im- 3
poni cõtra clericos, *secundum Couar. ibidem*, qui *& in lib. 2. Variar. cap. 20. in fine*, inquit quod absque metu excommunicationis possunt clericis per seculares iudices arma capi, prout & inquit Iul. Cla. *in pract. crim. lib. 5. §. final. quæstio. 36. versic. vlterius, & Mexia in pragmat. tassæ panis, conclusione 5. numero 58. fol.* 82. imò etsi in fraganti delicto reperiantur per ipsum secularem, capi possunt, si tunc copia Ecclesiastici deficiat, * dum tamen sic captũ 4
Ecclesiastico remittat, secundum quod inquit Auend. *c. 22. præto. num. 2. vers. item si in facto, lib. 1. & in n. 17.* remissiuè tradit, quando liceat capere clericos, & ad iudices suos remittere.

IN LEGEM DECIMAM.

1 *Clericus negotijs temporalibus se immiscere non potest.*
2 *Pœna clericorum negotiantium, & rebus prophanis se immiscentium.*
3 *Clerici an in foro Ecclesiastico possint esse tabelliones.*

SVMMARIVM.

Clericus ordinis sacri, aut religiosus, nõ possunt esse iudices, aduocati, aut tabelliones publici in rebus & negotijs temporalibus, vel tangentibus personas laicas.

D*E orden sacro.* Et sicà subdiaconatu, *& suprà, vt dicemus l. 15. tit. 16. lib. 2. infrà, per text. ibi. Alcalde.* Vide quæ in propositũ dicemus *in d. l. 15. tit. 15. lib. 2. infrà*, & vide *l. 48. tit. 6. par. 1.*

Ni abogado. Clericũ enim † negotijs tempora- 1
libus se immiscere de iure prohibitum reperimus, *vt per totum extra. ne cleric. vel mon.* nisi in casibus expressis in iure positis per *tex. in d. l. 15. tit. 16. lib. 2. infrà, & per l. 48. tit. 6. par. 1.* & per Rebuff. *in 1. to. constit. Franc. tit. de lit. obli. art. 2. gl. 1. num. 42. & 43.* & an in aliquo casu liceat clericis negotiare, vide optimè *Honcalam, in opusculis suis*, vbi facit vnum capitulum integrum circa hoc. Et dictorũ iurium argumento idem videtur dicendum, siue aduocet coram seculari, siue coram ecclesiastico iudice, cum vtroque modo negotijs se immiscere dicatur, exceptionesque dictarum legum regulam constituunt in contrarium, & hoc nisi licentiam consequantur à summo Pontifice hæc coram Ecclesiastico iudice faciendi, & coram seculari, imò & tũc coram seculari, vt facere possent, etiam à Rege deberent licentiam impetrare, cùm ex iure nostro regio eis id etiam prohibitum reperiamus.

Ni sean nuestros escriuanos. Similis est tex. *in l. 20. tit. 29. infrà, lib. 4. & tex. in c. sicut, extra. ne cleri. vel mo. & ibi plenè per DD. de quo optimè et latè per Cas-*

sancum

sanctum in consuetud. Burgund. tit. Des justices, rubric.1.§.6.num.30. cum tribus seq. & pœnam clericorum *se negotiationibus & prophanis immiscentium, vide *per l.49. tit. 6. part. 1.* vbi Gregorius Lupus optima in eius propositum adducit. Et an in foro saltem Ecclesiastico † clerici possint esse tabelliones & notarij, tradit optimè Couar *in pra. quæst.c.19.num.8.fol.96.* & Villalobos *in sua Antinomia iuris ciuilis et Regij, litera N. numero* 8. Et an inter laicos possint conficere instrumenta, vide latè per Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, numero 765.* Dubium tamen est ex text. nostro hic, & *ex d. l.20.* num per eas permittatur clericis tabellionatus officium exercere in foro Ecclesiastico, & videtur dicendum quod sic, cùm limitatiuè leges nostræ loquantur, & sic quoad forum seculare, & hæc limitatio constituat regulam in contrarium, vt, scilicet in foro Ecclesiastico id liceat clericis. Sed cõtrarium est dicendum, scilicet, quod non solũ in foro seculari non possit clericus in sacris constitutus, vel in minoribus beneficium Ecclesiasticũ habens, tabellionatus officium exercere, vt probatur *in d.cap. sicut, et cum fallentijs prosequitur Ias. in l. 1. §. huius studij, nu.8. et 9. ff. de iust. et iur.* verum neq; in foro Ecclesiastico, etiam si beneficium non habeat talis clericus in sacris constitutus, vel si in minoribus, habeat tamen beneficium Ecclesiasticũ, prout tenet Couar. *in d.cap. 19. num. 8. per totum,* & Bern. Diaz *in pract crimin. canon. c.53. & ibi addit.* neque est intelligendum leges nostras, quæ cum quoad seculare forum prouideant, quoad Ecclesiasticũ forum velle prouidere contrariũ, se potius vel ius Canonicũ idem quod leges nostræ statuẽs prorogare & ampliare, etiã in foro Cæsaris, & legislatori subiecto. Neque est sumendũ argumentũ ab speciali dispositione in correctione iuriũ circa aliud tribunale idem disponens, sed vnumquodq; ius in suo obseruandum foro est. Est tamen verum quod in Concilio prouinciali prouinciæ Compostellanensis anno 1565. celebrati Salmanticæ, *in actione 3. decreto 25. in fi.* fuit statutũ, vt à quolibet tribunali Ecclesiastico huius prouinciẹ, vbi plures adsunt notarij, vnum officium notariatus conferri posset clerico in sacris constituto, & ita fuit actũ in hoc Ecclesiastico tribunali Placentiæ, clerico maiorum ordinum, non tamen beneficiato, qui quidem non deberet se in omnibus passim intromittere negotijs, sed tantum in spiritualibus, vel eis annexis, & parcissimè, & idem in fiscalibus statuitur *in eadem actione 3. decreto 22.*

IN LEGEM VNDECIMAM.

1 *Clericus primæ tonsuræ quando & quomodo à contributionibus liberetur*
2 *Clerici tenentur contribuere in concernentibus publicam, & communem vtilitatem.*
3 *Tempore famis silent priuilegia ne rustica opera deficiant.*
4 *Clerici contribuere tenentur in propriam, & priuatam vtilitatem concernentibus.*
5 *Clerici an per secularem compelli possint ad contribuendum, vbi debet contribuere.*
6 *Dispositio nostri text. an sit correcta per iura canonica vbi & an ad sisam teneantur.*
7 *Clerici vbi collectandi sunt an sufficiat fructus beneficij habere vt collectentur.*
8 *Tributaria res in quemcunque transeat, transit cum onere tributi.*
9 *Tributa præterita, an nouus possessor teneatur soluere, vbi & quid in emente feudum.*
10 *Modus vt res laicorum cum tributis in Ecclesias transirent.*
11 *Statuere an liceat, vt nullus vendat patrimonia sua nisi contribuentibus.*
12 *Pater tributarius donans filio suo clerico bona, vt non contribuat, nil agit.*
13 *Fundo tributario cedendo quis, an excusetur à tributario.*
14 *Frater Laicus habens rem communem cum fratre clerico an excusetur à tributis*

SVMMARIVM.

Quibus in rebus Clerici teneantur contribuere, & in quibus non, declarat lex nostra, quæ singularis est in materia.

LOs *Clerigos son libres de contribuyr. Sic Esdra 1. cap.7.* statuit Artaxerxes Rex dicens. Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, nathineis, & ministris domus Dei huius vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos: *& est tex. in c. non minus, & ibi glos. de immuni. Eccles. c. quaquam de censi. in 6. Cle. præsenti eo. tit. cap. tributum 23. q. 8. l. placet C. de sacro. eccles. l. 2. & authen. item nulla communitas C. de Episcop. & Cleri. l. 51. titu. 6. par. 1. vbi glos. pechar. Hac & alia iura allegat, & ampliat, etiam in bonis proprijs clericorum, vt l. de his. & ibi Salic. C. de Episc. & cleric. c. similiter, & ibi gloss. 16. quæst. 1. & latissimè per illum fratrem Gasparem Stephanum, in suo tractatu. in de ensionem Ecclesiastica immunitatis, & libertatis, pagina 19. cum pluribus sequentibus,* idque adeò verum erat quod etiam si esset Clericus *primæ tonsuræ, dum tamen coniugatus non esset, excusabatur à contributionibus ijs de iure canonico & itidem Regio, legibus aliquibus ordinamenti veteris attentis, quæ tamen leges cum in hoc volumine transcriptæ non reperiantur, abrogatæ censentur, vt patet ex procemio huius recopilationis, imo & ex l. 2. infra titu. proximo* habemus iam dispositum contrarium in clerico primæ tonsuræ non beneficiato realiter, & cum effectu, quamuis coniugatus non sit, in correctionem cõmunis opinionis contrariæ, vt *ibidem* dicemus Deo annuente, & sic lex nostra per illam in clerico in sacris constituto vel in minoribus, habente tamen realiter, & cum effectu beneficium Ecclesiasticum intelligenda est, ij enim ab ijs tributis excusãtur etiam personalibus fortiori ratione, *secundum gl. in d. l. 51. & Dueñas in regu. 100. per totam.*

Para bien commun de todos. In ijs enim *tenẽtur Clerici omnes contribuere si propria ciuitatis, vel populi deficiant, vt patet *ibi, A fallecimiento de proprios de concejo.* Probat *tex. in l. infra proxima, vt ibi eam*

ibi eam considero, & tex. in l. 20. tit. 32. part. tertia, & l. 54. tit. 6. part. 1. & l. ad instructionem C. de Episcop. & Cle. & hæc erat communis tam Legistarum quam Canonistarum opinio *secundum Ripam in Responso. 68. incipien. ex præmisso themate num. 6. fol. 92. & iterum in Respon. 168. incip. ciues, & incolæ. numer. 5. & secundum Villalobos, in ærario suo mille com. opin. litera. E. num. 3. vbi Ripam secundum meam* impressionem corruptè allegat, & tenent alij, quos nouissimè citat conciuis noster doctor Gutierrez in allegatione. *10. n. 2. & tradit Bertran. cons. 123. lib. 1.* & sic est intelligenda, *dicta. l. 54.* quæ nullam differentiam in hoc faciebat adessent nec ne propria ciuitatis, vel populi, *prout distinxit lex nostra & d. l. 20. tit. 32. part. 3. de quo; & per Abb. cons. 3. vol. 1. & Auendaño. cap. 14. præt. n. 19. lib. 2.* & si clerici adhæc tenentur à fortiori nobiles populi, vt probatur ex dicta l. 20. quę licet circa nobiles faciat etiam eandem differentiam adsint ne propria populi, necne, quo ad eos tamen nihil distinguit *l. 19. tit. 14. lib. 6. infra* nisi eam per dictã l. 20. ita declares, vt iura iuribus cõcordes, & correctionẽ euites, cum non sit nouũ leges posteriores per priores intelligi, & è contra. Ex quibus cum adhęc Clerici teneãtur, similiter tenebuntur mittere rem suam, nauim, vel currum sicut alij ad deferẽdum victualia, & necessaria Reipub. l. iubemus nullam. *& ibi Bar. C. de Episcopis & Clericis notat gl. 1. in d. l. 54.* & quæ sint hæc quæ publicam, & communem vtilitatẽ respiciunt, declarat lex nostra. Ibi, *Ansi domo para reparo.* Idemque dicendum videtur pro annona in ciuitate, vel populo habenda, nam pro hac si ciuitas, vel populus non habet prædia, neque ærariũ sit collecta à qua nemo excusatur quantumcunque priuilegiatus sit quo minus secundum ratam patrimonij, quod *ibidem* possidet, contribuere teneatur, interest enim Reipublicæ ne pauperes fame moriãtur, *prout hæc inquit, & asserit Ripa, in tractatu de peste, tit. 2. de remed. præser. contra pestem n. 182. cum sequentib.* silent * namque priuilegia, neque loqui debent tẽpore famis, & necessitatis, ex vi cuius necessitatis summa iuris præcepta infringi solent, & non humana solum, sed etiam diuina limitari, ex capit. discipulos, *de consecra. dist. in. 5. & tex. in l. 2. C. de pa. qui fil. dist. & 38. effectus necessitatis congerit Roma. in l. si vero §. de viro fall. 54. ff. solut. matri. & rationem*, quare necessitas lege careat annectit *Bal. in l. diuus de peti. hære. relatus per Cagnolum in l. si quis propter necessitatem ff. de regul. iuris.* Ex qua causa curandum est ne rustica opera suo tempore deficiant, & sic cultura, vt *ibi per Ripam numer. 207. cum pluribus sequentibus*, quibus & alijs anno præterito. 1570. ob defectum, & necessitatem temporalium, & panis penuriam obuenientem propter peccata nostra cautum fuit Regia prouisione, vt ex horreis Clericorum caperetur, sicut & Laicorum, imo & ex horreis & depositis publicis, triticum necessarium pro cultura rusticorum adimplenda, mutuareturque ipsis rusticis vsque ad collectionem noui tritici, vt culturam suam adimplere possent, cum ex hoc, & ipsorum Laicorum, & Clericorum communis versaretur vtilitas, & publica, imo & potius ipsorum Clericorum peculiare commodum versabatur, vt pote quia decimas ex tritico colligendo habebant percipere, & si parum seminaretur, paruas colligerent decimas, & si plurimum magnas & multas. Sed si tributum, & collecta hæc priuatam tantum vtilitatem * Clericorum commu- 4
nem tamen cum Laicis respiceret, puta pro custodiendis vineis, vel agris, pratis, vel pane Clericorum & Laicorum simul, tunc nulla facta differentia adsint ne propria populi necne, tenebuntur Clerici pro parte sua, & pro rata cõtribuere pro solutione custodum similiũ rerum, quãuis ad custodiam eorum ipsi personaliter compelli non possent, vt *in simili inquit tex. in l. 51. tit. 6. p. 1. & textus in l. sequente. & voluit Auendaño c. 14. Prætorum. n. 31. lib. 2. & nouissimè, & late Mexia, in pragmatica tassæ panis, conclusione 5. num. 43. vsque ad 71.* imo quod plus est, quod posset tunc iudex secularis † 5
cogere clericos soluere partem suam, non abstringendo personas, sed ex bonis Clericorum tributum recipiendo, & ex fructibus eorum, quia est de sua iurisdictione, tam vniuersali, quam particulari, & quod ex hoc nullam incident excommunicationem, *secundum Bald. singulariter, in l. de his C. de Episcopis & Clericis, & in authenti. sed periculum C. sine sensu, vel rel. relatum et secutum per glos. Por razon l. 51. titul. 16. partit. 1. Ex Innocent. in capit. postulasti, de foro competen. et ex Ripa, et alijs relatis per Octauianum, in decisione Pedamontana. 68. numero 16. et 30.* quem post hæc scripta vidi, & in l. sequenti alia de ijs dicemus, fiet tamen securius, si seruauerint tales seculares consilium. *l. 54. titulo 6. partit. 1. et Plateæ in §. item lex Iulia. numer. 108. institut. de public. iudici. et Palacios Rubi. in repetitio. capit. per vestras §. sed est plura dubitatio numero 13. fol. 80. colum. 4. vers. ad hoc facit et additio. Guidonis Papæ, decision. 78. numero 1. litera F. et Clari. in libro 5. practic. criminal. §. final. quæstione 36. versic. vlterius quæro*, scilicet, vt requirant Ecclesiasticum iudicem, vt compellat breuiter Clericum soluere partem collectæ ei pertinentem, & distributã, alias quod ipse soluere faciet per bonorum captionẽ, & astrictionem, prout optimè defendit Mexia, *vbi supra conclus. 1. n. 60. et 61. et 62. et concl. 5. n. 64. et Benedict. in c. Raynutius, in verbo, et vxorem nomine decis. 5. n. 470. fol. 131. de testament.* sicut & in solutione gabellæ, debitæ per clericum negotiatorem, faciẽdum itidem esset, & *traditur etiam per Cas. in cõsue. Bur. rubri. De iustices rub. 1. n. 24. fol. 30.* referã tamen in lege sequenti. id quod in contingentia facti seruatum esse certã notitiã habui in simili casu. Intrat tamen nunc in nostræ legis propositum dubium non contemnendum, num dispositio nostra, & similium legum sit correcta * per *text. in c.* 6
non minus, et cap. aduersus de immu. Eccl. extra. contrarium, vt videtur, ex diametro disponentes, & videtur dicendum quod sic, quia lex ciuilis, & humana clericos, & ecclesiasticas personas comprehendere non potest, neque eos ligare, & sic ad hęc onera soluenda non erunt compellendi, *secundũ glo. in c. generaliter §. nouarum 16. q. 1.* dicentẽ, quod illa lex ad instructionem correcta est de iure canonico per *dictum c. non minus et c. aduersus de immu. Eccl. quam glos. in hoc commendat Abb. eod. c. non minus pen. col. in fine, idẽ Abb. in veriorem eam dicens in cons. 3. n. 2. vol. 1. Ias. in l. placet 1. et 2. lect. C. de sacros. eccles. Thomas Parpalia, quem super illa gloss. relatum reperi. in l. 2. num. 25. cum seq. C. de sacros. eccles. et tenuit glos. en las in d. l. 54. titu. 6. p. 1. vbi*

tenent

tenent quod neque in ijs in quibus publica & cõmunis versatur vtilitas clerici teneantur contribuere, & quod dicta lex, ad instructionem, & similia iura ciuilia, & Regia sint correcta per dicta iura canonica. Et dictam Regulam falsissimam vocat frater ille Gaspar Stephanus *in d. tract. in defensionem immunitatis Ecclesiasticæ, pag.* 108. *vbi* cũ sequent. aliquibus respondet argumentis contrarijs latissimè & subtiliter, & quod hac de causa clerici non possunt compelli ad soluendam sisam pro reparatione pontium aut fontium, vel similium rerum impositam per commune ciuitatis, nõ præcedente licentia Papæ ad hoc, *secundum Medinam, in suo Codice de restitutione q. 15. fol.* 54. *& summam Ascesanam. li. 6. tit. 30. art. 4. & Remigium de Gom. in tract. de charitatiuo subsidio*, & esse contra libertatem Ecclesiasticam talem sisam rebus clericorum imponere, tenet *Nauarro, in Manuali. c. 27. n.* 120. *propter generalitatem dict. c. non minus & text. in c. quam. de censibus, in* 6. *& quia* sic reperimus dispositum iure ciuili, ex *text. in auth. Item nulla communitas C. de Episc. & cleri. & l. 15. tit. 6. p. 1. Contrariam tamen opinionem imo quod dict. l. ad instructionem & similia iura, & noster tex. non sint correcta per d. c.* non minus & similia iura canonica, & sic quod in respicientibus communem & publicam vtilitatem Clerici teneantur contribuere tene *secundum gloss. ad reuelandas in dict. cap. non minus, & Guido Papæ decisio. 78. & Carolum de Grassallis lib. 2. Regal. Fran. iure 6. pag. 46. in paruis, & hæc vt diximus in prin. huius gloss. ex Ripa d. Resp.* 168. *est communis Canonistarum & Legistarum opinio, & per eund. Ripam, in tracta de peste. tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem. §. 2. num.* 234. *& per Rebuff. numer. 1. tomo const. Fran. titu. de sent. prouisio art.* 3. *gloss. 6. nume. 2. cum* 3. *seq.* quam communem duobus interuenientibus dicit procedere, scilicet, necessitate imminente rerum similium, & quod clerici bona *ibidem* possideant, prout in effectu voluit plura dicendo, *Mexia in pragmati. del pan, conclusio 5. num. 61. vbi à num.* 33. *vsque ad* 71. prosequitur hanc materiã, *& Dueñas Reg. 100. limitatione* 16. *& Benedictus infra allegandus num. 465. bene*, nam si clerici *ibidem* bona non haberent, & possiderent, collectari
7 non possent, sufficeret tamen fructus † ex beneficio aliquo ab eis percipi, nã & ij fructus tẽporalia dicuntur, & sic semel si bene memini vidi in hac Placentiæ ciuitate sisam impositam pro aquæ ductibus ducẽdis. & omnes in ea contribuebant sine distinctione, & iterum in Salmanticensi Academia, idem vidi, prout & asserit tunc solutam fuisse *Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. col. 95. in prin.* quo quidem tempore *ibidem* fui præsens, & sensi etiam ego partem illius sisæ, nemo enim etiam scholasticus ab illius solutione exemptus fuit, & id de sisa etiam tenet *Cepola de seruit. rustic. prædi c. 3. num. 48. reprobando gloss. dicti §. nouarum, contra quam, & tenet Hippol. in practic. §. aggredior. nu.* 63. vbi & inquit propter hanc publicam, & communem vtilitatem imponi posse sisam hanc eò quod secundum eum propter eam vtilitatem statuta ligant clericos, facitque *text. in l. addictos C. de Episco. & cleric.* & hoc proprijs ciuitatis, vel populi deficientibus, vt inquit & probat tex. noster *& d. l. 20. titul. 32. part. 3.* imo, & itidem Laicis non valentibus succurrere necessitati huic, vt voluit ille frater Gaspar Stephanus, *vbi supra pag. 112. item*, & quod clerici consentirent, eis enim contradicentibus superioris eorum assensus esset necessarius, *secundum text. & ibi glo. in d. l. 54 tit. 6. p. 1. & Hippol. in d. num. 63. & Benedictum, in d. c. Raynutius, verbo, & vxorem n.* 470. imo, & quod plus est quod etiam clericis consentiẽtibus non sufficeret, nisi assensus Papę interueniret, prout & tenet *Medina in d. c. de restit. q. 15. & Gigas de pensio q. 90. in fi. & frater ille Gaspar Stephanus, vbi supra pag. 63. &* 113. *in princ.* eo quod dictum c. non minus sic requirat alias enim ipsi clerici incurrerent pœnam, & censuram, præsertim illatam, per dict. c. quanquam, & in dubio vt omnis cessaret scrupulus semper requiretem assensum Papę, verum tamen est quod si tanta esset necessitas & periculum quod si spectaretur assensus Papæ, ciuitas & populus per inimicos astantes inuaderetur, tũc vtique sufficeret consensus Episcopi, & Clericorum, *secundum glos. en las in d. l. 54. & illum fratrem Gasparem Stephanũ, vbi supra pag. 44. & 63. vers.* ad primã ipsius primæ viæ & in tali necessitate, & ipsi clerici tenentur personaliter succurrere vigilãdo ciuitatem & custodiẽdo eam, prout & tenuit *Innoc. in dicto c. non minus & Abb. per text. ibi in c. 2. de immu. Eccle. & est tex. singularis, vbi glos. in l. 52. tit. 6. p. 1. & arg. tex. in l. 15. & 17. tit. 18. & l. 4. tit. 19. p. 2. & tenet etiam Cassan in consuetudi. Burgun. tit. De iustices rubri. 1. num. 24. fol.* 30. vbi inquit hanc esse veram opinionem, & quod tunc principes seculares clericis & Ecclesijs possunt certiorari tributum soluere, & ab eis petere pro defensione patriæ repentine inuasæ, & tunc ex dictis per *Mexiam vbi supra*, sententia lata non obstante appellatione exequenda est, ne dum executio differtur tota gens, & ciuitas pereat, & ne instans impediatur effectus vt inquit *tex. in d. l. omnes & Rolandus Valle, consi.* 90. *nu. 18. vol. 2. & idem tenent alij relati per Dueñas, in dicta regu.* 100. *limi.* 12. vbi sic declarat iura, quę in contrarium facere videbantur, & additio. *decisi.* 78. *Guido Papæ, litera F. et Rebuf. vbi supra num.* 4. qui omnes tenent, quod si pro ornatu ciuitatis mœnia vrbis repararentur, tunc nullo modo tenentur contribuere clerici, sed cum pro instante necessitate, & tunc, vt ex dictis *repilogando* colligitur, debent supradicta interuenire. Primo quod propria populi deficiant, item quod clerici bona *ibidem* possideant, vel saltim beneficiorum fructus capiant, item quod cleri, & Papæ assensus adsit, vel saltim cleri, & Episcopi si vrgens necessitas imminear, secus vero si non sit ita vrgens, & ideò consuluit *Greg. Lupus in d. l. 54. tit. 6. Part.* 1. quod quia Prælati possunt in hoc aliquando renuere, & quia Romanus Pontifex esset consulendus, tutum esset, quod impetraretur à Romano Pontifice, vt Prælato, Præsidenti in consilio Regali, committeret hoc, vt possit in hoc negligentiam Prælatorum supplere, vel quod Rex à Papa indultum obtineret, vt imminente bello, vel necessitate alia vrgente, posset absq; Pontificis sũmi licentia & cõsensu subsidia pro tuẽda ciuitate, vel reparanda necessitate imponere clericis & personis ecclesiasticis, prout regi Franciæ concessũ esse per Bonifacium Papã, asserit Carolus à Grassalis *lib. 2. Regalium Franciæ iure 4. vbi* verba Bullæ refert, & sic omnis cessaret scrupulus, & hęc sunt quẽ congesta habebãt cũ vidi Octauianũ Chaceranũ, docti-

doctissimum quidem virum, in decisione Pedamontana 68. hæc omnia singularissimè declarantem, & annectit, *ibi* consiliũ cuiusdã Nicolai Baldi super *hoc*, & in *nu. 23. & seq. tenet ipse Octauianus*, quod in casu in quo immineret vrgẽs necessitas respiciens dictam communẽ & publicam clericorũ & laicorum vtilitatem si clerus & Episcopus requisiti dissentirent periculumque esset in mora authoritate superioris laici poterunt capere fructus prædiorum, & alia bona temporalia clericorũ pro rata bonorum, & onerũ, ad quæ Ecclesia tenetur, & *ibi* hoc ex pluribus sacræ Scripturæ locis fundat, & ex dictis *supra* pro me fundari potest & *ibi respondet ipse Octauianus* argumentis contrarijs, ipsum videto, ne aliorum scribamus dicta.

Heredad tributaria. Nam tũc cum rei ipsi impo-
8 situm sit onus, & cum suo onere transeat * & eius ossibus tributum affixum sit, in quemcunquè trãseat etiam clericum, transit cum onere illo, & tenetur ad illud soluendum clericus ipse illius rei possessor, & in hoc lex nostra singularis est, & fundatur: nam bona obligata ad quemcunq; aut qualescunque manus ambulent, vel decurrãt quocũq; alienationis titulo inter viuos, aut vltima voluntate semper transit, & discurrit cum sua causa. *ff. de contra empti. l. alienat. ff. de pig. acti. l. si conuenerit §. si fundus l. si prædium C. de euictio.* quæ, & alia iura, ad hoc allegat sic tenẽdo *Ang. in cons. 24. & 206. & Abb. Siculus, cons. 3. & 6. & Afflictis, decis. 95. & Guido. Papæ decis. 576. & iterum in decis. 79. & Dueñas dict. reg. 100 limi. 3.* & sic quanuis per mutationem personæ mutetur qualitas rei propter personam inhærens, *vt l. licitatio §. fi. ff. de publica. & vec. notat Suarez, in quæstione maioratus n. 23.* non tamen mutatur qualitas inhærens rei ratione ipsius, *secundum Didacum Perez, in l. 1. col. 198. in medio tit. 5. lib. 1. ord.* hoc ex glossis, & allegationibus corroborantem, & ex *lege nostra* fundari potest & sic est intelligenda & limitanda. *l. 14. tit. 14. lib. 6. infra disponens*, quod si exemptus emat rem ex qua quidem venditor soluebat tributa, exemptus ille deinceps soluere non tenetur, quoniam hoc verum est quoties tributum illud soluebatur per venditorem ratione personæ suæ non vero ratione rei, nam si rei ratione, puta quia tributaria res erat, teneretur vtique emptor quantumcunque ex persona sua esset exemptus à tributis soluendis, & in hoc casu non procedit *d. l. 14.* sed procedunt leges *53. & 55. versi mas si titu. 6. p. 1. prout ibi aduertit gl. clerigos, & Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. col. 91. in prin. & in l. 12. tit. 4. lib. 4. ord. col. 1430. in fine cum sequentibus vbi se remittit ad dicta per eam in additio. ad Seguram, in l. 3. §. fi. num. 119. vers. quia per legitimam. ff. de lib. & posthu. & tunc secundum Afflictis dict. decis. 95.* etiam pro tributis
9 præteritis † tenebitur emptor talis rei, prout tractauit *glos. fi. l. fi. l. 6. tit. 20. p. 1. per tex. ibi probantem*, pro decimis præteritis teneri emptorem rei, ex qua decimę illę debebantur, de quo *& per Abb. in c. pastoralis nu. 5. de decim. Ex quo inquit Afflictis, vbi supra num. 4.* quod si vassallus feudum habens illud vendat cum Regis assensu, & tempore venditionis, tenebatur pro seruitio temporis præteriti, tenebitur & emptor talis fundi, & poterit conuenirì pro seruitio illo præteriti temporis nondum soluto, sicut & in pensione tradit Gigas, *de pension. q. 39. & 43. & Caccialupus, in eo. tracta. quæst. 11. & per Doct. in l. Imperatores ff. de publica. & vecti. & per Bar. in l. fi. C. de fide instru. & iure hus. fis. lib. 10.* per quos de præteritis censibus videri poterit, quid sit de iure, ad nostrum enim propositum sufficit scire, quòd census & tributum debitum ratione rei soluendum est per quemcunque ad quem res illa transeat, & decurrat. Et si absque dolo fieret esset hic vnus modus, quo mediante possent fieri omnes † res, quas Ecclesiæ & Eccle- 10
siasticæ personæ emerent tributariæ, si tales per legem, vel statutum fierent, *secundum glos. Razon in d. l. 51. tit. 6. p. 1. & Didacum Perez in d. l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. col. 92. vers. si tamen, & Plateam in l. fi. col. 1. C. de exactori. tribut. lib. 10.* & cessante dolo & fraude non esset contra libertatem Ecclesiasticam *vt aduertit Gaspar Calderi. inter consilia Calderini patris sui. cons. 7. de constitutio.* quod tamen dolo nõ careret si statueretur nulla existente, neq; apparẽte iusta & sufficiente causa, cum absque ea similia onera non sint imponenda, in perniciemq; Ecclesiarum resultaret, quãuis de Ecclesijs nihil tũc specifice declaretur, & sic esset contra libertatem Ecclesiasticam, prout dixit *Abb. in d. c. non minus n. 2. in prin. de immu. Eccle. Inquit tamen Nauarro in Manua. c. 27. n. 130.* quod statuere quod nullus * 11
vendat patrimonia sua nisi contribuentibus in tributis communibus esset licitum, quoniam non est directè contra libertatem Ecclesiasticã si sine dolo & cautela fieret, eo quod intelligendum est clericos non comprehendere simile statutum, de quo tamen statuto an valeat late tractat *Ias. in l. cum filius fami. §. diui lectura 1. à n. 72. vsque ad 85. delega. 1. & aliqua per Suarez in tit. de las deudas fol. 44. per totum & per Docto. relatos per glo. seal. 53. tit. 6. p. 1. & late per Aluarum Valascium, in de iure emphyteotico. q. 17. n. 7.* loquentes de remedio vt clerici teneantur ad tributa. Quibus quidem remedijs hoc solo intento vt clerici ad ea teneantur nullo modo vtendum censeo, neq; quęrenda sunt hæc tanquã animæ periculosa. Aliud etiam notandũ pro huius legis cõplemẽto, scilicet quod si alienatio alicuius rei fiat in Ecclesiam per personam ex tali retributum debentem in fraudem & vt à tributi solutione excusetur, putà, si pater tributarius donet * hac frau- 12
de bona sua, vel partem eorum filio clerico, solueuetur & tributum sicut antea soluebatur, *secundum Didacum Perez. d. col. 90. & Auendaño c. 14. prætorum num. 30. vers. item alij lib. 2. & glo. in dicta l. 51. ti. 6. p. 1. vbi* & plus dicit, scilicet, quod tũc iudex secularis posset compellere clericum illũ donatarium tributum illud soluere, donatioquè, vel alienatio talis nulla sunt, vt probat *text. in l. 11. tit. decimo lib. 5. infra* quę ponit modum & formam agendi, vt ibi Deo volente dicemus. Et an quis cedendo fundo tributario excusetur à tributo * 13
vide *Bart. in l. is* cum quo, *& ibi additio ff. de aqua plu. arcen. & Ias. in l. in Emphyteuticarijs num. 154. C. de iure emphyt.* finaliter est notandum quod si duo fratres rem communem habent, vel patris hæreditatem indiuisam, & vnus eorum sit clericus in sacris, † alter non, priuilegio clerici non 14
gaudebit frater laicus, neque eius prærogatiua, *secundum Couar. in pract. cap. 34. num 2. in fine, quẽ sequitur, & refert Didacus Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. ord. col. 748. in princip.*

IN LE-

IN LEGEM DVODECIMAM.

1 *Clerici tenentur pro rata contribuere pro custodia vinearum, & similium rerum.*
2 *Clericorum animalia reperta in fundis damnum facientia, possunt capi & pignorari.*

SVMMARIVM.

Clerici tenentur contribuere in collectis & tributis pro conseruatione vinearum, et panis, et fructuum communium, et in eorum commodum impositis.

ANSI *Clerigos como Legos.* Qui enim sentit commodum, sentire debet & onus, iuxta regulam iuris, & sic cùm commodum proueniens ex custodia messium, vel vinearum, sit principaliter concernẽs fauorem certarum personarum habentium vineas, vel messes, ad illos pertinent expensæ quæ fiunt ex custodibus, per ea quæ de messoribus notantur *in l.* 1. §. *fi. ff. si mens. fal. modix. & de testibus in l. quoniam liberi. C. de testibus*, & sic pro regula generali est te-
1 nendum, quod custodia messium * & conseruatio fructuum debet fieri expensis eorum, quorum sunt fructus, vt notat *Bart. & ibi Alex. in l. cũ quæreretur, §. fi. ff. deleg. 3. & Dec. in cap. 2. num. 107. de probation. quos refert & sequitur Auend. in c. 14. prætorum, num. 25. lib. 2.* & cum priuata vtilitas ipsorũ clericorum vertatur in hoc, nulla est adhibenda distinctio, adsintne propria populi, necne, imò indistinctè tenentur clerici ad hæc pro rata distributionis factę: neque debet solui ex pecunia publica, vt *ibidem inquit Auend. num. 23. & 24.* neque vlla in terminis nostri text. incurritur excommunicatio, ob hanc tributi distributionem, *secundum Nauarro in Manuali c. 27. n. 115.* Imò & tunc per ipsos seculares iudices ex fructibus & bonis clericorum capi potest id quod clericis incumbit soluere, prout in hac lege remanet dictum, & in alijs huius tituli.

Que las prendas se cobren. Hic habes text. probã-
2 tem quod animalia clericorum reperta * in fundis alienis damnum dantia capi possunt, & retineri, & pro eis pignorari, pœnasque pro ijs damnis secundum statuta & loci consuetudinem, tenentur clerici ipsi soluere, *secundum Lucam de Pena. l. 2. C. de naui. non excusan. lib. 10. & Auend. cap. 4. prætorum num. 30. vers. item in proposito, lib. 1. & in c. 13. n. 7. eod. lib.* & tunc vt pœna excommunicationis vitetur, inquit *Ant. in c. grauem, & ibi Ioan. And. Card. & Ancha.* quod non clerici, sed ipsi pastores conueniantur pro damno, & sic coram seculari lis agitari poterit, tenentur enim pastores propter mercedem, & propter malam custodiam, secundum eos *ibi, & Auend. in dict. num. 30. vers. item in proposito, & facit tex. in l. 24. tit. 15. p. 7. & ibi gloss. ita notat, & pro hoc est gloss. in l. 2. §. idem Labeo, verbo animalia, ff. ne quid in loco publico*, clerici tamen ipsi per suum iudicem compellendi sunt ad soluendum, *secundum gloss. el ganado, d. l. 24. & Castilla. l. 70. Tauri in num. 18. & Auilet cap. 17. prætorum, glos. 1. n. 12. fol. 159.* Id tamen verum crederem quoties damnum factum cum animalibus petendum est à clerico ipso, tunc enim nimirum si coram ecclesiastico petatur, quia super eo debet audiri clericus & lis agitari, sed si pena exigenda est secundum statuta, & loci consuetudinem, vel id quod est soluendum pro pastura distributum est per distributores communiter ad hoc positos, tunc ex bonis clerici, aut fructibus eorum potest secularis iubere percipi, vel pignora capi, *secundũ quod pro cautela tradit Bald. in auth. sed periculum C. sine censu, vel reliq. relatus & secutus in hoc per Auendaño in d. c. 14. prætorum n. 13. lib. 2. & per glo. por razon in l. 51. tit. 6. p. 1.* vbi inquit quod ex hoc nulla incurretur excommunicatio quia iuris authoritate facit, *& ex Innoc. & alijs ita diximus in hac lege.* Et sic in contingentia facti vidi dum animalia clerici capta essent pro pignore, quia reperta fuerunt in pascuis alienis, & pro pena debita per statuta populi fuerunt pignorata de mandato secularis iudicis, & ad petitionem clerici Ecclesiasticus iudex processit contra secularem, vt animalia solueret & restitueret, & peteretur coram ipso Ecclesiastico. Et secularis iudex declinauit forum, & petijt Ecclesiasticum se inhibere, & ipsi seculari causam remittere, & quod reponeret acta, aliàs appellabat in forma, & cùm Ecclesiasticus secundum suum intentum iudicaret causa delata est, *En grado de fuerça*, ad Cãcellariam Pincianam, vbi declaratum fuit vim fieri, & quod causa ad secularem remitteretur, & sic fuit actum, & in Cancellaria Granatensi idem & simile actum, audiui à viro fide digno, qui fuit aduocatus causæ illius.

IN LEGEM DECIMAM-QVARTAM ET VIGESIMAM-QVINTAM.

1 *Exteros à Regno ad Regni beneficia non admittendos à iure diuino videtur deriuari.*
2 *Et à iure canonico & ciuili, & regulis Cancellariæ, & n. 3. & 4. ostenditur.*
5 *Quibus in locis exteri ad beneficia non admittuntur Ecclesiastica.*
6 *Sixtus Papa Regibus Hispaniæ priuilegium hoc concessit.*
7 *Originem non exprimens in rescripto non obtinebit.*
8 *Honestum & fructuosum est vnumquemque in sua patria beneficiari.*
9 *Idonei vbi in loco reperiuntur, non debet præfici extraneus.*
10 *Statutum fundamentale nostræ Ecclesiæ Cathedralis Placentinæ iustificatur.*
11 *In assecutione beneficij Ecclesiastici illi sũt præferẽdi, ex quorũ bonis fundatæ sunt ecclesiæ.*
12 *Conditio, vt consanguinei tantum ad ecclesiã admittantur, valet.*
13 *Ecclesiæ huius regni ex patrimonio Regum & regnicolarum sunt fundatæ.*
14 *Beneficia omnia, etiam minima, regulariter requirunt residentiam.*
15 *Dispositio omnis ad residentiam inducens, debet in dubio ampliari & extendi.*

16 *Distri-*

16 *Distributiones quotidianas ideo esse fauorabiles Ecclesiæ, quia inuitant ad interessentiam diuinorum.*

17 *Facilius quis conuersatur cum cane suo, quàm cum homine diuersi idiomatis.*

18 *Regni & Regis interest, ne arcana sui regni reuelentur, 19. & ideo vt ibi potest Rex electioni de extero factæ se opponere.*

20 *Licet ex omnibus nationibus Cardinales eligantur, non tamen ex Alemania, ne arcana Ecclesiæ Imperatori reuelent.*

21 *Res & bona Ecclesiæ pauperum appellantur.*

22 *Pauper diuiti præferendus est in dubio.*

23 *Pauperes originarij & regnicolæ, alienigenis & exteris præferuntur.*

24 *Beneficium datur propter officium. Et ibi quod officium habentis beneficium Ecclesiasticũ, est docere populum.*

25 *Peccatum vulnus appellatur, & peccator vulneratus, & sacramenta medicinæ.*

26 *Originarius melius scire potest mores & consuetudines patriæ suæ quàm alienigena.*

27 *Nemo est, cui patria sua non sit charissima, & ideò nemo in patria sua debet esse iudex propter affectionem, 28.*

29 *Gratia apostolica cũ scãdalo non est exequẽda.*

30 *Papa licet à nullo possit iudicari, si tamen crimen est notorium, & Ecclesiæ scandalosum, bene poterit.*

31 *Clericus Orientalis in Occidentali Ecclesia non eligitur propter scandalum.*

32 *Superioribus, etiam Papæ ob euitandum scandalum posse non obtemperari quoties id rectitudo rationis dictat.*

33 *Præceptum iniustum Papæ non exequendum.*

34 *Contra miseros prælatos nõ audẽtes reclamare.*

35 *Secunda iussio Papæ & Principis quando expectanda sit.*

36 *Præcepto primo Papæ, licet iniusto obediens, excusatur propter bonum obedientiæ.*

37 *Præceptis iniustis non est obediendum velo leuato.*

38 *Papa sicut quilibet alius peccat, iniustè ius tertiò quæsitum tollens.*

39 *Papa in dubio nemini vult præiudicare.*

40 *Rescripti verba superflua potius sunt censenda, quàm quòd tertiò præiudicent.*

41 *Papam si in aliquo contingeret casu ius quæsitum tertiò tollere, censetur per circumuentionem id fecisse.*

42 *Priuilegium in vim contractus & remunerationis concessum non reuocatur.*

43 *Damnum factum esse dicitur, si contra ius radicatum fiat.*

44 *Rescripta ob importunitatem petentium concessa, non sunt exequenda, idq; velle concedentem præsumitur.*

45 *Rescriptum quando præsumitur per importunitatem concessum.*

46 *Sanctio, vel pragmatica aduersa iuri, vel publicæ vtilitati nil valet.*

47 *Inobediens non dicitur ex iusta causa supersedens in mandato superioris.*

48 *Iusta causa contradictionis suspendit effectum sententiæ.*

49 *Supplicare licet à præcepto & literis Papæ, & quomodo sit supplicandum.*

50 *Officia sæcularia, & quam plura alia exteris prohibentur numerata.*

51 *Literæ expectatiuæ ad beneficia sunt odiosæ & restringendæ.*

52 *Exteri neque per præsentationem non possunt in regno obtinere beneficia.*

53 *Exteris neque in commendam beneficia Ecclesiastica possunt prouideri.*

54 *Commendà licet sit titulus temporalis, est tamen titulus Canonicus, & prouisio ecclesiastica & beneficialis.*

55 *Vnio Ecclesiæ nostri regni, alteri Ecclesiæ extra regnum facta an valeat.*

56 *Cardinales etiam, si exteri sunt, non possunt in regno beneficia obtinere.*

SVMMARIVM.

Exteri à Regno non sunt admittendi ad Regni beneficia, & reuocantur literæ naturalitatis in contrarium concessæ.

IN quarum legum, & huius conclusionis iustificationem aliqua adducemus, fortassis aliquando dum tempus adfuerit, & negotia locum præbuerint, latius & abundantius prosequemur: nunc autẽ nec tempus, nec locus datur.

Et pro iustificatione prius sciendum est à iure quo originem habuerit nostra conclusio. Et videtur primò originem habuisse à iure diuino † *Deuter. 1 nim 28. cap. & Hieremiæ 5.* inter maledictiones numeratur illud, Adducam super vos gẽtem, cuius ignorabitis linguam, & cuius lingua à populo non intelligatur, inter maledictiones ergo reputatur habere hominem ex aliena gente, *secundum Gometi. prædicta ad hoc allegantem in regul. 19. Cancellariæ de idiomate q. 1. col. 7. & Rebuff. in praxi benefici in reg. quod quis intelligat idioma, gloss. 1. pag.* 578. ex eo inferens quod priuilegia Regũ Franciæ quibus cauetur, vt in regno suo nullus aliunde veniens, id est, alienigena, recipiatur, habent concursum cum iure diuino, ideo secundum eum per Papam tolli non debent. Simile priuilegium habent reges Hispaniæ, vt ex infrà dicendis apparebit, imò Deus populum benedicens 18. *c. Deuteron.* dicebat: Propheram suscitabo de medio fratrum suorum, quò fit vt sicut maledictio sit habere hominẽ alienigenam, ita benedictio habere prophetã regnicolam *prout & refert ipse Rebuff. in d. pract. tit. de rescriptis mistis, n. 8. pag.* 577.

Secundò, & hoc idem iure canonico statuitur, † *vt in cap. hortamur, 71. dist. ibi,* in Ecclesijs à vobis 2 fundatis aliũde veniẽs presbyter non suscipiatur,

text.

tex. in c. neminem.70. dist. text. cap. bonæ. ad fin. de electio. ibi neque vellemus ei præficere, *cap. fin. de clerico percusso. cap. quoniam. de offi. ord. & tex. expressior cæteris. in cap. bonæ. el.2.§ fi. de postul. prel.* vbi dicit Papa, Non poteramus salua conscientia eidem Ecclesię in alia persona, quam de regno Vngariæ originem duceret, congrue prouidere, nec vellemus eidem præficere alienum: *tex etiam. in cap. fi. de cleri. peregrin. tex. cap. nullus, & cap. obitum.61. dist. ibi,* Non aliter de alienis ordinari permittit Ecclesia, quam si de propria deficiant, quod euenire non credimus *dicit text. Idem probat text. in extrauag. execrabilis, de præben. Io.xxij. vbi singularis glos. verbo. diuersorum hoc declarat, & ex cap. 13. Concilij Trident. Sessi. 24. in finalibus verbis.*
3 *ita datur intelligi.*

Iure etiam ciuili † hoc etiam expresse cauetur, *vt in.l. in Ecclesiis.C. de Epis. & cleri. ibi,* Clerici non ex alia possessione, vel vico, sed ex eo vbi Ecclesiam esse constiterit, ordinentur, *quem texi. vltra Doct. ibi commendat Lucas de Penna ad hoc in termin. in l. quisquis. C. de omni agro deser. li.11.* dicens pro hac conclusione totam dist.71. decreti facere.

4 Regula* item Cancellarię hoc statuit, *vt patet in Regu. de idiomate, Inno.8.* quæ licet loquatur in beneficijs curatis, habet tamen locũ & in simplicibus, *vt vltra Gom. & Reb. vbi supra. pag. 579. in prin. probat Carolus à Grassalis. lib.2. Regalium Fran. iure.8. col.2. idem probatur in reg. Cancellariæ. Pauli. 3. sub rubr. de concurrentibus in data super benefi. incipit. Item voluit.* Vbi declarat quando oriundus non oriundo, & diœcesanus nõ diœcesano præferantur, quæ & ponitur inter alias regulas, & motus proprios Pij. V.

5 Ex quibus apud Gallos † hoc obseruatur in Regno Franciæ, & nullus alienigena ibidem beneficium habere potest. Et Regia constitutione Caroli 7. Francorum Regis, priuilegia sua in hoc custodiri statuitur, *vt inquit glo. in pragmatica sanctione, in proœmio. §. nunc Ecclesiarum, verbo extraneo, & Rebuf. ibidem, in glossa cum peregrini, fol.15. & de pacifi. possessio. numero.217. in impressione antiqua, & in noua. 265. & latissime habetur in dicto lib. 2. Regalium Franciæ iure.8. col.1. et sequen. Et idem Rebuf. de nominatio. questio.22. num.16. et idem Carolus, libro. 1. Regali. Franciæ, iure.15. in princ. Idem habetur in Ducatu Britanniæ, secundum Sicon. cons. 220. libro.2.* Vbi voluit *colum. penult.* Nicolaũ Papam hoc illis concessisse. Ideo apud eosdem sine consensu Ducis nemo exterus in toto Ducatu beneficium habere potest. Bononiæ idem obseruari testatur Barbati. *consilio.23. col.6. & cons.57. in prin. volum.1. & Boerius, decisio.13. num.18. & 20. vbi num.19.* dicit Burdegalensi itidem obseruari. licet secundum eum *ibi num. 10.* in Tolosa non obser-
6 uetur. Merito † ergo Sixtus Papa, hoc idem Regibus Hispaniæ concessit, vt in eorum Regnis nemo exterus sine illorum consensu habere possit beneficium Ecclesiasticum, *vt inquit glossa antiqua dictæ regulæ Cancellariæ de Idiomate, & benedictus in cap. Raynutius. verbo, & vxorem. in parte de successio. abintesta. num. 483. fol. 132. de testament. et Carolus à Grassalis dicto lib. 2. Regalium Franciæ, iure. 8. pag.3. in paruis,* quicquid *ibi* ipse velit in vsum non fuisse deductam similem concessionem. Fallitur tamen vt aparet ex *textu nostro. & glo. l.13. tit. 15. par. 1.* Attestatur de hac Hispaniæ consuetudine, & literam Papalem super hoc asserit se vidisse *Hostiens. relatus per Barba. consi. 23. col.7. lib. 1.* & habetur in præsenti mentio de ijs literis, maximè *in. l.18. infra eo.* Quo fit vt *recte dicat glo. in. c. si proponente, de rescriptis. in fine,* quod non exprimens † in rescripto originẽ non obtineat: eò quod 7
præsumetur rescriptum subreptitium, quia de intentione Papæ est vt vnusquisq; in sua patria, in qua est originarius, beneficietur *vt per tex. in dicto cap. hortamur, dicit glos. in.d.c. si proponente, quam verissimam appellat, ibi Abb. & in ca. ne pro defectu. de electio. & Corset. sing. verbo subreptio. Barba. cons. 23. lib. 1. Rebuf. de pacifi. pos. n. 217. in antiquis, & in nouis 265. & Couar. in pract. c. 35. nu. 5. & Gometi. in dicta. reg. Cancell. de Idiomate q. 1. in prin. fo. 112. pag. 2. in fine, & Did. Perez. lib. 1. ord. col. 147. in medio, & est recepta communiter, vt habetur per Carolum à Grassa. lib.2. Regalium Franciæ, iure 8. col. 2. in fine. Et tradit optime licet succincte, gloss. in pragm. sanctio. in proœmio §. nam Ecclesiarum, verbo exterorum & Franciscus Marcus, in decisio Neapoli. 634. & Rebuf. de nominatio. q. 9. n. 55. & q.22. n. 16. & Dec. cons. 695. n. 23.* Ex quibus omnibus recte sequitur multis iuribus nullibi gentium maxime in hoc Regno alienigenas posse obtinere beneficia Ecclesiastica.

Quibus sic præhabitis pro iustificatione nostræ conclusionis plures rationes adducemus, quarum aliquas nostra lex in eius contextura prosequitur. Et ante, vt omnibus iuribus, quæ in contrarium adduci possent satisfacere scias, sciendũ est, atque fatendum alienigenas † iure communi non esse 8
iuhabiles ad obtinenda beneficia in hoc Regno, ex pluribus iuribus, quæ pro eis adduci poterant. *& ex dictis per. Abb. in. c. ad decorem in fine, de institutio. esse tamen, secundum eundem Abb. ibi* valde honestum* & fructuosum vt vnusquisque in 9
sua beneficietur patria. Vnde sanctissimum esset, & Reipublicæ consultissimum, quod summus Ecclesiæ Pontifex, aut œcumenica synodus sanciret, vt omnia cuiuscunque diœcesis beneficia saltim curam animarum habentia patrimonialia efficerentur, atque non reciperentur nisi ciues vel qui inde sunt oriundi: quod in Concilio Tridentino summo omnium consensu consultatum fuisse testis est Soto, *relatus per Couar. in dicto cap. 35. practicarum, numero 5. in fine. Et sic inquit ipse Abb. in dicto cap. bonæ 2. num. 16. de post. prælat.* quod vbi in loco reperiuntur idonei non debet* præfici extra- 10
neus, *& tenet Bald. & Albe. in l. diuus ff. de tuto. & cura. datis ab his glo. & Doct. in l. plane ff. quod cuiusque vni. nom. relati per Caro. à Grassal. d. lib. 1. Regal. Fran. iure 16. pag. 231. in paruis.* Est enim quis honorandus eo in loco vbi suam peregit ætatem, neque debet alius abripere stipendia alijs debita, licet male seruari inquit *Abb. & eius additio. in d. cap. bonæ. 2. & ipse Abb. allegat pro hoc tex. in cap. nullus inuitis Episcopis detur 61. dist. quem tex. & alia in proposito allegat, & considerat Rochus, in tracta. iuris patrona. verbo honorificum n.45. cũ 3. seq. & Carolus de Grass. plura allegãs in d. iure 8. & Bar. cõs. 57. præclare scribitur col.1. & 2. li.1. et gl. de aquel. per tex. ibi in l.13. ti.15. p.1. vbi allegat dictũ Esaiæ Prophetæ.* Ex quibus iustificatur statutũ fundametale almę* hu- 11
ius ecclesię Placẽtinę cathedralis, disponẽs in collatione certarũ præbendarũ, atque dignitatum *ibidem* expressarum per capitulum & Episcopum,

 & per

& per solum Episcopum prouidendarũ præferendos esse de seruitoribus chori naturales huius ciuitatis, vel de diœcesi si idonei sint extraneis ab ea. Ita quod quãdiu in Ecclesia, vel ciuitate, vel diœcesi idoneus reperiri poterit, extraneus non assumatur ad dictas præbendas, & iure optimo. Idque pluribus iuribus, cõciliis fundari potest relatis per *Guiliel. Spec. in tract. de modo generalis cõcilij celebrãdi tit. 43. de benefi. ecclesia. vnde posset pauper, & sequentibus* Verum nos aliquot in specie legis nostrę adducemus rationes pro iustificatione dictæ cõcl. quod exteri nõ admittãtur in regno ad beneficia.

Primaque harũ rationum erit, scilicet, quia in
12 assecutione beneficij Ecclesiastici * illi sunt omnibus præferendi, ex quorum bonis Ecclesiæ sunt fundatæ, *vt per tex. ibi, in Ecclesijs à vobis fũdatis in. d. c. hortamur 71. dist. dicebat. gl. in. c. 1. verbo, suæ possessionis. 70. dist. quam ad hoc cõmendat Rochus, in. d. verbo honorificum. q. 18. n. 46. & Barb. cons. 23. lib. 1. Et est aurea neque habet contradicentẽ, secundũ Lamberti. de iure patrona. 3. p. lib. 2. art. 4. q. 5. n. 9. fol. 358.*
13 Vbi ex hoc late probat valere conditionẽ † quæ in beneficijs à patronis fundatis ponitur, nempe vt consanguinei tantũmodo ad tale beneficium admittantur. Imo & aliter prouisio facta nulla, & irrita censeri debet ex decreto Concilij Tridentini, *Sessionis. 25. de reformatione. c. 5. incip. ratio postulat.* Vbi omnes qualitates in fundatione appositas ad vnguem iubetur seruandas esse, aliter facta prouisio nulla, & subreptitia declaratur. Sed cũ Eccle-
14 siæ * huius Regni fuerint fundatę, & dotatæ ac cõstructæ ex patrimonio Regum huius Regni & regnicolarũ, *vt inquit textus noster, in colũna. 2. in principio, ibi, Mas abundosamente dotadas.* Merito ijdem regnicolæ omnibus alienigenis sunt preferẽdi, *vt in specie nostri casus dixit Abb. in cap. bonæ 2. n. 16. de postu. præl. & Rebuf. in praxi benefici. in rubrica de rescriptis mistis. col. 577. n. 8.* dicens hoc ideo esse, quia extranei, & parentes eorum aliquid non dederũt pro fundandis, constituendis, aut dotandis Ecclesijs huius Regni. Sed regnicolæ id fecerunt, ideo alienigenis sunt præferẽdi ex priuilegio iustissimo Papæ, quod in hac ratione fũdatur. Et idem dicit ipsemet *Rebuf. de pacificis possef. nu. 217. in antiquis. & in nouis. 265.*

Secunda ratio decisiua nostræ conclusionis est, eò quod beneficia omnia etiam minima regulari-
15 ter † requirunt residentiam, ad quam vt commode fiat omnes clerici inuitãtur, & cõpelluntur, *vt in. c. præter. §. præcipiẽtes. 32. distinctione. & in. c. Episcopus vilem. 42. dist. & in cap. peruenit. 7. q. 1. & per totum. de cleri. non resid. & in extraua. execrabilis, de præb. versic. quæ alias, in cõmunibus, tradit Felin. in. c. quoniam frequenter. nu. 21. vt lite non cont. & Bern. Diaz. in pract. crim. can. c. 47.* Et in pluribus locis sacri Concilij Tridẽtini iussum reperimus, *in session. 6. de reformatione, per totam & in sessione. 23. c. 1. & Sessio. 24. c. 12. & c. 17.* & in motibus propriis
16 Pij quinti. Et ideo omne statutum * & omnis dispositio inducens ad residentiam debet ampliari, & extendi quia continet fauorem Ecclesiæ, *vt inquit Lapus allegatio. 43. & Abb. in cap. licet, de præb. Ant. de Butrio, cons. 42. Deci. consi. 280. col. 2. n. 4. gl. in prag. sanct. rub.* quo tempore quis debeat esse in choro, *verbo distributiones. Rebuf. in concorda. rubrica. 1. de collation. §. 1. verbo, distributionum. col. 56. Probus, in additione ad Monachum. in. c. 1. de cleri. non resi. in. 6. Parisius, cons. 32. col. 2. lib. 4.*
Qui omnes concludunt distributiones † quotidia- 17
nas ideò esse fauorabiles Ecclesiæ, quia inuitant ad interessentiam diuinorum officiorum: & alij quam interessentes eas non percipiunt, *secundum eos*, etiam si pro vtilitate Ecclesiæ absit, *secundum glo. in pragma. sanctio. tomo. 1. tit. de colatio. §. 1. glos. nihil. vbi eius additio. ampliat.* Sed exteri non ita residebunt in beneficijs sicut regnicolæ, vt inquit textus *noster colum. 4. ibi, Quieren mas estar en sus tierras que en la agena.* Ergo ij regnicolæ propter vtilitatẽ Ecclesiæ sunt præferendi alienigenis. *secundum Abb. hoc expresse dicentem. in. d. c. ad decorem, in fi. de institut. & probat Selua, de beneficio. 2. p. q. 23. num. 34. & Regalium Franciæ. lib. 2. iure*
8 *Glometius in regula de Idiomate. q. 1. col. 3. allegans illud Augustini de ciuitate Dei. li. 19.* quod fa-
cilius quis couersatur cũ cane † suo, quã cũ homi- 18
ne diuersi idiomatis: ideo alienigenę nõ ita residẽt in beneficijs suis sicut regnicolæ: ex quo secundo iustificatur nostra conclusio cũ priuilegio Papæ.

Tertia & principalis ratio iustificatiua nostræ
conclusionis est, quia Regni & Regis interest † ne 19
arcana eiusdem Regni vel regis reuelentur exteris, *vt dixit tex. singularis in. l. mercatores. C. de commer. & mercator. ibi,* Ne alieni regni, quod non conuenit scrutentur arcana, Ideò exteros nõ conuenit habere beneficia, *vt Rebu. vbi supra. & Benedictus, in dicto. c. Raynutius, verbo, & vxorem nomine. n. 484. in parte, de successio. ab intest. Iuxta illud Eccles.* Cum extero nõ facies consiliũ: nescis enim quid pariet: *vt habetur in dicto libro. 2. Regalium Franc. iure. 8. in fine.* Ideò iuste se oponit Rex prouisioni, quæ fieret de incola alterius Regni, *secundum gl. in extrauag. execrabilis, dæ preb. Ioan. XXII. vers. diuersorũ Regnorum, ex dicto celebri Innocen. ibidem allegati, in. c. super his. de accusat. vbi hoc notat Abb. n. 13. & Afflictis, in præludijs ad constitutiones Siciliæ. q. 18. num. 7. & gl. in prag. sanctio. in proœ. §. nam ecclesiarum, verbo, exterorum. fol. 32. in paruis, & in Regalibus Fran. d. iure. 8. Selua, de benefi. 2. p. q. fi. n. 18. 19. & 34. & Gometius, in regul. de Idiomate. q. 1. col. 2. & 3.* ex eo dicens,
quod licet ex omnibus nationibus * eligãtur Car- 20
dinales, minime tamen sunt eligendi de Alemania, ne secreta Ecclesiæ Imperatoribus pandant, licet ex *. c. 1. Concilij sacri Tridentini, Sessio. 24. de reformatione, in fi. verbis.* id non distinguatur. Quo nomine Rex noster potest & tenetur præcauere ne alienigenę in hoc Regno beneficia obtineant: quia si secus fiat alterum sequitur, vel quod non resident vel quod secreta Ecclesię, & regni pandent: & sic potest Rex petere repelli Episcopum promouendum in regno non sibi fidelem: *vt in l. 1. titu. 3 lib. 2.* dicemus Deo fauente.

Quarta nunc conclusionis nostræ iustificatio, & ratio datur, scilicet, quia res & bona Ecclesiæ
† pauperum appellantur, vt in *cap. 2. de rebus Ec-* 21
clesiæ, verbo, ipsarum, in c. fi. in prin. & maxime in fine. 16. q. 1. Et inde est quod diuitibus non sunt dãda beneficia, *vt in c. clericos 1. q. 2.* & pauper diuiti præferendus est in dubio, † *vt per Host. in c. tua,* 22
vbi Ant. de Bu. idem notat col. 3. de ætate & qual. & Rochus de iure patro. verb. honorificum. q. 15. n. 42. & Lamberti. de iure patro. fol. 252. col. 3. & facit gl. vbi Doct. notant in. c. cõstitutis. 2. de appellati. Si ergo beneficia potius pauperibus quã diuitibus sunt con-

ferenda

ferenda iuxta prædicta, *& iuxta tex. singularem, in c. ad aures, de rescrip.* licet malè obseruetur, consequens est, quod regnicolæ in assecutione beneficij exteris sunt præferendi, quia in eleemosynæ distributione hoc obseruatur, vt pauperes originarij
23 & regnicolæ alienigenis, & exteris † preferantur, *vt dicit Bart. per tex. ibi in l. 2. C. de annon. ciuilibus. lib. 10. Ioan. And. in additio. ad Spec. tit. de iustrum. editi. §. si vero aliqua. vers. sed an pauperes. Platea in l. 1. C. de mendican. vali. lib. 11. Barbat. cons. 23. col. 7. lib. 1. Card. in Cle. 1. §. ideoq;, de reliq. & ven. sanctorum. & Abb. vbi latius eius additio. loquens in nostro proposito in dicto c. bonæ. 2. n. 17.* concludens non esse vtile, vt exteri percipiant stipendia regnicolis debita: esset enim quasi sumere panem filiorum & & mittere canibus.

Quinta ratio principalis est, quia beneficium
24 datur † propter officium. *vt in c. fin. de rescrip. in 6. & in c. conquerente, de cleri. non resident. & in c. cũ secundum, de præb.* Et hinc est quod excommunicatio subtrahitur fructus beneficij, quia seruire nõ potest, de appellatio. *c. pastoralis, in fine,* nisi in casibus positis per Fredericum de Sennis, *cons. 246.* Officium autem habentis beneficium ecclesiasticum est verbo docere populum pariter, & exemplo, *vt in c. quoniã in plerisque de officio ordina.* Vbi ob id dicit tex. secundum diuersitatem rituum & linguarum debet dari, qui ministret ecclesiastica sacramenta: *& facit cap. si rector. 43. dist.* alienigena tamen non potest ita docere verbo populum, licet possit exemplo, sicut regnicola, ob idq; dicit Gometius, in dicta regula de Idiomate. *q. 1. col. 5.* Apostolis datum esse donum linguarum, *Actuum c. 2.* vt vnusquisque in suo Idiomate doceretur. Et vt dixi in princip. *Hieremiæ. 5. cap.* inter maledictiones connumeratur,, dari Prophetam, cuius lingua non intelligatur à populo, & hanc rationem esse arcendi, & repellendi alienigenas stantibus regnicolis.

Sexta ratio, & principalis sumitur ex eo, quod munus sacerdotis est agnoscere vultum pecoris, *vt habetur Prouerbiorum. 27. c.* Quo nomine residentia personalis probatur per Torrensem in tract. de residentia, vel, vt alia litera habet, debet agnoscere vulnus pecoris *secundum glos. in pragm. sanctio. in pooemio. §. nam Ecclesiarum, verbo, vultus. Gometius, de Idiomate, fol. 113. pag. 1. in prin.* Et ob
25 id peccatum † vulnus appellatur, & peccator vulneratus, & sacerdos medicus, & sacramenta medicinæ, *in cap. omnis vtriusq; sexus. de pœnit. & remissio. tex. gl. & Præposi. in c. his ergo. in prin. 23. dist. & glos. prag. sancti. dicto. §. nam ecclesiarum. verbo, vultus, pag. 33. in paruis.* Ideoq; requiritur talis sacerdos, qui sciat distinguere inter lepram & lepram, idest, peccatum & peccatum, *vt cap. per venerabilem, qui fil. sint legiti. & c. qui vult in princ. de pœniten. dist. 6. prout declarat Ber. Diaz in practica cano. c. 3. & 6. & in lib. Auiso de curas,* vbi quid considerare debeat sacerdos, siue pastor, aut medicus dum vultũ, aut vulnus pecoris vult considerare, Sed certum est, vulnera & peccata facilius regnicolam intelligere attendere, & cognoscere posse, quam alienigenam, *vt patet ex capitulo quamto, de presumptio. iuxta. l. si vicinis scientibus. C. de Nuptijs.* Vna quæque enim patria abundat suo sensu, *vt in cap. certificari, de sepultur. & in cap. illa. 12. distin.* Presumitur enim quod originarius melius scire † potest mores, & consuetudines 26
patriæ suæ quam alienigena. Ergo illi potius est committenda cura agnoscendi vultus, aut vulnus pecoris, prout in proposito declarat Carolus à Grasalis, *in dicto libro. 2. Regalium Franc. in re. 8. col. 4. & 5. & Gometi. in dicta regu. de Idiomate, quæstio. 1. col. 4.* subdens vltra hoc, quod regnicola erit magis instructus, circa vitia regni & regnicolarum, quam alienigena, & quod regnicolæ ab eo facilius se corrigi, & emendari peccantes permittent, quam ab extero, & alienigena, cui indignabuntur dicentes illud *Genes. 19. & Exod. 2.* Ingressus est, vt aduena nunquid vt iudices? Tum etiã, quia vltra hoc quod à regnicolis facilius peccata intelliguntur, & facilius ab eisdem corrigentur, adest tertia vtilitas, quia nemo est * cui patria sua 27
non sit clarissima, *vt. l. minimè. ff. de relig. & sump. fun. & l. si. iũcta glo. C. si ser. expor. ven. & l. qui habebat de leg. 3. & in c. 1. iuncta gl. de conuer. infi.* Quam patriam nemo negat in dubio, *secundum Ang. cons. 194.* Ideo nemo in patria * sua debet esse iudex 28
propter affectionem, quam ad cõciues habet ratione dictę affectionis, *vt dicit Gomet. vbi supra col. 6.* quod diligentius populi salutem, & regni regnicola, quam alienigena desiderauit, & inquiret, atque peccata repellere, vulnera sanare curabit, & cognoscet oues suas, vt vult denotare tex. Concilij Trid. *Sessio. 24. de reforma. c. 13. in. fin. ibi.* Qui eas cognoscere valeat. i

Septima ratio est, quia gratia † Apostolica cum 29
scandalo non est exequenda, vt inquit *tex. in c. cũ teneamur, de præb. & ibi Abb. & Selua, de beneficio. 3. p. q. 8. n. 1. & Rom. con. 522. n. 13. & est dictum celebre Innoc. in c. nisi cum pridem. de renuntiatio.* Vbi vult quod propter scandalum imminens non solum gratia non est exequenda, verũ potest quis cõpelli cedere beneficio suo iam obtento. Pro quo facit. *c. cum decorem, de cleri. coniuga. in fine. quod commẽdat Barba. de præstãtia Card. n. 37. & declarat Rochus de iure pat. verbo, honorificũ n. 3. col. 3.* & plures alios allegat nouissime *Mexia, in apparatu ad. I. de Toledo. 11. funda. 12. p. n. 33. cum seq. quem post hæc scripta vidi. Et nu. 47.* hoc ad leges has nostras applicat, *& facit dictum gl. in prag. sanct. tit de auth. gen. Conc. c. sacrosan. §. cuilibet, verbo obedire,* quod ex causa propter schisma sedãdum possent contendẽtes de Papatu cogi illi renuntiare, si aliter sedari non potest, & dubitetur quis eorum sit verus Papa. Et dicta etiam prosequitur *Abb. in c. quæsitum, de rerum permut. & in d. c. cum teneamur,* dicens habere locum etiam si Papa præcipiat quod non obstante scandalo literæ eius exequantur. *Sequitur Fel. in c. si quando. col. 2. & in c. nihil, de præscriptio.* & nimirũ. Pręceptum enim diuinum quale est correctio fraterna non est obligatorium ad illud exequendum cum scãdalo, *vt dicit Archidi. in c. si* peccauerit *colum. 3. 2. q. 1. quem sequitur Pala. Rube. in repe. c. per vestras. fol. 66. in magnis. col. 3. conclusion. 1. §. 18. nu. 16.* imo & licet, alias sanctissimus Papa summusq; Pontifex, non possit ab vllo iudicari, † vt inquit 30
Simancas, de inst. cath tit. 12. nu. 11 cum seq. pluribus, neque propter crimen accusari, vt ibi per eũ, si tamẽ crimen sit notoriũ, & ex eo scandalũ Ecclesię oriatur bene potest accusari, & iudicari. *secundum glos. celebrẽ in c. si Papa. 40. distin. quã cõmẽdat Abb. in cap. significasti. n. 4. de electi. & Decis. in cap. cum teneamur. num. 6. de præben. & in cons. 151. vol. 1.*

& communi approbatam, & magis communiter testatur additio. Abb. in dicto c. significasti. num. 8. litera E. & iterum in c. cum venissent. num. 7. litera. E. de iudi. & Abb. in c. si quis contra. n. 21. de foro comp. & allegat eam totus mundus, *secundum eund. Abb. in c. 4. nu. 18. de conces. præb.* Et est opinio communis Canonistarum, licet Theologi contrarium teneant: qui in hoc casu audiendi non sunt cum de moribus, & integritate vitę articulus sit, *secundum Oroscium. in l. est receptum. ff. de iurisdicti. omni. iudi. col. 587. & col. 586.* alios ponit casus vbi Papa iudicari potest. Opinionem tamen Theologorum singularissime defendit Caietanus in opusculis suis. *tomo 1. tit. de authoritate Papæ. c. 27. cum sequentibus aliquibus, & Cardin. Turrecremata. in sua summa. Ecclesiastica lib. 2. c. 93. cum seq. pluribus, & lib. 3. cap. 50.* quod extra casum hæresis à nullo etiam concilio vniuersali iudicari possit, & optimè defenditur per eos, & placent mihi eorum fundamenta & sensus, quæ cùm non sint nostræ materiæ missa facio. Sufficit pro nostræ rationis septimæ fundamẽto habere Canonistarũ opinionem. Et triginta casus, vbi propter scandalum receditur à iure cõmuni, refert Felin. *in dict. c. nihil, de præscripti.* quem & alios ad hoc refert Rebuff. *in 1. tomo Fran. tit. de literis obligatorijs, ar. 6. gl. 2. n. 9.* 10. Et plura per Loazes, *de matrimon. Regum Angliæ, dub. 3. n. 21. cum seq. pluribus,* & Felin. *vbi suprà,* in primo casu refert ad nostrum propositum, quod propter scãdalum
31 non eligitur clericus †orientalis in occidentali ecclesia. Sed ego habeo maximũ fore scandalum regnicolis, si ipsis expulsis alienigenæ recipiantur in derogationem iuris patronatus huius regni, prout inquit noster textus, ibi. *Especialmente del año de sesenta y quatro à esta parte, que se començaron los mouimientos y turbaciones en nuestros reynos.* Et refert copiosè Doct. Illescas, *en su historia Pontifical, capitulo de la guerra final del Rey de Francia, para cobrar el ducado de Milã, §. 10. fol. 225.* Et ibi refert has commotiones hac de causa euenisse, quod contra nostram legem prouiderentur exteris officia, & beneficia. *Et lib. 6. eiusdem historiæ cap. 27. §. 17. de Paulo III. Pontifice 228. fol. 338.* refert tunc fuisse per ipsum Paulum tertium concessum, quòd beneficia, pensiones, & alia Ecclesiastica exteris non prouiderentur. Cùm ergo res ita se habeat, literæ per quas relictis regnicolis beneficia exteris prouidentur, non sunt statim exequendæ cum scandalo non passiuo, sed dato & actiuo, cum quo nihil agendum est *dict. cap. nihil, de præscriptio.* prout declarat Bellamera *in cap. si quis pecunia. 79. distinct. & Ioan. Echius homil. 2. tomo homiliarum suarum in homilia sancti Michaelis,* & Alphonsus à Castro *de iusta hæreticorum punitione, libro 1. cap.* 20. latius Couar. *in c. peccatum 1. parte, in princip. numero 4.*
32 Vbi *numero* 5. id tenet, scilicet, superioribus †etiam Papæ ob vitandum scandalum posse non obtemperari, quoties rectitudo rationis dictat expedire potius, quod non obtemperetur, quam quod scãdalum oriatur. Vbi à *num.* 4 latè tractat materiam scandali dati, & accepti, & actiui, & passiui, & de differentijs eius. Et ideo Ioan. Andr. post Ioan. Mona. *in cap. 2 de præbend. in 6. & ibi notat Perus.* dicunt quod Papa nunquam intendit derogare iuri patronatus laicorum, vt ibi glossa perpendit, & ex regula antiqua Cancellariæ posita inter regulas Pij V. fol. 12. ita disponitur, subduntque id esse, quia est maximum scandalum actiuum, & datum si contra fiat, cum priuetur iure suo. Igitur cum eorum scandalo non sunt exequendæ, nam & vbi ex præcepto Papæ præsumitur statum Ecclesiæ perturbari, vel aliqua mala futura non est obediendum statim, *secundum gloss. in pragmatica sanctio. titulo de auth. general. Concil. cap. sacrosancta. §. cuilibet, verbo, obedire, in fine,* & Aymon & alios relatos per Menochium, *in de recuperanda possessio. 1. remedio, num.* 321. *&* 322. Si igitur hæc ita se habent, & iuridica sunt, nimirum quod lex nostra fundata in priuilegio Sixti, & in consuetudine iubeat exteros non admittendos in hoc Regno ad beneficia regnicolis omissis ob euitanda scandala ex contrario facto orta & orienda. Neque Summum Pontificem aliud velle credendum est in dubio.

Octaua erit nunc ratio nostræ conclusionis, scilicet, quod præceptum superioris †iniustum nullo 33
modo est exequendum, *vt in capitulo si quando, de rescriptis,* vbi Papa id dicit patienter tolerandum, dum causa sibi reddatur, quare non exequatur: & tunc secunda iussio appetetur per textum iuncta *gloss. in authen. de mandatis principum, §. si quis autem, collatio. 3. ibi,* Non autem aliquid agens ex ea antequam ad nos nuntians secundam præceptionem suscipias. Ex quo colligit ibi gloss. argumen.
contra miseros* Prelatos, qui timent in tantum li- 34
teras Papæ, vt non audeant reclamare, quo casu non debent timere, vt dicit gloss. *in l. puniri, C. si cõtra ius, vel vtilit. public.* cùm Deo & Papæ in hoc placeant. Et illam glos. ad hoc allegat Bald. *in dict. cap. si quando, de rescript. & Fel. ibidem in princip. Rip num. 1. & num. 17. latius, & ibi Abb. allegat pro hoc tex. in auth. vt nulli iudicum, §. hoc verò collat. 9. ibi,* Nuntiare verò nobis primum, vt secũda iussio nostra. Per quem text. ita declarat singularis gloss. *in c. pastoralis, verbo dissona, de fide instrumen. & notat Suarez allegatione 8. fol. 152. pag. 2. in princip.* & tradit latè de hac materia, an & quando secunda † iussio principis expectanda sit, & prima nõ exe- 35
quenda interim, vltra supradictos latè Sylua Nuptialis, *lib. 6. col. 592. num.* 50. vbi copiosè in hac re allegat: *& est optimus tex. de iure Regio, in l.* 29. *&* 130. *tit.* 18. *p.* 3. Principi enim vel Regno damnosa peti non debent, *text. in l. nec damnosa, C. de prec. imp. offer. text. in l. 4. in fine, tit. 24. p.* 3. & quomodo tunc est Principi rescribendum, vide Rebuff. *in 2. tomo const. Fran. tit. de rescriptis, art. 1. gl.* 5. Licet qui statim exequitur primum præceptum * propter 36
bonum obedientiæ excusetur, vt dicit glos. *in c. ad aures, de temp. ordi. gl. iniquitas, in c. quid culpatur, 23. q. 1.* quas commẽdat & declarat Ripa *in d. c. si quãdo, n. 17. & facit optima lex 5. tit. 15. p. 7.* Quæ secundum quod *vbi suprà* inquit Ripa, debet declarari, vel secundum dicta per Hippol. *in pract. §. nunc videndum, num. 41. & per gl. in ea. l. 5. & iterum in l. 3. tit. 3. par. 5. & in l. 4. tit. 14. ead. p. 5.* Potest tamen si vult præceptum iniustũ nõ mãdare executioni statim, imò præceptis talibus, nempe iniustis, non est obediendum velo leuato, †vt inquit Bal. *in prooemio Gregoriano n.* 4. 37
significans leuato velo, id est, omni leuamine submoto, *vt exponit gl. in l. de submersis, C. de naufr. lib.* 11. *declarat Ioan. Monach. in c. cupientes, in prin. de elect. in 6. & Bar. in l. ne quid, n. 6. ff. de incẽd. ruin. naufr. Feli. in c. 1. n. 50. de const. Ferraria in forma libelli in actione reali, verb. sũmariè, n. 14.* ex

quibus

quibus rectè sequitur. Si mandatum hoc Papæ esset iniustum, est supersedendum in eius executione, vt supra diximus. Esse autem (nempe in dubio) iniustum ex supradictis deprehenditur, eò maximè, quod est iniustitia sine causa tollere ius tertio
38 quæsitum, quo casu peccat Papa * sicut quilibet alius, *secundum Andr. Ysernia, in capite secundo verbo flumina, num. 4. quæ sint Regal. in vsib. feud. latè Palaci. Rub. in tract. de benefi. vacan. in curia. §. 4. cum seq. vbi hoc plene probat. & Rebuf. in praxi benefi. in regul. de non toll. ius quæsitum gloß. 6. num. 13. & 14. & denominatio. q. 21. num. 62. cum pluribus sequentibus. Et faciunt dicta per Soto. de Iustitia & iure lib. 3. quæ. 6. artic. 3. col. penul. pag. 244.* Quę in iustitiam est data, sed non intentata: quia
39 Papa in dubio † nemini vult præiudicare, neque præiudicium facere, *secundum Bal. in l. acceptam, in fine C. de vsuris. per tex. expreßum. in c. si cliẽtulus §. si diuersum, de alien. feudi. latè Pala. Rube. in rub. §. 7. col. 7. dicti tractatus. & Barbati. cons. 47. col. 17 in fin. cum seq. lib. 1.* Et sic priuilegio Episcopi non videtur derogari per rescriptum Papæ, *secundum Deci. cons. 695. num. 25. & 26. & faciunt dicta per Auendañio c. 4. præt. num. 6. in prin. lib. 1. & est optima. l. 11. tit. 18. part. 3.* Vbi optime notat, & in casu quotidiano glos. Greg. quod priuilegium super *portagio* non præstando non extenditur ad *portagia*, quæ ab alijs seruantur & percipiuntur, & non à Rege. Nam intelligitur tale priuilegium contra concedentem, & non contra alios, quibus erat ius quæsitum, quibus non intendit Rex præ-
40 iudicare. Imo & potius † debent censeri verba superflua, quam quod ex illis præiudicium tertio inferatur, secundum additio. *Sua. l. quoniam. q. 9. l. Regiæ nu. 7. pag. 2[illegible]6.* Et debent illa verba potius interpretari, vt nihil operentur quam quod tertio præiudicetur, *secundum Gomet. in reg. Canc. de iure quæsito non tollendo. quæ. 1. in prin. fol. 27.* etiam si motu proprio concessa sint, *secundum Abb. in c. 1. num. 20. de iudi. & Gom. d. q. 1. litera. F. fol. 27. in paruis, & Deciũ. cons. 580.* etiam si ex certa scientia concedatur, vt per eum *ibi.* Adeo quod si aliquo casu contingeret Papam ius tollere, præsumitur
41 hoc per circumuentionem † & importunitatem potius, quam per voluntatem fecisse, *secundum Gomet. d. q. 1. in princ. & infra dicetur, & tradit Cassiadorus, in reg. de non tollen. ius quæsi. decis. 39. num. 5. & Reb. 2. tomo, const. Fran. tit. de rescriptis art. 2. gloß. 3.* Vbi enumerat ea, quæ per importunitatem censentur concessa. Imo & si per specialem gratiã vni factam, & per rescriptum videretur Papam alicui præiudicasse, censetur non fuisse bene Papam informatum, *secundum eund. Gomet. dict. quæstio. 1. pag. 3. in princ.* maxime si talis gratia, & rescriptum non fecerint mẽtionem de priuilegio hoc Regum Hispaniæ, quia tunc tale rescriptum subreptitium, & nullum est, *secundum Rebuf. in praxi, benefi. tit. de differen. inter res. gratiæ, & iusti. num. 16. pagin. 107.* Nullaque plenitudo verborum appositorum in rescriptis tollit ius quæsitum tertio, nisi aliud appareat, *secundum Felin. in capit. veniens. 2. num. 5. de testibus.* Item etiam quia priuilegium alicui per Regem concessum propter seruitium
42 † vel pretium non potest per ipsum Regem, vel successorẽ eius reuocari, *secundum Suar. allegatio. 9. pag. 4. & secundũ eũ ibi fol. 140 pagina secũda in priu. in impressione antiqua*, Papa reuocãs omnes concessiones ab eo factas non censetur reuocasse factas per contractũ. Hic tamẽ Regi nostro Hispaniæ fuit hoc priuilegiũ concessum, quia à faucibus inimicorũ sanguine proprio terram redemit à Mauris, & infidelibus occupatam, *prout patet ex l. nostra. 14. ibi, Con derramamiento de sangre.* Si ergo principi, vel regno damnosa peti non debent, & si petantur, & concedantur, censentur per importunitatẽ concessa, & per circumuentionẽ, & surreptionem, tanquam præiudicialia, cũ in derogationem tanti priuilegij sint, & in damnum Regis & regni acquisita, & quamuis ex beneficio, & liberalitate Papæ dicantur quæsita, adhuc damnũ fit si contra ea fiat, *secundum glo. in l. prætor ait §. 1. ff. ne quid in loco publico. Bar. in l. Clodius Claudianus. ff. de acquiren. hæredi. Ias. 3. §. Labeo. ff. de acquiren. poßessio & in l. cum quis. C. de iur. & fact. ign. & in l. quo minus. nu. 48. & 49. ff. de flumini. Palacios Rub. in repetio. c. per vestras. §. 21. nu. 5. fo. 94. de donati. inter.* Et cum ius iam sit quæsitum regibus Hispaniæ, & radicatum, & secundũ illud vsitatum, vt ex legibus nostris patet, *ibi, De derecho adquirido.* Et secundum illud asserit in facti contingentia iudicatũ Didac. Perez, in pręsenti col. 149. cum magistro Martino Vincentio, quem ego Salmãticæ cognoui, & si cõtra ius radicatũ & quæsitũ fiat, damnũ † factũ di- 43
citur, *secundum Gomet. in d. reg. de iure quæsi. non tollen. quæst. 1. fol. 29. pagina 2. in prin.* meritò ergo dicendum est rescriptum priuilegium, vel gratiam in contrarium concessa damnosa esse, & præiudicialia Regno, & citra, & contra voluntatẽ concedentis impetrata, & per importunitatẽ, & circũuentionẽ, & subreptionẽ, & per consequẽs non esse statim exequenda, sed Papã sanctissimum informandũ de inconueniẽtijs, vt cessent hæc dãna, & per cõsequẽs nõ beneficietur in regno alienigena, excluso regnicola. Et cũ omni reuerentia, & obediẽtia est tunc executio differenda, & expectãda secunda iussio, vt in simili inquit Caietanus in primo tomo tractatus sancti Thomæ. *in tit. de Authoritate Papæ, & concilij, in cap. 27. versic. ad secundã rationem, & ibi* loquitur optimè in propositum. Quem, & alios ad hoc allegat sic dicens, & tenens Sim. *de Inst. cath. t. 45. n. 34. & 35. & Victo. in relect. de pote. Pap. & conci. in 22. proposition. cum sequen.*

Nona etiã erit ratio iustificatiua nostræ conclusionis, scilicet, quia rescripta ob importunitatem
* petentiũ concessa sunt minimè exequenda. Id- 44
que velle concedentẽ præsumitur, *vt dixit text. in l. 1. C. de petitio. bon. sub. libro. 10. & gloss. in c. si quãdo. de rescriptis, vbi Felin. declarat: & latius in c. quæ in Ecclesiarum ad finem, de constit. & Fulgosi. cons. 20. & 61. & Pala. Rube. in rubri. de dona. inter vir. & vxor. §. 81. in prin. Sylua Nuptialis. lib. 6. column. 592. num. 53.* Per quos qualiter per importunitatem petentium multa non concedenda cõcedit Princeps, quę non sunt exequenda, quia eò casu non præsumuntur ex iusta causa concessa, *vt dicit Decius, cons. 476. & Roman. Socin. & Ias. relati per Hippoly. singular. 6.* Tunc autem præsumitur propter importunitatem rescriptum, aut gratiam * impetrata, quoties per Curiales impetran- 45
tur, vel quando contra ius conceduntur, aut ius tertio aufertur, *vt inquit Baldus in cap. cum adeò, de rescript. Bar. in l. 1. C. de fund. limotrof. libr. 11. Palacios Rube. optime in d. §. 81. col 1. Fulgos. dict. consilio vigesimo. & Sylua Nuptia. vbi supra numero 50.*

late Felinus relatus per Gometium, in dicta regula, de iure quæsito non tollen. q. 1. pag. 3. in princ. & Rebuffus in secundo tomo, const. Fran. tit. de rescriptis, ar. 2. gloss. 3. per totam. Cum igitur hæc rescripta, aut gratia quælibet curialibus, vt in plurimum, vel id contra ius fasque petentibus in nullo casu ferè motu proprio, & contra iura Regi, & Regno quęsita concedantur, consequens est ob importunitatem cōcessa fuisse, & ob id statim non exequenda, sed supplicandum, vt infra dicetur.

Decimo, & principaliter pro ratione facit *tex. in l. fi. C. si contra ius, vel vtili. publi. ibi,* Nullū rescriptum, nullamque pragmaticam sanctionem, nullam annotationem valere, quæ generali iuri,
46 vel vtilitati publicæ aduersa esse videantur † Idem probatur *in l. neque damnosa. C. de preci. Imper. offe. in l. Iubemus. C. de sacrosanct. Eccles.* sed gratiæ concessæ contra nostram conclusionem sunt contra publicam vtilitatem, vt ex dictis apparet, *& ex l. nostra 14. ibi. A la honra, y vtilidad de estos Reynos, columna quarta, in prin.* ergo non sunt statim exequendæ. Ex quo dicebat Angelus *in cons. 23.* quod licet laicis nulla sit attributa potestas in beneficialibus, valet tamen statutum Florentinum, estque commendabile quasi simile legi nostræ, quo cauetur vt nulla gratia Apostolica seu literæ ad beneficia exequantur, nisi habita prius licentia à senatu, ne scandala, & dissensiones oriantur in perniciem, & exitium reipubl. & sic contra publicam vtilitatem. *Ideo in nostra l. 25. ob eandem causam dicit litera. Traeria mas grandes inconuenientes, y dellos podria nascer escandalos.* Quæ verba à dicto cōsilio Angeli videtur habuisse ortum, quod Angeli consilium refert *Capitius decisione. 132. numero 6. & 7. & allegat Ab.* contrarium asserentem qui quidem Abb. procedere posset cum nulla iusta causa illud statuendi præsumi posset, quamuis indistinctè sequatur *Abb. Fel. in cap. Ecclesia sancta Maria, num. 96. de const.* Ex quibus cum vtile communiter sit alienigenam non beneficiari in regno iustificatur nostra conclusio, & dispositio.

47 Vndecima ratio est, quia supersedens † ex iusta causa in executione mandati superioris non dicitur inobediens, *secundum Archidia. in c. qui resistit 11. q. 3.* quo nomine permittit *l. si vindicari. C. de pœnis,* supersedendum esse in executione sentētiæ Principis, quoties aliquid irregulare præcipitur, quam legem declarat *tex. gloss. & Doct. in cap. cum apud Thessalonicam. 11. quæstion. 3. & Doct. in c. quærenti. de offi. del. vbi Fel. & in cap. si quando. de rescript. Deci. in c. cum teneamur, de præb. & in consl. 544. col. 3. Cepol. caute. 2. Pal. Rub. de benefi. vacan. in curia. §. 7. in princip. & plu. allegat glo. l. 16. tit. 13. part. 2. & Suarez allegation. duodecima. ad fin. & Benedictus in c. Raynutius, verbo mortuo, itaque 1. n. 268. Cass. in consuetu. Burg. rub. 1. §. 1. num. 16. cum seq. Hippo. in pract. §. oportune n. 21.* vbi numerantur plusquam viginti casus, vbi differtur executio, *& late Abb. additio. in cap. veniens. el. 1. num. 13. litera. C. de accusatio. optima. le. 52. tit. 18. part. 3. quam allegat Suarez. l. post rem, casu 12. pag. 263. & Auendano, cap. 2. præt. fol. 29. in princ. lib. 1. & Ant. Gomez. tomo 3. c. penul. num. fi.* Cum igitur in nostro casu præcipiatur quid nouū, & irregulare, nimirum si iuste supersedeatur in ex-
48 ecutione rescripti, nā iusta causa contradictionis * suspendit effectum sentētiæ, secundū Cardinalem in dicto *cap. si quando. & Palaci. Rub. vbi supra. col. 4. & §. 12. col. 1.* vbi subdit elegantes rationes, & causas contradicendi & iustā causam recusandi asserit esse *Selua. de beneficio. p. 2. q. 23. n. 32.* si eligatur aliquis, qui non sit de regno.

Duodecimo, & vltimo facit, quia à præcepto & literis Papæ licet supplicare † per *text. in cap. tum* 49
ex literis, de inte. resti. & c. pastoralis, de appell. & in auth. quæ supplicat. C. de præci. Imp. offer. imo & à mala informatione Papæ facta clericus potest supplicare, *secundum Seluam. de beneficio 3. p. q. 8. num. 10. ver. 19.* & tunc secūdum ipsum, supplicatur ad ipsum bene informatum, *secundum glos. in pragmatic. sanctio. tom. 2. tit. de friuol. appell. verbo, foros, pagin. 42. in paruis,* vbi & inquit peccare Papam si talem supplicationem non admitteret, & hæc supplicatio habet effectū, vt Papa melius informatus mutet sententiam in melius *iuxta c. veniam. 35. q. 9.* & quoties rescriptum videtur præiudiciale potest probari Papam non fuisse bene informatum, *secūdum Decium. con. 407. col. fi. & cons. 606. col. fin. quem reprobato Corneo sequitur Gometius in d. reg. Cancel. de iure quæsito non tollēdo. q. 1. p. 3. in princ. in paruis.* Et an talis supplicatio habeat effectum suspensiuum *vltra Hostie. in d. c. pastoralis, & Abb. ibi. §. verū tradit Pala. Rub. in dicto tractatu, de bene. vacan. in curia. §. 12. in fine,* vbi saltim inquit non esse excōmunicatos eos, qui interposita hac supplicatione non exequuntur statim gratias Apostolicas, in fauorem exterorum datas, de quo in terminis nostræ legis videbis per Ioannem Driedonium, de libertate Christiana, *lib. 1. art. 4. pag. 181. quem ad hoc refert Couar. in practicis quæst. cap. 35. numer. 4. versi. sic etiam in ijs regnis, & faciunt dicta per Suare. in allegatione 13. pag. 2. & Did. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 3. ordina. colum. 1176. in fine, cum sequent. & per Simanc. de Inst. catho. tittul. 45. numer. 34. & 35. alios allegantem.* Per quos maxime *per Pala. Rubi. Driedonium, & Couar.* vbi supra videre poteris, dum tamen hæc absque fraude fiant, & sic nō causa tantummodo impediendi executionem literarum, *vt inquit Bote. in tract. de Synodo Episcop. 3. pa. numer. 285. & 286. & faciunt dicenda l. 2. ad fin. t. 6. infra eodem libro.* sed solummodo causa supplicandi Summum Pontificem, & informandi eum de inconuenientijs & damnis, vt informatus melius medeatur, imo & tunc cautè, & cum omni reuerentia procedendum est, ne detur scandalis occasio, & indiscretis audacia impediendi executionem quarumlibet literarum Apostolicarum. Quibus quidē omnibus rationibus satis tutatam habes nostri tex. conclusionem, quod in beneficijs regni non admittantur alienigenæ, quam cōclusionem vltra allegata *per relatos Doct. in d. regul. de idiomate, & per Carolum Gras. d. l. 2. Regalium Fra. iure 8.* & in alijs pluribus locis, eleganti stylo, & abundanti prosecutus est Sarnē. super eadem regula de idiomate, quem refert nouissimè plura dicendo, Quintilianus Mandosius, *super eadem regul. de idiomate. q. 1. idem Quintilianus in reg. de concurrenti super bene. qual. qua. 39. per totam,* quem Sarnē. nondum vidi eius lecturam, & Quintilianum vidi post hæc mea scripta. Ex quibus adnotādum est hoc, quod Castellanus hic principatus, & Regia obtinet Respublica, ne dentur beneficia Ecclesiastica exteris non tantum procedere à cōcessione Romanorum Pontificum, præscriptione,

& vsu

& vsu immemoriali, sed & à maxima, & euidente regiminis spiritualis, & Ecclesiastici vtilitate, ita quidem vt ex contrario vsu & praxi plures contingant Ecclesiarum, ministerio calamitates quarum si certam habuerit summus Christi vicarius cognitionem dubio procul pro illius supremæ dignitatis, quam summus totius Ecclesiæ pastor & rector obtinet integritate, iustitia & diuini cultus zelo, tantis & tot malis medellam adhibebit, prout optimè in proposito inquit *Couar. in d. c. 3. nume. 4. & 5.* quibus quidem etiam de causis tum pro publicæ vtilitatis conseruatione, tum ob euitanda scandala, tum etiam propter Regnicolarum pro-
50 prium commodum plurima * iure nostro Regio statuta sunt, quæ exteris in Regno nostro denegãtur & prohibentur. Videmus etenim *ex l. 2. tit. 3. libr. 7. infr.* quod officia etiam secularia exteris à Regno prouideri prohibentur, prout notabat *Auend. c. 19. præt. num. 17. & 19. lib. 1. itidem & in l. 1. tit. 4. eo. lib. 7. infrà.* ad omnia officia publica hoc extenditur & ampliatur. *Item per l. 6. & 7. tit. 18. lib. 5. infrà*, extat prouisum quod exteri non sint in Regno nostro proxenetæ. *Idemque per l. 5. tit. 18 lib. 6. infra.* exteris prohibetur in Indijs negotiare, & emere argentum, aurum, & alia ibidem contenta contrectare, eodem etiam modo per *l. 10. ti. 18. lib. 6. infra*, mercatores exteri portantes mercantias in nostrum Regnum prohibentur ab eo asportare argentum, aurum, vel monetam. Item & quod si naues Regnicolarũ extiterint in portu maris non onerentur naues exterorum ibidem existentes, *secundum text. in l. 8. tit. 10. lib. 7. infra.* item & quod intra duodecim leucas exteri iumenta non habeant *l. 20. tit. 18. lib. 6. infra vbi & in ll. 15. & 19.* alia duo exteris prohibentur. Item & exteris ijs & alienigenis à Regno nulla donatio potest fieri per Regem ciuitatis, villę, Castri, aut insulæ, vel alterius rei ex contentis, *in l. 2. titul. 10. lib. 5. infr. & in Castro probat optima. l. 1. tit. 18. par. 2. & ibi glo.* Imo neque dominium villæ aut ciuitatis illius, *secundum l. 2. eiusdem tit. 10. lib. 5.* & alia etiam reperientur. Et si hæc prohibẽtur fieri in prophanis ex iustissimis causis, vt vides, quare, & à fortiori non idem seruandum est circa beneficiorum Ecclestasticorum prouisionem, vbi vertitur animarum salus, & periculum, & ideo iustissima est nostri tex. conclusio, imo & sanctissimum esse, & reip. consultissimum vt vnusquisque in sua patria beneficiaretur, asserit Coua. iam supra relatus *in d. c. 35. num. 5. vers. vnde* & sic in Concilio Tridentino omnium consensu propositum fuisse testatur ex Soto per eum relato. Quæ conclusio nostra sic iustificata & fulcita procedit, & ampliatur nedum in gratijs & literis expectatiuis ad beneficia, quæ quidẽ literę sunt odiosæ, & † restrin-
51 gendæ, *iuxta. c. quamuis, de præb. in 6.* De quibus omnibus literis expectatiuis, & earum formis tractant *Staphilæus, de literis gratiæ, & Iusti. in tractat. de expectatiuis & earum nouis formis, & Ioan. Nicolaus in Enchiridione sacerdotiorum, tit. 4. per totum & Ioan. Corrasi. in paraphrasi sacerdotiorum. 4. part. c. 5. & Rebuff. in praxi benef. 1. part. col. 93. cum sequentibus. vsque ad 119.* verum & habent locũ nostræ legẽs Regiæ in omni etiam prouisione fauorabili, & amplianda, prout ex nostra *l. 25. colligitur ibi. De prouisiones que se despachan en corte Romana.* Quòd fit, quod cum multis modis prouideatur de beneficio Ecclesiastico nullus ex ijs in fauorem alienigenæ est exequendus statim, sed expectanda secunda iussio, & sic neque per præsentationẽ, * *secundum Rebuf. de paci. pos. in anti-* 52
quis. num. 217. in nouis 265. & 266. neque per nominationem, *secundum eundem Rebuf. in tracta. nominationum. quæst. 22. num. 16. pagi. 262.* & ideo secundum eum *vbi. quæstio. 5. num. 55. pagi. 157.* esset consultum, vt in impetratione nominationis exprimatur diœcesis illius, cui nominatio concernit: neque sufficeret exprimere diœcesim, in qua habet domicilium, vel beneficium, sed oportet exprimere diœcesim originis. Neque per postulationem aut collationem prouideri potest extero, qui sunt omnes modi prouidẽdi de beneficio Ecclesiastico, *vt dicit glos. 3. in clem. si. de electio.* Quæ voluit prouisionis nomine omnem modum conferendi venire, quam *vltra DD. ibi declarat egregiè Rot. 11. de præben. in nouis, & Felin. in c. in nostra corollario. 32. de rescr. Rebuf. in Concor. rub. de collationi. §. præfatique ordinarij, verbo prouisionem, col. 42. Selua. de benef. 3. p. q. 11. num. 30. Rochus, de iure patro. in princ. nu. 12. Lamberti. eo tract. fol. 92. & 190. in antiquis, & Ægydius de Bellamer. in d. c. hortamur. 71. dist. & Gometi. in d. reg. de idiomate. q. 4* inferens ex hoc licet prædicta non alleget, quod sunt quatuor modi vel termini prouidẽdi, quibus Papa vtitur, nempe, Prouidemus, mandamus prouidere, prouisum fuit, & concessimus prouideri, de quibus *per tex. & gloss. in c. Abb. de rescript. & in c. pro illorum, de præb. verbo, prouidere, & vtrobique late Imol. & Card. subinfertur vlterius ex dictis post eundem Gometium in dict. reg. de idiomate. quæstion. 5. & Rebuff. ibidem gloss. 2. num. 2. & 3. pagin. 579. in praxi benefi.* quod prædicta procedunt etiam in commenda * vt neque hoc modo possit alienige- 53
næ de beneficio in Regno prouideri: est enim cõmenda titulus beficialis licet temporalis, † *vt di-* 54
cit Domi. in c. nemo. de electi. in 6. & allegati per Gome. vbi supra. & latius in regul. de trienna. poss. q. 5. & in regul. de in infirmis resign. quæ. 13. & in reg. de publi. resign. quæst. 4. & latius in reg. de impetran. bene vacan. per obitum famil. Card. quæst. 6. & sub eadem regula Cassiad. decis. 37. & idem Cassiadorus de verisimili notitia obitus, decision. 30. latè Caßan. cons. 20. Et probatur ex text. in c. 17. Concilij Tridentini Sessio. 24. de reformation. Item neque pensionem exteri in Regno habebunt, *vt probatur in l. 18. infra eo.* Neque Regnicolæ ipsi per ius habitum ab exteris, *colligitur ex l. 25. infra eod.* Imo & neque vnio Ecclesiæ † Regni facta alteri Ecclesiæ extra Regnum 55
valet, *secundum Rebuffum de idiomate, in praxi beneficiorum gloss. 2. numero 9. pag. 580. vbi in gloss. 1. in fine pag. 579.* inquit, quod etiam Cardinales si alienigenæ † sunt, non poterunt habere benefi- 56
cia in nostro Regno Imo, & quod plus est quod ex simplici confessione naturalitatis non potest obtineri per exterum beneficium in Regno, nisi expresse dicatur, & legibus contrarijs derogetur, *secundum gl. magnam. l. 2. tit. 24. par. 4.* Quibus sic visis limitari posset legis nostræ conclusio in vno casu posito *per Rebuf. in d. regul. de idiomate. gl. 2. n. 9. et in alijs tribus casibus positis per Duenas in regula 202.* Quibus omnibus legis nostræ conclusio, quod exteri à Regno in eo non beneficientur, remanet satis iustificata, & corrobora. Alia quamplura possent allegari quæ per doct. relatos allegãtur, &

tur, & dicuntur: per ipsos videri poterunt. Et hęc omnia, & alia quæcunque mea dicta, & scripta correctioni Sactosanctæ matris Ecclesię, & alterius cuiuscumque catholicè sentientis submitto. Paratus enim sum non modo Ecclesiæ catholicæ diffinitionibus obtemperare, sed etiam cuiq; meliora me docenti, & veriora dicenti, libenter accedere ad eius admonitionem, & correctionem sūmi beneficij loco habere. Et si quid erroneum aut quouis modo suspectum (quod Deus auertat) dixerim scripserimve pro non scripto haberi volo. Meæque intentionis in præsenti non est aliud quam media proponere, quibus legis nostræ conclusio iustificari possit: non vero vt aliquid dicam proponamvè, vel defendam contra potestatem summi Vicarij Christi, vel contra Ecclesiasticam libertatem, quam & conditores harum legum (Christianissimi enim fuerunt) credendum est semper voluisse in omnibus tueri, & seruare, & intactam integramque relinquere, neque contra eam disposuisse. Neque nos contra eam disputamus, sed illæsam potius relinquimus, & saluam.

IN LEGEM DECIMAM-NONAM.

1 *Naturalitas per decennij habitationem acquiritur.*

2 *Discessurus de loco ad tempus determinatū non dicitur illius loci incola, quamuis vltra decennium ibidem moretur.*

3 *Filius natus in Francia ex patre tamen Hispano, & in Hispania viuēte, si viuit in Frācia an naturalis talis filius dicetur viuēs in Frācia.*

4 *Filius patris Francigenæ in Hispania contrahētis naturalitatem an sit Regni Hispani naturalis si post pater ille Franciam rediēs ibi moritur.*

5 *Origini propriæ quando quis renuntiare possit. & num. 6.*

7 *Filij Frācigenæ vt huius regni naturalis dicatur an requiratur quod nascatur postquam pater eius naturalitatem acquisiuit in Regno.*

8 *Gerundium in ablatiuo qualificat verba quibus adijcitur.*

9 *Lex vnum disponens, & alterum præsupponens vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum.*

10 *Conditio implenda ante tempus tacitum post illud potest impleri.*

11 *Conditio per æquipollens impleri potest si idem resultat effectus ac si specificè impleretur.*

12 *Iudæus vel infidelis in hoc regno baptizatus an naturalis dicatur.*

13 *Origo aui nihil quoad Regni naturalitatem acquirendam operatur.*

14 *Tempus de iure communi non interpollatum intelligitur, & ibi an materna origo consideretur.*

SVMMARIVM.

Quis dicatur Regni naturalis, vt in Regno possit obtinere beneficia Ecclesiastica. Et est singularis, & noua dispositio.

QVe fuere nacido. Sed an sufficiet, quod quis contraxerit domicilium in hoc Regno viuendo in eo per decennium, cum ex hoc naturalitas † acquiratur *secundū* 1
text. in l. 2. & ibi glos. C. de incol. lib. 10. tex. l. 2. tit. 24. part. 4. & tex. in l. 32. tit. 2. part. 3. Vbi dicit gl. quod etiam si per decennium in Regno quis non habiter, & viuat, tamen si ibidem se transtulit animo domicilium constituendi, putà vendendo bona, quæ extra Regnum habebat, & emendo alia in eo, adhuc dicitur naturalitatem acquiri, *prout et dicebat Abb. in c. si. num. 8: de parochijs, et Felin. in c. cum dilectus. 2. versic. ad domicilium de rescriptis.* Item & per alios modos naturalitas acquiritur per dictas leges partitarum, relatos *et per Soci. Iun. consi. 7. num. 6. lib. 2.* Et videbatur ex dictis dicendum quod sic. Nam quod naturalitas ex dicta habitatione decēnij acquiratut ex dictis legibus dicebat *Auen. cap. 3. num. 5. vers. naturalis autem libro 1.* Origo enim & domicilium æquiparantur, *tex. in l. si quis officium. ff. de ritu nup. quem ad hoc allegat Afflit. decis. 384. num. 13.* sed domicilium per habitationem decennij constituitur, *l. 2. C. de incolis lib. 10.* Ergo & origo ei assimilata. Nihilominus tamen quoad nostrum propositum contrarium est tenendum, ex tex. nostro, non habitationem, sed natiuitatem considerantem, & ita ante nostrum te. tenebat. *glo. maguer. in d. l. 2. titul. 24, par. 4. Neque obstabat dict. l. si quis officium.* vbi origo & domicilium æquiparātur, nam illud procedit *secundum Afflict. vbi supra*, quando in ciuitate originis haber quis domicilium. Et sic cessant quoad nostram materiam quæ de domicilio constituendo dictæ leges probabāt: sicut & cessant lege nostra attenta dicta *per Boer. decisio. 13. num. 45* dum dicebat Regnicolā dici, cuius pater aut auus in Regno natus est: cum secundum legem nostram talis natiuitas in prętēdente se naturalē Regni requiritur, non vero in alio. Cessant etiam quæ dicebat *Burgos de Paz, in 1. part. l. 3. Tauri, conclusio. 3. num. 373. cum seq. aliquibus.* Erantque inter Doctores diuersæ opiniones, quis diceretur regni naturalis, quæ per legem nostram iam determinantur: ita quod nullus dubitandi locus videtur relictus. Cessat etiam in nostro regno illud quod inquit *Rebuf. in secundo tomo const. Franc. tit. de literis naturalitatis, glos. 1. num. 3.* vbi asserebat in propositum naturalem regni illum dici, qui natus est in regno Franciæ ex matre illius regni naturali licet pater sit exterus. Nam ex lege nostra non cōsideratur sola materna origo in filijs, neque attenditur sola filij natiuitas in Regno, nisi insimul cum natiuitate filij concurrat ad minus natiuitas patris in regno, vel ad minus pater in regno domicilium contraxerit, & in eo etiam per decenniū vixerit. Et vt omnia hæc cessent, & dissensiones antiquæ inter Doctores, statutum est per inuictissi-

nissimum fidei zelatorem Philippum. II. Regem nostrum, naturalem Regni quoad beneficia obtinenda in eo illum dici, qui in Regno natus est, & cuius pater & mater, vel saltim pater si filius legitimus & naturalis, vel tantũ naturalis sit, in Regno etiam natus est, vel saltim in eo domicilium cõtraxit, & insuper per decennium in eo vixerit, & habitauerit. Quæ quidẽ conclusio clarè ex verbis nostri tex. deducitur, & colligitur. Et notandũ quod requiritur, quod filius talis, & sic qui se Regni huius naturalem prætẽdit, vt naturalis dicatur ad beneficia ecclesiastica obtinẽda, quod sit natus in Regno, quãuis in eis patre hoc nõ requiratur, sed sufficiat quod in Regno domicilium constituerit, & insuper in eo vixerit per decenniũ. Et tunc domicilium dicetur constitutũ, per matrimonij contractũ in Regno, vel quia emit bona in eo: & vendit ea, quæ in alio extraneo habebat *vt inquit gl. in d. l. 32.* Ex quo iam per legem nostram determinatur quęstio illa tacta *per gl. in d. l. 2. tit. 24. p. 4. in glo. magna quærentem.* Si naturalis huius Regni, causa mercantiarum transferat se in Regnum Franciæ non animo ibidem domicilium constituendi, ibique vixerit vltra decennium cum vxore sua, & ibidem procreet filium, an talis filius tanquã naturalis Regni nostri poterit in eo beneficium obtinere Ecclesiasticum? In qua quæstione pro & cõtra allegat, & asserit se in facti contingentia vidisse prout & vidisse etiam in facto asserit *Burgos de Paz vbi supra.* Et fortassis fuit eadem lis: eodem enim tempore ambo ij autores floruerunt, difficultasque huius quæstionis aderat, lege quadam Regis Henrici attenta in materia nostra, ex qua, vt naturalis quis diceretur, requirebatur quod esset in Regno natus, prout & nostra lex requirit. Quo attento dicebant plures *DD. relati per glo. in d. l. 2.* Quod etiam si casu, & in transitu nascereturquis in alio Regno adhuc non posset huius nostri Regni naturalis dici, in quo non fuit natus, quam opinionem plures Doctores grauissimæ authoritatis tenuerunt, sicut fuit Imol. Raphael. Alex. Paul. & alij plures. Contrariam tamen opinionem, imo quod talis naturalis diceretur quia propter redeundi animum præsumebatur natus in hoc regno, tenuerunt etiam plures Doctores maximè Fel. dicens in sua persona sic contigisse, & in fauorem suum fuisse pronuntiatum, quos refert etiam *Rip. in tract. de peste tit. de priuilegijs contract. nu. 182. & 183.* testans hanc esse communem opinionem. Et secundum eam *testatur gl. d. l. 2.* semel fuisse pronuntiatum in Regia cancellaria Pinciana se vidente. Et hæc opinio ex lege vt vides nostra approbatur, ibi, *O de passo, y sin contraer domicilio fuera destos Reynos, ouieren algun hijo fuera dellos.* Ecce ergo quomodo si in transitu extra Regnum naturalis Regni filiũ procreet in vxore sua, vel in concubina, cum qua matrimonium absque dispensatione contrahere poterat, filius eius naturalis regni reputatur, dummodo pater non constituerit domiciliũ extra Regnum. Quod in tantum verum crederem, quod & si hoc casu talis pater vltra decenniũ etiã extra Regnum extiterit, per quam decennij habitationẽ domicilium constituitur, vt diximus, si tamen stetit animo redeundi, putà quia causa negotiationis, vel mercantiarum vel litigij aberat, neq; in Regno extraneo bona emebat immobilia, sed potius in hoc nostro vbi naturalis erat, vel iuit ad certũ tempus etiam maius decennio, adhuc tunc si filium in alio illo regno procreet legitimum, & naturalem, vel naturalem tantum, filius naturalis huius Regni dicetur. Quia quando quis ad tempus determinatum † est de loco discessurus, vel discedit animo redeundi nõ dicitur incola loci illius vbi ire destinauit, & etiamsi vltra decennium abfuerit, *arg. tex. in l. ex facto la 2. vers. rerum autem cum seq. ff. de hær. instit.* Imo & si per mille annos ibidem stetisset, *secundum Bar. in l. 2. C. de incolis lib. 10.* & quia originarius non dicitur quis loci in quo natus est transeũdo *tex. in l. ciues, in fin. C. de incolis ibi*, vnde rursus non sit discessurus si nihil auocet, & *ibi glo. quem ad hoc allegat Boer. decis. 13. n. 51. vbi n. 52.* refert dictam opinionem communem supra relatam, quam & ipse *ibidem* communẽ affirmauit. Probatio tamen huius animi redeundi si vltra decennium fuit absentia à Regno cum vxore, & familia incumbit ei, qui se naturalem Regni prætendit. Et erit difficilis, quoniam cum præsumptio iuris sit, quod per decennium domicilium fuit contractum, ei incumbit probatio, qui dicit animo redeundi abfuisse *secundum gl. magnam in fi. in d. l. 2.* Et erit difficilis quia præsumptio est in contrarium. Et verba nostri tex. *ibi, sin contraer domicilio*, cum sit nostra lex fauorabilis toti Regno, & Regnicolis, in qualibet contractione domicilij extra Regnum facta intelligenda sunt. Poterit tamen animus hic redeũdi probari, si forte protestatus fuit in principio absentiæ se hoc animo abfuisse, aliæque adessent præsumptiones protestationem fortificantes, putà quia in Regno bona immobilia dimisit, in Regnoque extraneo vbi aderat nulla immobilia emit, vel ex similibus coniecturis. Ex quibus & determinatur quæstio alia, scilicet. Num si filius sit in Francia natus ex patre tamen Hispano, & qui in Hispania vixit, filius tamen viuit in Francia † an reputabitur naturalis huius Regni ad beneficium Ecclesiasticum in eo obtinendum? Quam quæstionẽ *tangit Boer. d. decis. 13. n. 3. & 5. cum seq. pluribus, & n. 17. & 18.* eam determinat, scilicet, quod non sit naturalis Regni ex quo extra illud fuit natus, & conceptus. In hac tamen quæstione lege nostra, & supra proximè dictis attentis, dicendum mihi videtur quod si filius iste sit natus in Francia dum pater eius ibidem aderat in transitu, vt supra dixi vel in seruitio Regis nostri absque domicilij contractione, insuperq; filius ipse reuersus fuit in Regnum nostrum, vbi bona paterna, vel materna, vel aliundè quæsita habebat, in Frãciaque animo stetit redeundi, dum pater ibidem adfuit, & ipse etiã cum eo vixit, itaque in Francia filius ipse domiciliũ non constituit expresè, neque tacitè, talis filius naturalis huius Regni dicetur: tum quia à patre Hispano genitus, & animo redeundi extra Regnũ absente: tum etiam, & quia ipse filius domicilium ibidem non contraxit, sed potius in nostrum Regnum, vbi bona possidebat reuersus fuit. Si verò filius talis, etiã si dũ natus esset in Francia pater eius esset ibidem in transitu, & animo redeundi ipse tamen filius nõ, sed domicilium potius ibidem constituerit expressè vel tacitè, non erit naturalis nostri Regni. Obstat enim natiuitas in Francia: obstat etiam declaratio voluntatis filij huius volentis Francigenam esse: maximè si nunquam fuit ingressus Hispaniã vel si ingressus est eã fuit animo redeũdi in Franciam, prout reuersus fuit. Tunc enim

Francige-

Francigena non vero Hiſpanus eſt iudicandus, prout & ex lege noſtra probatur. Nam ſi in patre per legem noſtram diſpoſitũ eſt, quod vt filius eius natus in Francia Regni huius naturalis dicatur requiritur, quod pater in Francia domicilium non conſtituerit, quanto magis in filio, dicendũ eſt, domicilium extra Regnum noſtrum conſtituẽte vbi natus fuit: & conſequenter volente ſe ab hoc alienare Regno. Sicut, & ſi naturalis Regni huius deſerat Regnum, & transferat ſe in Regnum Franciẹ ibidem domicilium conſtituendo, non dicitur naturalis huius Regni *ſecundum gl. magnam in l. 5. tit. 24. p. 4.* Quanto magis in illo, qui natus in Francia ibi ſemper vixit, & remanſit, & prout in noſtrẹ quæſtionis themate aſſerimus. Ex quibus, & alia ſuboritur quæſtio. Quid ſi pater alienigena putà
4 Francigena* contrahat domicilium in hoc regno transferens ſe in illud cum domo & familia ſua, in quo per decennium habitauit, & vixit, quo tempore mediante procreatus, & natus filius ſibi fuit legitimus & naturalis, vel naturalis tantũ: lapſo vero huiuſmodi decennio, & contracto dicto huius Regni domicilio (propter quod ille ſuus filius in hoc Regno natus naturalis eius dicitur ſecundum legem noſtram) pater ipſe cum familia reuerſus eſt in Regnum Franciæ, vbi vixit per decem, & plures annos & tandem ibidem mortuus eſt? Dubitatur: Nunquid filius ille ſibi natus in hoc Regno, erit eius naturalis quo ad Eccleſiaſticum in eo obtinẽdum beneficium? Et in hac quæſtione videtur dicendum, quod ſi filius iſte ſemper vſque ad patris mortem ſub eius poteſtate remanſit, mortuoque patre in noſtrum Regnum reuerſus eſt, vbi natus fuit, naturalis eius dicetur? Si vero patre mortuo remanſit extra Regnũ noſtrũ in Regno illo extraneo, vbi originarius erat ibidem domicilium conſtituendo tacite vel expreſſe, tunc naturalis huius Regni quoad noſtrã materiã non dicetur ex dictis in quæſtione ſupra proxima, & quia naturalitate primæ videtur renuntiaſſe, *arg. l. priuilegio C. de decur. lib. 10. vbi Bar. & Plat. notant quod iuri* immunitati*, quam quis ex origine conſequitur in ſui
5 præiudicium renuntiare poteſt deſerendo eam: *prout & inquit Boe. d. deciſ. 13. nu. 44. & Afflict. deciſio. Neapo. 384. nu. 10.* Item & quia duo vincula, ſcilicet, origo paterna, & domicilium paternum poſt reuerſionem ad Franciam, & inſuper domicilium ipſius filij in Frãcia fortiora ſunt vno, ſcilicet, natiuitate ipſius filij in noſtro Regno, *argum. §. ſi pater inſtituta de adoptio.* neque obſtat quod origini propriæ vel paternæ, non poteſt quis renuntia-
6 re: quia illud verum cum ſunt ſub eodem Regno † *ſecundum gloſ. magnam in d. l. 5. tit. 24. par. 4.* Vel nõ poteſt quis renuntiare niſi in ſui præiudicium vt dictum eſt. Et pro clariori declaratione huius quæſtionis, incidit nunc & alia examinanda quæſtio. Num ſcilicet, requiratur in *ſecundo noſtri tex. caſu, ibi, O aya contraydo domicilio en ellos.* Quod filius natus in hoc Regno ex patre alienigena domicilium in eo conſtituente, & per decennium viuente, vt filius talis naturalis Regni dicatur, ſit natus
7 in eo poſtquam pater domicilium* contraxit, & per decennium vixit in eo: an verò ſufficiat quod durante hoc medio tempore filius naſcatur, & poſt impleatur illud. Et videtur requiri, quod tempore natiuitatis filij pater eius domicilium habuerit conſtitutum, & impletum tempus decẽnij, eo quod tex. hic per gerũdium videtur in ablatiuo poſitum loqui, *Y aya contraydo, & ibi, Aya biuido.* Et ſi per gerundium loquitur, verbum hoc importat conditionem, *ſecundum Bar. in l. ſi tu ex parte. ff. de acqui. hær. & ibi additio.* Gerundiumq; in ablatiuo poſitum † qualificat verba, quibus adijcitur, 8
vt per Bertac. in repertorio, verbo, gerundium. verſ. ſi. Quod ſi per gerundiũ dixeris tex. noſtrũ nõ loqui, loquitur tamen per verbum præteriti perfecti, & ſic perfectionem actus denotat, qui quidem actus debet eſſe impletus, & conditio, & qualitas impleri. Item, quia quando lex vnum diſponit* & alte- 9
rum præſupponit vt habeat locum diſpoſitum, debet verificari præſuppoſitum, ſecundũ glo. ab omnibus laudatam & ſecutam *in l. mancipia C. de ſeruis fugitiuis. Et plures ad hoc allegat Mexia, in l. de Toledo in 4. fundamento, ſecundæ partis, num. 4. cum ſequentibus aliquibus & communem dicit Deci. conſil. 101. nu. 1. relatus, & ſecutus per Menochium, de recuperanda poſſeſſione 9. remedio numer. 161.* Lex tamen noſtra filium diſponit naturalem Regni, cuius pater exterius conſtituit domicilium, & in eo per decennium habitauerit, & filius in Regno natus eſt. Ergo vt diſpoſitio locum habeat debet præſuppoſitum verificari prius & domicilij conſtitutio, & habitatio decennij. Nihilominus tamen in hac quæſtione contrarium, & dicẽdum, & tenendum eſt: imò quod ſi filius hic naſcatur ante conſtitutum domicilium, vel impletum decenniũ. dummodo poſt impleatur, & cõſtituatur ſufficiat, vt naturalis dicatur Regni, ſicut ſi iam conſtituto domicilio, & impleto decennio naſceretur: dũ tamen tempore collationis beneficij omnia hęc perfecte impleta ſint. Et ad hoc tenendum moueor ponderando noſtri tex. literam, & ordinem eius, dum prius natiuitatẽ filij requirit, poſt verò ponit implementum ſupradictorum. Quod argumentũ ab ordine literę validum eſt in iure, vt per Euerardum, in centuria locorum, loco ab ordine literæ. Item ponderando verba illa, *O aya contradyo & ibi biuido.* Quæ ſi ſecundum tempus collationis conſideras, prout conſideranda ſunt, & iam tunc ſunt perfecta tempus eſſe, præteritum verificatur, & ſic conditionem, & qualitatem noſtri tex. ſi quæ ſunt, adimpletas eſſe, & per conſequens filium naturalem Regni dici, ſiue naſcatur ante cõtractum domicilium, & lapſum decennium, ſiue ijs impletis: dum tamen tempore collationis omnia hæc ſint perfectè adimpleta. Verba enin cuiuſcunque diſpoſitionis ſunt amplianda, & reſtringenda, ſecundum mentem diſponentis, *ex reg. ſi. de reg. iur. in 6.* Et in vtroque caſu eſt eadem ratio, & diſpoſitio legis extenditur ad terminos rationis, legis, *ſecundum glo. fin. & Cardi. ibi, in Clem. 1. verbo, eligatur de elect.* l. regula, verbo, initium conſtitutionis demonſtrat. *ff. de reg. iur. & ibi Bar. & Bal. in l. cum pater §. dulciſſimis de leg. 2. l. pater filium §. fundum. de leg. 3. Abb. c. ſicut, de teſtibus, & c. fi. de reſcr. Euerardus, latè à ratione legis larga & ampla.* Neque obſtat quod pro contrario adduximus: tum quia nullum verbum gerundij in dictis verbis, *Aya contraydo, y, Aya biuido*, reperitur: ſed potius ſunt pręteriti ſubiunctiui modi. Tum etiam quia quantumuis reperiretur verbum aliquod conditionem importans, vel qualitatem, ſatis eſſet ſi per æquipollens cum cõditione, & qualitate adimpleretur, vbi eſt eadem ratio. Et quia cõditio &

qualitas

qualitas implenda ante tempus tacitum post il-
10 lud † potest impleri, & si tempus non est tacitum, neque expressum quandocunq; impleri potest *secundum Bal. in l. si plures col. pen. versi. quæritur vlterius C. de condi. inser. Bart. in l. hæc conditio la. 2. ff. de condi. & dem. & in l. si quis instituatur §. 1. in fine ff. de hær. inst.* præsertim in contractibus. Hic tamen non est expressum, debeat nec ne natiuitas esse ante vel post tempus habitationis & decennij lapsum, ergo habemus intentum. Item & quia quandocunque idem effectus resultat, quod conditio specifice impleatur, vel per æquipollens, non est necesse impleri in specifica forma, *secundum Euerardum, in loco ab æquipollentibus pag. 6. in princip. versic. vna est quod.* Et satis dicitur verificari præsuppositum, siue dispositum in præsenti, & sic natiuitas, quod impleatur ante vel post contractum domicilium, & habitationem decennij, dum tamen tempore prætensionis beneficij om-
11 nia hæc sint impleta: & ita teneo. Sed an Iudæus † vel infidelis baptizati in hoc Regno dicãtur illius naturales quoad nostri tex. materiam. *Et Rebuff. de Pacifi. pos. n. 267. in nouis,* inquit quod sic: cum per baptismum renatus videatur, quod tamen ad legem nostram non quadrat, natiuitatem secundũ naturam considerantem, & insuper quod pater eius ad minus in Regno natus fuerit, vel domicilium in eo contraxerit, & insuper vixerit in eo per decennium. Item & quia cũ per leges nostras Regias Iudæi non possint esse in Regno minus dubitationis habet quæstio hæc. Ex quo infertur, quod quoad nostram l. patris natiuitatem considerantem vel eius domicilium, & decennij habitationem non sufficiet, ergo & naturalis aui, si pater est extraneus à Regno. Nam licet nepos dicatur ori-
12 ginis † aui, *secundum tex. in l. assumptio §. 1. ff. ad municip. & ibi Bar. & communiter Doct.* quam & magis communem opinionem testatur *gl. l. 32. tit. 2. p. 3.* tamen quoad nostram legem nihil operabitur aui origo, si pater fuit alienigena. Item & quia per leges nostras Regias filius per contractum matrimonij, & velationem exijt à patris potestate, *secũdum l. 7. Tauri. sub l. 8. tit. 1. li. 5. infra positã.* Et cũ exeat, nepos non retinet originem aui, *secundum Bar. in d. l. assumptio, secutum per Villalobos, in Antinomia iuris Ciuilis, & Regij litera F. nu. 33.* Cumque patrem præsupponamus vxoratum, filius etiam in Regno natus non retinet originem aui. Et quantumcunq; retineret, nihil prodesset, cum dixerimus originem aui in hac materia nihil prodesse. Sed an sufficiet esse naturalem priuilegio, dic quod non, *secundum Pelaez, nouissimè, de maioratibus 1. par. quæst. 51. n. 28. & 29.* Et pro huius legis complemẽto notandum finaliter est, quod decennium habitationis in Regno debet esse conti-
13 nuum, de iure enim † tempus debet esse continuum, non verò interpollatum, *secundum Bertach. in repertorio in verbo tempus, & voluit in proposito Feli. in c. dilectus 2. nu. 12. versi. limit. dupliciter fol. 150. de rescript.* Neque sufficiet materna origo circa filios naturales, & legitimos: quicquid circa hoc insudauerit *Burgos de Paz in l. 3. Tauri numer. 375. cum pluribus sequentibus* Quia regulariter in Hispania materna origo non consideratur, *& probat tex. in l. filios C. de numer. & ori. lib. 10. & Boer. decis. 13. num. 9. cum seq.* Quoad filios tamen spurios in hoc casu consideratur, eò quod in eis, mater est certa. *l. quia semper ff. de iniuf. voc. l. 1. tit. 13. par. 6. & notat Boer. decis. 13. nu. 10.* Et ideò in filijs spurijs lex nostra considerandã matris originem iubet. Et sic erit maximi effectus origo materna in hoc casu, sicut & aliàs quandoque consideratur, vt patet ex dictis per *Burg. de Paz vbi supra numer. 379. cum seq.* In beneficialibusque nobilitas materna bene consideratur, prout in Rota asserit determinatum *glos. antiqua Regularum cancellariæ, in regulis Iulij. II. regul. 1. in parte 2. fol. 81. in paruis & hæc pro lege hac sufficiant.* Cætera vide per dictos Doctores; & legimus legem *hanc. 19. ante sequentes quoniam ad l. 14. proficua erat eius materia.*

IN LEGEM DECIMAAM. QVINTAM.

SVMMARIVM.

Literæ naturalitatis deinceps dandæ non sunt exteris à Regno ad beneficia, & datæ derogatur, & confirmatur lex Henrici.

IN cuius legis declarationem vltra dicta in legibus supra proxim. duabus, si libet videre de ijs literis naturalitatis ad beneficia, videbis *per Rebuff. in 2. tom. const. Franc. titu. de literis naturalitatis, per totum ti.* Habesque notare legem nostram per legem sequentem limitari. In casuque in quo exteri à Regno per literarum harum concessionem in Regno beneficia obtinere possent, tenentur in Regno residere, *secundum tex. l. 20. infra isto eo. tit. in l. 16.* an habeat locum in naturali ex priuilegio, *vide Pelaez in tract. de maioratibus. 1. par. quæst. 51. nu. 31.*

IN LEGEM DECIMAM. OCTAVAM.

Tener pension. Imo & neque naturales Regni huius possunt habere pensiones, & beneficia Ecclesiastica in Regno per ius exterorum ab eo, & eorum iure mediante, *secundum l. 25. infra isto tit. & lib.* quæ huius nostræ ampliatiua est.

IN LEGEM VIGESIMAM. PRIMAM.

IN huius legis declarationem vltra dicta, *in l. 14. supra eod.* videndus est de ijs beneficijs patrimonialibus *Coua. in practicis quæs. c. 36. n. 3. vers. olim in medio, & n. 4. vers. similiter, & n. 9. vers. eadẽ ratione, & Nauar. in Manua. c. 28. in addi. ad cap. 25. numer. 118. fol. 67. & ex Decreto sacri. Concilij Tridentini, Sessio. 25. de reformatione cap. 5. pag. 280. in paruis,* omnes qualitates seu onera beneficijs iniuncta ex quacunque erectione, seu fundatione, seu alijs constitutionibus iubentur seruari in collatione, & prouisione tahum beneficiorum, & capellaniarum: aliàs aliter collatio facta annullatur, & subrepticia per decretum illud declaratur. Ideò nimirum si supplicari

plicari possit Papæ de concessione talis beneficij contra eius institutum, & consuetudinem conferendi obtenta, *ex dictis in l. 14. sup. eod.* Et tradit in propositum *Couar. in pract. cap. 36. versi. similiter. si beneficia, & Auenda. cap. 1. prætor. numer. 32. versi. item, ex eadem lib. 1. & sicut in d. l. 14. diximus*, fuit omnium communi consensu propositum in Concilio Tridentino, vt omnia beneficia patrimonialia efficerentur. Et de ijs beneficijs patrimonialibus meminit Cassiadorus, *decisione 18. de præbendis.*

IN LEGEM VIGESIMAM SECVNDAM.

N*Ingunas permutaciones.* Eam in hoc allegat *Couar. in pract. dict. c. 36. n. 9. versi. eadem ratione.* cò quod sicut absq; patronorum laicorũ consensu factæ permutationes de beneficio sui patronatus non admittũtur, *vt ibi per eum, versi. his denq; præmissis.* Sic neque horum beneficiorum patrimonialium, neque præbendarum magistris & doctoribus deputatarũ in qualibet Ecclesia cathedrali, & à Bullis in contrariũ obtentis iustè supplicari potest per Capitula ipsarum Ecclesiarum & supersedetur in earum executione *secundum tex. in l. 24. infra eod.* quã ad hoc allegauit *Couar. vbi sup.* Itidemq; notandum est, quod ius alterius, quod etiam in spe tantũ est, debet exprimi in impetratione beneficij, *secundum Domini. consi. 107. super primo dubio.* Nam neque iure, quod in spe quis tantum habet, debet priuari, *secundum tex. in l. in diem §. non autem ff. de aqua plu. arcen. notabilem ad hoc secundum Bald. consi. 431. col. 2. li. 2.* Quẽ & alios sic applicando ad legem nostram, & similes allegat nouissimè *Pelaez. in tracta. maioratũ, in initio secundæ partis. n. 48. cum pluribus seq.* vbi satisfacit cõtrarijs obiectionibus, & vide Probum, in additionibus ad Ioannem *Mona. cap. si tibi concesso, de præbend. in 6. nu. 13. cum sequent.*

IN LEGEM VIGESIMAM SEXTAM.

DE coadiutorijs quotuplex sit coadiutoria, & an de iure permissa, & plura alia de ea, vide per Quintilianum Mãdosium, in regulis cancellariæ. *In reg. 11. q. 5. per totum, & vide c. 7. Sessio 25. de reformatione in Concilio Tridentino*, vbi tolluntur coadiutoriæ cum futura successione: & quomodo permittuntur, & quando in Ecclesijs parochialibus sunt dandi coadiutores, *vide c. 6. Sessio. 21. eiusdem Concilij.*

IN LEGEM VIGESIMAM SEPTIMAM.

1. *Clerici curam habentes animarum tenentur personaliter residere in parochijs.*
2. *Clericus absens à beneficio fructus percipere non potest.*
3. *Clerici absentes possunt, & beneficio priuari.*
4. *Casus vbi permissa est parochis absentia & alijs clericis à beneficio.*
5. *Distributiones quotidianas in nullo licet casu percipere.*
6. *Priuilegiatus de percipiendo fructus in absentia an distributiones percipiet quotidianas.*
7. *Clericus non residens in beneficio absque causa mortaliter peccat.*
8. *Consuetudine etiam inueterata non potest induci vt curatus seruiat per substitutum.*

SVMMARIVM.

Naturales Regni beneficia possidentes curata, tenentur in eis sub pœna residere.

B*Eneficios curados.* De quibus in *text. ca. de multa, de præbend. & c. cum in illis, in princ. eod. tit. in 6. & c. licet canon. de electi. in 6.* & quid sit beneficium declarat *tex. in l. 1. titu. 26. part. 1. & Selua, de beneficio 1. p. q. 1. & quæstione 2.* ponit quot sunt beneficiorum genera.

Que residan en ellos. Tenentur enim clerici curam animarum habentes, per se ipsos † in ipsis beneficijs residere, vt per totum *tit. de cleri. non resid. & c. graue. § volentes, & c. extirpanda §. 1. & c. super inordinata de præben. l. 2. tit. 16. part. 1. late Selua, de beneficio 4. part. q. 1. & Nauarro in Manuali c. 25. num. 120.* vbi ponit causas à residentia excusantes, *& Duarenus, in de sacris eccles. minist. ac benef. lib. 8. cap. 5. Imo & inquit Oldr. relatus & secutus, per Abb. in c. nouit n. 7. extra de ijs, quæ fiunt à præ.* quod potest Prælatus solus requirere beneficiatum absentem ad faciendam residentiam, & spoliare eum si monitus non venit: quia hoc casu non requiritur iudicium, vnde non sit citatio sed requisitio: neque fertur sententia priuatiua, sed spoliatio, quæ dicitur quædã iuris executio, cum non residere sit notorium. Et sic per edictum possunt ad hoc citari, *secundum c. 1. in fine Sessio. 23. de reform. in Concilio Tridentino.* Et de ijs residentijs habemus plura decreta Concilij Trid. *videlicet c. 1. & 2. de reformatione, Sessio. 6. & in sessione 7. c. 3. & ses. 23. c. 1. & sess. 24. c. 12.* Et habemus etiam duos motus proprios Pij V. inter alios suos insertos, qui cum præ manibus habeantur, *ibidem* videbuntur. *Et est etiam tex. in c. licet canon de elect. in 6.* Et quando dicetur clericum residere in suo beneficio *vide Felinum in ca. quoniam frequenter. num. 21.* vt lite non contestata.

Que no ganen los fructos. Prout in dictis iuribus glossa supra proxima allegatis disponitur. Et mirum hoc est. Nam sicut mercenarius dignus est mercede sua, ita & indignus, qui abutitur officio ei iniũcto, & propter cuius seruitium merces constituta est, *ex c. si. de rescriptis in 6.* & cessante clerico ab Ecclesia cessat præbenda, *gloss. in §. illis, verbo, adiuuantur, insti. de mili. test.* Sic suspensus ab officio non consequitur beneficium, quod datur propter officium *c. si quis sacerdotum, & ibi glos. 1 & ca. eos 81. dist. glos. in c. latores, verbo, ab officio, et ibi Hosti. Ioan. And. Card. Anchar. Anto. et Abb. de cleric. exco. gloss. cap. 1. verbo, officij, et ibi Ioan. Mona. et Arch. de re iudi. in 6. prout hæc et alia similia nouissimè congerit Baeza, de decima iuto*

ma tutorum c. 11. numero 5. cum sequen. aliquibus.
2 Absens enim † fructus beneficij percipere non
potest, vt habetur *in c. cum dilectus, de cleri. non*
resid. tradit Rebuf. in praxi benefi. tit. quare in-
stituta sunt beneficia numero 1. & Angel. in sum-
ma, verbo, clericus 7. numero 4. & probatur in di-
ctis iuribus & Decretis Concilij Tridentini, in glo.
supra proxima allegatis. Imo in conscientia tene-
tur eos restituere fabricæ Ecclesiæ, vel pauperi-
bus, *secundum Simanc. de inst. Catho. ti 9. numero*
208. & probat tex. in c. 3. de reformatione. sessio.
22. Conc Trident, vel si aliud de consuetudine ha-
betur, acquiratur interessentibus vt eis acquiri
probatur *ex. c. 3. sessi. 21. de reform. & in c. 12.*
ses. 24. de reforma. in eodem Concil. Trident Quæ
duo capitula *cum dict. c. 3. sessio. 22.* contraria vi-
debantur quoad applicationem, nisi dicto mo-
do ea intelligas, velut intelligit ea *Nau. in c. 28.*
Manualis, in additione ad. c. 25. numero. 133. folio
3 *mihi 69.* Imò si à beneficijs † se absentant sine su-
periorum licentia possunt beneficijs priuari pro-
cedendo contra eos, secundum ordinem iuris
transumptum *in l. 16. cum seq. tit. 16. p. 1. Vbi in*
4 *l. fi.* illiusmet tituli ponuntur casus † vbi licet ab-
esse ab Ecclesia: quos latè prosequitur Selua, *de*
beneficio. 4. p. 6. Nauar. in Manuali. c. 25. n. 120 Quē
Seluam, & alios de residentia clericorū tractan-
tes refert *Did. Perez in l. 19. ti. 3. gl. estando. col. 153.*
li. 1. In illis tamen casibus, vbi licet absentes esse,
quamuis tunc fructus percipiant, non tamē per-
5 cipere poterūt distributiones quotidianas, † quæ
solum interessentibus dantur, *secundum tex in*
c. licet, de præben. & tex in l. fi. tit. 18. p. 1. vbi glo.
fi. alia iura allegat. Et an priuilegiatus de perci-
6 piendo fructus † in absentia possit distributiones
has quotidianas petere, tradit *Hostien. in c. olim,*
de verb. signi & in c. cum omnes dist. fi. de constit.
Et an consuetudine effici possit, vt distributio-
nes, & fructus beneficiorum in absentia perci-
piantur, vide *per Couar. lib. 3. var. c per totum.*
Insuperque (ad institutum redeamus) vltra fru-
7 ctuum restitutionem peccat mortaliter † cura-
tus non residens absque causa, *secundum Ang.*
vbi supra. §. 2. & probatur ex c. 1. sess. 25. Conc.
Trid. de reformatione, vers. siquis autem Adeòque
8 hæc vera sunt, quod nulla † consuetudo quan-
tumcunque inueterata potest efficere neque suf-
ficiens est, vt curatus clericus per substitutum de-
seruiat, *secundum Abb. per text. ibi in c. extirpan-*
da. §. quia vero in lectura. num. 8 de præb. & glo.
in prag. sanct. in proœmio §. nam Ecclesiarum, verbo,
resident, & Ioan. Bote. in tract de synodo Episcop. 3.
p. art. 1. num. 146. vsque ad 153. & Ripam, lib. 1.
resp. c. 14. num. 33. Fel. in c. cum omnes 18. & 19.
columnis de constit. Selua, de beneficio. 4. par. q. 2.
Lapus, alleg. 36. & probatur ex decreto. 1. in fi. de
reform. sess. 23. Concil. Tridentin. Nam sicut Epi-
scopi in suis Episcopatibus residere tenentur, &
eorum residentia iure diuino est inducta, *secun-*
dum Soto lib. 10. de iust. & iur. q. 3. art. 1. per to-
tum, vbi in col. pen. vers. quod autem de Episcopo,
pag. 828 inquit idem quod dixit in Episcopo esse
dicendum de cunctis etiam parœcialibus pasto-
ribus. Potest tamen Papa super hoc dispensare ex
causa: nam limitare ius diuinum ex causa potest,
secundum gl. 2. in c. à nobis de decimis. Feli. alios al-
legantem in c. quæ in Ecclesiarum nu. 19. de consti-
tutio. Et glo. illam commendant plures relati per Did.
Perez in l. 1. tit. 5. li. 1. Ordi. col. 196. & 206. &
idem si clericus impeditus esset † iusto impedi- 9
mento, tunc enim non perderet fructus, sicut &
neque tunc perdet beneficium, *secundum Rip. in*
c. 1. nu. 28. de iudicijs extra. Et an si quis non re-
citet horas Canonicas perdet fructus, vltra dicta,
vide Minch. de suc. cre. §. 22. n. 56. & glo. teneantur in prag. sancti. tom. 2. ti. qualiter horæ Cano-
nicæ sint dicendæ in prin. de quo habemus pro-
prium motum sanctissimi nostri quondam Papæ
Pij V cuius tenor cum in volumine aliorum non
passim reperiatur talis est.

Ex Proximo Laterane. Concilio pia, &
salubris sanctio emanauit, vt quicunque habens
beneficium Ecclesiasticum cum cura, & sine cu-
ra, si post sex menses quam illud obtinuerit, di-
uinum officium legitimo cessante impedimento
non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro ra-
ta omissionis officij & temporis, suos non faciat:
sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas ip-
sorum beneficiorum vel pauperum eleemosynas
erogare teneatur. Veruntamen multorum animi
suspensione tenentur, cuiusmodi ratæ prædictæ
ratio habenda sit, nos huic rei euidentius atque
expressius prouidere volentes, statuimus, vt qui
horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus
intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorum
suorum fructus, qui illi vel illis diebus respon-
derent, si quotidiè diuiderentur, qui vero matuti-
num tantum, dimidiam, qui cæteras omnes ho-
ras aliam dimidiam, qui harum singulas sextam
partem fructuum eiusdem diei amittat Tametsi
aliquis choro addictus non recitans, omnibus
horis Canonicis cum alijs, præsens, adsit, fructus-
que & distributiones forte aliter assignatas sola
præsentia iuxta statuta, consuetudinem, funda-
tionem, vel aliàs sibi lucri fecisse prætendat, is
etiam præter fructuum, & distributionum amis-
sionem, item ille, qui primis sex mensibus offi-
cium nō dixerit, nisi legitimum impedimentum
ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat ad-
misisse, declarantes præstimonia, præstimonia-
les portiones, & qualiacunque alia beneficia etiā
nullum omninò seruitium habentia obtinentes,
cum prædictis pariter contineri. At quicunque
pensionem fructus aut alias res Ecclesiasticas, vt
clericus percipit cum modo prædicto ad dicen-
dum officium paruum B Mariæ virginis decer-
nimus obligatum, & pēsionum, fructuum, rerum-
que ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo
hominum liceat hanc paginam nostrorum statu-
ti, declarationis, & Decreti infringere seu ei au-
su temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
tare præsumpserit, indignationem omnipotentis
Dei ac Beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius
se nouerit incursurum. Dat Romę apud sanctum
Petrum anno Incarnationis Dominicæ 157. 12.
Kal. octo. Pontificatus nostri, anno sexto. Cæ.
Glorierius. H. Cumin.

Et sic fuit publicatum Romæ in locis consue-
tis: ex quo vides determinatas opiniones an ad
restitutionem fructuum, & distributionū tenea-
tur non recitans horas Canonicas, & ad quid
pensionarius teneatur. Vnum etiam notandum
pro huius legis conclusione scilicet quod con-
suetudine, aut statuto effici non potest, quod qui

est in vna hora habeat distributiones pro omnibus horis, *secundum Oncalam, optime in opusculis suis. ti. de quotidianis distributio. ad finem.*

In legem trigesimam.

DE lege trigesima, an fiscalis episcopi debeat esse clericus, vel fiscalis Inquisitionis hæreticæ prauitatis, vide per repertorium Inquisitorum, verbo, fiscalis.

In legem trigesimamprimam.

SVMMARIVM.

Prælati personis literatis, bonæ & honestæ vitæ prouideant, & conferant beneficia præsertim curata.

1 PORQVE DE SER SVFICIENTES EN LETRAS, Y EN VIDA. Graue † enim reputat *tex. in c graue nimis extra de præb.* & absurdum, quod quidam Ecclesiarum Prælati cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, neque literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum non iudicium rationis, scire debentes illiteratos non posse esse clericos, neque promouere ad ordines, *secundum Aug. in auth. quo opor. epis. §. hoc de eo, minusque retinere beneficia, vt per Inn. in c.* cum nostris, *de conce. præb. Bal. in margarita, verbo homicida, vers. 1. & eis relatis Rolan. Valle, consi. 47. num. 76. & 77. num. 1.* Et ideò secundum eum *ibi* literati, qui in Ecclesia dicuntur stellæ Ecclesiæ. *c. super specula. de magi. verbo,* & facto ab Ecclesia honorandi sunt, ipsi sicut nobiles extollendi sunt ad pluralitatem beneficiorum, *vt per Innoc. in c. iam dudum de præb. & Abb. & Hippol. per Rolandum vbi supra allegatum:* & collator aliud faciens pœnis *dicti. c. graue nimis,* punitur, quas pœnas seruandas esse iubetur in Cõci. Trid. *sess. 7. de refo. c. 3. & iure Regio trassumpsit pœnas illas tex. in l. 14. tit. 16. p. 1. vbi l. 2. ibi concordat cum nostro tex. & l. 37. tit. 5. p. 1.* Et ideo promouendi ad beneficia curata prius examinandi sunt, vt prouidetur *per tex. c. 13 sessio. 7. & c. 18. sessio. 24.* Concilij Tridentini de reformatione. Ecclesiaque præmaxime indiget viris literatis non verò asinis ferratis, *secundum Mona. relatum per Fel. in c. si quando num. 6. de rescriptis.* nam ignorantia mater est omnium errorum, maxime in sacerdotibus. *c. ignorantia. 38. dist.* Et quis sufficiens dicatur, *vide tex. in c. pen. & ibi glos. extra de præb.* & de ijs vide etiam Albertum Trotium, de vero, & perfecto clerico. *lib. 2. c. 32. per totum, & optime per Duarenum, de sacr. Ecclesiæ. mini. ac benef. li. 4. c. 1. & 2.*

Mayormente los curados, In eis enim maior quam in alijs requiritur idoneitas, *secundum tex. in c. pen. de ætate & quali. tex. l. 2. tit. 16. par. 1. & l. 37. tit. 5. ea. par. 1.* Nam cum parochianos confiteri teneantur, & scire distinguere inter lepram, & lepram, id est, peccatum, & peccatum, & euangelia Domini enunciare, & declarare maior in eis, quã in alijs scientia requiritur, vt patet etiam *ex Nauarro, in Manuali. c. 2. n. 2. ver. el saber, & iterum in c. 1. §. caueat. num 18. cum seqq. de pœnit. dist. 6. & tradit Staphilæus, de literis gratiæ & iuf. 1. par. 6. forma num. 2. pag. 16. in paruis.* Et ideo ad hoc prælati maximè aduertere debẽt, ne idiotas, & inscios clericos in parochos constituant. Dolendum est enim populi, & miserendum, vbi idiota parochi munus exercet. Et an possit salua conscientia beneficium conferri digno omisso digniori, *vide per Nauarrum in Manuali in c. 28. nouo, in additione ad. c. 25 num 140. & vide latissime per Molinam, de primogenijs Hispaniæ, lib. 2. c. 5. num. 50. cum pluribus seq. & ex 18. sessio 24. versi Peracto, Conci. Triden.* idonior est eligendus, *& curiose vide Rebuf. tractantem in cõcor. Fran. tit. de electi. dero. glo. idoniorem, pag. 61. & Didacum Perez. lib. 1. Ordinam. col. 253. in fi. cum duobus seq.* & vide etiam motum proprium sanctis. Pij quinti, super collatione parochialium Ecclesiarum, sic declarantem, *& Minchac. controuersi. illius. c. 43. num. 12. cum tribus sequent. vbi ad officia secularia ampliat. & Couarru. in cap. peccatum 2. par. §. 7. per totum.*

In legem trigesimamterriam.

SVMMARIVM.

Prælati prouideant ne laicis molestia fiat in recuperatione reddituum & fructuum Ecclesiasticorum beneficiorũ, quorum laici ipsi conductores sunt.

COSA AGENA A SVS OFICIOS Et ideò extrauaganti, ambitiose, de rebus Eccles. non alien. in communibus, cautum videmus ne 1
vltra triennium alienari † possint quoquo modo fructus beneficiorum Ecclesiasticorum, neque res Ecclesiarum, de quo & vide Decretum. 11. *sessione. 25. Concilij Tridenti. de reformatione, & vide late Coua. lib. 2. varia. c. 16. numero 3. cum sequen. & Auend. c. 4. prætorum num. 34. lib. 1. maxime à num. 37 vsque ad 47. & Rebuf. in cõpendio aliena. rerum Eccles. num. 26. cum sequen. tribus, & numero 102. cum sequen. Et vide motum proprium Pij V. folio mihi 172. inter motus suos proprios.* Et nota, quod tam locatori, quam conductori licet resilire à locatione vltra triennium facta vt paucis absoluam, referens alios inquit *Molina, de primogenijs Hispan. lib. 1. c. 21. vbi num. 7. ampliat.* quod etiam si lapso triennio remaneat conductor in conductione tamdiu valebit quamdiu nõ resilierit, & consenserit, & pro hoc titulo hæc sufficiant vt alios titulos aggrediamur.

In legem trigesimamquartam.

1 *Leges prohibentes exteros beneficia ecclesiastica*

ſtica & penſiones ſuper eis habere iuſtificantur, remiſsiuè. n. 1.

SVMMARIVM.

Pœnæ ſtatutæ aduerſus conſentientes penſiones in fauorem extraneorum à Regno noſtro, eædem ſeruandæ ſunt, circa naturales Regni recipientes penſiones, & eas extraneis dantes, & ad eos deferentes.

IBi. Y POR LEYES DESTOS REYNOS, ſcilicet. *l.* 16. *&* 18. *tit.* 3. *infra iſto libro* vbi diximus, & in l. 14. ibidem plura retulimus pro iuſtificatione † legum prohibentium exteros 1
beneficia eccleſiaſtica, & penſiones ſuper eis habere in hoc Regno.

ET quia hoc titulo ſuperiori dictum eſt de clericis maiorum ordinum & eorum bonis, & prærogatiuis, nunc, & conſequenter remanet tractare de clericis minorum ordinum & eorum priuilegijs, & prærogatiuis, quibus caſibus, & quomodo eis concedantur.

TITVLVS QVARTVS,

De los Clerigos de Corona ſolteros, ò caſados.

IN LEGEM primam.

1 *Clerici ante omnem humanam legem iure diuino exempti ſunt à iuriſdictione ſeculari.*
2 *Papa poteſt exemptionem reſtringere clericorum.*
3 *Clericus factus poſt delictum commiſſum an gaudeat fori priuilegio.*
4 *Clericus, & laicus ſimul delinquentes, an priuilegio clerici laicus gaudeat.*
5 *Beneficium Eccleſiaſticum quod dicatur & ibi, quid in penſione, & nu.7. quid in capellania.*
6 *Beneficia ad præſentationẽ fraternitatis alicuius pertinentia an ſint Eccleſiaſtica.*
8 *Quomodo cognoſcatur beneficium Eccleſiaſticum.*
9 *Poſsidens patrimonium ad cuius titulum fuit ordinatus an dicetur beneficium Eccleſiaſticum habere.*

SVMMARIVM.

Quas qualitates debent habere clerici primæ tonſuræ, vt fori priuilegio gaudeãt, declarat lex noſtra.

SI NO TVVIEREN BENEFICIO ECCLESIASTICO. In horum verborum declaratione, & totius legis, & tituli notandum
1 eſt, quod quamuis clerici † ante omnem humanã legem à iure diuino exempti ſint à ſecularium iuriſdictione, imo & Principum, & Regum & Dominorum ſecularium, *ſecundum Couarr. in pract. cap.* 1. *num.* 1. *cum aliquibus ſequentibus, & communem teſtatur eum referendo Iulius Clarus, in practi. crimi. lib* 5. §. *fi. fol.* 36. *in princip. vbi plura circa hæc dicit*, & nunquam fuerunt de iuriſdictione laicorum, & conſtitutiones de hoc loquentes potius ſunt declaratoriæ, quam de nouo promulgatoriæ, *ſecundum Villalobos, in ærario mille comm. opinio. litera C. num.* 101. *cum pluribus ſequentibus. Vbi ampliat & limitat vſque ad numerum* 126. *ſupraque in l.* 5. *tit.* 3. *ſupra hoc libro latè diximus*, quia tamen *ſecundum eundem Couar. vbi ſupra n.* 4. 5. *&* 6. potuit ſummus Pontifex iuſtis ex cauſis motus, prout cenſendum eſt, ſemouere & reſtringere † hanc exceptionẽ quoad 2
certos clericos, lites, & cauſas, *prout & inquit Rebuf. in* 2. *p. Concordatæ, in rubrica de protectione concorda. glo.* 1. *pagin.* 274. *in antiquis.* Poteſt enim Papa, *prout in l.* 31. *ſupra tit. proximo diximus, & communem teſtatur Couarr.* 4. *part.* 2. *c.* 6. §. 9. *num.* 4. interpretari ex cauſa ius diuinum, prout ex Decreto Concilij Tridentini in lege noſtra relati actum eſt. Ideò lex noſtra veſtigia ipſius ſacri concilij ſequens tranſumptiuè reſtrictionem hanc circa clericos primæ tonſuræ Hiſpanico ſermone (de corona) in formam legis reduxit, vt per omnes faciliter ſciri poſſet: cuius forma adhibenda, & tenenda in obſeruatione dicti Decreti latius ponitur *in l.* 8. *infra iſto tit. & lib.* Quibus attentis declaranda & intelligenda ſunt, quæ circa exemptionem horum clericorum primæ tonſuræ quoad forum ſeculare ante tradita fuêre, tam per Doctores antiquos, quàm modernos, relatos, *per Couarru. in pract. capit.* 31. 32. *&* 33. *& per Auiles in forma ſecretæ ſyndi. cap.* 45 *fol.* 287. *verbo, Bulla, & Auend. cap.* 22. *prætorum, numero* 11. *cum ſequentibus, lib.* 1.

& Didacum Perez, lib. 1. Ordinam. col. 99. Vbi & de vestibus horum clericorum tractatur, de quibus etiam agebatur per *Guidon. Papæ, decisio. 138. per totam.* Et de habitu clericorum, & pœna non deferentium eum, *vide c. 6. Sessio. 14. de reform. in Concilio Tridentino.* Et secundum aliquorum opinionem secularis index non potest se intromittere ad cognoscendum an habitus sit clericalis, sed debet iudici Ecclesiastico remittere nisi notoriè de hoc appareat, vt licet videre *per Aufred. de potesta. secul. super Ecclesiast. person. regu.*
3 *4. fallen. 20. fol. 35* Et an clericus factus post † delictum commissum gaudeat fori priuilegio, tradit optime *Couar. d. c. 32 num. fi. & Ant. Gomez. tom. 3. varia. c. 10. num. 5. & Aucn. c. 22. prætor. num. 12. in princi. lib. 1. & Didac. Per. lib. 3. Ordi. col. 744. in fi. per quos maximè per Coua. expenduntur communes opiniones, & post. hæc nouissimè per Iul. Clar. in d. §. fi. q. 36. versi. sæpe numero & in vers. sed in hoc, declarat quando dicetur in fraudem factum, & Orosci. declarantem duobus modis in l. cum quadam. num. 15. & 16. ff. de iurisdi. omni. iudi. col. 595.* Et an si clericus † & laicus
4 simul delinquant laicus gaudebit priuilegio fori propter clericum, tradit *ipsemet Couar. vbi supra. cap. 34. & Menesium, Regij militaris consilij ordinis præfectum, & præsidem meritissimum in l. 1. nume. 6. pag. 77. C. de diuer. rescri. & Didac. Perez in dict. lib. 3. Ordin. col. 745. in fine, & Clarum, vbi supra, versi. euenit plerunque.* Vbi ponunt facti & iuris veritatem ipsos referre sufficit. Ex quibus vt ad nostram legem aptius redeamus cessant iam solennitates antea requisitæ, vt clericus hic minorum ordinum fori priuilegio gauderet, per dictos Doctores positæ & aliæ nouæ ad hunc effectum seruandæ apponuntur *per tex. nostrum, & dictam. l. 8. infra, eo. ex sacro Concilio Tridentino assumptæ, & transcriptæ.* Quæ quidem maximè aduertenda sunt per aduocatos, vt sciant quæ debent in causis similibus allegare, articulare, & probare. Et quis iudex de hoc cognoscet, *vide per Guidon. Papæ, deci. 138. & Cou. dict. c. 33. num. 1. & per alios supra relatos.* Et quod dicetur beneficium ecclesiasticum † cum tex. noster de eo fa-
5 ciat mentionem *tradit Rebuf. in praxi benefi. ti. 1. cum seq. aliquibus, & Fels. in cap. in nostra num 9. de rescriptis, fol. 160.* Et appellatione beneficij omne beneficium comprehenditur *secundum Ioan. And. in reg. 1. de regu. iur. in 6 & Doctores relatos per additio. Dyni, in ea reg. in principio, litera. C.* & hoc large secundum additionem illam, secus propriè & strictè. Sed an pensio dicetur bene-
6 ficium Ecclesiasticum, dicendum est quod non, *vt in ca. quamuis in 1. de præben. in 6. probatur, & ibi omnes, & in cap. ad audientiam. 2. de rescriptis, vbi Feli. num. 2. & in cap. Postulasti, eod. tit. & Gigas, de pensi. quæst. 1. & 4. & 28. melius, & iterum. quæst. 86. & 52. & Cometi. de expectatiuis. num. 92. idem Cometi. in regul. de infirmis resign. quæst. 16. & in regul. de annali posses. quæst. 21. iunctis latè traditis per Seluam, de beneficio. 1. part. q. 1. num. 7. & q. 3. numero 11. Rebuf. in tract. de nominatio q. 9. numero 39. & Corrasi. in paraphrasi. sacerdoti. 1. par. c. 4. numero 1. cum sequen. Staphilaum, de literis gratiæ & iusti. tit. de formis expectatiuarum. forma. 9. numero 27. pag. 21. & Capitium. decisio. Neapo. 200. & Ioan. Nico. in tract. de iure patro. lib. numero 74.* Qui omnes concludunt pensionem proprie non esse beneficium ecclesiasticum, quia in sola temporalitate consistit, *& ita deducitur ex decreto. 2. Concilij Trident. Sessio. 21. de reformatione.* Et sic laico concedi potest. *16. q. 1. possessiones. 2. q. 6. illud.* Et per pensionem quis non tenetur ad residentiam, neque titulatur: & literæ impetratæ super obtinendis beneficiis non continent, neque comprehendunt pensionem, *c. quamuis, de præben. in 6. notat Capit. vbi sup. numero 3.* Et ideo in impetratione beneficij non est de pensione mentio facienda, secundum dictos, *& glo. antiquam, in regula cancellariæ Innocen. Papæ. VIII. Regul. 61. de quo optimè per Staphilæum d. numero 21. cum seq. & per Menochium, de arbitrariis iud. lib. 2. centuria. 3. casu 201. nu. 51. & Capit. vbi supra n. 4. & optimam decisionem 472. Capellæ Tolosanæ, & ibi additio.* Et an secunda in pensione impetrata sit facienda mentio de prima super fructibus eiusdem beneficij obtenta, vide optimè per *Boeri decis. 162. per totam.* Et sic pensionem habens non tenetur recitare horas Canonicas, *secundum Ioan. Nicola. vbi sup. n. 76. & Soto, lib. 10. de ius. & iur. q. 5. art. 3. pag. 876 col. 2. in prin. & supra, tit. proximo l. pen. n. 9.* retulimus motum proprium de hoc. Largo tamen sumpto vocabulo, vel quando Canon de quocumque beneficio loqueretur appellatione cuiuscunque beneficij pensio comprehenderetur, *secundum Gigantem in d. q. 19. & Cometi. in regulis cancellariæ, regula de de triennal. possessore. q. 50. litera C.* Et ibi hoc verum dicit quando materia hoc patitur, cumque in lege nostra & eius propositum debeamus verbum hoc beneficio ecclesiastico, in potiori intelligere significato, & ne iurisdictioni Regiæ præiudicetur, habens pensionem non dicetur beneficium obtinere ecclesiasticum, vt foro, & priuilegio primæ tõsuræ gaudeat. Sicut & neque præstimonium habens comprehenderetur, cum præstimonium quod in sola temporalitate consistit, & nullum officium, neque seruicium habet annexum in ecclesia non dicatur beneficium ecclesiasticum, neque appellatione beneficij ecclesiastici veniat, *secundum Ioan. And. in c. vnico, de rerum perm. quem sic intellexit Domini cons. 89.* Et sic præstimoniũ, sicut & pensio laico conferri potest, *secundum Rebuf. de pacifi possessor. n. 150. & 151.* nisi secundum quod *infra num. 7.* dicetur præstimonium hoc, vel pensio in titulum darentur. Nam tunc dicerentur beneficia ecclesiastica, & sic clericus primæ tonsuræ ea possidens gaudebit fori priuilegio, *& in eo noster tex. locum non habebit.* Et an beneficia pertinentia ad præsentationem alicuius fraternitatis † sint Ecclesiastica, *vi-* 6
de Couar. in pract. cap. 36. numero 8. Quid tamen
7 erit in possidente capellaniam † an dicatur possidere beneficium Ecclesiasticum, & dicendum est quod si altaria, & capellania concessa sunt in titulum, & sic perpetuo, & quod transferantur de persona in personam, dicuntur beneficia Ecclesiastica, *secundum glos. 1. in clem. fi. de deci. quam commendat Cometi. in dict. reg. de infirmis resign. quæst. 23. & Deci. consil. 210. numero 4. & tradit. gl. in extrauag. execrabilis, verbo, quæ aliàs, de præben. inter communes.* Quod intelliges quando per Papam aut Episcopum sunt concessa in titulum, secus si per minorem Episcopo concedantur:

quia

quia tunc quantumuis in titulum concederentur per alium Episcopo minorem non habentem ad hoc priuilegium à summo Pontifice vel mandatum ab Episcopo in suo Episcopatu, non vtique dicerentur beneficia ecclesiastica, *prout soluit glos. quæ ita debet intelligi in d. extrauagan. execrabilis, versi quæ alias ad medium, & voluit Imola. in cap. in nostra col. 3. versi. quomodo, de rescript* Faciuntque pro hac declaratione dicta per *Auendaño cap. 14. pratorum numero 32. ad finem libro 2.* Idemque de præstimoniis censendum est, vt scilicet, si in titulum dentur dicantur beneficia ecclesiastica, sicut in altaribus, & capellanijs dictum est, *& tenet expresse Rebuf. in tract. de pacifi. possessor. 17. ampliatione, numero 165. cum pluribus sequen. & Staphileus, de literis gratiæ, & iust. tit de quali. & statu. benefi. numero 3. cum tribus sequent folio 39. in paruis, & Menoch. de arbitrar iudi. libro 2. centuria. 3. casu. 201. numero 58. & decisio Capellæ Tolosa. 472. & Capit. dict. numero 3. & Calderi. consil. 6. de præbend* Imo & in pensione idem esse testatur *idem Rebuff. in dict. tract. de pacifi. possessor. 8. ampliatione. & in tract. de nomina. quæstio. 9. numero 49 & dicta decisio. Capellæ Tolosan. 472. & Capitius, dict. numero 3. inquit tamen Rebuff. vbi supra, in dict. praxi. benefi. tit.* quod sit. & quot modis dicatur benefici eccles. *numero 8.* In dubio capellam fundatam ad seruiendum Deo licet non appareat de approbatione Episcopi præsumi beneficium Ecclesiasticum. Vbi, & inquit iure Canonico obuentionum Ecclesiæ portio, quæ pro seruitio datur vocari etiam beneficium Ecclesiasticum, nisi ad certum tempus detur: nam tunc secus esset, *secundum Menoch. vbi supra numero 60. vbi idem dicit in sacrista* & quid in hospitalibus, & præceptoriis, *vide Corras. in paraphrasi sacerdotorum 1. part. c. 3.* Et quo-
8 modo † cognoscatur beneficium ecclesiasticum, docet vltra dictos *Bellamer. in c. in nostra quæstione. 3. numero 10. de rescript. & fusius Rebuf. de pacificis possessor. limitatio. 10 numero 244. in nobis, & Felin. in d. c. in nostra col. 6 versi. restant multa.* Et
9 an possidens patrimonium † ad cuius titulum est ordinatus dicatur possidere beneficium ecclesiasticum, dicendum est quod non *secundum Calder. cons. 6. de præben. & sic de eo non est facienda mentio* in impetratione beneficij, *secundum eund. Cald. ibi. Et facit Decretum Concilij Trid. sessio. 21. c. 2. in fine, de reformatione.* Vbi probatur bona ad cuius titulum quis ordinari potest, posse alienari si beneficium ecclesiasticum congruum adipiscatur, & si alienari possũt & extingui, & remitti donata ad ordinandum, igitur non est beneficium ecclesiasticum, quia bona talis beneficij amplius ad humanos vsus non redeunt est tamen verum, quod bona hæc interim quod non extinguntur propter adeptionem beneficij ecclesiastici gaudent priuilegio bonorum ecclesiasticorum, vt dicemus Deo volente *in l. 1. ti. 6. li. 5. infra. glos. que secuente*: Item notandum, quod si quis esset ordinatus ad titulum ecclesię alicuius, tunc vtique diceretur beneficiũ ecclesiasticum possidere, eò quod de eo in impetratione alterius beneficij est faciẽda mentio, *secundum Menoch. vbi supra nu. 49.*

Tonsura y habito clerical. Et sic quoad habitum nulla sit differentia iam inter clericum solutum, & coniugatum, prout antea erat, *vt patet ex dictis per Couar. in pract. cap. 32 num. 1. quem refert Iulius Clarus. dict. lib. quinto pract. crimin. §. final. quæstion. 36. versic. hac autem.* Sed vterque iam tam coniugatus quàm solutus non habentes in actu beneficium ecclesiasticũ, vel alicui ministerio aut studio adstricti possunt per iudicem secularem puniri, si delinquant non habentes habitum clericalem. Sed si beneficium haberet clericus solutus quamuis vt miles incideret, non poterit per secularem iudicari, *secundum Clarum vbi supra per tex.* hic in vtroque habitum clericalem requirentem, *& per l. 8. infra, eo Poterit, ex tex. tamen in c. 6. Concilij Tridentini sess. 23. de reform.* Non ita exactè requiritur habitus clericalis in habente beneficium ecclesiasticum, aut alicui ecclesiæ, ministerio vel studio vel seminario clericorum de licentia episcopi deputato soluto tamen sicut requiritur in coniugato quantumuis dictis ministeriis de licentia Episcopi deputatus sit. *Ex cap. 6. tamen, Sessio 24. Concil Trident.* habitus decens in omnibus requiritur Et an clericus enormitatibus se immiscens gaudeat fori priuilegio, *vide Clarum vbi supra. versi. quero quomodo.*

Acostumbran à traer. In hoc enim consuetudo attendenda est, *secundum Clarum, vbi supra. versi. dixi clericum.* Et nota, quod cum clericus, per secularem remittitur iudici ecclesiastico non debet remitti ignominiose, *secundum clarum. d. q. 36. versi. pen.* & alibi supra hoc libro dictum est, *& in versi. si. quærit ibi Clarus* an tunc teneatur ecclesiasticus stare processui facto per secularem.

IN LEGEM secundam.

1 *Clerici minorum ordinum an hodie sicut olim excusentur à Regijs contributionibus & gabellæ.*

2 *Coniugati clerici non sunt exempti à dicta contributione.*

SVMMARIVM.

Clerici minorum ordinum, qui secundum lege proxima dicta gaudent priuilegio fori quoad causas criminales, nõ gaudẽt quoad tributa & gabellas nisi in actu beneficium Ecclesiasticum habeant.

PERO EN TODO LO DEMAS. Iis verbis quoad nostrum forum seculare exploditur communis illa opinio quæ de iure vigebat dicens, clericos primæ tonsuræ non coniugatos sed solutos † non teneri soluere collectas, vel gabel- 1
lam si negotiatores non erant, sicut neque clerici in sacris, *secundum glos. in l. 50. titulo sexto, partita prima, per text. ibi, & Couar. in practicis c. 31. numero 1.* Licet secundum eum *ibi* in fine, aliquãdo sint datæ Regiæ literæ ad hoc, quod clericus primæ tonsuræ de venditione rei suæ reiecta omni negotiationis specie soluerent gabellam. Imo & etiam lege veteri ordinamenti in corroborationem dictæ communis idem statuebatur. Quæ quidem

quidem lex cum in volumine huius Recopilationis non sit inserta, imò per legem nostram contrarium statuentem abrogata, ex lege nostra dicendum est clericum in minoribus constitutum nõ habentem in actu beneficium ecclesiasticum teneri ad collectarum, & gabellarum solutionem, etiam reiecta omni negotiationis specie. *Et sic declaratur tex in l. 6. tit. 18. l. 9. infra*, eximens clericos à solutione gabellarum si negotiatores non essent, vt non procedat nisi in clericis sacrorum ordinum, vel minorum habentium actualiter beneficium ecclesiasticum, prout ex subscriptione marginali illius *legis 6. patet*. Et ita nouissimè post hæc tenet modernus Olanus, in concordia Antinomiarũ litera *C. n. 21.* de quo alio in loco fortassis dicemus: nunc enim lis sub iudice adest in hoc coram ecclesiastico iudice Placentino, vbi dicemus, videbitur resolutio.

No casados. Coniugati enim etiam iure communi † antiquo non gaudent priuilegio eximendi se à gabellarum solutione, *secundum Dueñas reg. 100. limi. 10.* Imo neque fori priuilegio gaudet clericus coniugatus non abstinens se à negotiationibus & armis, prout cõmunè testatur, *Clar. in d. lib. 5. pract. crim. q. 36. vers. hæc vero omnia.* 2

Beneficio Ecclesiastico. Quod dicatur tale, dixi in lege supra proxima.

IN LEGEM TERTIAM.

1 *Pœna reassumentis tonsuram, an debeatur nõ secuta sententia super reassumptione, & num. 2. cautela vt cesset pœna.*
3 *Ecclesiasticus iudex cum inhibet seculari non requiritur partis citatio.*
4 *Verbum, no puedan, est latæ sententiæ.*
5 *Sententia declaratoria requiritur etiam vbi priuatio fit ipso iure.*
6 *An processu pendente super priuatione officij resignabilis habeat locum resignatio.*
7 *Qua pœna puniatur malitiose renuntians foro seculari.*
8 *Pœna conductoris gabellarum, & eius fideiussoris, & recipientium redditus Regios reassumentium primam tonsuram.*

SVMMARIVM.

Clerici primæ tonsuræ, qui secundum concilij decretum, & leges supra proximas non debent gaudere priuilegio fori, possunt officia publica obtinere, illi tamen qui fori gaudent priuilegio si primã reassumpserint tonsuram, & propter eam forum declinauerint seculare non possunt dicta officia obtinere, neque dispensationes ad hoc eis datæ sunt, & datæ nullæ iudicantur ex tex. nostro.

AVNQVE NO OBTENGA SENTENCIA. verba hæc noua sunt, appositaque fuêre ad dirimendam opinionum varietatẽ, quæ anteà aderant, num, scilicet, huius legis † pœna: contra reassumentes primã tonsuram posita, haberet locum etiamsi super reassumptione petita nondum fuisset lata sententia, an verò requireretur prolatio sententiæ super ea, vt huic legis pœnæ locus esset. *In quo Auenda. in c. 9. prato. numero 22. in prin. libro 1.* dicebat pœnam deberi petita reassumptione, licet nondum sententia confirmata esset. Contrarium tamen imò quod sententia requireretur defendebat *Didacus Perez hic col. 143. cum duobus sequent. Quam & ante eum tenuit Coua. in pract. c. 33. numero 6. in fine, & Mexia, in apparatu. legis de Toledo in 6. fundamento. 2. partis, numero 13.* Per legem tamen nostram vides primam Auendan. opinionem approbatam, indistinctè quicquid velit cauillare nostrũ tex. *Mexia idem in pragmatica del pan, conclusio. 5. numero 61. fol. 82.* sed indistincte tenenda est opinio Auenda. Quam vt effugias solet adhiberi cautela † vt pœna legis nostræ euadatur, (constituta enim lege, & cautela solet statim constitui & imaginari) scilicet, quod ipse delinquens non petat se remitti Ecclesiastico ratione primę tonsuræ: imo potius in publico asserat se nolle declinare seculare forum. Secrete autem negotietur, quod ex suo officio iudex Ecclesiasticus vel ad petitionem sui fiscalis iubeat delinquentem in fortia iudicis secularis captum ad eum remitti, quia fori priuilegio gaudet propter tonsuram, Quia tunc cum delinquens ipse non petat excusabit pœnam nostræ legis, *prout inquit Antonius Gomez tomo. 3. c. 10. numero 7. & Didacus Perez. l. 10. tit. 1. libro 3. Ordinam col. 802. in fine, & fuit Baldi, vbi eius additio. plures allegat, in auth statuimus numero 3. C. de Episcopis, & clericis.* Et inquit *ibi* additio. quod tunc cum ecclesiasticus † inhibet seculari non est necessaria partis citatio. De quo vide regulam & fallentias per Ioannem Gratianum in suis regu. *& fallentiis, regul. 159.* quem post hæc vidi. Caueat tamen delinquens ne cautela probetur, & constet de ea. Nam tunc nihil prodesset: & vltra pœnam nostræ legis posset alia arbitraria puniri tanquam cauillans ius, & eius dispositionem dolo & fraude: nemini enim dolus, & cautela debent patrocinari, neque remedium procuratum prodest, sed potius nocet. Et de validatione huius legis dubitauit Antonius Gomez. *vbi supra & Didacus Perez. dict. lib. 3. Ordinam. col. 801. ad finem*, vbi examinant. 1 2 3

No puedan tener ni tengan. Et cum verba hæc executionem denotent, ipso iure priuationem inducunt aliorum officiorum, *secundum Didacũ Perez hic, col. 146.* asserens verbum illud, † *No puedan*, esse latæ sententiæ, *prout ante eum tradidit Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, reuertatur n. 60. C. de reuocan. dona. & in legibus connubialibus, glo. 4. per totam.* Habes tamen notare quod quamuis ipso iure priuatio hæc, & inhabilitatio fiat, adhuc tamen sententia declaratoria † requiritur inhabilitationis & priuationis officij publici si de facto acceptetur, & obtineatur. Nam etiam vbi pœna imponitur ipso iure adhuc iudicis requiritur declaratio, *secundum Dida. Perez, libro tertio Ordi. col. 873. in princ. & Hippoly. in practi. § postquam, num. 37. 38. & 42. & in § aggredior. num. 105.* Nam vbi ipso iure propter quid præxistens 4 5

deuenitur

deuenitur ad certum actum semper requiritur sententia declaratoria super præexistenti, *secundum Bar. in l. eius qui ff. de iure fisci, & alios allegatos per eum. Didacum Perez dict. col. 873. in prin-*
6 *cipio.* Sed an tunc pendente lite, & processu † super priuatione officij, admittetur resignatio & renuntiatio illius officij in tertium aliquem, si officium resignabile erat, tradit *Tellius Fernandez in l. 4. Tauri num. 64. in fine, cum sequentibus pluribus. & Domini consil. 105 in principio.* Alias duas quæstiones in propositum huius legis videre poteris *per Bal. in auth. statuimus. num. 3. & 4. C. de*
7 *Episco. & clerc.* Et qua pœna † puniatur malitiose renuntians foro seculari *vide text. in l. 12. tit. 1.*
8 *infra lib. 4.* & de pœna conductoris † redditum Regiorum, aut eius fideiussoris, vel illius, qui colligit redditus Regios, si primam reassumpserint tonsuram, *vide per tex. in l. 14. tit. 6. infra lib. 9* de qua lege videndus est *Auendaño. c. 19. Prætorum num. 22. libro 1.*

IN LEGEM QVARTAM.

SVMMARIVM.

Lanceas, aut redditus, vel quid aliud vassallus habens à Rege perdit, si iurisdictionem secularem declinauerit, & primam reassumpserit tonsuram.

PRo Cuius legis declaratione, vltra Didacum Perez, hic eam commentantem *sub l. 10. tit. 1. lib. 3. ordin. col. 801 in medio cum seq. videndus est Ant. Gomez eam allegantem in tomo 3. Variarum c. 10. num. 7. & Couarr. in practi. cap. 13. n. 6. imo & per l. 8. tit. 1. lib. 3. ord. veter. Ibidem adnotante ipso Didaco Perez col. 799.* Idem in clericis habentibus priuilegia & stipendia à Rege, vt sunt eius capellani & similes disponebatur: & habetur iam *in l. 6. tit. 1. lib. 4. infra, & in l. 10. tit. 7. li. 9. infra,* Conueniuntur enim clerici à seculari iudice si quid habeant de bursa Regis, *secundum Barth. Capuanum, super pragmati. & constit. Siciliæ cap. de sacramento præstando baiulis pag. 45.* sicut laicus administrans rem Ecclesiæ conuenitur ratione administrationis coram Ecclesiastico, *cap. iudicatum 86. distin.* Sic & si clericus conueniatur coram Rege super re illi clerico per Regem ipsum donata, potest coram ipso Rege conueniri, *secundum tex. in l. 57. tit. 6. part. 1. vbi glos. plura allegat. dubitant tamen de iis Didacus Perez, dicta column. 801. & Anton. Gomez. dicto cap. 10. numero 7.*

Por esse mesmo hecho. Et sic per solam petitionem, quamuis vlterius non procederetur. Sed an si lis non sit contestata licebit pœnitere ad pœnam euadendam, decerpes ex dicendis per nos in simili *in l. 10. tit. 1. lib. 4. infra.*

IN LEGEM QVINTAM.

SVMMARIVM.

Reassumentes primam tonsuram non possunt arma portare sub pœna.

LAS PIERDAN. Et sic ab eis capi possunt, *secundum quod inquit Couarru. in practicis cap. 33. num. 7.* vbi nostram legem allegat. Sed an & tunc vt pœna hæc locum habeat requiretur sententia super reassumptione tonsuræ, vel sufficiet sola declinatio, *ex l. 3. supra eo?* Crederem idem si sententia non sit secuta super reassumptione dicta, & ex text. nostro dum solum acclamationem tonsuræ requirit, & non aliud.

IN LEGEM SEXTAM.

1 *Brachium seculare quando impartiendum, & n. 2. quando fugientes ab ecclesia defendi possunt in ea si per secularem extrahantur.*

SVMMARIVM.

Impediendi non sunt seculares iudices extrahentes ab Ecclesia delinquentem, qui eius immunitate gaudere non debet, & executio iustitiæ impediri, sub nostri text. pœna.

EN LO JVSTAMENTE PEDIDO. Hic videtur text. expressus probans, tunc esse impartiendum * Brachium seculare per Ecclesiasticos petitum quoties iuste petitum est prout latius Deo fauente dicemus *in l. fin. tit. 1. lib. 4. infra.* Vbi & an secularis posit non impartiri vsq; dum videatur an iuste petatur. 2

En caso que no deuen gozar. Ergo si gaudere immunitate Ecclesiastica deberent iuste defendi possent delinquentes in Ecclesiam confugientes, neque possent defensores tales ob hoc puniri, *vt inquit Ant. Gomez, tomo 3. cap. 2. numero 21.* vbi inquit liberasse quendam hac de causa à pœna. De quo vide quæ diximus *in l. 3. in fine, titulo 2. supra hoc lib.* Vlterius ex iis verbis notandum est, *& ex sequentibus, ibi, En los casos que no deuen gozar.* hic esse text. expressum pro opinione illa, quam *in dict. l. 3.* retulimus, scilicet quod in casu in quo delinquens fugiens ad Ecclesiam non debet eius immunitate gaudere, poterit per secularem iudicē extrahi ecclesiastico non requisito, neq; petita ab eo licētia, & hęc pro hoc titulo.

TItulus sequens superioribus continuari potest hoc, scilicet modo, quod cum superioribus titulis actum sit de ecclesiis, & bonis earum, insuperque de clericis, & Prælatis, pro quorum sustentatione decimas fructuum temporalium soluendas esse ipsis sacerdotibus, iubetur in recognitionem supremi dominij debitam, & ipsi Deo, ideo & consequenter subsequitur noster titulus de decimis. In cuius tituli explanationem plura dici possent: nostri tamen instituti non est nisi solummodo declarare textualia. Ideo pro decimarum materia vltra Doctores in locis ordinariis, & glossatorem Salmantinum hic, videndus est *Rebuf. in tractatu de decimis, & Couar. lib. 1. Var. cap. 17. per totum.*

TITVLVS QVINTVS,

De los Diezmos.

IN LEGEM primam.

1 *Fructus decimarum, & sic temporalitas ipsa temporale quid est.*
2 *Ius decimam percipiendi non temporale, sed spirituali annexum dicitur.*
3 *Ius decimandi laici possidere non possunt. 3. & 10.*
4 *Commoditas decimæ cum sit quid temporale vendi & locari potest laicis.*
5 *Decimas iure diuino institutas esse.*
6 *Causa vna quare decimæ introductæ sunt.*
7 *Deum recognoscendi causa Deus ipse sibi decimas reseruauit, & princeps tributum.*
8 *Titulum suæ possessionis nemo ostendere tenetur, & eius declaratio.*
9 *Pœnæ non soluentium decimas & oblationes sacerdotibus.*
11 *Priuilegio quæsibilia quando præscriptione acquiri possint.*
12 *Clericis victum habentibus aliunde an consuetudine possit excusari solutio decimæ certæ partis.*

SVMMARIVM.

Nullus debet occupare redditus, & decimas Ecclesiasticas, nisi in casibus lege hac expressis.

TEMPORALES FRVCTOS. Pondera verbum illud, fructos. ad sciendum fructus hic pro commoditate capi, commoditas enim
1 ipsa † à decima proueniens temporale quid est: & ideo per laicos capi, & percipi potest, & hic temporalis fructus vocatur. Ius tamen decimas
2 ipsas percipiendi non temporale † sed quid spirituale reputatur & spirituali annexum. Nam cũ intuitu diuini obsequij decimæ soluantur *secundum text. in cap. Ecclesias. §. his ita 13. q. 1. & 16. q. 1. quæst. & cap. nouum, de decimis.* Deoque ipsi reseruentur secundum tex hic, merito si spiritualibus annexæ dicantur, cum & solis sacerdotibus præstandæ sint. *c. decimas 10. q. 1. tradit Rebuf. in tract. de decimis. q. 7. per totã* Et sic causa decimalis spiritualis dicitur, *vt in c. tua nobis, de decimis, & c. parochianos, & seq. cod. tit. optima. l. 56. tit. 6. part. 1.*
3 Ideoq; laici ius istud decimas † percipiendi possidere non possunt, maxime post Lateranense cõcilium, *secundum Reb. late vbi supra q. 10.* Fructus tamen ipsi, & sic cõmoditates *(temporalia enim 4
sunt) laicis concedi possunt, ex causa ad tempus, *vt in c. 2. de locato*, & sic ad tempus eis vendi poterunt, *secundum text. in cap. fin. ne Prælati vices suas.* Compromittitque licitum est super hac fructuũ commoditate, *secundum Rebuf. d. q. 10. n. 9* hincq; commoditates hæ, vt fit quotidie, locari possunt laicis, & iure conductionis concedi ad modicum tamẽ tempus, puta vnius anni, vel triennij, *secundum Reb vbi sup. n. 34. & Didacum Perez hic col. 2. 2 in prin.* Aliud est enim ius decimæ, aliud fructus habere, *vt l. vacua ff de euict.* Et aliust est habere titulum, & aliud fructus nomine alterius recipere, vel forte in alimoniam, *secundum Reb. d. n. 34.* omnes tamen locationes anticipatis solutionibus factæ, in successorum præiudicium inualidantur per *Decret. 11. de reform sess. 25. Conc. Trid.* Et vltra triennium ex extraua. ambitiosæ, de rebus Eccles. non ali. inter communes. Et sic quantum ad cognoscendum circa commoditatẽ hanc per laicos percipiendam, & recuperandã ab aliis laicis, iudex secularis cognoscere potest, & procedere, non vero quoad ius percipiẽdi eas, quoad quod, neque incidenter potest secularis cognoscere, *prout in l. 6. infra dicam.*

Reseruo Dios Vt Exod. 2. c. ibi. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, *& Leuit. vltimo cap.* omnes decimæ terræ siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificãtur, non eligetur bonum, nec malum, nec cum altero commutabitur. Decimæ ergo constitutæ sunt à Deo per Moysen, vt persoluantur à populo filiis Leui, pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo. Et quia sacerdotes seruiunt Domino, ideo ipsis laici debent persoluere decimas. *c. ecclesias. 13. q. 1.* Et decimas à populo Sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit autoritas, *c. decimas 16. q. 1.* Deus enim noster, qui dignatus est nobis totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis, sine dubio profuturam, *c. decimæ 16. q. 1.* Ex quibus esse iure diuino decimas † institutas, *tradit late Rebuf. 5
in tract. de decimis q. 1. n. 1. cum seq. pluribus, & Cou. lib. 1. Var. c. 17. & Didacus Perez hic, q. 5. per totam col. 191. cum 4. sequentibus*, & habemus decretum Concilij Tridentini hanc approbans sententiam in *sessio. 25. de reformatione, cap. 12.*

En señal de vniuersal señorio. Idem probat *tex. in ca. tua nobis 2. de decimis, & tex. in l. 7. tit. 20. p. 1.* Hæcq; est principalis causa † introductionis 6
decimarum soluendarum sacerdotibus Deo ipsi seruientibus. Inficiari enim sanæ mentis vir non

posset,

posset, *vt inquit Rebuf. vbi supra q.2.num* 1.quin Deus omnium Dominus sit, & vniuersalis. Nam Domini est terra, & plenitudo eius, & vniuersi qui habitant in ea. Et ideò vt illum talem reco-
7 gnoscamus ipse sibi † has retinuit decimas: tributa verò Princeps in signum specialis Dominij. *cap. cum non sit, eo.tit. & Rebuf.* vbi supra alias ponit rationes, quarum & aliquas reperies in prooemio *dicti tituli* 20.*par.* 1.

Muestren los titulos. Sed nonne titulum suæ
8 possessionis nemo † ostendere tenetur, *vt l. cogi. C. de peti.her.* Et fatendum quidem est hanc esse regulam, fallit tamen vbi præsumptio iuris, vt hic esset in contrarium, vt latius dicemus *l.2.tit.* 1. *li.* 4. *infra.*

Demas de las otras penas. Quæ quidem pœnæ
9 poterunt esse ablatio † sacramentorum, & excõmunicatio. Et de excommunicatione habemus, *tex.in c.*12.*sess.* 25 *Concili Triden.* & de ablatione sacramentorum laicis decimas subtrahentibus non conferendorum, habetur *in cap.causamque, de præscriptio.* Et hoc non tantum ob non solutionem decimatum verum, & ob non solutas oblationes, *iuxta gl.in c. omnis Christianus, de consecra. dist.*1.*approbatam per l.*9. *tit.* 19. *p.* 1. *& commendatam per Abb.in c.omnis anima, de censibus, eundẽ Abb.in rubr. de Parochiis, Fel.in cap. veniens el.* 1. *col.*2. *& ibi Abb. de testibus.* Secundum quos glo. illa intelligenda est vt vera sit, non quòd ipsi sacerdotes id propria autoritate facere possint, sed superioris autoritate interueniẽte, processo prius contra parochianos per censuras, & nolentes nihilo secius offerre, tunc per superiorẽ iuberi potest quod eis subtrahãtur sacramenta, *prout dixit tex.in d.l.*9. Qua licet lege attẽta probari ibidem videatur, quod ipsimet clerici possunt hoc casu omittere horas canonicas, intelligi tamen debet supra dicto intellectu attẽto, & sic superioris interueniente autoritate, prout communiter tenere Doctor. reperi post hoc asseruisse *Couarr.lib.*1. *Variarum, c.*17 *n.*3. Illud tamen de oblationibus intelligendum iterum venit, in casu secundo illius *l.*9. scilicet, vbi est cõsuetudo soluendi oblationes. *Ibi* enim si non soluantur debet excõmunicatio imponi, quà non sufficiente, fiet subtractio horarum canonicarum & sacramentorum superioris authoritate. Et idem si clerici aliunde non haberent vnde se sustentare possent, etiamsi non esset consuetum soluere oblationes, possent tunc compelli soluere dictis modis, prout & probat, *d.l.*9 *& Couar. vbi supra fundaturque ex l.*8.*eod.tit.*19.*part.*1. probante non teneri parochianos oblationes offerre neque soluere, neque ad hoc compelli posse, *nisi secundum legem illã* 9. post sequentem, aliter se habeat consuetudo, vel necessitas clericorũ vrgeat, quia aliunde non habent alimenta, vel in testamento defuncti sit iussum offerri clericis, *secundum tex.in l.*7.*eod. tit.*19. *& p.*1. Nam in quolibet horum casuum possent compelli parochiani secundum quod dictum remanet, & hoc nisi & ipsi parochiani pauperes sint: nam cum charitas bene ordinata à se ipso incipiat, non possent compelli etiam in dictis casibus offerre, *secundũ gl.in d.l.*9. quæ notanda, quia singularia. Et cum hæc scripta haberem vidi singularem decisionem Pedamontanam Octauiani Cacherani 99. in ordine ita declarantem.

Que otras particulares personales lleuaren por legitimos titulos. Intellige titulos legitimos, scilicet, priuilegium & concessionem Romani Pontificis, non vero titulum præscriptionis: nam laici decimas † titulo præscriptionis acquirere mini- 10
me possunt, *secundum tex. in c. causamque de prascriptio.* Neque in eis potest dari possessio, sine qua nullo tempore procedit præscriptio, *secundũ glos. in pragmatica sanctio. tit. de pacificis possessor.* §. *ordinarij, verbo, inquirant, Ripam in c. decernimus. n.*75 *de iudi. de iure patro.* 5. *q.prin.partis* 2. *libri* 1. *n.*13 Ideoque neque immemoriali tempore laici possunt decimarum ius acquirere, cum sit ius spirituale, *vt in c. Maßina, de electione.* Imò etiamsi per mille millia dierum decimas laici leuauerint, non possunt eas præscribere, *secundum Doct. relatos per Did. Perez hic col.*218. *sic tex.nostrum declarando.* Neque obstat *tex.in c.cum contingat, de foro cõp. & in c.duo simul, de offi.ord.* vbi probatur, quod quæsibilia † priuilegia possunt acquiri præscri- 11
ptione, quia illud verum est data capacitate præscribentis, sed laicus est incapax, vt vides, prescribendi decimas, *maxime post Lateranense cõcilium, prout & tradit Reb in d.tract. de decimis.q.*10. *& Auendaño, c* 4. *Prætorum n.*21. *in medio lib.*2. *& Cou. lib.*1. *Var. c.*17. Ergo, & ideo in decimarum iure percipiendarum, non alleges præscriptionẽ quia nihil tibi laico proderit, sed allega priuilegium, si quod habes: & proba immemorialem consuetudinem non soluendi. Nam sic *secundum Ripam, vbi supra, & Auendaño.c.*6 *præt.n.*6.*concl.*1.*lib.*1. præsupponitur quod ante Lateranense Conciliũ decimas percipiebas, & possidebas, & in possessione illa, & iure percipiendi decimas tuendus eris. Hac tamen aduertentia non vtaris si nunquam priuilegium habuisti: sed tunc demum si habuisti, & scis esse perditum. Si enim nunquam habuisti, nunquam illud alleges: melius est enim decimas non percipere, quam animam perdere. Et an solutionis excusatio possit allegari, *tradit Couarru. vbi supra.* Sed an consuetudine effici possit, vt ex certis fructibus in toto, vel in parte † decima non debeatur, si aliunde 12
clerici alimenta sufficientia habeant, *vltra Cou.d. c.*17.*n.*8. *& Diducum Perez hic col.*205.*in fin.cum seq. videnda est glo.in l.*1. *tit.*20. *p.*1. *& Paul. Paris. cons.*25 *vol.*4. *& Cæpo.cons.*13.*crim. & Armilla aurea, verbo decima.n.*3. *& Guido Papæ, decis. Delphi.* 284. *& optime Rebu.in d.tract. de deci. q.*13. *n.*46. *& Balb.de præscripti.p* 5.*prin q.*7 *per totam, & Baeçam de decima tutorum.c.*21.*n.*7. Ex quo venit declaranda *l.*17. *tit.*20. *p.* 1. probans decimas personales esse soluendas non obstante quacunque consuetudine in contrarium habitat: nam intelligitur in casu, in quo decimæ hæ personales essent de iure naturali debitæ, vt quia prædiales non sufficerent, secus alias, *secundum glo. in dicta l.*17. *verbo, que no es.* Alias enim decimarum personalium excusatio optime consuetudine acquiritur, prout in multis rebus & partibus, ita de consuetudine immemoriali habetur quoad personales decimas.

IN LEGEM secundam.

1 *Omnes homines de mundo tenentur soluere*

uere decimam, etiam Clerici, & Episcopi. & 2. & 13.

3 *Decimæ cui Ecclesiæ præstandæ & 4. quod consuetudo in solutione earum est aduertenda.*

5 *Decima prædij vineati conuersi in castaneis, cui debebitur, si earum decima diuersis soluebatur.*

6 *Potest quis etiam curato prohibente mutare culturam fundi.*

7 *Ecclesia decimæ ratione habet ius quoddam in fundo, & 8. quando est onus reale.*

9 *Præscribens decimam prædij seminati frumento, si ibi auena seminetur, ei dabitur.*

10 *Decima de omni re ex terra producta, & de persona soluenda.*

11 *Decima an debeatur de capella.*

12 *Decimales terræ transeunt cum onere soluēdi decimam.*

14 *Decima non debetur ex aceruo decimato. & 15. & 16. quod iusta mensura tradenda.*

17 *Ecclesia ratione iuris quod habet in prædio pro decima potest facere, vt detur talibus colendum.*

SVMMARIVM.

Omnes tenentur soluere decimas, & qualiter, & quando soluendæ sint, & quomodo.

EN SEÑAL. Vide quæ diximus, in *l. si proximo. in glos. en señal, & Rebuf. de decimis. q. 2.* ponentem rationes quare decimę institutę.

Que todos los hombres de nuestro reyno. Concor. tex. in c. 1. 16. q. 7. & c. tua nos, & c. in aliquibus, de decimis, & optima. l. 2. tit. 20. p. 1. dicens quod

1 omnes homines † de mundo tenentur soluere decimas. Quod adeo verum est, quod etsi terra Hierusalem hodie à Saracenis recuperaretur per Christianos deberetur à nouis inquilinis decima, secundum Oldradum, relatum per *Rebuf. in d. tracta. de decimis. q. 13. num. 42.* Imo & tunc & præterita deberetur decima, vt voluit *Abb. in cap. de terris. num. 5. de decimis, & in q. 5. ipse Rebuf.* late prosequitur: qui ad decimarum solutionem teneantur, & qualiter decimæ sint soluendæ *ibidem in q. 11. examinat. Et in quæst. finali* optime prosequitur mala, vel bona prouenientia ex eò quod male, vel bene decimæ soluantur. Et an

2 clerici † teneantur decimas soluere tradit Soto, *de iusti. & iure. lib. 9. q. 4. articulo 4.*

3 *Sus dieZmos.* Sed cui Ecclesiæ † & respondendum est, prædiales soluendas esse, vbi prædia sita sunt, *secundum tex. in c. si. de paroch. & l. 7. tit. 20. p. 1. nisi* consuetudo sit in contrarium. *c. cum sint. & c. ad Apostolicæ, de decimis.* Personales verò vbi homines audiunt diuina, & recipiunt sacramenta per totum anni circulum. *c. q. 16. q. 1. l. 11. tit. 20. p. 1.* seu frequentius per annum illum, *prout, & inquit Rebuf. de decimis. q. 6. numero 1. cum seq.* Vbi ipse inquit *numero 2.* inuenisse in quadam Decretali Alex. III incipienti. Nota quæ ad honestatem, in integra, ideo dicit per anni circulum, quia si aliquoties in vna Eccclesia, posteà in alia, quis diuina audierit, vel in hyeme in vna parochia, in æstate in altera, tunc personalis æqualiter diuidetur authoritate superioris, si æquum fuerit tempus, alias pro temporis rata, sicut & in diuisione decimarum mistarum tradit *glos. magna. in l. 9. tit. 20. p. 1. & Rebuffus, de decimis. q. 6. numero 25. cum pluribus sequent* Et hæc nisi consuetudo sit in contrarium: nam in solutione decimarum † pręmaximè est aduertenda 4
consuetudo, *arg. tex. in c. in quibusdam, de decimis.* Est tamen in proposito optima, & singularis quęstio. Num si ex prædio aliquo vineato dabatur decima Ecclesiæ sancti Petri, & labente tempore scindantur vites, & in earum loco plantentur castaneæ arbores, ex quibus castaneis regulariter decima debetur alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, de consuetudine, vel præscriptione, cui istarum Ecclesiarum debebitur tunc decima ex castaneis illis? Pro cuius quæstionis decisione sciendum est, quod licite † potest quis, etiam curato, cui deci- 5
ma debetur, prohibente, mutare culturam fundi, vt percipiat alium fructum, quam solitum percipi, & dari, *prout tenet Rebuf. in dicto tracta. de decimis. q. 6. num. 35. & Couar. in pract. cap. 37. num. 5. in prin.* Quo præsupposito quæstioni respōdendum est, quod licet de vinea fiat castanetum, vel alius fructus plantetur aut nascatur, debetur decima illi Ecclesiæ, cui anteà debebatur, dum vinea esset, scilicet, iis fundamentis, quod decima debet solui prout consuetum erat, *secundum Rebuf. in de tracta. de decimis. q. 6. num. 34.* Item ratione decimæ, † videtur ecclesiam, cui 6
soluitur, habere ius quoddam in fundo illo, ex quo fructus decimandi colliguntur *secundū Abb. in cap. in aliquibus. num. 3. de decimis,* & in præiudicium huius iuris iam, quod possit mutari agricultura, non tamen debet esse cum Iuris acquisiti præiudicio, vt ius decimandi auferatur Ecclesiæ, cui ante competebat. Nam hoc fieri posse non est dicendum: neque potest præiudicari iuri illi, ex latè dictis per Gometium, de iure quęsito non tol. *& ex l. fina. ff. de pact.* & ex regula iuris, Id quod nostrum est à nobis auferri non potest. Item & quia onus † hoc decimandi prædio 7
ipsi adhæret, onusque reale est ipsis prædiis inhęrens, fructibusque decimalibus, atque eorum possessoribus, *secundum Abb. in cap. de terris, & in cap. tua nos, super glos. 1. extra de decimis, & Parisium, consil. 6. num. 13. volum. 4. optimam. l. 6. & fin. tit. 20. part. 1.* Cum ergo sit onus reale, ipsi rei, ex qua decima debetur, inhærens, in fauorem Ecclesiæ, cui antea decimabatur, debet remanere impositum, quamuis fructus mutentur. Item quia cum hęc videatur quędam primordialis natura ipsius prædij, fructus subrogati loco anteriorum fructuum debent sapere naturā illorum, quorū in locum subrogātur, *arg. gl. singularis in l. certi conditio. ff. si cert. peta. cōmuniter approbatæ, secundum Ias. ibi, n. 27. & Oroscium in l. eum. § qui iniuriarum, col. 703. vbi Bart. n. 2. ff. si quis cautionibus.* Naturaque hæc, vt ita dicam ipsius prædij inspicienda est, tanquā primordialis, non vero accidentalis illa, quod fructuum antiquorum

mutatio

mutatio fiat. Aliàs enim, si contrarium diceretur, resultaret maximum inconueniens, ex quo facillime decimæ destituerentur Ecclesiæ vnius, & alteris applicarentur: prout in alio proposito *inquit Rebuf. de decimis q. 14. n. 14.* & sic priuilegiatæ personæ, & quæ alàis non soluebant decimas compelleretur fortassis soluere, *secundum tex. in c. suggestum, de decimis, & in c. quid per nouale, de verbor. signifi. & l. 5. tit. 20. p. 1.* Et ita hanc conclusionem, quod licet fructus prædij mutentur, decima soluenda sit illi Ecclesiæ, cui ante mutationem soluebatur, & non illi, cui ex fructibus mutatis regulariter decima soluebatur, *probat text. in c. commissum, extra de decimis, ibi.* Et sicut etiam de pascuis olim decimæ persoluebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis decimas volumus absque diminutione persolui, ponderando dictionem illam, sicut. Quasi diceret, eodem modo, de qua *per Bal. num. 13. & Doct. in l. edita C. de edendo.* Et ponderando etiam dictionem illam, olim, quæ est antiquitatis inductiua, & commemoratiua, & dictionem illam, nunc, quæ est præsentis temporis demonstratiua, vt, scilicet, secundum, & sicut antea decima soluebatur, ex antiquis fructibus soluatur, & nunc illo eodem modo & forma ex de nouo positis, & loco priorum plantatis. Facitque pro hoc communis illa relata *per D. Coua. in pract. c. 37. n. 5 in prin.* scilicet, quod
9 si quis præscripsit decimas in vno prędio † in quo satum fuit frumentũ, si ibidẽ seminetur auena, vel milium habebit decimam auenæ, vel milij. Quã communem etiam asserit *Rebuf. de decimis q. 14. n. 18. cum 4. seq. Licet ipse ibi in q. 6. in fi. contra hanc communem & male tenere voluerit.* Si ergo in illo, qui ius habet ex præscriptione communis hæc statuta est, quanto magis idem responderi debet in quæstione nostra, vbi de iure præsupponimus ius decimandi competere ex antiquis fructibus. Et ita reperio in nostra quæstione per dictum. c. commissum, tenuisse Sylue. in summa, verbo, *decima n. 14. vers. Septimo si consuetudo, & Rebuf. vbi supra. q. 6. n. fi. Et faciunt dicta per Suarez, allegatione fina. dubio.* 2 Neque obstat, quod illa altera Ecclesia, vel Episcopus habuerint ius præscriptum decimas percipiendi ex castaneis, quia illud verum quoad agros & fundos vsque tunc præscriptos, vt ex mutatione fructuum deberetur decima, & soluebatur ipsi Episcopo, vel illi alteri Ecclesiæ, non vero quoad nunc nouiter mutatos: quoniam tantum præscriptum quantũ possessum. *Pro quo & videtur tex. expressus, in cap. cum contingat, de decimis. Neque obstat tex. in c. cũ in tua, extra de decimis:* quoniam attento eius cõmuni intellectu Doctorum, *teste Abb. in consil. 71. n. 2. vol. 1 ibidem* nullus alius existebat in contraria possessione percipiendi decimam ex terra illa, & præscriptio in generali, & in vniuersum erat inducta. *Ibidem* enim probatur, quod præscribens decimam in certa terra, si percepit de omnibus fructibus inde prouenientibus decimam præterquam de certis fructibus ibi annuatim perceptis, de quibus nulli fuit decima persoluta, illorum fructuum decima debetur non Ecclesiæ parochiali, ad quam aliàs de iure communi pertineret illius terræ decima, sed illi Ecclesiæ, quæ præscripsit decimam in agro illo, reddens ibi text. rationem: quia illa terra est illi decimalis, & vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. Quasi dicat quod percipiendo decimam aliquorum fructuum in vno agro nemine percipiente decimam aliorum fructuum ipsius agri, videtur ius decimandi in totum acquisitum ipsi præscribenti. Non enim videtur præscribentem habuisse respectum & animum acquirendi partem, sed totum propter vnitatem subiecti. Si ergo hæc ita se habent, & in nostro casu, & quæstione, vbi præsupponimus aliam Ecclesiam esse in possessione percipiendi decimã agri illius aliud dicendum est, ita quod non sit aliud præscriptum quam possessum. Secus vero si in generale, & in vniuersum præscriptio probaretur, & quod nullus alius existebat in possessione percipiendi illorum fructuum decimam: quoniam tunc præscribenti, ex mutatis, debebitur, ex dicto cap. cum in tua, iuncto eius dicto communi intellectu, & ex dictis per *Abb. in dicto consil. 71. numero 2. volum 2. & Balbo, de præscriptio. 2. part. quæstio. 2. numero 17. cum sequent. maxime numero 21.* sicut & præscribens ius eligendi in certa Ecclesia, censetur & præscripsisse ius postulandi, alio non existente in possessione iuris postulandi, *secundum Abb. per text. ibi in cap. bonæ 2. nu. 4. de post præl. & in c. 3. num fi. de causa pos. & propri.* Quia præscribendo ius eligendi habet respectum ad acquirendum ius in genere, & sic ius postulandi, *secundum Abb. ibi allegando ad hoc text. in dicto c. cum in tua.* Et in hoc casu cessat regula illa. Tantum præscriptũ quantum possessum: prout & tunc cessare talem regulam plures referendo asserit Molina, *de primogeniis Hispan. lib. 2. c. 6. nu. 18. & Bart. Soc. cons. 7. n. 4. vol. 1.* Et ex iis in causa satis ardua certo sciui in gradu supplicationis mille, & quingentarum duplarum reuocatas duas sententias in vna ex Regiis cancellariis latas in gradibus, de vista & reuista: & fuit in causa decimali.

De pan y vino. Imo generaliter de omni re † ex 10
terra producta soluenda est decima, & etiam de persona, *vt licet videre ex Rebuf. in dict. tractat. de decimis, quæstio. 8. per totam, & Soto. lib. 9 de de Iusti. & iure, quæstio. 4. artic. 2. & Didaco Perez, hic colum. 194. versicul. nota dictionem, & la ius columna 207. versicul. venit tamen, vbi cum sequentibus, plura alia in propositum congeris, & examinat.* Sed an ex dotatione capellæ decima
debebitur, † putà, quidam laicus constituit ca- 11
pellam, & pro dote eius fundum fructiferũ constituit, num ex fructibus illius fundi perceptis debebitur decima Ecclesiæ parochiali sub cuius districtu fundus ille constitutus est: Et videbatur dicendum quod non, *per tex. in l. 2. tit. 20. p. 1. ibi. Fueras ende de aquellas cosas, & per tex. nostrum, hic, ibi. Y que no son de sus Iglesias.* Ergo si Ecclesiæ suæ sunt, decima non debetur. Nihilominus contrarium tenendum est. Primo, quia nullus, Ecclesia
etiam, & Episcopus † excusantur à solutione de- 12
cimæ de prædiis & rebus, quę habet, & decimalia de iure, aut consuetudine sunt, secundum tex. *in l. 2. tit. 20. p. 1. & ex text. nostro hic, & in c. nuper, & ibi Abb. extra de decimis.* Vbi *n. 5.* ipse Panormit. inquit quod tam religiosi, quam clerici seculares volentes præscribere decimas tam actiuè, quam passiue, debent habere titulum. Item &

quia

13 quia terræ, quæ alias † decimales erant, quamuis transeant in clericum, vel aliam Ecclesiam, decimamdæ sunt in Ecclesiam, vbi antea decimabãtur, quia transeunt cum onere suo *text. in c. pastoralis, & ibi glo. de decimis.* Decimarum enim ius reale est, & rem ipsam sequitur *secundum Abb. in c. cũ homines. nu. 6. de decimis.* Et ex ijs & aliis hanc opinionem tenuit Rebuf. *in d tract. de decimis. q. 5. nu. 20* & Didacus Perez, *hic col. 198. & 204.* Vbi dicit, secus esse si aliud de consuetudine vtatur, quia illud seruabitur Et hanc testatur, quod ex tali dote capellæ decima debeatur communem Abb. *in c. 1. n 4. de censibus, & Bal. Nouellus, de dote, 1. p. in prin. num. 8. vbi duas glossas pro ea allegat.* Quam sic tenendo non obstant dictæ leges Regiæ in contrarium allegatæ Quia duobus modis intelligi possunt: vel quod loquantur, quoties bona, quæ nunc clericus & possidet & obtinet ab Ecclesia illa, cui alias ex eis decima debebatur, habuit & obtinuit. Nam tunc cum ipsamet Ecclesia ea bona dederit ipsis clericis, nimirum si ipsi Ecclesiæ danti non soluatur decima ex prædio illo, vel re per eam data, *prout inquit Innoc. relatus per glo. heredades, in d. l. 2. tit. 20. p. 1* Secus tamen si ab alia Ecclesia, cui ex rebus dotationis decima non debebatur, darentur pro dote capellæ, quia tunc ex ea decima soluetur. Vel secundo dici potest quod dicta lex partitarum, & nostra procedunt quoties fructus illi clericis obueniunt ex aceruo iam decimato, *prout eadem gl. heredades, in d. l. 2. intelligit.* Ex aceruo enim iam decimato † non debetur alia decima *secundum glossam, in dicto cap. pastoralis, verbo, deducendas, de decim. & in l. fi. infra isto tit. & libro, volente Deo dicemus.* Nostra vero communis, quæ tenenda est non sic loquitur, & ideo nihil ei illa lex Partitarum, & nostra obstabunt. Et sic declarabis dicta per Couar. *lib. 1. Var. c. 17. num. 8 vers. secundo licet,* vbi dictam legem Partitarum allegat.

15 *De vender derechamente.* Iusto † enim medio & mensura soluendæ, & reddendæ sunt decimæ etiam nullis deductis expensis. Nam licet in æstimandis redditibus prius expensæ deducẽdæ sint, imo etiam si quis iubeatur inferre fructus integros adhuc prius expensæ deducendæ sunt, *prout omnia hæc asserunt Bal. Sali. & alij relati per Baeçã, de decima tuto. c. 29. n. 3. cum 3. seq.* tamen in nostra decimarum materia Ecclesiis & ecclesiasticis personis soluendarum nullæ sunt deducendæ expensæ, *per tex. in c. tua nobis, de decimis, & tex. in l. 13. cum 4. seq. tit. 20. part. 1.* optime per Rebuf. *de decimis. q. 11. num. 3. cum sequent.* vbi in hoc decimas pesonales à prædialibus differre dicit. Et tradit optime Tiraquel. *de retractu Linagiel, gloss. 1. § 15. num. 10. vsque 16.* vbi declarat. an sit idem quoad fiscum, vel piam causam, & Baeça, *vbi supra num. 1. & 2.* alia dicit.

Para que vengan los terceros. Iure hoc fieri possunt, ne decima sua ille, cui debetur defraudari possit Potestque quis suum ius tueri ne defraudetur eo. Nam *ex text. & ibi annotãtibus Doct. in l. 2. ibi sub aspectu curialium. C. quando & quibus quarta pars deb.* si inter me & colonum fundi mei fructus sint diuidendi possunt tempore messis mittere famulum inspectorem, ne fraus fiat in fructibus, secundum Alex, *in l. diuortio. §. fin. col. fi. vers. iuxta hoc vnum ff. sol. matri.* Vbi Bal inquit, quod vxor poterit inhibere viro ne se inscia fructus colligat, nisi præsente homine, quem mittere vult. ne fraus fiat, *prout nouissime eos referendo, tradit Baeça de decima tutorum c. 31. n. 5.* habensque decimam in territorio potest ibi tenere officialem, seu familiam & custodes, *secundum Alber. & alios relatos per Capitium, decis. Neapol. 27. n. 38. & Aluarum Valascium, de iure emphyt. q 30. n. 17.* Ex quo inquit Spec. relatus per glossatorem Salmantinum, *hic col. 219.* quod potest is cui decima debetur petere, vt interdicatur Domino Prædij ne fructus, nisi se, vel nuntio suo præsente colligat. *De quo vide optimam decis. 283. Guidonis Papæ* Valeret tamẽ consuetudo in contrarium, *secundum Couar. lib. 1. Varia. c. 17. n. 8. vers. octauo ex his, in fine.* Et ideo iustè lex nostra in sua dispositione processit, vt vocarentur collectores. Imo & inquit optime, & singulariter Abb. *per text, ibi in cap. in aliquibus. num. 3. de decimis,* quod potest ecclesia ratione iuris, quod habet in prædio * compellere Dominum prædij, vt prædium det talibus excollendum. 17

Requiera el labrador. Sed quid si casu aliquo, pluuia, aut vi hostium, aut simili fortuna, fructus disperdantur, tenebitur ne Rusticus soluere decimam, eo quod non requisiuit ante collectorem decimæ? Et dicendum est quod si negligentia, aut mora potest rustico imputari, putà, quia de cõsuetudine, aut statuto ipse tenebatur in horreum Ecclesiæ inferre, & non fecit, cum posset, sed potius sua custodiuit, decimam autem in finem ferendam reseruauit, tunc vtique tenebitur, *secundum Host. in summa tit. de decim. §. & vtrum præscribi vers. quintodecimo quæritur.* Si vero negligentia hæc vel contumacia rustico imputari non potest, qui ausus non est fructus tangere, quousque veniret decimarius, quem requisiuit, quia sic de consuetudine, aut statuto, vt hic introductum erat, & interim, violentia, vel tempestas eueniret, tunc vtique excusaretur, præsertim, si & fructus suos perderet etiam ipse rusticus. *Ita colligitur ex text. quem si declarandum puto, in l. 17. titulo vigesimo, partita prima, glossa prima ibi.*

In legem tertiam.

1 *Decima absque fraude, & cautela soluenda est.*

2 *Id quod venit in decimam nouem computatis commutari non potest.*

3 *Ceram & velas ex vna massa non conficiens punitur.*

4 *Ceram falsificãtes per iudicem Ecclesiasticum puniri possunt.*

5 *Carnes putridas vendens, vel miscens cum bonis, & ponens poma meliora in principio canistri falsitatem committit. Vbi de vendente pannum de vno loco pro alio.*

6 *Venditor declarans mistionem an puniatur.*

7 *Merces corruptas iudex de facto proijcere potest.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

Decima Deo, & eius ministris soluenda, & tertia pars eius Regi, sicca & limpida, & sine commixtione aliqua soluenda est, sub pœna.

NI *Bueluan con el pan que huuieren de dar paja, tamo, ni tierra,* Decimæ enim absque
1 fraude † & cautela soluendæ sunt, non eligendo bonum, neque malum, sed id quod venit in decimã, *vt Leuit.* 27. Quid est enim fideliter dare, nisi vt nec minus nec peius aliquando offeratur de grano, aut de vino, aut de fructibus, aut de pecoribus, aut de venatione sua? *cap. quinque in* 1.16.*q.*7.*tradit Reb. in tract. de decimis. q.* 11.*n.*1. Et ideo *secundum eum, ibi num.*2. id quod ve-
2 nit in decimã nouem cõputatis † cõmutari nõ potest, sed omnino dãdum est & soluendũ. Ideoq; iuste *ex lege nostra* punitur in hoc casu miscens triticum cũ auena, palea, puluere, vel terra, vel simili superficie, cõstito de malitia. Nam in hoc casu lex nostra intelligenda est, *prout, & eam consideraui Auenda.c.*19. *Prator.n.*30. *vers. quarto infertur lib.* 1. *& Mexi. in Pragmatica del pan, conclusi.* 1.*n.*81.*fo.*24. *Vbi inquit semel vidisse legem nostram in facto practicari.* Et nimirum: nam si ceram, & cereas velas nõ
3 conficiens † ex vna & eadẽ massa punitur pœna. l. 8. *tit.*18.*lib.*7.*infra* neque licitum est miscere cerã corruptam, cum incorrupta. Imo & falsitatẽ committit hæc faciens, vel si termentinã, vel aliud immisceat, vt citius deliqueatur, *secundum Bonifaciũ in tract. de malefi. tit. de falsis, col.* 2.*pagina, mihi* 358. *in paruis.* Et dolose facit similis commistor, & dolum committit, *secundum text. in l.* 8. *tit.* 16. *p.*7. Quare non & fortius punientur dolose decimam præbẽ-
4 tes? ceramque falsificantes † per iudicẽ Ecclesiasticum puniri possunt, *secundum Maranta, in practic.* 4.*p. dist.*11.*nu.*18.*pag.*220. *in paruis*, quod *ex l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *infra*, laicus contra aliũ laicum coram Ecclesiastico sine pœna petere non posset. Similiter & falsitatem cõmittit & dolũ, vendens carnes putridas, vt bonas, vel miscens eas, vel vendens poma, & pyra meliora ponens in principio canistri, in fine vero peiora & mala, *prout hæc & alia in proposito refert Ripa, in tra. de peste, tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem. Alias est in tit. de remedijs ad conseruandam vbertatẽ n.*146. Eodemque themate retento falsitatẽ cõmittit vẽdens pannum de vna ciuitate pro alia *secundum text. in l.*6.*tit.*12.*lib.*5. *infra.* Et hæc vera sunt quamuis Bart. *in l.* 1. *Cod. de condi. in pub. horre. lib.*10. & ibi eius additio dicat, quod licet miscere ceram corruptã cum incorrupta: nam est contra supradicta, & sic Bar. reprehendit Castillo, *in l.*9. *Tauri, col.*3. *in fin.* Ni dixerimus Bart. loqui, prout loquitur text. *in ea. l.*1. *Cod. de cõd. in pub. hor. lib.*10. in fisco, in quo est speciale, quod possit triticum vetus cum nouo, vel aliã similem mistionem facere, *vt per Paridẽ de Puteo, in tract. syndicatus, verbo, iudicis suprema potestas, nu.*24. *fol. mihi* 303. Vel potest Bar. saluari quoties venditor declarauit
5 tẽpore vẽditionis mistionem † illã esse factã: tunc enim nullã incurret pœnã. Nã sciẽti & consentiẽti non fit iniuria, neque dolus, & pro hac declaratione est text. expressus *in d. l.*8. ibi, *Faziendo creyente los que lo compran que es puro.* Ergo si declaret non esse purum, cessat dolus, & sic pœna, *prout voluit gl. in l.* 4.*tit.*7.*p.*7. *& Ripa, vbi supra, nu.* 145. *&* 146. & idem erit si mistura illa secerni, & videri posset, *secundum Mexiam, vbi supra nu.* 80. *sic intelligẽtem dictam l.* 8. *tit.* 16. *p.* 7. Et nisi aliquo ex dictis modis Bar. *vbi supra* intelligatur, male locutus est, præsertim circa miscentem corruptam ceram cum incorrupta. Hunc enim non excusarem à pœna. *d. l.*8. *tit.* 18. *infra lib.* 7. quantumuis tempore venditionis mistionem declararet. eo quod hæc l. 8. generaliter & indistincte loquitur. Insuper q; mistor talis habẽs cereas has velas mistas ad vendendum faciliter obliuisci potest, & non certiorare emptorem, vel vendit per famulos suos & ministros, qui mistionis notitiam non habent, & datur occasio faciliter se & emptores decipiendi. Ideoque nullo modo excusaretur à pœna, etiam si tempore vẽditionis mistionem declararet. Excusaretur tamen in hoc casu, putà, si antequam velæ hæ cereæ fiant conuenit quis cum eo, vt misceret ceram corruptam cũ incorrupta, & sibi traderet certo pretio: tunc enim nullam incurreret pœnam: quia sic præcessit conuentio de tali cera. Et hoc est quod dixit glo. fi. *in d. l.*4.*ti.*7.*p.*7. declarando hoc modo legem nostram, & bene. Notandũ etiam est quod potest iudex de facto merces corruptas * proijcere & concremari 6
facere in publico, *secundum Auend. c.*19. *pra. n.* 30. *lib.*1. *& probatur ex l.*1.*tit.*16.*lib.* 3. *infra, vbi & alia dicemus.* Et si hęc quoad homines procedũt & quo ad Deum, cui decima debetur, quare & fortius non procedent, vt puniantur decimam fraudulẽter & dolosè præbentes mistam cum palea, & puluere, & alia simili superficie?

IN LEGEM QVARTAM.

1 *Consuetudo soluẽdi decimas plurimũ operatur.*
2 *Decimæ sublata consuetudine in horrea clericorum deferendæ.*
3 *Consuetudo loci particularis soluendi decimam ex vineis.*

SVMMARIVM.

Decimæ soluendæ sunt loco & tempore consuetis.

DOnde *siempre han acostumbrado.* Consue-
1 tudo † enim circa tẽpus & solutionis locũ plurimum in iure cõsideratur, *vt & in hoc tit. remanet dictum*, & probatur ex text. *in c. in quibusdam, de decimis*, & ex alijs Didac. Perez, *hic colu.* 220. *in fine, cum seq. Et iterum in colu.* 200. *vers. decima præterea*, vbi inquit sublata consuetudine * decimas in horrea clericorum deferendas 2
esse, nam debitor tenetur ire in domũ creditoris, *prout pro regula traditum est, & licet videre ex Duenas reg.* 161. *per totã, maxime in* 14. *lim.* Clerici tamẽ nõ possunt cõpelli, ante tẽpus, vel extra locũ consuetum decimas recipere, *secũd. gl. in l. stipulatio ista habere licere. §. inter certã. ff. de ver. obl. qua omnes, ibi sequuntur teste Dño Menesio. in l. si post mortẽ. n.*17. *&* 18. *C. de fideic. vbi alia in propositum nostrum dicit.*

La dicha costumbre sea guardada. Valida est enim de iure talis consuetudo, *secundum Host. in summa, tit. de dec. §. si. q. 16. & alios relatos per Reb. in d. trac. de decimis q. 13. nu. 49. & 50.* Et sic in hoc
5 Episcopatu Placentiæ seruatur in loco † *de Mal partida*, & in alijs pluribus locis audio seruari circa decimas frumenti.

IN LEGEM QVINTAM.

SVMMARIVM.

Inquisitio nulla fiat contra debentes decimas an bene, vel male decimauerint, sed contra collectarios eorum fieri possit.

Contra los malos dezmeros. Vtpote quia nullus immemor animæ suæ præsumitur, neque quod ex debitis Deo aliquid subtrahet, aut occultabit, vt inquit glossator Salmantinus *hic, col. 222.* Qui *in fine eius* hoc intelligit nisi creditor decimarum probet subtractionem contra debitorem. Nam tunc posset optime fieri inquisitio. Ego tamen non credo hanc esse decidendi rationem nostri text. Nam si hæc esset, idem vtique esset dicendum quoad collectarium, qui & immemor salutis non est præsumendus, sed ratio nostri text. est, quod cum *ex l. 2. sup. eo.* decimam debentes soluere, non possint fructus colligere in absentia collectarij, ipseque collectarius ibidem per se vel ministros suos possit interesse, mirum non est quod decimis solutis non fiat inquisitio contra decimatores: collectarius vero ipsemet colligit sine requisitione alterius, ideo contra eum inquisitio est quæ quidem tempore collectionis non fuit facta, neque fieri potuit. Et hanc credo veram nostri text. decidendi rationem. Iussum tamen & necessarium crederem quod circa inquisitionem faciendam contra collectarium esset assignandum certum tempus, intra quod statim collectione facta, vel paulo post fieret hæc inquisitio, non vero longo tempore translato, in quo decimantes non possunt recordari de quantitate decimata: & sic plerumque, vt iam vidi collectarij inquiruntur iniuste. Hodie tamen solent communiter concedi excommunicationis literæ dominis decimarum: quæ quidem publicantur contra perperam & male decimantes, & subtrahentes decimas, & sic contra eos nulla est inquisitio necessaria.

x hec e, bona & decidendi rat. potissima

IN LEGEM SEXTAM.

1 *Nouitas in decimarum perceptione permitti non debet.*

2 *Nouitas si fiat in perceptione decimarum imploratur auxilium reale, de la fuerça.*

3 *Curia non potest cognoscere super decima noualium, nisi per viam querelæ, vt ibi nouitas in decimis percipiendis quando fieri dicitur, & 4.*

SVMMARIVM.

Prouidendum iubet text. noster ne nouitas in decimarum perceptione fiat, neque petatur decima de rebus, de quibus nunquam soluta fuit.

Que se haga nouedad. Minime enim mutanda sunt, quæ interpretationem certam habuerunt. *l. minime ff. de legibus.* Nouitates enim discordias * pariunt. *c. cum consuetudinis, de consuet.* & reprehendendus est nouitatum inductor. *c. si. dist. 11.* Et ideo nouitas in decimis petendis, & percipiendis permitti non debet, sed præteritam consuetudinem seruãdam asserebat gloss. *in c. 1. de decimis, lib. 6. & probat Bald. & eius apostilla, in l. 3. Cod. de seruit. & aqua. probantque plures Doctor. allegati per Auend. in nostri text. propositum in c. 1. prator. n. 32. vers. item ista iurisdictio, lib. 1.* Ob idq; inquit ipse ibidẽ quod si nouitas fiat in decimis ijs percipiendis, potest tunc implorari iurisdictio Regia * contra Ecclesiasticos in hoc procedentes, & super eo cognoscentes per viam querelæ, & defensionis ne nouitas talis fiat, dãturque ex tex. nostro prouisiones Regiæ ordinariæ in supremo Regis senatu, cum insertione huius legis, & ipsis ecclesiasticis procedentibus super nouitate diriguntur, vt similes non permittãt nouitates, & processum causæ Regio ipsi senatui originaliter mittant, prout pluries vidi fieri & remitti. Et iste est vnus casus particularis, de pluribus, quos posuerã in meo repertorio de cortes, quem ante huius nostræ Regiæ recopilationis promulgationem ex licentia Regia typis mandaui. In quibus casibus Regia prouisio in dicto supremo senatu solet dari. Et quo ad hæc, & alia plura posset ille meus liber, & nunc prodesse. Et cum per processum causæ ad senatũ missum apparet nouitatem fieri, sic declaratur, & Ecclesiasticis ipsis iniungitur, & rescribitur ne nouitatẽ faciant, secundũ quod consuetum est mandare, & declarare super hoc, prout per quẽdam practicũ Monterroso videri poterit, & de hac defensione nouitatũ circa decimas, meminit etiã Cou. *in pra. c. 35. nu. 2. vers. quarto erit,* & Reb. *in d. tract. de decimis. q. 10. n. 6. & 7.* vbi refert casum Regis Martelli. Et multa cõsideranda circa hæc retulit, & in Francia quotidie literas per senatũ, ne nouitas fiat in decimis, concedi asserit Caro. à Grass. *lib. 2. Regalium Franciæ iure 7. pag. 54. in paruis.* Et licet *secundũ Reb. d. q. 10. n. 8.* Curia non possit * cognoscere super decima noualium, id tamen procedet nisi per viã querelæ curia adeatur, & in modũ defensionis ne nouitas fiat, *secundum Cou. & Auẽ. vbi supra.* Et hanc nostræ legis dispositionem iustissimam, testatur Couar. *lib. 1. var. c. 17. n. 8. vers. 9. & principaliter, & per gl. magnã in l. 1. tit. 20. p. 1. fit mentio de nostra lege, per quos proponitur ratio iustificatiua nostri text.* Et de validitate cõsuetudinis huius non soluendi decimas, vltra prædictos, traditur per Balb. *in tract. de præscriptio. 1. p. 5. p. princ. q. 7.* & Reb. *de decimis q. 13. n. 40. cũ seq.* & Syl. *in summa, verbo, decima. n. 10.* & optime per Oncalã, *in opusculis suis, sub c. de decimis 2. proposito. & in 4. & 5.* quem refert Mexia *in d. prag. del pan, conclus. 3. num. 24. fol. 62.*

Vides

Vides tamen tu legem nostram similem consuetudinem approbantem, *vt aduertit glo. magna, ad fi. in d.l.1.tit.20.part.* Et quando dicetur nouitatem
4 fieri † Auend. *vbi supr. vers. nouitas*, inquit quod nouitas in exigendis istis redecimis tunc fit, quoties petitur id quod non est solitum exigi decem annis præteritis, & allegat ad hoc Cassiad. *in decis. 1. de consu.* & Cou. *d.c.17.n.3.* & tunc inquit, tuebitur in possessione excusans & probans decem annis præteritis non solutam decimam petitam. Id tamen verũ non crederem: tum quia in hoc casu nõ ex vi possessionis, quis tuendus est: tum etiam, quia laicus nullam possessionẽ potest in hoc allegare, sed ex vi consuetudinis excusantis in cõmuni à solutione decimæ illius est reus defendẽdus, quia consuetudo proprie dicitur quãdo ius acquiritur in communi & publico, præscriptio vero quando priuato acquiritur, *secundum Abb. in c. cum Eccle-n.25. de const. Reb. d.q.13. nu. 45.* Et sic de consuetudine in hoc casu est articulandum. Et tunc consuetudo talis non soluendi, per laicos allegata, decimam ex certis fructibus, immemorialis debet esse & non minor, *secundum Cou. vbi supra d. l. 1. Var. c. 17.n.8. & Did. Perez in d. lib.1.ord.col.203. vers. non soluendi tamen, & Reb. in d. q. 13. nu. 53.* Et sic minor consuetudo in hoc casu non admittitur in Regio senatu. Et ex hac generali, & communi consuetudine credo prouenisse excusationẽ decimarũ personalium in pluribus generibus personarũ, prout est in iudicibus, tabellionibus, & aduocatis & procuratoribus, & pluribus alijs mechanicorũ officiorum: qui cum de labore tenerentur soluere decimas, non soluunt. Et sic inquit Abb. *in c. cum homines, de decimis.* Decimas personales nõ esse in vsu in aliquibus locis. Et super aduocatorum decimis consului theologum quendã, & miratus est de interrogatione. Validaq; est consuetudo non soluẽdi decimas personales, prout communiter canonistas cum theologis tenere affirmat Reb. *in d. q. 13.n.44. & per glo. magnã in l.1.tit.20. part. 1. & per Oncalam vbi supr.* Et sic in maiori parte Hispaniæ, inquit Nauarro in *Manuali, c.21.num.* 31. decimas personales non solui, nisi in quantum ad decimam famulorum rusticorum, & in soldatis, *vt inquit illa gl. magna in princ. in d.l.1.tit.20.p.1.* Et sic ex hac publica tolerantia, & consuetudine in conscientia excusari credendum est non soluentes personales decimas in locis, vbi sic consuetudine immemoriali est obtentum, dum tamen animo obstinato non sint homines non soluẽdi si per Papæ præceptum, vel curatorum indigentiã ab ipsis curatis petantur, *vt optime inquit Oncala, vbi supra, propositione 1. 2. et 4.* Ex quibus nimis scrupulose procedendo inquit Anton. de Butri. *in c. Parochianos, de decimis, in fine*, quem refert Rebuf. *d. n. 44.* Nescio quid dicam, nisi quod omnes damnantur non soluendo has personales decimas, & vult eum sequi Rebuf. *dicto. n. 44.* inquiens talem consuetudinẽ valere quoties non in totum, sed in parte consuetudo hęc esset introducta, & quod ex hac causa esset bonum, quod concilium, vel Papa statueret, quod certa solutio fieret pro personalibus, vt in quatuor festis anni aliquid daretur curato, & maxime illi, qui prædiales decimas non habet, vt deinceps viri timorati viderent, quid sequi possent. Quia in hoc inquit ipse Rebuf. est opinionum conflictus. Et cognosco ego aduocatum quẽdam qui in pluribus diebus festiuis anni eleemosynam ob hanc causam erogat, vnusquisque videbit, & considerabit quod conuenit conscientiæ suæ, & sic aliquos fecisse inquit Rebuf. *vbi supra q.12.n.5.* testaturque Duran. *in tract. de modo genera. concil. celeb. rub. 21. de decimis personalibus* propter conscientiam aliquorum esse super his per Ecclesiam prouidendum.

IN LEGEM SEPTIMAM.

1 *Decima duplex de eadem re non debet peti, & ideo neque de aceruo decimato.*

SVMMARIVM.

Decima de vna & eadem re bis peti non debet, & super hoc dantur Regiæ prouisiones.

NO se pidiesse, ni tornasse a pedir, ni lleuar rediezmo. Duplex enim Decima per vnum de vna † & eadem re percipienda non 1
est, *prout tenet glos. de ducendas, in cap. pastoralis, de decimis, & notant Doctor in cap. tua. & c. cum non sit. eo. tit. Gigas de pensioni. q.59. nu.3. & 4.* Et sic si decimæ iam à colono de toto aceruo solutæ sunt, antequam pẽsio ex aceruo illo decimato soluenda reddatur domino, non tenetur dominus ex soluta sibi pensione ex aceruo illo decimato, decimam aliam soluere, *secundum Oncalam in opusculis suis, tit. de decimis. 2. p. 6. propositione colu. 3.* Neque huic opinioni obstat text. *in c. à nobis de decimis*, ibi, *A dantibus & recipientibus, quasi ab vtrisque sit soluenda decima*, & tex. *in c. tua nobis*, ibi, *& cum de cunctis, eo. tit.* Quia debent intelligi quoties antequam debita pars domino à colono solueretur ex aceruo, aceruus ille totus non fuit decimatus: tunc enim à dantibus & recipientibus soluenda est decima. Secus vero si ante solutionem pensionis domino factam totus esset aceruus decimatus, tunc enim dominus ex pensione sua soluere decimam non tenebitur, *secundum glos. in d.c. pastoralis, & glo. in d.c. tua nobis, vers. sic & dominus, vbi Abb. n. 14. ita declarat, & additio. Bart. in l. interdum §. quoties ff. de publi. & vecti. & And. Hisp. in tract. de decimis, versi. 14. num.2. vol.15. diuersorum Doct. quod & late prosequitur Montaluus, in l.4. titul.5. libr.1. fori. verbo, todos: & Soto de Iusti. & iur. lib.9. q.4. art.2. in fine, pag. mihi.748. & glos. heredades. l.2. tit.20. p. 1. Pro quo videtur text. hic, & text. in l. 10. & 13. in fine: & 16. tit. 20. p. 1.* Et hoc nisi aliter de consuetudine haberetur, quia tunc cõsuetudo illa seruanda est: prout in ista quæstione succincte dixit Did. Perez *in d. lib. 1. ord. col. 215. vers. dubitatur:* & Montaluus, *vbi supra, in fine.* Notandum tamẽ est quod si pẽsio domino soluenda ex fundo cõducto nõ est soluenda in fructibus sed in pecunia, quia tempore locationis sic fuit cõuentũ: tunc de tali pẽsione non est soluẽda decima, quoniã intelligitur quod dñs vẽdidit fructus fundi illius salua decima, *secundum Abb. in d. nu.14. & eund. Abb. & Inno. in c. cum non sit, de decimis*, nisi aliud de cõsuetudine habeatur. Et hæc pro hoc titulo sufficiant: cætera per dictos modernos videri possunt, ne aliorũ scribamus scripta, prout faciunt

faciunt aliqui non allegantes eos, ego tamen eos allego, quia eorum allegatione quam plura dicta reperies & allegata, quæ obtunderent potius aures legentium, si omnia eorum dicta repeteremus. Et moderni nostri non sunt minoris authoritatis & doctrinæ, quam exteri: ideo mirandum non est, si eos passim allegauerimus, si vellemus etenim & antiquos allegare sciremus & modernos tacere: sed alienus labor, & gloria non est nostris auferenda.

Cum superioribus titulis dictum sit de beneficijs Ecclesiasticis, Prælatis, clericis, & bonis eorum, ad beneficiaque illa ipsis clericis prouidenda, aliquando præcedit præsentatio patronorum, eo quod beneficia de iure alicuius patronatus sunt. Ideò & nunc subsequitur titulus noster de iure patrona. Regis & laicorum, qui præsentationem clericorum prouidẽdorum ad beneficium patronatus solent coram superiori Ecclesiastico facere, vt eorum collatio & institutio per superiorẽ ipsum præsentato illi fiat talis beneficij. Quam continuationẽ colligo, ex Rocho de Curte, *in tract. de iure patr. fol. 1. col. 2. ad fin. in paruis*, qui in materia iuris patronatus optime loquitur. Et latissimè Lãberti. & alij plures scribentes, de iure patronatus, & per glos. Salmantin. *hic* & Cou. *in pract. c.* 36. vbi de differentia iuris patronatus laicorum & Ecclesiasticorum, & vtriusque derogatione agit.

TITVLVS SEXTVS,

Del Patronazgo Real, y de los otros Patrones, y de como el Reyes Comendero de lo Abbadengo.

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Valida est consuetudo præbens Regibus ius patronatus, & nu. 2. quod potest Rex opponere se electioni contrario factæ.*

2 *Ius patronatus à quo tempore Regibus Hispaniæ competat.*

3 *Præsentare aliquem ad ecclesiam non est quid spirituale.*

4 *Præscriptione ius patronatus acquiri potest.*

5 *Laici ex priuilegio etiam non patroni conferũt beneficia.*

6 *Priuilegio Romani Pontificis etiam mulieres conferre possunt beneficia.*

7 *Ius præsentandi in Ecclesia aliqua Regi competens, an & per quod tempus possit per Prælatum illius Ecclesiæ acquiri.*

8 *Absque Regis consensu translatio Episcoporum fieri non potest.*

SVMMARIVM.

Rex est patronus omnium Ecclesiarum cathedralium Regni.

Y *Antigua costumbre*. Quæ quidem consuetudo inducens vt mortuo Prælato capitulum nõ prius procedat ad electionem, quam nuntietur Principi, vel Regi mors Prælati, & ab eo petatur facultas & consensus eligendi, vt cum consensu suo procedatur ad electionem, & si fiat electio contra talem consuetudinem nulla sit & cassetur, valida est hæc talis
1 consuetudo, † *prout est text. elegans in c. longe 63. dist. & cap. lectis. & cap. Adrianus, & c. in synodo, iuncto cap. eadem 63. distinct. singulares, secundum Cassan. in catalogo gloriæ mundi. 5. p. consideratione 24. numero 294.* Nec per hoc tollitur libertas eligendi, iuxta originale dictum Innoc. quem *ibi* omnes sequuntur *in c. quod sicut, de electi. Quem omnes sequi testatur Selua, in tract. de beneficio. 2. p. q. 23. num. 26. vbi per totam illam quæstionem late hanc partem defendit, & Abb. in c. 1. num. 9. de electione, & glossator Salmantinus, lib. 1. ord. col. 251. & ante eum Suarez in allegatione 8. pag. 5. vers. verum est, & gloss. per text. ibi in l. 18. tit. 5. p. 1. & Carolus à Grassa. lib. 2. Regalium Franciæ iure 3. per totum, & glo. antiqua regularum cancellariæ Inno. 8. Reg. 40.* Vbi inquiunt, † quod si aliter fiat potest Rex electioni 2
se opponere, & resistere, & appellare, & allegare electum esse sibi suspectum, & sic remouendum. Interest enim Regum, nosse, qui maiores maxime Ecclesias administrent, quorum ipsi tutores sunt, & ne secreta sui Regni pandantur si suspectus Regno eligatur. Vnde in Regno circa Episcopatus, sine placet, Regis, nihil fit, *& facit text. in c. de hoc §. fin. cum glo. de simo. & alia plura iura per dictos Doct. allegata.* Et est ratio: nam cum præsentare aliquem ad Ecclesiam non sit quid spirituale, † li- 3
cet spirituali dicatur annexum, *vt probatur in cap. quanto, de iudi. & l. 56. tit 6. p. 1.* neque contrahatur aliquod vinculum ex præsentatione sola inter præsentatum, & ecclesiam *c. pastoralis de iure patro* nimirum si consuetudine ius hoc patronatus acquiri possit, *vt dictum est.* Imo & quod plus est quod & præscriptione acquiri poterit, *prout communem testatur Illustr. Padilla, in l. si aquam num. 54. Cod. de serui. & aqua.* Et quod tempus ad præscriptionem hanc inducendam ˣ requiratur, tra- 4
dit optime D. Cou. *in c. possessor 2. p. §. 10. num. 3.* Et quamuis ipse Dominus Padilla, *vbi supra*, dicat ipsum D. Couar. tenere quadragenariam tunc cum titulo requiri præscriptionem, *prout Abb. & Bald. per ipsum relati tenuerunt, & prout & absque tit. immemorialẽ requiri tenuit Deci. cons. 34. n. 3. hãc asserẽs veriorem & cõmunẽ*, hoc tamẽ asserit verũ Cou. *vbi sup.* quoties contra Ecclesiam liberam Patronum non habentẽ, neque recognoscẽtem præscribitur.

Secus

Secus si contra Ecclesiam patronum habentem præscriberetur ius patronatus. Nam tunc quadragenaria etiam absque titulo sufficeret præscriptio. Neque obstat decretum 9. concilij Tridentini, *Sessionis 25. de reformatione*: nã text. ille procedit in primo casu, scilicet, quoties præscribitur cõtra Ecclesiam liberam patronum nõ habentẽ, *vt patet ex text. ibi*, in seruitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur. Nõ vero loquitur in secundo casu, cũ contra Ecclesiam non liberam, & sic patronum habentem præscribitur. Nam tunc quando tempore præscribatur opiniones Doct. remanent in suo esse, & communis seruanda est. Ex quo vt ad nostrum text. reuertamur tenẽdum est firmiter similem consuetudinẽ nostri text. validam esse, & per dict. Decretũ 9. conc. Trid. Regij ij patronatus cathedralium Ecclesiarum illæ si seruari iubẽtur. Et ex decreto alio eiusdem concilij *in l. 5.* inf. allegato, prouisio aliter facta non seruatis qualitibus, & formis requisitis. Hocque ius patronatus quamuis gl. antiqua dict. cancel. Inno. VIII. 40. in ordine asserat nulli alij quam Regi Hispanię competere, prout competit, quicquid in contrarium asserat Carol. à Grassallis, *dicto iure 3. in fine*, dicens nulli alij quam Regi Franciæ competere, quilibet enim Regem suum tutatur, & defendit, & iure optimo. Idẽ tamen in Normania vti asserit Reb. *in prax. benefi. in 3. p. signaturæ. §. necnon iure patronatu, nu. 36 pag 170. & 166. nu. 5. & Lamberti. de iure patro. lib. 1. partis 1. q. 10. princ. art. 2.* Imo cuilibet Regi in suo regno hoc ius competere asserit Matthæ. Affl. *in præludijs ad const. Sicil. q. 18. nu. 2. cum seq. & fin. ita asserit.* Id tamen verum esset si cõsuetudine, vel Papæ priuilegio obtineatur, prout ex vtroque competere iure Regi nostro Hispaniæ, ex lege nostra, & ex priuilegio Pontificum patet, imo & ex concilio Toletano, *de quo in d. c. cum longe. 63. dist. & asserit Cou. in d. c. possessor 2. p. 1. §. 10. nu. 5. & 6.* Et se vidisse concessiones, & confirmationes Papales Regi Hispaniæ missas asserit Greg. Lopez *in dict. l. 18. tit. 5. p. 1. relatus per Didacum Perez in d. lib. 1. ord. col. 251.* Et hoc est quod inquit Ioan. And. relatus per Reb. *in d. pag. 166. nu. 5.* se vidisse de hoc bullam directã Prælatis Angliæ, & Host. relatus per Barba. *cons. 23. col. 7. lib. 1.* & Pala. Rube. *in de beneficijs vacã. in curia. §. 11. & gl. in prag. sanct. in proœ §. cæterum, gl. enernuantur fol. 41. in paruis.* vbi inquit quod prouisio aliter facta nulla est, quia non censetur Papam includere beneficia hæc in gratia alicui facta. Et quatuor rationes iustificatiuas huius conclusionis adducit Carol. à Grassal. *in d. iure 3.* per quem videri possunt, sufficit enim scire valere talẽ consuetudinem, mediãte qua ius hoc patronatus acquiri potest, & ex priuilegio id etiã haberi, quo mediante etiã laici † non patroni conferre possunt beneficia, secundũ *Reb. in prax. bene. tit. de collat. n. 9. pag.* 31. & Gigantem *de pensio. q. 21. n. 5.* & Aug. Beroi. *in q. familiari. 7. n. 4.* & Boeri. optime, *decis. 32. num. 9.* Vbi inquit priuilegio Papæ hoc effici posse non esse dubitandum: nam & ex priuilegio Romani Pontificis etiam mulieres † conferre possunt beneficia. Licet ipse *ibidem n. 7.* an sufficeret ad hoc maxime dubitet: de nostra tamen cõsuetudine nihil est dubitandum quin valeat. Neque dictis obstabunt reseruationes, quas sibi Pontifices per Regulas Cancellariæ faciunt, præsertim circa prouisiones cathedralium Ecclesiarum, quia non intelliguntur de illis, vbi Rex habet ius patronatus, *secundum Lamberti. de iur. patro. lib. 2. 3. p. 9. q. 1. art. 3. nu. 3.* Ex quo non fit eorum patronatuum mentio in reseruationibus illis. *Ita gl. in d. regul. 40. Inn. 8.* Nam Papa *secundum eam ibi*, potest sibi ipsi imponere legem per clausulam derogatoriam, si non facit mentionem de illa clausula: & hoc est quod dicit Bald. *in præludijs feudorum, col. 13.* quem glo. illa sic intelligit. Neque obstat dictum Archi. *in c. lectis 63. distinct. quod sequitur Bald. in proœ. decretal. col. 4. & in cap. quanto, de iudi.* quia ei respondet gl. illa antiqua de regul. 40. Inn. VIII. Vel verius dic quod *ibi* Archi. nihil tenet contra nos sed potius nostrum intentum prosequitur, scilicet, quod Reges patroni sunt in Episcopatibus, *prout eum refert Bald. in dict. cap. quanto num. fin. Vbi ipse Bald. inquit hoc facere pro Ducibus Alemaniæ, & similibus.* Neque obstat text. *in cap. si quis deinceps. 16. q. 7.* nam non procedit stante dicto priuilegio Regi nostro cõcesso per Papam, *secundum Reb. in tract. de nominatio. q. 21. numer. 58. in antiquis, & in nouis. 68.* Neque obstat Abb. dictum. *in dict. cap. quod sicut §. 1. nu. 2. de electione*, dicentis, de iure in electione Prælatorum non requiri Regium consensum, etiamsi Rex sit patronus: nam Abbas in hoc reprobatur, *vt videbis in l. 5. infra eod.* Neque obstat text. *in cap. quia sancta. §. verum. 63. dist.* quia loquitur de reuocatione priuilegij quod fuerat concessum Imperatoribus, de eligendo, seu ordinando Romano Pontifice, *vt patet ex text. ibidem clare, & ex cap. Adrianus, & seqq. eadem distinct.* non autem de alijs priuilegijs Regi concessis circa electiones Prælatorum, & eorum inuestituras & approbationes. Et hic est verus & literalis illius text. intellectus: alios duos assignat Caro. à Grassa. *d. lib. 2. Regal. Fran. iure 3.* qui non placent, ideo omitto eos. Nec pariter obstat text. *in cap. ego Ludouicus 64. distinct.* in quantum dicit priuilegio fuisse renuntiatum, nam procedit, & loquitur eodem modo circa electionem Romani Pontificis, non vero Prælatorum inferiorum, & adhuc inquit Carolus Grassal. *vbi supra* esset magnum dubium, an renuntiatio Regis sine consensu regnicolarum valeret, cum censeatur alienatio, *de quo se remittit ad notata. in cap. intellectio, de iur. iur. & aliquid per Bald. in cap. 1. §. in generali, si de feud. fuer. cont. cont. int. dom. & agn. vers. quæro vtrum Rex Franciæ*, & sic remanet satis iustificata dicta consuetudo. Et à quo tempore competat Regibus Hispaniæ † ius hoc patronatus, tradit glossator Salmantinus, *hic col. 251. cum seqq.* Et sex tempora circa regnum Franciæ in hac materia considerauit Rebuf. *in concordata Regis Fran. tit. de electi. derog. glo. 1. pagina 55. in antiquis.* Adeoque dicta vera sunt, quod absque Regis consensu non potest fieri translatio * Episcoporum, sicut neque in Francia fieri posse asserit Reb. *in d. concord. tit. de nomi. Reg. ad Prælat. faci. §. glo. vacantibus, pagin. 84. cum seqq. part. 1.* Vbi per totum illum titulum plures doctrinas & quæstiones annectit materiæ nostrę conuenientes per ipsum videbuntur: & late istud ius patron. Regis in Ecclesijs defendit, & tutatur Guerrerius, relatus per Mincha. *contro. illustri. c. 22. num. 15.*

5 6 7 8

IN LEGEM SECVNDAM.

SVMMARIVM.

Rex Castellæ cognoscit inter Prælatos & laicos super Ecclesijs & beneficijs per viam querelæ, & violentiæ prohibendæ.

F*Verças.* Semel iam decreueram nostri text. dispositionem nullo fundamento firmare, vt potè, quia ex doctoribus allegandis in prosecutione firmata reperiri posset. Verum, quia fundamenta diuisim sunt apposita, & est locus hic ordinarius vbi recurrendum est, breuitate, qua potero fundabo nostri text. dispositionem, & eius iustificationem, tam ex sacris literis, quam ex canonicis, ciuilibus & Regijs, & ex publica omnium vtilitate & tolerantia summi Pontificis.

Et primo fundatur *ex cap.* 12. *Hieremiæ*, vbi Dominus loquens domui Regis Iuda inquit, *iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis*, & expressius, *in cap. 22.* ibi. *Audi verbum Domini, Rex Iuda, qui sedes super solio Dauid facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris*, vbi Hieronymus *in commentarijs, ad illud cap. 22. vt habetur in c. Regum. 23. q.* 15. Regum inquit, officium est proprium facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos.

Secundo, ex iure canonico fundatur ex text. *in cap. petimus. 11. q. 5. & 16. q. 1. c. quidam monachi*, vbi patet quod ad querelam nedum laici, sed etiã clerici passim violentiam à Prælato suo, Rector prouinciæ aut defensor ciuitatis suum officium interponit, vt constito ei de violentia reducat spoliatos in possessionem. Imo vult text. *in c. omnis 7. q.* 1. quod si quis negauerit oppressis debitum fauorem quodammodo Christũ necare videretur.

Tertio idem probatur *ex cap. filijs vel nepotibus. 16. q. 7.* Vbi constat Episcopis & Archiepiscopis negligentibus punitionem eorum rectorum, qui bonis Ecclesiasticis abutuntur, posse Regem adiri vt illi malo medeatur. Et quamuis Abb. *in cap. qualiter, de iudi.* illius text. verba interpretari velit, & dicat illum text. corrigi per iura noua, profecto, *vt inquit Couar. in pract. cap. 33. num. 3. vers. 2. probatur, & Mexia in apparatu legis de Tolledo* 11. *fund. 2. partis nu.* 47. nulla extat iuris noui correctio ad hunc effectum, vt Princeps secularis oppressos violentia iudicum Ecclesiasticorum inferiorum liberet, interim donec à summo Pontifice præstetur iure debitum auxilium.

Quarto idem Cou. *vbi supra* adducit text. *in c. Principes. 23. q. 5.* quo in loco testimonium Isidori à Gratiano adducitur, vt sciamus Principes seculi intra Ecclesiam eam potestatem habere, vt superborum ceruices comprimant, & quod fieri non potest per Ecclesiasticos iudices ab ipsis iuxta disciplinam Reip. vtilem executioni mandetur. Ergo vbi præsto non est quilibet oppressos à iudicibus Ecclesiasticis, potestate quidem Ecclesiæ ipse secularis Princeps poterit auxilium miseteris ministrare.

Quinto accedat etiam text. *in cap. Maximinianus, cum seq. 23. q. 3. & cap. Christianus. 11. quæst. 1. & text. optimus in cap. administratores. 23. quæst. 5.* vbi tex. inquit, Administratores, plane secularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum tuitionem, pupillorum ac viduarum protectionem, rapaciumque refrænationem constitui proculdubio esse debẽt, quoties ab Episcopis & Ecclesiasticis viris conuenti fuerint, eorum querimonijs auditis audiant: & secundum quod necessitas expedierit absque negligentia examinent, & studio diligenti corrigant.

Sexto facit text. *in cap. Romana. §. sane, de cens. fin. & in capit. Rom. de pœnis. in 6.* vbi de notorijs criminibus, & abusibus Archiepiscopus cognoscit in diœcesibus suffraganeorum suorum, & dicitur abusus notorius quoties in actu, qui geritur vsus nullus est. *l. ob quæ vitia. §. idem Pomponius ff. de ædili. edicto*, vel vbi contra naturam actus fit. *l.* 1. *§. sed sciendum, eo tit.* vel quando actus fit à non habente potestatem, quia non potest esse maior abusus, vel nullitas, quam defectus potestatis, *secundum Inn. & Doc. in cap. cum olim de causa pos. & propr.* cui licet resistere propria authoritate *l. prohibitum. l. defensionis Cod. de iure fis. lib.* 10 *cap. si quando, de resc.* & à fortiori per potestatem Regiã ordine iudiciario. *l. non est singulis ff. de reg. iuris.* Vnde si Papa, vel eius Comes Palatinus legitimare vellent bastardos in regno Franciæ, aut Hispaniæ quoad effectum succedendi, vel aliàs iurisdictionem Regiam caperet, Rex & eius officiarij talem abusum omnino repellerent, & impetrantem seu actum sustinentem mulctarent, tanquam interuertentem Regiam authoritatem, *secundum Carolum à Grassalis, lib. 2. Regalium Franciæ, iure 7. pagin. 3. in parvis, & Reb. in dicto 3. tomo. constitutio. Franciæ. tit. de appellatio.* tanquam ab abusu, *gloss.* 1 authoritatibus etiam Petri & Pauli conatur etiam hanc partem defendere Octauianus Cacheranus, *in decisio. Pedemontana. 30. numer. 8. cum 2. sequentib. in quibus cum late & prolixe procedat, per ipsum hæc fundamenta videri poterunt.*

Septimo ex iure ciuili fundatur iustificatio nostræ consuetudinis, videlicet *ex l. final. Cod. de summa trin. & fide cath. & in auth. quomodo opor. Epis. colu.* 1. Vbi dicitur Regiam potestatem ad hoc inter cætera esse institutam, vt sanctorum patrum decreta salubertima executioni demandari faciat, & inuiolabiliter obseruari, & ob hoc Rex noster inuictissimus, potentissimusque protector est Decretorum sacri Concilij Tridentini. Et si contra eius Decreta attentatur, ad Regem ipsum, & eius supremum consilium, tanquam ad protectorem recurritur, vt & per viã querelæ, & protectionis negotium medeatur. *Et in cap.* 20. *Sessio. 25. dicti concilij* Ecclesiæ protectores vocantur Reges, & Religionis, & Ecclesiæ defensores appellãtur *in cap. principes. 23. q. 5.* ac vt Esaias. *cap.* 49. loquitur nutritij dicuntur, & facit illud Ioiadæ Regis. 4. *Reg. cap.* 12 qui iussit pecuniam oblatam ad tutelam templi erogari fabris ac cæmentarijs, quia Sacerdotes, quibus id commissum erat negligentes in erogatione hac extiterunt.

Octauo etiam, quia ordinarius iudex subditos defendere tenetur. *l. illicitas, in princ. & in §. ne potentiores, & ibi Bald. ff. de offi. præs.* Vbi notatur ad officium iudicis spectare prouidere ne alicui violen-

violentia fiat, & ne potentiores minus potētes opprimāt. Vbi Bal. *in fi.* inquit quod iudex facit magnā eleemosynam apud Deum, quando pauperes tuetur, ne opprimantur. Rex tamen ordinarius est in Regno suo, quia omnes seculares iurisdictiones ab ipso fluunt, & ad ipsum refluunt, sicut flumina ad mare, prout diuina voluntate, dicemus *in leg. 3. in glos. 1. tit. 5. infra lib.* 3. Ergo ipse est, qui violentias habet excutere, & in tuitione pauperum apud Deum eleemosynam facere, & si apud Deū, à fortiori apud eius vicarium in terris. Sed quid acceptius, quam eleemosyna, & cui negandum, vel prohibendum est eleemosynam facere? certe nulli. Igitur violentias Rex tollit.

Nonò, clerici suo Regi rebelles, vel qui nolūt desistere à violentijs, quas inferunt vassallis, possunt iure originis à Regno expelli, & priuari, *secundum text. in l. quicūque, & ibi notat Paul. C. de Episc. & cleri. & in tit.* 1. *lib.* 4. *infra dicemus*. Ergo & à fortiori poterit Rex eis iubere ne alijs vim faciant, neque oppressores eorum sint.

Decimo, iure nostro Regio idem statutū videmus *ex text. nostro, & ex l.* 36. *tit.* 5. *lib.* 2. *inf. & ex l.* 13. *tit.* 13. *p* 2. *& l.* 19. *tit.* 9. *p.* 1. Igitur ius hoc Regium & commune iure etiam canonico, & ex authoritatibus diuinæ scripturæ fulcitum seruandum est.

Præsertim cum & vndecimo ista consuetudo propter magnā eius vtilitatem, quę Reip. accedit, seruanda est, tollit enim plures insolentias & grauamina manifesta iudicum Ecclesiasticorum, *secū. glo. in dict. l.* 13. *& secundum Couarru. in dict. cap.* 35. *numero* 3. *vers. hinc autem*, nisi remedium hoc & consilium aduersus iudices Ecclesiasticos adhiberetur, grauissime opprimerentur innocentes ab ijs Ecclesiasticis iudicibus, qui procul à Romana curia passim iurisdictione & potestate Ecclesiastica abuterentur: nullusque iudex secularis, aut beneficiatus, laicus aut clericus securi esse possent, neque bona possidere pacifica, si ab vnoquoque Ecclesiasticorum iudicum grauamine appellandū esset ad eorum superiores. Immortales enim sunt eorum lites, & cum hac gradus prærogatiua, seipsos iudices Ecclesiastici refrænant, ne ita passim iniustitia eius patefiat, maturius causas deliberant, cum remedium hoc tollendæ violentiæ præ oculis habeant. Et sic inquit ipse Couar. *in eo. numer.* 3. *vers. quinto*, quod si quis contendat à Principibus secularibus hanc tollere potestatem statim nō quidem serò comperiet experimento manifestissimo quantum calamitatis reip. inuexerit.

Item duodecimò fundatur nostra consuetudo ex tolerantia Papæ & præsumpta eius voluntate, qui scit & tolerat propter bonū cōmune, & quotidie sunt in eius curia processus Ecclesiastici, *vt inquit gloss. d. l.* 13. qui ad Regalia consistoria venerunt & veniunt semper, & consuetudo dat iurisdictionem c. cum contingat, de foro com. & tenaciter obseruata consuetudo habet vim iustitiæ, dat iurisdictionem, & mandatum. Et in dubium est, de voluntate Papæ, etiam cessante consuetudine, hoc fieri posse, quia causas etiam spirituales laico potest delegare, *secundum gloss. c.* 1. 94. *distin.* Igitur & diu obseruata consuetudo hæc & tolerata per Papam in posterum obseruanda est.

Decimotertio fundatur, quia si licet clericis in auxilium Imperiales leges assumere. *cap. si in adiutorium* 10. *distinct.* cur non itidem licebit Imperatorem aliumve Principem adire, cum sit lex animata in terris, *in authent. de consuli. §. omnibus & ibi glo.*

Item & decimoquarto, & finaliter, inquit enim Corsetus, *in tract. de potestate Regia* 4. *par. num.* 8. post Bald. & Alex. per eum relatos, & concludit, Principem interdicere, siue inhibere Episcopis, & eorum Vicarijs posse, ne quenquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causa ostendatur probeturque, *vt in auth. de sanctis. episcopis. §. omnibus.* Quod etiam Concilio generali prohibitum est, ne quis in aliquem excommunicationis proferat sententiam absque manifesta & rationabili causa. *c. sacros. §. caueat de sent. excom. c. nemo Episcopus.* 2. *q.* 1. Huc accedit quod scribit Bald. *l. fin. col.* 1. *C. de edicto D. Adri. tollen.* iudicem secularem pati non debere spiritualia beneficia de facto occupari. Ergo à fortiori minus pati etiam debet ecclesiasticas personas de facto grauari, arguendo de re ad personam, quod validum est in iure. *gl. l. cū quid, verbo, nouum ff. si cer. pet.* Et sic videmus consuetudinem etiam haberi in Gallia, & Italia, & in alijs mundi pluribus partibus, vt commemorat diligētissimè Naua. *in cap. cum contingat, de rescrip. reme.* 1. *causa.* 16. *pag.* 146. *& Carol. à Grassal. d. lib.* 2. *Regal. Franc. iure.* 7. *per totum, & Menoch. de retinenda possessione remed* 3. *nu.* 356. *cum duobus sequentib.* Et defendunt ipsi hanc consuetudinem, & Couar. *dict. c.* 35. *nu.* 3. & Afflict. *decis.* 24. & nouissime Octauianus *in decis.* 30. *Pedemont.* & Mexia *in apparatu. l. de Toledo in d.* 11. *fundamento* 2. *par. nu.* 47. & Gregor. Lop. *in d. l.* 13. à quibus desumpsi fundamenta hæc & in vnum collegi, vt prę manibus, & iunctim haberentur, *& tradit etiam Speculator, in tract. de modo generalis Concilij celebr. rub.* 40. *de defensoribus Ecclesiarum à Princip. postul. Rebuff. in d.* 3. *tom. d. tit. de appell. tanquam ab vsu, & Anend. c.* 1. *prator. num.* 32. *lib.* 1. *& c.* 6. *nu.* 12. *li.* 2. *& Castillo l.* 49. *Tauri, num.* 3. *& Auiles c.* 1. *prator. verbo, mandamus, nu.* 8. *cum duobus seqq.* Et Rebuff. *vbi supra*, ponit casus vbi à communiter accidentibus solet cognosci, & casus vbi non habet locum per viam hanc violentiæ deferri ad curiā, vel cancellariam, & vide duos casus *in l.* 37. *&* 40. *tit.* 5. *lib.* 2. *infra*. Neque huic cōsuetudini obstant contraria, quæ solent adduci. Nam omnia si inspexeris, & consideraueris procedunt quoties Rex per modum ordinariæ iurisdictionis, & cum causę cognitione, vt iudex vellet procedere contra clericū, & in Ecclesiasticis causis, tunc enim non posset, quia diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet. Et in hoc casu loquitur & procedit cap. 15. Bullæ cœnæ Domini Pij Papæ. V. *in eius primo responso, vt ex eo patet* ibi, *Causas ab auditoribus, & commissarijs nostris alijsque iudicibus Ecclesiasticis* (vt eorum verbis vtamur) *auocant*, & ibi, *& se de illarum cognitione tanquam iudices intromittere*: secus vero quando Rex procedit (prout nos loquimur) ad præstandam defensionem spoliato, & oppresso per alium clericum, & per factum notorium, & euidentiam rei, & citatis quorum interest. Tunc enim optimè procedit nostra consuetudo. Regij enim consiliarij, *vt inquit optimè Couarruu. dict. num.* 3. *versic. nec Regij*, non cognoscunt de iustitia appellationis ad summum Pontificem deferendæ: sed tantum ad hoc vt tollatur vis illa, quæ à iudice ecclesiastico iniustissimè fit appellanti, dum eum censuris iudex oppri-

opprimit pro executione sententiæ, quæ nondum transierit in rem iudicatam pendente appellatione ad summum Pontificem proposita: cui tenebatur iudex omnino deferri, iuxta Canonicarum sanctionum decreta, & quæ faciliter tolli non posset nisi via hæc violentiæ esset consueta. Neque huic declarationi obstant verba finalia illius. *cap.* 14. Bullæ Cœnæ Domini, in quantum *ibi* dicitur. *Vel aliàs executionem literarum Apostolicarum, vel executorialium etiam sub prætextu violentiæ prohibẽdæ, vel quo ad nos informandos, vt ipsi aiunt, supplicauerint aut supplicari fecerint*. Quia verba illa solummodo procedunt prout loquuntur quoties executio literarum apostolicarum vel executorialium, vel iurisdictio Ecclesiastica impeditur: & ad impediendum id fit, hoc solo tantum animo, vt executio impediatur, non vero vt grauamen tollatur. Hoc enim neque licitum neque honestũ est, & sub prętextu hoc facientes tantum, eius bullæ excommunicationem incurrunt. Secus vero est quoties tantum ad tollẽdam vim & oppressionem per iudices Ecclesiasticos factam etiã virtute executorialium vel literarum apostolicarum vtitur remedio nostri text. Hoc enim neque capitulum illud tollit, neque summus ipse Pontifex vult quenquam opprimi, & grauari. Imo potius contrarium *ibi* denotat dum supplicationes ad ipsum permittit interponendas per capitulum illud, vt ipse melius informatus de inconuenientijs suspendat effectum literarum suarum, & dignetur hæc damna mederi, & post vidi Nauarr. *in Man. Latino.cap.27.nu.* 69. *&* 70. & Cordouam, *in sua summa, quæst.*35. ita tenentes, & intelligentes Neque existimandum est quicquam apud Regia Hispanarium prætoria in hisce rebus & negotijs Ecclesiasticis fieri, quod vel minimum deroget summi Pontificis potestati. Absit enim hoc à catholicis Hispaniarum Principibus, qui sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, eiusque summi, & totius christiani orbis Pontificis decreta, & mandata maximo conatu exequuntur, & venerantur. Et sic capitulum illud Bullæ Cœnæ Domini Pij V. non contrariatur nostrę dispositioni, neque consuetudinem nostram tollit. Et salua in omnibus Ecclesiæ, & eius summi Vicarij autoritate, & voluntate sic videtur intelligendum illud capitulum. Neque itidem obstãt alia, quæ in particulari adduci possent, & adducuntur per Octauianum. *in d. decisione* 30. *Pedemontana*, quia illis responderi potest ex dictis & relatis *supra ex Matth. Afflict.* alijs contrarijs, velut respondet omnibus ipse Octauian. *vbi supra n.*16. *cum seq.* quod contraria *ibi* proposita loquũtur quoad spiritualia, & ratione peccati in quibus clarum est, Imperatores aliosque omnes esse postponendos sacerdotibus eisque subditos esse, & ita inquit procedere *c. certum cum 2. seq.* 10. *dist.* & id quod dicitur de Beato Ambros. quod Theodosium Imperatorem, & Zachariam Regem Frãcorum excommunicauerit, *prout ibi ijs & alijs respondet Octauianus*. Et sic omnino cessant cõtraria, & remanet nostra consuetudo defensata. Et notãdum quod duobus modis processus feruntur in modum violentiæ ad cancellarias, qui deducuntur ex Couar. *in d.c.*35. *n.*2. & nouissimè ex practico Monter. *in sua pract.*5. *tratado de las chãcillerias in c. Sigue se el tercero processo, que es Ecclesiastico, que viene por via de fuerça, fo.* 92. Vel deducitur processus ad curiam & Regium consilium super literis, & bullis Apostolicis, quæ sunt in derogationem Cõcilij Tridentini, vel patronatus Regij aut laicorũ vel super canonijs cathedralium Ecclesiarum magistralibus vel doctoralibus, vel super beneficijs patrimonialibus locorum aliquorum Regni, vel super nouitate decimarum, & super decimis. Et hæc omnia & similia in ipso consilio Regio tractantur & reuidentur, neque cancellarijs remittũtur. Et in ijs aliter *ibidem* proceditur, *vt licet videre ex eodem Monterroso, vbi supra in c. Sigue se el quarto processo, que es sobre lo renunciacion de Bullas. fol* 95. Et regulariter ex antiquis actis determinatur gradus hic violentiæ non vero ex nouis. Et sic breuiter & summarie expeditur, *secundum Rebuff. in d.* 3. *tom. const. Fran. tit. de causa benef. poss. art.*8. *glo.*1. *& Auend. c.*1. *nu.*32. *lib.*1. citata tamen parte aduersa, vt inquit *ibi* Auend. *vers. & ideo*, & Coua. *vbi supra*, & Monterroso, *in d.c. Del tercero processo*, vbi inquit. Quod vsque dum citetur pars, nihil determinatur. Et solent aliquãdo partem vnam in expensis condemnare, *secundum glo. in d. l.*13. *tit.* 13. *p.* 2. *& text. optimum in materia modum procedendi, vide declarantem in l.*36. *tit.*5. *lib.*2. *infra*, quæ omnia nota quia non sic digesta reperies, vt inquit tamen Octauian. *in d. decis.*30. *in fin.* Hæc scripta sint, salua semper determinatione sanctæ Matris Ecclesię, cui & in ijs & omnibus me subijcio semper, & vide l.8. *tit.*10. *lib. isto primo infra*, vbi non defertur ad cancellarias negotium de quo ibi.

IN LEGEM QVINTAM.

1 *Impetrationes beneficiorum absque Regis consensu vbi patronus est non exequuntur statim.*

2 *Prouisio facta aliter, quam de patronorum consensu nulla est.*

3 *Papa etiam motu proprio procedens non censetur iuri patronatus Regio præiudicare.*

4 *An ex consuetudine vel præscriptione sit in literis mentio faciẽda de iure hoc patronatus.*

5 *Quis debet probare quod sit de iure patronatus laicorum.*

6 *Hodie iuri patronatus laicorum non censetur derogatum, nisi, &c.*

SVMMARIVM.

Nullus absque Regia præsentatione impetret beneficium, capellaniam vel Ecclesiam quamcunq; Regij patronatus, neque in eis pensionem constituat sub pœna.

S*Ea guardado.* Prout, & intactum seruatur ex Decreto sacri Concilij Tridentini, session. 25. de reformatione cap. 9.

De impetrar. Iustè statuitur ob euitandas plures falsas supplicationes solicitis nimium precibus, ne dicam ambitiosis expositas causis aduersus piam ipsam sanctorum Pontificum voluntatẽ, *vt inquit Couar. in pract. c.*36. *num.*2. *in fine, cum seq.* Ideò neque per permutationem, resignationem,

† vel

1 † vel pensionem, nec per alium modum similes impetrationes effectũ habere debent absque præuio Regis assensu, & præsentatione, *prout ipsemet Couar. ibidem nu. 6. cum seq. late tractat, & declarat, & Rebu. in Concordata tit. de Regia ad Prælat. nomi. faci. in glo. etiam processionem, pag. 80.* Imò vt lex nostra in hoc exequi possit iudices supremi solẽt cõcedere, & concedunt literas, & prouisiones Regias, *secundum Auend. cap. 1. præto. nu. 32. versic. item ex eadem iurisdictione lib. 1. dum ibi applicat dicta ad pragmaticas positas post. c. 53. in curijs de Madrid anni 1425. Quarum vna est lex nostra, & tenet etiã Mexia, in apparatu ad l. de Toledo in 11. fundamento, secundæ partis num. 47.* Quicquid dixerit Abb. *in c. quod sicut §. 1. num. 2. de electio.* dum dicit in electione Prælatorum de iure non requiri prius Regium consensum etiam si Rex sit patronus. In quo malè dicit, nam si fatetur eum Patronum quomodo institutio, & electio fieri potest nisi ad præsentationem patroni, cum aliàs nulla sit ipso iure *secundum text. cap. decernimus 16. q. 7. & l. 5. vbi gloss. tit. 15. p. 1.* Et sic contra Abb. tenẽt supra dicti Doct. & Didacus Perez *in l. 2. tit. 6. verbo, consienten, col. 259 lib. 1. Ordi.* Et expresse reprobat Abbatem Carolus de Grassallis, *lib. 2. Regalium Franciæ iure 3. pagin. 3. in princip.* vbi & alia in propositum nostrum adducit per ipsum videnda. Imo & ipse Abb. *in cap. 1. nu. 9. de electione* sibi contrariatur. Quas ob res Rex & supremum eius consilium quotidie iubet quod nullæ literæ exequantur, quæ in derogationem huius iuris patronatus Regij vel laicalis prouenerint, & emanauerint à Romana curia, vsque dum deferantur ad ipsum supremum Regis consilium, vt summus ipse Pontifex eas cõcedens cõsulatur, & certioretur, quatenus sunt in derogationem sui iuris patronatus, vel laicorũ supplicetur; ei vt dignetur eas suspendere, & derogare, propter eminens damnum iuri Regio resultans & proueniens. Istudque non est eius voluntati & mandato contraire, vel resistere, cum ipsius Papæ intentionis non sit præiudicari iuri huic patronatus, nisi expresse dicatur. Imò potius censentur tales literæ per subreptionem obtentæ: ideoque non exquendæ vsque dum summus ipse Pontifex consulatur, & secunda eius iussio expectetur. Aliter enim esset Reges nostros, & patronos laicos sua possessione priuare, *secundũ Suarez allegat. 13. pa. 2. in princ.* prout *& in l. 14. tit. 3. supra, eo.* diximus, & allegauimus circa beneficia exteris non prouidenda. *Et tradunt allegati per Didacum Perez hic col. 253. & optimè per Couar. in practi. quæstio. c. 36. nu. 3. & 4. per Villalobos, in suo ærario mille com. opi. litera I. num. 313. cum aliquibus sequent. & tradit late, & bene Palat. Rub. in tracta. de benefi. vacan. in curia. per totum.* Imo & Prælatus electus, & confirmatus non potest administrare donec Regi se præsentauerit prout in Francia, & Hispania vti asserit Caro. Grassallis, *& li. 2. Regali Franc. iure 12.* & tradit late Felin. *in tract. quando litera apost. noc. patro.* Cuius dicta reassumit Lambertinus *in tract. de iure patro. lib. 2. part. 3. q. 9. principali per totam,* idque iusta ratione, & consuetudine, & priuilegio, *prout in l. 1. supra eo. diximus,* Regi nostro Hispaniarũ competit: cum, *vt apparet ex gl. in c. Adrianus. 63. dist. & referunt relati Doct. præsertim Villalobos vbi supra & iterũ in Antinomia iuris ciuilis & Regij,* ipsi Reges Hispaniæ eam suo proprio sãguine à faucibus inimicorum redemerint. Itidemque ne laici à benefaciendo Ecclesijs retrahantur. Et ideo ius hoc patronatus illæsum seruatur *per d. c. 9 sess. 25. Concil. Triden.* Quod in tantum verum est, quod aliter facta prouisio quam de Patronorum cõsensu † nulla est, & inualida, *vt per Cassiadorum, decis. 4. de probatio. nu. 1.* Et est in argumentum text. *in c. 5. Concilij Trident. sess. 25. de reformatione,* vbi omnes qualitates requisitas in fũdatione iuris patronatus obseruari iubetur in prouisione, & collatione: aliàs subreptitia est prouisio, & nulla. Imò & succedens in locum negligentis Patroni tenetur prouidere illis personis, & seruare illas qualitates & cõditiones, quas & quibus negligens Patronus tenebatur seruare, & prouidere, *secundum Abb. in c. possessiones, de rebus Eccle. non ali. & Euerardum in centuria locorũ c. 93. à subrogatione, pag. 4. in paruis, & Rochum, de iure patro. verbo. honorificum num. 8. vbi optima dicit in propositum, & Selua de beneficio. 3. p. q. 49. per totam, & Rebuff. de nominat. quæst. 8. nu. 16. in antiquis & Fran. Marcus, in decisi. Dalphi. 494. p. 1.* ex quo argu. *dicti decreti. 5. Concilij Trident.* inquit Nauar. *in Manuali in c. nouo. 28. in additio. ad c. 25. sub nu. 118.* quod peccat beneficium acceptãs si non habet qualitates in fundatione illius beneficij requisitas. Ex causa tamen pro vna vice tantũ posset per Episcopum cum patroni consensu non obseruari aliqua ex qualitatibus requisitis in fundatione, *secundum Doctor. in c. cum accessissent, de const. latè Lambert. de iure patrona. lib. 3. quæst. 5. principali per totam fol. 21. & seq.* Absque causa tamen nullo modo, etiam si patronus consentiret, posset id fieri, *secundum Rebuff. in praxi beneficiorum tit. requisita in literis collationum num. 26. 27. & 28. pag. 46. in magnis, & Lamberti. vbi supra.* Imo & secundum veram opinionem meo iudicio non quilibet patronus sufficeret, quod consentiret, sed primus omnium fundator, *prout alibi latius videbitur.* Qua de causa vide iam per cancellariam Pincianam in gradu de fuerca, iussũ annullari similẽ prouisionẽ de Patroni cõsensu factã contra fundationis qualitates, & quod obseruarentur qualitates illius, & secundum earum formam iterum prouideretur. Et iustè factum fuit. Et quid si Episcopus confert beneficium alicui contra fundationis formam, an tenebitur, qui prouidendus erat secundum tenorẽ fundationis, recurrere ad collatorem, an vero eo omisso poterit ad superiorem recurrere, vide glo. *in pragm. sanct. to. 1. tit. de collat. §. quod si quis gloss. eo ipso. fol. 206. in paruis.* Sed quæ est maior qualitas quam patronorum consensus, quem semper expectandum testatores, & fundatores iuris patronatus iubent? Idque in tantum procedit quod quamuis proprio motu Papa procederet * aliter prouidendo non censetur iuri huic patronatus præiudicare velle, *secundum Cassiadorum, vbi supra, & Feli. vbi sup. & Lamber. in d. lib. 2. q. 3. princ. 3. par. ar. 3. n. 1.* Imo quantumuis Papa vellet præiudicare iuri patronatus laicorum, non censetur velle præiudicare iuri patronatus Regis, *secundum Palat. Rub. in dict. tract. de benefi. vacan. in curia. §. 11. & Rebuff. in in praxi. beneficio. in 3. par. signatura. verbo, nec non iure patronatus, nu. 62. pagin. 173. & glos. antiqua in regulis cancellariæ Innocen. 8. regula. 40. fol. 56. in paruis.* Iterum, & plus notandum est, quod quãuis beneficia hæc iuris patronatus Regij vacent in curia per obitu m, non censentur reseruata, neque

neque videtur in dubio Papam iuri huic voluisse præiudicare, *secundum Staphileum, de lite gra. & iusti. tit. de modo, & forma impet. versic. sequitur videre de tertia qual. num. 8. cum tribus seq. vbi nu. 14. optimam annectit quæstionem. Et idem tenet Rebuff. in d. verbo, nec non iure patronatus, num. 20. & 64. pagin. 168. & 163. & in tract. de dominatio. quæst. 21. n. 69. & Pal. Rub. d. § 11. & Didacus Perez lib. 10. ordin. col. 252.* Quia per reseruationes generales non comprehenduntur beneficia hæc patronatus Regij, vel laicorum, *secundum eos, & secundum Lambertinum, in d. art. 3. num. 3. & glo. antiquam, in d. reg. 40. cancellariæ Inno. 8.* Vel quia, *vt inquit Pala. Rub. d.* §. 11. regula illa reseruationum Ecclesiarum cathedralium non erat facta, antequam Regibus priuilegio, & consuetudine ius hoc patronatus in cathedralibus competebat Ecclesijs. Et an ex con-
4 suetudine * vel prescriptione, vel priuilegio sit in prouisionibus seu expectatiuis literis mentio facienda iuris huius patronatus, tradit idem Cassia. *vbi supra, & iterum decis. 4. de iure patr.* Et quis debet probare quod sit de iure patronatus laicorum,
5 * tradit idē Cassiador. *in decisio. 4. de probat. nu. 10. & per totam.* Et quid si ius patronatus sit clerici, & laici simul, vel ex præscriptione acquisitum, & plura alia singularia, vidi per Couarruu. *in d. c. 36.* vbi, *num.* 10. quærit an pensio possit super eo cōstitui sine patroni consensu.

IN LEGEM NONAM.

1 *Ius patronatus Ecclesiasticum quomodo, & quando diuiduum dicatur.*
2 *Hæredes plures vnius patroni vnam tantum vocem habent, nisi vt ibi se concordent, & num. 3. an ad hanc concordiam teneantur authoritatem superioris requirere.*
4 *Exercitium iuris patronatus possunt hæredes inter se diuidere.*
5 *Maritus an prouidebit Ecclesiam vbi vxor patrona est.*
6 *Cōditiones in fundatione appositæ seruandæ.*
7 *Conditio, quod in capellania quotidie missa celebretur an valeat.*
8 *Conditio quod Prælatus se non intromittat an valeat.*

SVMMARIVM.

Si Patronus plures reliquerit hæredes, omnes ij vnam tantum vocem habent, nisi aliud in fundatione statuatur, nam illud seruabitur.

Que la repartan entre si. Desumpta fuit lex hæc à clementina *si plures, de iure patron.* de qua traditur per Rochum *de iure patr. verbo, ipse velis.* Ex quibus colligi potest
1 ius patronatus * Ecclesiasticum posse diuidi, & diuiduum esse, cum inter hęredes patroni tex. noster disponat esse diuidendam pensionem. Sed hoc intelligendum est esse verum, prout text. noster loquitur, scilicet, quo ad commoditatem, & exercitium: secus quo ad substantiam ipsius iuris: quo ad quam indiuiduum ius est, secundum glo. *in c. 1. de iure pat.* & glo. *in c. licet, verbo, conuenit. 16. q. 3.* Quas commendat Roman. *singu.* 559. & Boerius *decisio. 5. num. 2.* Ias. *in l. stipulationes non diuiduntur num. 13. fol. 99. ff. de verbo. obliga.* Corrasi. *in l. viæ. n. 11. ff. de seruituti.* & Rochus, *vbi supra, verbo, ius, num.* 10. & 11. Et notant relati per Molinam, *de primogenijs Hispan. lib. 1. cap. 24. num. 27. in fine, cum seq.* Et sic hęredes vnius patroni quantumuis † 2
plures sint vocem vnius dumtaxat habebunt, *secundum text. in d. clemen. plures, & text. in l. 12. tit. 15. part. 1* Et hanc vocem ex cōcordia præstare poterunt alternis vicibus. Imo & propter euitandam discordiam inter eos, deberent ad hoc compelli: sicut & duo Episcopi compellerentur habentes parochiam aliquam communem, *secundum glo. in d. c. licet, allegatam ad hoc per Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 90. & 227. de constitut. & Abb. in c. si. num. 5. de re iudi. Alexan. in l. 2. §. ex his num. 13. ff. de verbo. obligat. Suarez l. quoniam in prioribus, lim. 11. num. 9. pag. 188. Cod. de inoffi. test. & Ias. vbi supr. & Rochum vbi supra. 6. q. nu. 12.* Sed † an concor- 3
diam hanc de alternis vicibus præsentando rectorem poterunt hęredes sua authoritate absque superioris consensu, & interuentu facere, & glo. *libere, in dict. clemen. si plures,* inquit quod sic. Quasi hoc denotet verbum *libere* illius text. quam glos. sequitur in hoc Rochus, *in d. verbo, Ipse velis, n. 28. & 29. in fine.* Et ita tenendum est contra Innocen. *in c. querimoniam, de iure patron. per text. ibi* contrarium tenentem. Qui quidem text. non obstat: nam verbum vicissitudines illius text. importat idem quod verbum mutationes. Vel meliùs, permutationes, quæ quidem mutationes, scilicet, quod vnus prouideat vno anno alius alio, non valent, quando vellent hæredes eas facientes ex toto diuidere ius patronatus, *secundum Abb. in eod. c. querimoniam.* Vel melius verbum illud, vicissitudines, idem quod verbum permutationes ibidē importat: quas quidem permutationes ipsi hæredes facere non possunt absque superioris authoritate, secundum Hostiens. Ioan. And. & alios relatos per Rochum, *in dict. num.* 28. qui istum intellectum *ad dictum c. querimoniam* assignat, vt non obstet dictæ glo. quæ de permutationibus nō loquitur, sed de concordia inter ipsos hæredes facienda de alternis vicibus præsentando, quam inter se absque superioris authoritate facere possunt. Quia exercitium † ipsius iuris patronatus bene possunt ipsi 4
hæredes inter se diuidere vt dictū est. Et † an si in 5
villa data in dotē adest aliquod ius patronatus prouidebit ne in eo maritus vel vxor: vide Pal. Rub. *in rep. c. per vestras* §. 43. *succedit alia quæst. fo. 76. & nouissime Baezā, de decima tutorum c. 23. nu. 18. & 30.*

Se guarde lo que fuere ordenado. Nam voluntates fundatorum obseruandæ sunt & conditiones * in 6
fundatione appositæ, neque mutari debent, *ex tex. in clementina quia contingit, de religios. domi. de quo per Palat. Rub. in rubr.* §. 47. *nu.* 10. *in fin. de don. int. & vide c. 5. session. 25. de reformatio. in Concilio Trid.* Et an valeat conditio † quod quotidie *ibidem* per 7
capellanum missa celebretur, traditur per Innocē. *in c. significasti, de electio. & Boeri. in tracta. de auth. magni concilij nu. 35. & optimè per Angel. de Clauasio, in summa, verbo, missa, nu. 44. & vide tex. & ibi glo. in l. 6. in fi. tit. 16. part. 1.* Et an conditio, quæ solet apponi

8 poni in fundatione capellaniæ quod nullus † prælatus se in ea intromittat, aliàs, quod reuocat eam, vide nouissimè, & latè vt ad vlteriora transeamus conciuem nostrum Doctorem Gurier. *in repetit. l. nemo potest. num. 449. cum sequentibus aliquibus, de legat.* 1. Et an valeat conditio quod ordinario non reddatur ratio, vide Decretum 9. Concilij Trid. *sess. 22. de reformatione.*

Et cum superiori titulo dictum sit de iure patronatus Regis studiorumque Regni Rex ipse patronus & protector sit, maximaque priuilegia ipsis studijs à Regibus concessa sint, ideò subsequitur titulus hic consecutiuus ad generalem titulum de iure patronatus Regis. Et quid sit studiũ generale & plures alias quæstiones de studijs ijs prosequitur glossator Salmantinus *hic col. 261. cũ pluribus sequentibus, quæ per ipsum videri possunt. Et vide etiam titulum 31. de los estudios part. 2.* Et ad quem spectet erigere vniuersitatem generalem, vide per glo. *in pragmatica sanctione in proœmio §. quibus, verbo, studiorum, & in verbo, generalium* tradit quæ dicantur generalia studia.

TITVLVS SEPTIMVS,
De los Estudios generales, Rector, y Maetrescuela, Doctores, y Estudiantes.

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Doctores non debent esse partiales, & quid sit partialitas, & quid requiritur vt probetur.*
2 *Partialitas appellatur casus fortuitus, & ibi alia.*

SVMMARIVM.

Doctores, & Scholares non debent esse partiales, neque alicui partialitati incumbere, sub pœua.

1 P*Arcialidad ni vando.* Partialis * enim *vandero* appellatur. *ex l. 22. tit. 9. p. 2. & in l. 4. & fi. tit. 17. part. 3.* Et sic qui stat ex altera parte dicitur partialis, *vt colligitur ex doctrina Bal. in l. cum quæritur in fi. ff. de statu homi.* Tunc autem sigillari partialitatem dices, quoties populus, vel negotium de quo agitur diuisa sunt inter partes, *vt colligitur ex Bal. in l. vna in princ. Cod. de casu tollen.* Et hoc debet probari vt partialitas, & partialis probetur quis. Nam sine subiecto non datur qualitas. *l. si seruum mihi §. 1. ff. de emptio. & vend.* Debetque partialitas specifice probari, & per casus singulares, & indiuiduos, *vt inquit Auendañ, hæc & alia referens in c. 2. prætorum n. 20. & 21. lib. 1. & ibi Auiles super verbo, parcialidad, fol. 71.*
2 Et quamuis partialitas soleat appellari † casus fortuitus, ex doctrina Bal. *in l. si cum dotem §. si maritu col. 1. versi. & hoc facit ad quæstionem, vbi Imo ff. sol. mat.* dicentis quod si maritus exuletur causa partialitatis, non dicitur exulari culpa sua, sed ex casu fortuito partialitatis causa. Vereor tamen ne non solũ dici possit partialitas fortuitus casus, sed & verius casus consuetus. Vbi enim non dissensiones, non partialitates? Imò & homo, ciuitas, vel populus non iam reputantur nisi qui partialis est, & vbi partialitas sustẽtatur: idque ex superbiæ peccato descendit, vt alij alijs dominentur, & voluntatem suã adimpleant. Ex quo inuidiæ oriuntur, scandala creantur, furta, rapinæ, homicidia, falsa testimonia & periuria committuntur. Opus enim diabolicum partialitas est, vt inquit Sylua Nuptialis, *in verbo, est nubendum, nu. 134.* Vbi propter eam denotat magnas calamitates, & bella in Italia successisse. Et tandem *numer. 139.* inquit fuisse responsum Beato Bedæ oranti pro pace Italica, Beda Beda tace, quia Italia nunquam erit in pace, & in *num. 122.* partialitatem, inquit, esse peccatum, & *nu. 160. 164. 168. 174. 177. & 178.* alia plura de partialitate dicit. Ex quibus manifestè patet, vt pestẽ fugiẽdam esse partialitatem, & væ iudici similes populos & ciuitates regenti, difficulter enim ab aliqua ex partialitatibus exonerare se poterit. Et si ipse etiam partialis efficitur, nihil peius, incidetque in pœnas. *c. cum æterni, de re iud. in 6. secundum Bald. in l. fi. Cod de pœna iudi. qui male iud.* Intelligenda tamen hæc sunt cum ad æmulationẽ aliorum partialitates hæ contrahuntur: secus tamen est si ex amicitia nõ præiudicantes famæ, nec iuri oppositoris cathedræ. Quia tunc id nõ reprobatur per text. nostrum, *secundum Didac. Perez hic col. 289. in fine.* Neque partialitas est appellanda si iudex se pauperibus beneuolum præstet, & non diuitibus, *secundum Auendan. vbi supra. num. 21. vers. Neque est partialitas,* neque si ratione scandali vitandi fauorabilem se populo præstet, *vt ibi per ipsum Auendañ.*

IN LEGEM QVARTAM.

SVMMARIVM.

Mutuari, neque sub fideiussione vendere aliquid licet scholari alicui, sine licentia patris, vel curatoris, aut tutoris sui.

M*Andamos.* Pro intellectu & declaratione huius legis, vltra dicta per nostrum conciuem Doctorem Guterrium, *in repetitione authen. sacramenta puberum. numero 71. cum sequentibus aliquibus, vide quæ Deo volente dicemus in l. 22. tit. 11. lib. 5. infra.*

IN

IN LEGEM QVINTAM.

1 *Falsitatem committit gerens se pro graduato cum non sit.*
2 *Pœna propter falsitatem per l. imposita, & non applicata, fisco applicanda est.*
3 *Pœna in dubio fisco, et cameræ Regiæ applicatur.*
4 *Regula quod contra fiscum interpretandum in dubio declaratur.*
5 *Pœna si parti applicatur iudicium ciuile est, si fisco, criminale.*

SVMMARIVM.

Nullus gradum Baccalaurei, Licentiati, aut Doctoris, vel Magistri per rescriptũ, aut Bullam Apostolicam recipiat, sed in studijs generalibus sub pœnis nostræ legis, quas etiam, & incurrent notarij, & tabelliones tali gradui prohibito adsistentes ad testimonium ferendum.

POr *rescripto.* Gradus enim ij propter laborẽ, & sufficientiam præstandi sunt, & in studijs nanciscendi generalibus, & approbatis: non vero ex rescriptis & literis similibus, quæ plerumque in doctis solent concedi: ob quæ multa incommoda, & damna prouenire solent. Quale autem debeat esse examen, habetur *in l. 9. tit. 31. p. 2. & in constitutione 18. Salmantinarum constitutionum.*

1 *So pena de falsarios.* Falsitatem † enim committit gerens se pro graduato cum non sit, *argu. l. eos qui §. qui se pro milite. ff. de falsis, & text. optim. l. 2. tit. 7. p. 7. gl. entalle, ibi, alia iura allegat. & alibi dicemus latè.* Sed an excusabitur, si diu gessit se pro tali, vide Paul. *in l. si solemnibus. C. de fide instr.*

De perdimiento de la mitad de sus bienes. Sed cui applicabitur pœna hæc, & dicendum est quòd cameræ Regiæ, cum propter falsitatem imponatur.
2 Regulare * enim hoc est in falsi pœna, *secundũ glo. Salmantinum hic col. 293. & patet ex toto tit. 17. lib. 8. infra.* Vbi pœna falsi cameræ huic & Regio fisco
3 applicatur, & quia regulariter in dubio pœna * fisco applicari debet, *secundum gloss. quotidianam in l. agraria. ff. de termino moto, & gl. in l. iubemus. §. his iudicibus. C. de sacros. Eccles. per text. in l. mulctarum. Cod. de modo mulct. & text. in c. 1. quæ sint Rega. in vsib. feud. Quæ allegat sic affirmans Ias. num. 16. Gom. 18. in §. actio autem, inst. de Act. Deci. in rub. lect. 2. nu. 10. extra de iud. idem Ias. in rub. num. 4. de ind. C.* Et ita venit declaranda. *l. 7. tit. 18. lib. 4. infr.* ponens pœnam quadrupli correctori ciuitatis non exequenti pœnam incursam per Rectores ciuitatis nõ sententiãtes intra illius legis terminũ. Neque *ibidẽ* pœna hæc alicui applicatur, & in dubio fisco Regio est applicanda, *prout ibidem dicemus annuente Deo.* Neque obstat text. *in l. non puto ff. de iure fisci,* vbi probatur, quod in dubijs quæstionibus contra fiscum est interpretatio facienda, *de qua per Couar. lib. 1. var. c. 16.* Nam respondendum est cum Decio, *in dict. rubr. lectu. 2. n. 10. extra de iudicijs,* quod lex illa non habet locum † in pœna applicanda, 4
sed tantum in confiscatione bonorum. Nam quo ad pœnæ applicationẽ in dubio fisco dirigendam esse, debemus intelligere, *secundum quod inquiunt glossæ illæ.* Quæ tamen declarandæ sunt iterum, vt non procedant, quotiescũque pœna per legem imposita respicit offensam, & iniuriã alicuius priuati. Nam tunc, si non applicetur per legem, iniuriato illi censetur applicata: si verò iniuriam fisci respiciat, ipsi fisco applicabitur. In alijs verò casibus vniuersitatibus, & concilijs applicata censetur, *secundum Gometi. relatum, & secutum per Auendan. cap. 2. prator. nu. 13. lib. 1.* Quamuis in hoc puncto veriorẽ credo doctrinam Oroscij. *in l. si quis id quod num. 12. & 13. col. 570. ff. de iur. omni. iud.* Quæ & cũ supra proxima doctrina Gometij multum concordat, scilicet, quod si lex actionem inducat parti applicetur: si accusationem fisco, si neque actionem, neque accusationem in dubio fisco deberi. Nisi à prętoris edicto pœna imposita sit: quia tunc parti applicabitur: cum hæc sit natura talium pœnarum à prætore impositarum. Et hanc *ibidem* ipse Oroscius veriorem concordiam testatur inter dissidentes Doctores. Et sub primo membro cum lex dat actionem, intrat distinctio Gom. cum ob iniuriatam partem pœna imponitur. Ipsi tamen non decidunt casum. *d. l. 7. tit. 18. lib. 4. infra.* cum *ibidem* iubeatur interesse parti soluendum, & iudici ipsi id non exequenti quadrupli pœna imponit. Tunc enim fisco applicandã crederem, cum parti iam interesse sit soluendum: *latius tamen in ea. l. 7. dicemus.* Et magni momenti hæc sunt *secundum Orosc. vbi supra.* Nam si parti pœna applicatur † iudiciũ 5
ciuile est, si fisco criminale, *ex glo. in l. 1. ff. de sepulchro violato, de cuius doctrina latius Deo volente sub lib. 4. infra dicemus.*

IN LEGEM OCTAVAM ET NONAM.

1 *Scientia hominem nobilissimum facit.*
2 *Aduocati militare dicuntur, et militibus æquiparantur.*
3 *Baccalaureus publicè aduocans à tributis de iure erat exemptus.*
4 *Exempti propter artem non gaudent exemptione si non exercent eam.*

SVMMARIVM.

Qui magistri, doctores, & licentiati gaudeant exemptione non soluendi Regia tributa, declarat lex nostra.

DE *los pechos y contribuciones.* Notanda sunt verba hæc & attendenda vt intelligamus leges nostras has solum quoad exemptionem tributorum disposuisse, nõ verò quo ad exemptiones, & priuilegia alia doctoribus, magistris, & licẽtiatis de iure cõcessa. Procemiũ enim causam inducit finalẽ, & sic dispositio eius respectu causæ finalis restringẽda est. Et quod procemiũ inducat

inducat causam finalem est tex. & *ibi* omnes *in l. fi. de hær. institu.* Causaque inserta à lege præsumitur finalis, *secundum glo. per tex. ibi in l. rursum C. de episcopis, & cler. notat Tiraquel. cessante causa, limi. 1. numero* 29. Et sic quo ad causam illam finalem debet referri, & per consequens quo ad tributorum exemptionem *prout patet etiam referendum, ex dispositione remissionum insertarum, in fine tituli. 14. lib. 6. infra, in versi. 4. & ex verbis nostræ l. 8. clarissime patet, ibi Queriendo como se quieren librar por razon desto de los pechos, y contribuciones.* Ecce causam, & rationem. Et sic quantumuis dispositio generalis sit, restringenda, & limitãda est ex vi rationis, *vt late per Tiraquel. d. tract. cessante causa part. 1. num. 133. cum pluribus sequent.* Et sic intellexit has leges Auend. *in cap. 14. prætorum numero 29. lib. 2. & gloss. sabiduria. in fine. in l. 3. titul. 10. part. 2. & Baeza, de debitore inope. cap. 16. numero* 140. & est verus, & genuinus intellectus nostrarum legum.

Solamente gozen. Nisi legum harum dispositiones haberemus in his tributorum, & eorum exemptionum priuilegijs gauderent vtique omnes legum periti non solum doctores, & magistri, verum & inferioris gradus laureati, *prout ex nostra l. & eius præfatione clare colligitur.* Scientiam enim
1 nobilissimũ quemq; facere, † asserit *gl. nobilissimos in l. pen. C. de postul. tex. in c. de multa, verbo, literatos, de præb. extra gloss. in cle. 1. verbo necessitas, de baptismo, tex. singularis in l. 3. ti. 10. p. 2. & l. 8. ti. 31. p. 2.* Quæ quidem literatos nobilibus sanguine ęquiparat: *& tradit late Tiraquel. de nobilitate, c. 5. numero 1. cum pluribus seq.* Et ideò meritò sicut nobiles sanguine non contribuunt in ijs tributis, neque literati contribuere deberent, *prout tenebat Cyn. in d. l. pen. C. de postul. & Alex. optimè aduocatorum partem defendens in l. centurio fi. de vulg. & Guido Papæ decisio. 388. & Tiraquel. vbi supra c. 29. numero 14. & glo. derechos in d. l. 3. tit. 10. p. 2. & Auen. d. c. 14. num.* 30 etiam si actu non aduocarent, neque legerent prout erat antè communior opinio, *teste Alciato, in l. 1. num. 45. ff. solut. mat. & Baeza, de debitore inop. c. 26. nu. 136. & Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centuria. 4. casu 379 numero 3.* Hacque de causa cum hodie multi scientia nobilitarentur ad effectum hunc fortassis, ne contribuerent, restrixit, ne Regia diminuerentur tributa, lex nostra ad graduatos gradu licentiæ & infra, in aliqua ex vniuersitatibus legibus ijs nostris declaratis. Imo & vt in ijs studijs laureati dictis gradibus gauderẽt, licẽtiaturæ ad minus gradum assumere debent, nam Baccalaurei solum non gaudẽt hac tributorum exemptione, *ex tex. in l. 2. tit. 14. li. 6. infra.* De quibus, & per Auendan. *dict. c. 14. num. 29. & 30.* vbi limitat nostras leges, vt non procedãt in Doctoribus actu legentibus. Ij enim quamuis in studijs alijs quam in lege nostra descriptis laureati sint hac tributorum exemptione gaudebunt, *ex tex. in l. 8. tit. 31. part. 2.* cum actu scientiam legendo, exerceant, *& idem Auen. in dictionario suo, verbo, maestros de leyes, & Pala. Rub. in reb. §. 37. in fine, & §.* 38. Quemadmodum & Baccalaurei itidem si aduocarent, potirentur vtique etiã horum tributorum exemptione. Militant namque aduocati,
2 † *secundum tex. in l. aduocati, & in l. laudabile. C. de aduo. diuer. iudi.* & militibus armatę militiæ æquiparantur, *vt est gl. communiter approbata, in l. miles ff. de re iudi.* & egregia persona aduocatus nuncupatur, *prout in titul. 16. lib. 2. infra, videbis.* Ideoque mirum non est, si ab hac etiam tributorum solutione excusentur, *prout & probari videtur ex eadem l. 2. tit. 14. lib. 6. infra ibi. Excepto en los casos,* quasi casus exceptos noluerit lex illa corrigere, quorum vnus iste mihi videtur, scilicet quoties Baccalaureus officium † aduocationis exercet. *Lex q.* 3
illa. 2. in Baccalaureis tantum nomine loquitur, aduocationis officium non exercentibus, exemptio tributorum non ex eo quod Baccalaurei sint, datur, sed quia officium aduocatorum exercent. Ideòque si illo non vtuntur eius priuilegio gaudere non debent. Exẽpti enim propter artem † non gaudent exemptione, si nomine tantum, 4
& non re & cum effectu artem illam exerceant, *secundum tex. in l. semper §. negotiatores, in vers. quãdiu eiusmodi acta sunt, & §. quibusdam in vers. Nec omnibus, qui promiscuè in his collegijs assumpti sunt immunitas datur, sed artificibus dumtaxat. ff. de iure immu. Et facit l. ne quidam, in versi. his solis, qui in expeditionibus occupati sunt C. de testa. mili. & in l. qui sub prætextu, ibi, sub nudæ appellationis velamine. C. de sacros. eccl. quæ iura & alia ad hoc allegat Barbat. consi. 57. præclare scribitur, col. 3. in prin. vol. 1. & notat Auend. d. c. 14. numero 29. & Franciscus Marcus in nostris terminis in decis. Delph. 637.* Cumque Baccalaureus aduocat, & propter aduocationem in hoc priuilegiatus sit, merito, quod quamuis tantum Baccalaureus sit gaudeat dicta exemptione, prout specialiter *per d. l. 8. tit. 31. p. 2.* determinatum habebamus: quam per dispositionem dictæ l. 2. *tit. 14. lib. 6. infra,* ijs attentis non erat cẽsendum corrigi, sed potius vnam per aliam declarari, & limitari: *prout tetigit gl. sabiduria in fine in l. 3. tit. 10. p. 2. & in ea. l. 8. tit. 31. p. 2. & Dida. Perez in li. 4. Ordi. col. 1441. vers. sed est dubium, vbi & in fine illius versi.* quærit an idem erit in scholari tantum, de quo & *per Auen. in d. c. 14. num. 30. vers. Item alij volunt, & ita mihi tenendum videtur iure ciuili attento & d. l. 8. Partitarum.* Lege tamen nostra attenta, quæ nouissima est in hoc tenendũ est iam hodie Baccalaureos tantũ quantumuis aduocent non gaudere hac tributorum exemptione, de qua in prẽsenti, imò neque Licentiati, Doctores, vel Magistri alijs in vniuersitatibus graduati, quam in lege nostra declaratis, etiam si actu aduocent, vel legant. Et ex graduatis in aliqua vniuersitatum in præsenti declaratarũ illi tãtum Licentiati, Doctores, vel Magistri gaudent qui actu aduocant, vel legunt, non vero si nomine tantũ. Nam cum leges nostræ hic quoad hanc exemptionem *de pechos* gradum licẽtiæ & infrà, priuilegiauerint in vniuersitatibus signatis, & exemptio hæc non ex gradu sed principaliter propter scientiam acquiratur & gradus ipse itidem propter eam, meritò quod si nõ exerceatur nihil prosit, vt dictum est. Et ita leges nostras declarat, & intelligit *gl. sabiduria in d. l. 3. tit. 10. p. 2. Sic dicens in Pinciana cancellaria determinatum, & Did. Per. vbi supra col. 1443. ad fi. Et in Granatensi cancellaria idem decisum asserit Baeza* de debitore inope. *c. 16. num. 139. & voluit Auend. in d. dictionar. verbo, maestro, in si dum se refert ad gl. sabiduria. d. l. 3.* Et ita tenendum iudico in iudicando, & consulendo. De quo & per Syluanum, quem posthæc vidi, *in cons. 88. vol. 2.* Qui licet in actu tantum legentibus loquatur, idem tamen dicendum in aduocantibus, *prout tenet gl. sabi-*

ſabiduria.d.l.3. & omnes ſupra dicti. Imo ſi veteranus eſſet *ſecũdum glo.ibi*, quia ob aliquam cauſam omiſit exercitiũ aduocationis vel lecturæ etiam gauderet. Crederem tamen ſufficere in qualibet parte aduocare:nã non loco ſed ſcientia prœminentia datur:& in particularibus & abſconditis locis aliquando ineſt ſapientia cõtra *gloſſam illam d.l.3.*differentiam in hoc conſtituentem. Quoad alia tamen priuilegia quam tributorum exemptionem,in qualibet ſint vniuerſitate Doctores, Magiſtri, aut Licentiati graduati, gaudebunt vtique ſua prærogatiua etiamſi neque actu,neq; habitu legant, vel aduocent, prout anrea erat communior opinio, *ſecundum Alex. in d.l.1.num. 47.ff.ſol. mat. relatum & ſecutum per Bae. in d. c. 16. numero 136. de debit. inope.* Et ſic & Baccalaureus gaudebit aliorum priuilegiorum exemptione & priuilegijs ipſis Baccalaureis à iure ſtatuto, vel conſuetudine conceſſis. Et an vxores vel filij gaudeant priuilegio Doctoris, mariti vel patris, *vltra Docto.in l. 1. ff. de ſenat. vide Fran. Marc. deciſ. Dalph.639.*Hæc tamen omnia ſic diſputata intellige aliàs talis Doctor,Licentiatus, aut Magiſter à ſanguine eſſet nobilis, (prout nos à maioribus noſtris, & ſcripto & auditu habuiſſe notum habemus) tunc enim ſcientia & gradus non facerent perdere priuilegia nobilitatis ex ſanguine prouenientia,& hæc pro ijs legibus.

IN LEGEM DECIMAM-ſextam.

1 *Simoniam quaſi committunt, vota muneribus & enxenijs adquirentes.*
2 *Mutuo ſcholari præſtito, vt intret ſcholas vel votet pro aliquo, vſura committitur.*

SVMMARIVM.

Subornationes fieri vel munera dari publicè vel ſecretò ad vota ſcholarium in cathedris,& ſcholis adquirẽda non permittit lex noſtra, neque impediri ſcholares liberè præſtare vota, ſub pœna.

1 NI den dadiuas. Quod quidem fieri † quẽdam quaſi ſimonia eſt, *vt notat gloſ. tutelam in l.1.ff.de offi.præf.vrb. vbi Oroſci. num. 24. col. 370. referendo Angel.* cum eo declarat & intelligit, ſi donetur ſcholari, vt votet pro aliquo,vel cum aliquo intret ſcholas. Secus vero ſi ob aliquam harum cauſarum aliquid mutuetur, propter quod Doctor ille mutuans effectus eſt
2 famoſus,tunc enim vſura † eſſet, *prout, Oroſ. ibi, inquit,Doctores Pontificios tenere,in c.fi.de vſur.maximè Abb.& eius addit.numero 17.& idem Abb.& eius addit.in c.1.numero 2. de depoſito. Et hanc dicit communem Sylueſ.in ſumma verbo,vſura 1. num. 7. quamuis non deſint, qui velint, contra tenere.* Quam communem amplia etiam ſi iſte Doctor mutuans ſuam potius, quam competitoris doctrinam profuturam ſcholaſticis ſcias,quia *ſecundum Oriſc.vbi ſupra numero 25.* cæcus amor ſui præcipites adeò agit, vt meliores (idq; maximè indoctiores qui ſunt) quibuſcũq; ſe,& exiſtimẽt,& exiſtimari à cęteris velint. Quo circa & ineruditi iſti non rarò (vt Fabius ſcribit) vulgò ingenioſiores habentur, *ſecundum Oroſ.d. num. 21.* Quæ cum ita ſint,inquit ipſe *ibi.* Viderint obſecro,& caueant boni auditorij æruſcatores hi mali(ſiqui fortè alicubi gentium ſunt) ne & alios fallant, & ipſi quoq; cum diſpendio ſalutis æternæ fallãtur. Vereor tamen ne conſilium ipſius Oroſ. ſanctum & bonum prætenſores ij, & ſcholares ipſi ſpernant, quod maximè dolendum eſſet.

IN LEGEM DECIMAM-octauam.

SVMMARIVM.

Concordia,& forma procedẽdi per cancellarium vniuerſitatis Salmantinæ, & inter quas perſonas, & in quibus caſibus hic ponitur.

IN huiuſque legis declarationem duo verba notanda ſunt ſolummodo. Primò inquantum in ea ſolum permittitur ceſſionem fieri tantum de patre ad filium, id eſſe iuri conforme ex *glo. & Doctor.in l.ſi ita quis §.ea lege.ff.de verborum obligatio. tradit Rebuffus, in repetitione. l. vnicæ C. de ſent.quæ pro eo quod int.profer.glo.1.numero 166.*Vbi & inquit, quod tunc eſt neceſſe iurare veram eſſe ceſſionem & non ſimulatam, prout, *& ex lege noſtra* probatur, *ibi, Reſciban juramento, anſi del padre como del hijo, que la deuda es verdadera, y que no la haz en fraudaloſamente ni por fatigar.*&c. Et latiſſimè tractat *idem Rebu.in tract.de priuileg ſcholar.priuilegio.* 177. vbi plura in propoſitum cum limitationibus annectit, *& idem etiam Rebuf. late in ſecundo tomo conſt.Fran.ti.de ceſsio.acti.art. 2. glo. 2. cum ſequen. & vide quæ inquit Bal. conſi. 4. vol.1.* Sed an & filius ceſſionem hanc facere poteſt patri ſcholaſtico,vide *Dueñas,regul. 87. ampli. 7. relatum, & ſecutum per Cordoua de Lara. l.ſiquis à liberis §. parens numero 27. fol.209. ff.de lib.agn.*Secundo no.quod tunc in filium permittitur, quoties filius eſt naturalis, ſecus vero ſi ciuilis, vt ſi eſt adoptiuus, *ſecundum Rebuf.in primo tomo conſti.Fran.tit.de ſenten. prouiſ.art.1.glo.2.numero 27.& 28.*

IN LEGEM VIGE-ſimam.

1 *Dieta quid ſit,& quot modis dicatur.*
2 *Dieta à quo loco computetur.*
3 *De dietis cum ſimpliciter interponitur de vulgaribus intelligendum eſt.*
4 *Valens per ſubſtitutũ ſeruire debet ponere æque idoneum.*

SVMMARIVM.

Cancellarius, & vicecancellarius vniuerſitatis Salmantinæ vltra duas Dietas non extendat iuriſdictionem ſuam ſecundum

dum quod in Bulla sanctiss. Papæ Innocentij octaui continetur, quam ipsi seruare debent, & tenentur.

Dos dietas, Restringit *text. in l.* 18.§.2. *supra ipso lib.* quatuor dietas concedentem, idq; de iure erat vt quatuor darentur, *secundum Rebuff. in tract. de priuilegijs scholarium, priuileg.* 161. Vbi legem nostram Hispaniæ allegat, quæ
1 ad duas dietas restringit. Et dieta † quid sit & quot modis dicatur, *vide Bertachi. in repertorio suo, verbo, Dieta, & ibi ponit quod spatium hæc Dieta contineat.* Quod & nouissime tractat *Villalobos, in ærario mille commu. opinio. verbo, Dieta, numero* 83. vbi & inquit à quo loco computetur, & in quem, quod iam determinatum habemus, *ex l.*18.§.2. *supra, eo. aduersus Rotæ decisionem aliter diffinientem.* Quam ipsam decisionem *ibidem* ipse Villalobos allegat: & ante eum tradit optime, & breuiter *Oros. eius in l.*1. *numero* 4. *ff. si quis cautio col.* 687. *in fine cum sequen.* vbi inquit, quatuor dietas dari solere scholaribus Salmanticensibus, idest, quadraginta leucas & quod à fine diœcesis in qua citandus
2 moratur † non verò à continentibus ædificijs computantur, *prout ex dict. l.*18.§.2. *supra, eo. probatur*, quod cum iam ad duas Dietas per *tex. nostrum* restrictum sit, viginti leucæ continebuntur in eis, & computabuntur à fine diœcesis, in qua citandus moratur vt dictum est, *prout & ex d.* §. 2. *computari iubetur.* Notandumque est quod cum simpliciter de Dietis disponitur de vulgaribus
3 † intelligendum est, *secundum textum, & ibi glos. jornadas, in l. quarta titul.*16. *part. secunda, & gloss. in pragmatic. sanctio. secundo tomo titu. de causis* §. *statuit.* 1. *verbo, Dietas. Ibi Innocentio octauo*, Cuius Bullæ tenor, vt omnibus pateat talis est.

Episcopvs Innocentius seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. Regimini vniuersalis Ecclesiæ diuina dispositione præfecti curam illam, vt tenemur diligẽter amplectimur: vt per nostræ prouisionis ministerium rectitudo iustitiæ vbi libet conseruetur, & controuersijs ac scandalis, quæ ex varietate iudiciorum nonnunquam oriuntur, penitus sublatis, iustitia vnicuique rectotramite ministretur. Sanè sicut dilectus filius Enecus Lopez de Mendoça Comes de Tendilla, charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Regis & christianissimæ in Christo filiæ nostræ Elisabeth Regum Castellæ Legionis ac Aragonum Regnorum illustriũ Orator ad nos destinatus nuper proposuit coram nobis. Pro eo quia nõnullis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus alijsque Ecclesiarum Prælatis, & personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, nec non capitulis, conuẽtibus, Ecclesijs, monasterijs, militijs, hospitalibus, ac personis, & locis alijs Regnorum prædictorum, quam plures literæ conseruatoriæ, & contra cõseruatorię etiam præter, & contra formam per sedem eandem concedi solitam, per eandem sedem hactenus concessæ fuerunt, quarum prætextu quam plures personæ litibus inuoluuntur, variæ dissensionum materię non sine pluribus scandalis etiam inter magnæ autoritatis personas exortæ fuerunt maioraque scandala, lites, & controuersiæ in futurum oriri formidantur, nisi per sedis Apostolicæ prouidẽtiam opportuna super his remedia adhibeantur. Quare pro parte Regis, & Reginę prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum vt ne premissa in deteriora prorumpãt, prouidere illis paterna diligentia curaremus. Nos igitur qui & vnicuiq; iustitiã ministrari, & scandala à cunctis remoueri synceris desiderijs affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnes, & singulas literas conseruatorias, quibusuis personis, Ecclesijs, monasterijs, locis, ordinibus, & militibus dictorum Regnorũ sub quibusuis formis, & expressionibus verborũ, & cum quibuscumq; clausulis, & derogatoriarum derogatorijs hactenus concessas locum habere volumus, vt in vim earum vltra duas dietas ad iudicium nemo trahi possit. Et nihilominus statuimus, & ordinamus, quod tam illarum quam quę deinceps ab eadem sede emanauerint conseruatoriarum prætextu cõseruatores, in illis pro tempore deputari nullum in subconseruatorem ad decisionem causarum deputare possint, nisi fuerit in Ecclesiastica dignitate constitutus, decernentes irritum, & inane si secus super his à quoquam quamuis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Hispalẽsi, & Corduben. & Pacẽt. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum per se, vel per alium seu alios præsentes literas, atque omnia, & singula in eis contenta, vbi & quando necessarium, & expediens fuerit solenniter publicantes: vt illis, quibus opportunum fuerit efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis illos contra tenorem earundem literarum quomodolibet molestari, sed illas faciatis ab omnibus inuiolabiliter obseruari, contraditores quoscunque, & rebelles cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, militiæ, vel conditionis fuerint authoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, cũ consuetudinibus, priuilegijs, stabilimentis, vsibus, & naturis Ecclesiarum, monasteriorum, locorum militiarum, & ordinum quorumcunque etiam iuramẽto, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: quæ aduersus præsentes nunquam volumus in aliquo suffragari, contrarijs quibuscunque aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, ordinationis, constitutionis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contra rei. Siquis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicę. 1540. Octogesimo quinto Kalẽd. Februa. Pontificatus nostri anno tertio.

Et hic est tenor dictæ Bullæ, vt præ manibus habea-

habeatur. Ex qua quidem Bulla, & ex *tex. nostro in vers. Esi no fuere de tal calidad*, vnum notandum existimo, scilicet, quod etiam substitutus cancellarij, & sic vicecancellarius, qui virtute harum conseruatoriarum debet cognoscere, est necesse, quod dignitatem in Ecclesia, & habeat, & possideat, sicut, & ipse cãcellarius habere debet, aliàs sententiæ per vicecancellarium latæ nullæ erunt ipso iure, tanquam à non habente potestatem iudicãdi prolatæ, prout in expresso tenuit *glossator Salmantinus in l. 12. tit. 3. lib. Ordinamen. col 356. in princip.* Regulariter enim, cum quis per substitutum seruire potest, debet ponere alium æquè
4 idoneum † prout probat *tex. notabilis in l. 1. C. de præpos. agen. in rebus lib. 12. ibi*, consideratis eorum laboribus per substitutum Chartulariũ eiusdem scrinij, cui præfectus est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam, peritiamque rerum habentem elictione sua, suarumque periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus, *Vbi Bar. numero 4. per illum tex. notat supradictam regulam. Pro quo, & considero tex. in l. 29. infra lib. 4. ibi, De los escriuanos de la audiencia. Quem ad hoc notauit Auen. c. 15. prætorum numero 3. cum tribus sequent. lib. 2.*

IN LEGEM VIGESIMAM-SECVNDAM.

1 *Qui dicantur Christiani noui secundum ius, & communem vsum loquendi. & 2.*
2 *Communis vsus loquendi propriæ significationi vocabuli præfertur.*
3 *Macula generis per indicia, & famam probantur.*
4 *Statuta excludentia Christianos nouos ab officijs an valeant.*

SVMMARIVM.

In collegijs vniuersitatum seruanda iubentur statuta, & constitutiones, ne nouiter conuersi admittantur in collegas.

CHristianos nueuos. Fundari possunt statuta hæc collegiorum neophytos excludentia à collegio. Quoniam si radicem consideremus, & sic neophytum, idest nouiter in christiana religione plantatum, hunc ex authoritate *Diui Pauli prima ad Timotheum c. 3.* excludendum reperies. Inquit enim, non neophytum ne forte elatus in superbiam, in iudicium incidat, & in laqueum diaboli, *& ad Titũ optime cap. 1. ad finem.* Hucq; pertinet quod scripsit Innocentius Papa primus *Epistol. 12. ad Aureliũ.* Miserum est, inquit, eum fieri magistrũ, qui necdum discit esse discipulum, prout ijs, & alijs hoc fundat *Couarruuias, in clementina si furiosus, prima part. §. 2. numero 7. & Simancas, quos & alios ad fundandã hanc partem refert Pelaez, de maioratibus Hispa. prima part. quæstio. 1. numero 13.* Quod si radicem excludimus, & descendentiam eius excludere debemus. In honoribus enim ac dignitatibus in distributiua iustitia, & id genus alijs, plurimum refert nobilis quis sit, vel ignobilis, ciuis an peregrinus, Iudæus an Græcus: neophytus an ex vetustissimis Christianis. Id enim ratione naturali apud omnes gentes constitutum, & apud omnes populos vsitatum, & iure gentium receptum est, vt inquit ipse *Simancas, de institutio. catholi. titul. 47. numero 83.* Vbi ex dicta Pauli authoritate, multisque alijs, inquit ipse *Simancas, ibi*, prohiberi quoque poterunt isti conuersi à veterum Christianorum collegis, & prærogatiuis. Et qui sint isti neophyti, † *Couarruuias, iuris dispositione attenta, inquit in numero 7. conclusione. 1.* 1 Neophytus is proprie dicitur, qui ex Iudaica lege, aut Mahometica, vel Ethnica nuper legem Christi professus fuerit: non is qui ex ipsa natiuitate iam Christi nomen acceperit, genus tamen à Iudæorum gente deducens. Et *ibi* hanc communem omnium diffinitionem ipse Couarruuias testatur, dicitur enim neophytus, à neo, quod est nouum, & phytos, quod est fides, quasi nouus in fide, *secundum Lambert. plura dicentem de iure patrona. lib. 2. secundæ partis quæstion. 7. princ. artic. 14. per totum.* Et secundum hanc diffinitionem iam prouidentia diuina tarò Christianum nouum in Hispaniarum Regnis reperiri credo, qui nô posset in collegam recipi, quamuis descendens esset generis Iudęorum. Nam si neophytus dicitur, qui nouiter conuersus fuit, & sic nouus Christianus filius, & descendens ab eo dici non posset, parum esset, quin omnes reciperentur in collegijs ijs, quemadmodum admittuntur ad officia secularia etiam publica, *secundum Auend. in dictionario, verbo, Iudio, & Otalora, de nobilitate. 2. part. 3. partis prin. c. 7. numero 23. & probatur ex l. 6. tit. 24. p. 7.* quam ad hoc & aliàs ita tenẽdo allegat Alphonsus de Heredia, in libello suo, *Dechado de juezes, in q. Si el Indio puede ser juez.* Vbi de ijs collegijs meminit, *& per modernum Ola. in concor. antinomiarum liter. A. numero 73. & 74.* Verumtamen quia collegia hæc latius verbum hoc, christianos nueuos interpretantur, & sic secundum communem vsum loquendi, qui propriæ significationi vocabuli præfertur, † *secundum text. in l. liberorum §. quod tamen Cassius, de leg. 3. & tex. in c. 2. de verbo. signif. & gl. in c. propterea extra, de verbo. signif. & in c. nonnulli, extra de rescri. & tex. in l. Labeo, Vbi optimè Bar. numero 4. de supel. lega. late Fel. in proœmio Gregoriano. numero 5. & melius quam alibi Euerardus, in suo centiloquio loco. 7. & communem testatur sententiam Orosc. in l. omnes populi, numero 165. col. 62. ff. de iust. & iure, Vbi limitat eam duobus modis.* Adeò vt quantumuis materia sit odiosa, & pœnalis adhuc tunc vsus communis loquendi præferatur propriæ significationi vocabuli, *secundum Ias. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque numero 8. fol. 63. ff. de verb. oblig. Et plura referens Pelaez, in dict. tract. de maioratibus 1. p. quæst. 66. numero 10. fol. 227.* Christianus nouus quoad collegia, & ecclesias, vel cõfratrias similia statuta habentes, (prout habet nostra sancti Michaelis ciuitatis huius Placentiæ cuius & nos confratres sumus) dicitur de genere Iudæorum descendens, quantumcunque tritauus eius fuerit ille, qui nouiter conuersus fuit. Et ideò in similibus causis semper ex communi vsu loquendi te defendes, & communem hunc loquendi vsum probabis, & articulabis, & videbis *Bar. in d. l. Labeo* formam

pro-

probandi vsum communem describentem, & tunc *secundum Auendaño, in d. dictionario, verbo, Iudio*, macula hæc poterit per iudicia & formam
3 † probari, & nimirum, quia in antiquis fama haberur pro plena probatione, & testes de auditu, si aliter veritas propter antiquitatē probari non potest, fidem facient, *ex l. si arbiter. ff. de probatio. & l. 1. § fi. & l. in summa. §. idem Labeo, ff. de aqua. plu. arcen. notat glo. in l. fi tit. 9. p. 4.* Imo & tūc quælibet suspicio iudicis habetur pro sufficiente probatione *secundum Bart. & communem in l. in illa stipulatione ff de verb. oblig. & ibi Ias.* Eò quod in similibus negotijs & factis antiquis habitu, neq; actu testes haberi non possunt. Et quod erit tūc tempus antiquum arbitrio iudicis relinquo, vt *per Menochium, de arbitrar. iudi. li. 2. centuria. 1. casu. 3.* Et statuta hæc collegiorum, & Ecclesiarum, & confratriarum excludentia descendentes ex Christianis nouis sancta, & iusta vocat *Otalora, vbi sup. numero 26.* inquiens quod sperat in omnibus cathedralibus Ecclesijs idem futurum. Et iustissima statuta hæc vocat in nostra materia *Simancas, in d. tit. 47. numero 84. Ex quo cessant dicta per Did. Perez l. 6. tit. 1. lib. 1. Ord. col. 54. in medio, & latius in l. 1. tit. 1.*
4 *lib. 4. col. 1316.* dum † dubitabat an similia valerent. Imo & audiui & vidi copiam cuiusdam mandati Inquisitorum hæreticæ prauitatis villæ de Valladolid, quo quidem iubebāt vt in omnibus vniuersitatibus, collegijs, & conuentibus, & concionibus istorum Regnorum publicè, vel secretè nullo modo per viam disputationis, neque alia via, tractaretur quod descendētes Iudeorum vel Maurorum non debeant excludi à collegijs, congregationibus, religionibus, aut dignitatibus sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ, & quingentorum ducatorum extraordinarijs sumptibus sancti officij applicatorum, & in 18. die mensis Nouēbris anno. 1570. sic audiui publicatum, & vidi transsumptū huius mandati. Sed an Iudæus vel ex illis descendens effectus nobilis per priuilegium poterit admitti ad hæc collegia, dic quod non, *secundum Pelaez in nostri terminis in d. tracta. maioratuum 1. p. q. 51. numero 30.*

IN LEGEM VIGESimam-septimam.

1 *Libri in hac l. contenti non sunt diuulgandi, nisi præcedēte examine & licētia Regij consilij. n. 1.*

2 *Libri obscœni impressioni mandari non debent, nam plurimum lædunt rectam Reipub gubernationē & corrūpunt bonos mores, n. 2.*

3 *Librorum Catholicorū deprauatio multis modis contingere potest, & quibus, numero tertio.*

4 *Dictio, aunque, latine, quamuis, in casu nostræ. l. est implicatiua & exclusiua, & præcedentibus addit. numero quarto.*

5 *Impressores libros Catholicos falsificantes, corrumpentes eos, aut sanæ doctrinæ hæreticū dogma cōmiscentes, qua pœna puniantur, n. 5.*

6 *Pœna transcribentium libros hæreticorum aut damnatos errores continentes, quæ sit. n. 6.*

7 *Deferentes libros vetitos ex hæreticorum prouincijs, fautores eorum debent censeri & acriter puniri, & quomodo numero 7. & numero 8. quod ad hoc scientia requiratur.*

9 *Ignoranti nihil imputatur, & ignorantia excusat à pœna. numero 9. & 10. an præsumatur vbi alia remissiue de ignorantia.*

11 *Pœnæ ad hoc, quod imponatur in transcriptores librorum prohibitorum quæ sint à iudice consideranda numero vndecimo.*

12 *Libros damnatos retinentes an sint hæretici iudicandi vel suspecti de hæresi. numero 12.*

13 *Libri hæreticorum comburendi sunt licet in eis aliquid boni reperiatur, numero 13.*

14 *Hæretico damnato an eius bona opera damnata censeantur, numero 14.*

15 *Libri Hæreticorum comburendi sunt, neque ex eorum nominibus aut operibus aliquid authorizandum. numero 15.*

16 *Libri hæreticorum nullo modo sunt legendi nec retinendi, numero 16.*

17 *Hæreticalia verba an & quando ex ignorantia prolata censeantur, numero 17.*

18 *Librum vetitæ lectionis sciens retinens an sit de hæresi suspectus, & an suspicio hæc sit leuis, vel vehemens, aut violenta. numero 18.*

19 *Imperitus retinens libros prohibitos, an dicetur suspectus de hæresi. numero 19. Et quid si inter alia bona hæreditaria eos habuit vel in mercibus eos habuit inclusos. Et quid si licet sint ab hæreticis scripti, nihil hæreticū habeant, ibidem.*

20 *Libros hæreticos componens vel scribens, vere & manifeste hæreticus censetur. numero 20.*

21 *Librum vetitæ lectionis reperiens inter suos libros an possit illum comburere vel Inquisitoribus manifestare. numero 21.*

SVMMARIVM.

Missalia, Diurna Pontificalia, Manualia, Breuiaria, aut horæ, siue in Latino, siue in Hispano sermone, vel libri chori non intromittantur in hoc Regno, nisi precedēte solennitate nostræ legis, & sub eius pœnis.

IBi, *Sin que primero se traya al nuestro Consejo.* Non enim licet libros hos diuulgare, nisi præcedente examine & licentia Regij Consilij, † aliter enim maximum esset delictum, & 1
plura mala resultare possent: nam si apud Romanos sacrilegium dicebatur committere, qui libros sacros ritus continentes euulgasset, aut vendidisset. Ex quo Mar. Tullius, seu vt aliqui volunt, Marcus Attilius duumvir sacrilegium faceret, quòd libros Sibyllinos custodiæ suæ creditos Petronio Sabino trāscribendos, tradidisset à Tarquinio Rege culeo insui iussus, & in mari proiectus, vt autor est *Alicardus lib. 3. & Valer. Maximus lib. 1. c. 1.* Sed & Iudæi, cū miles quidam Romanus in direptione publica Palestinæ, cum librum Mosaycum, fortè decerpsissent, sibi in direptione ablatum concurrerunt Cæsaream ad

Romanum Præsidem Iudæi, neque cessarunt, donec viderunt militē illum capite pœnas luentem. Quod si hæc ita se habebant, quanta cum maiori ratione iustè disponit lex nostra libros in ea declaratos non esse imprimendos nisi præuio examine & licentia adhibita ad sic faciendum.

Ibi, *Se examinen.* Id etiam ex *sacro Concil. Trident. sessio. 4. §. fin.* statutum habemus: neq; mirū, id est, nam si ad conseruandas disciplinas receptas libri multum valent, exemplo Pisistratj Atheniensis, qui hoc nomine maxime laudatur, quod priuato sumptu libros liberalium artium omnibus legendos proposuerit: Et Loculus apud Romanos quod bibliothecā, non modo optimis repleuerit libris, sed publicè etiam patere voluerit, quibus & alijs exemplis hæc exornat *Tyber. Decia. tom. 1. de delict. lib. 5. c. 46. numero 6. cum seq. aliquibus fo. 294.* Quod si ita est, quare permittēdum esset librum aliquem typis mandari, nisi talis esset, qui ad conseruādas bonas disciplinas conueniens esset, non verò ad dissipandas eas: prout dissipantur impressione, & lectione obscænorum librorum: quorum impressio ac publicatio plurimum lędit rectam Reip. gubernationem, & bonos mores
2 corrumpunt: † vt ex Arist. lib. 8. *Polit. c. 1. & ex lib. 7. c. 17. & ex alijs optimè fundat Simācas de Repub. lib. 9. c. 26. Imò amplius Synodus prouincialis salis Burgensis anno Dñi 1569. constit. c. 5.* Saluberrimè cauit, vt quotannis typographi: & bibliopolæ corā ordinarijs locorū deputatis fidei Catholicę professionē facere teneātur: simulq; obediētiā sanctę Sedi Apostolicę cū renūtiatione & abnegatione omniū hæresum polliceri. Quod decretū ijsce calamitosis tēporibus vbiq; plane esset obseruandū.

Ibi, *Para que en ellos no pueda auer ningun vicio.* Quod quidem vitium seu deprauatio librorum catholicorum multis modis contingere potest,
3 † videlicet, additione, diminutione, mutatione, falsa cōpositione, interpretatione, & male detorta allegatione, de quibus copiosè per *Fran. Pegna, in lib. 2. de causis, vnde hæreses oriuntur directo. Inqui.*

Ibi, *Aunque esten impressos en los de Aragō, Valencia, Cataluña, y Nauarra.* Emphasim habet dictio illa, *aunque*, ita vt licet in præcedētibus verbis lex nostra locuta fuerit, de libris impressis extra nostrum Regnum, vt scilicet absque examine & licentia non possint vendi, neq; in Regno nostro immitti, vt id procedat etiam in impressis in Regno Aragonis, Valentię, Cathalunę, & Nauarrę, quasi velit Legislator dicere, quod licet ista quatuor Regna non reputentur extranea, cū à Rege nostro possideantur, & sit eorū Rex, ita vt omnia sua faciat, quibus authoritatē suam impartitur, adhuc tunc libri ibidem impressi non debeant vendi neq; immitti in nostro Regno nisi præuio examine & licētia: hoc enim denotat dictio illa,
4 *aunque*, Latinè quamuis, † quæ est implicatiua, & exclusiua, & addit pręcedentibus, vt diximus *in l. 7. ti. 8. nu. 31. & 32. lib. 5. infra, & in l. 5. tit. 7. num. 6. & in l. 3. tit. 16. numero 4. lib. 8. infra.*

Ibi, *So pena de incurrir en las penas que por la dicha ley estā puestas.* Quæ ex, *l. 24. istius tituli, & libri.* Sed quam pœnam incurrant impressores libros ca-
5 tholicos falsificantes, † corrumpentes eos, aut sanę doctrinę hęretica Dogmata commiscentes, docetur in sexta Synodo Constantinopolitana, *actione. 13. refert Iuo. p. 4. c. 158. in hæc verba. Præcipimus illis, qui falsauerunt libros catholicos Anathemati subijci & cum hæreticis Anathematizari, hæc ibi. Monebo interim (inquit Pegna, in Comment. ad director. Inquis. 2. par. pagin. 119. col. 2. in fin.)* in huiusmodi sceleris patratores acerrimè esse animaduertēdum, cum vno actu plura delicta committant, illa autem verba, & cū hæreticis Anathematizari, indicant eos talia faciētes, hæreticos esse reputādos, quod & verū est, iuxta id quod dixit ipse Pegna, *ibidem super. c. fraternitatis, de hæret. versi. ex supra dictis pēdet. Quærit tamen ipse Pegna. in ead. pag. 119.* Quæ erit pœna transcribentium libros hæreticorum aut damnatos errores continētes, † & inquit quòd 6
olim Iustinianus *in quadam nouella, constit. 42. de depositione Authimij*, pœnam amputationis vnius manus posuit in eos, qui eius hęretici libros scriberent in hæc verba, sciēdo quia amputatio manus ijs, qui scripta eius scripserint, pœna erit, idē proculdubio dicturus de impressoribus, si tunc extitissent. Sed hęc seueritas ab Ecclesię tribunali, quæ sanguinem non fundit, longe abest. *Ac in Concil. Lateranens. sub Leone. X. Ses. 10.* impressoribus librorum præter excommunicationē aliæ pœnæ imponuntur. Sanè in hac causa (*Pegna vbi sup. inquit*) ita sentirē, qui libros vetitos sciens transcriberet, aut occultè cōtra legum iussionem imprimeret, velut hæreticorū fautor, posset per Inquisitores pœnis arbitrarijs coerceri. Idē iudico de veredarijs nostri seculi, seu de librorū latoribus, quos sępe contingit ex Germania, Gallia, vel alijs hæreticorum Prouincijs libros vetitos clam deferre in terras fideliū: nam ij fautores hæreticorum proculdubio censeri debent, & acriter sunt puniēdi. † *Et Pet. Gofred. in l. 4. C. de hæreti.* capitali 7
pœna hos subijciendos profitetur, per *l. 2. C. quæ res expor. non deb. cui addo. l. cotem. ff. de pub. & vecti.* sed cum sępę monuerim hæc crimina ob hęresis suspicionem, quam habent annexam ab Inquisitoribus coercenda esse, debuit omnino per leges Canonicas iudicari: Itaque præter excommunicationem, bonorum etiam confiscationē patientur, argum. *c. ita quorūdam, de Iudæis.* Ad hæc etiam si viles fuerint verberibus cædi poterūt, si honestiores exilio mulctari iuxta qualitatem personarum, quæ omnia Inquisitorū arbitrio relinquantur. Cæterum in scriptore & latore librorū vetitorum scientiā eorum oportet interuenire, † vt 8
tales pœnas sustineant: nā si scriptor ignarus, qui penitus ignoret quod scribit, quod sępe cōtingit item si lator, seu veredarius, quē vulgo correum vocamus, quid deferat nesciat, cum clausos literarum fasciculos, & cętera, quę asportant, huiusmodi homines recipere soleant, immunes esse crediderim, quoniam ignoranti nihil imputatur, † *l. fideiussor. ff. mand.* & ignorātia à pœna excusat. 9
l. 2. ff. de in ius vocā! vt eant. l. fi. ff. de decre. abordi. facien. Aym. Crau. cons. 6. n. 72. Hęc autē ignorātia semper præsumitur nisi scientia probetur, † *l. verius ff. de* 10
prob. tradit Marā. in l. is post n. 283. ff. de acq. hær. Meno. de præsum. l. 4. præsum. 116. n. 35. & l. 6. præsum. n. 6. & præsum. 23. n. 50. eo. li. 6. vbi plura de ignorātia scripsit. Hæc *Pegna, vbi supra*, quæ cum ab ipso doctè scripta sint sic retuli, vbi *& in versi. verūtamen* inquit, *verūtamen (vt plenius adhuc & copiosius dicā) de scriptore librorū prohibitorū multum referre arbitror considerare, † qualiter trāscribat. An sit discipulus, qui Ma-* 11
gistro dictāte, aut alio quouis modo iubente seu notāte scribat, quæ bona & sana esse crederet: Itē an sit famulus, qui iubente Dño libros, vel librū seu quālibet dānatam scripturam,

pturam, aut impia Dogmata scriberet, ignorans qualia ea sint, aut contra sciens, sed metu non audet denunciare: Itē an pretio conductus scribat, nesciens se venenosa Dogmata scribere, aut contra sciens: Item an aliquis sibi ipsi scienter scribat quæ damnata esse intelligat, nam ijs considerationibus habitis prudens Inquisitor iudicabit, an scriptor de hæresi sit suspectus, & quo suspicionis genere laboret, vt pro modo culpæ abiurationem, vel purgationem Canonicam indicendam, aut ad aliàs pœnas seu pœnitentias, aut corporales, aut pecuniarias imponendas procedere possit. Sed quid erit in libros damnatos reti-
12 nentibus,† an sint hæretici iudicandi, vel de hæresi suspecti censeantur, & in hoc præsupponendum est, quod libri hæreticorum comburendi sunt, licet in eis aliquid boni reperiri pos-
13 sit,† iuxta illud *Hieronymi: Nullus liber tam malus in quo aliquid. quod bonum sit non reperiatur, tamen quia omnia tendunt ad malum, & ideò maius est mali periculum in legente, quàm boni spes: & propterea Saluator apud Lucam 4. noluit Dæmones loqui de se, licet vera loquerentur, dum dicebant: Tu es Filius Dei: nam vt inquit Psalm. 49. peccatori dixit Dominus: Quare tu enarras iustitias meas per os tuum.* Quem locum Lucæ exponens *Beda*, inquit, *hoc enim est propriè hæreticorum, vt bona malis, vera falsis immisceant, vt sic facilius imponant legentibus, eosque illudant, & sensim in foueam trahant, vt Auceps cantu, piscator esca*, secundum *Gregor. Morali. libro 5. exponentem illud, Iob 3. Etiam venit super me indignatio:* & pro his *optimus text. in capit. Canones 16. distinct. & Arelat. de hæretic. notab. 24.* vbi duas assignat rationes. Prima, nè videantur approbare. Secunda, nè qui legunt, & simplices sunt, neque sciunt verum à falso discernere, pro veris falsa recipiant, & sic quamquam *Abba. in capit. fin. numer. 4. de sum. Trinitat. & fid. Cat.* dicat, quod damnato hæretico non intelliguntur damnata bona eius o-
14 pera,† tamen debet intelligi eius dictum, secundum illum tex. scilicet de eo, qui paratus est corrigi, vt dicitur in illo text. & de illis operibus, quæ nihil falsitatis habent immixtum, aliter enim non est sequendum dictum Abbatis: nam damnato Authore tanquam hæretico, libri eius etiam si vtilia contineant, damnati censentur, vt inquit *Pegna, in addi. ad direct. Inquisit. Comment. 3. pagina 91. colum. 1. versic. primum, cum sequentib.* ita vt secundum eum ibi nullo modo recipi debeant talia opera, nec tanquam auctorizabilia, neque tanquam rationabilia, non enim possunt eorum scripta recipi, quorum damnantur Authores, *ca. fraternitatis, de hæret. & ideo Felin. in cap. 2. de rescript. nu. 66.* allegans authoritatem Dantis Poëtæ Florentini in Monarchia, dicit, se non diuulgare illum librum pro Authentico, quia fuit damnatus eius author Dantes, vt hæreticus: *not. omnes, in ca. nouit. de iudic. Afflict. in const. Sicil. in const. inconsutilem, num. 59.* & ideo miror quomodo permittitur, neque vsque nunc emendatur liber, *Ioan. de Neuiza. in sua Sylua nuptiali*, vbi pluries allegat pesimum Lutherum in aliquibus eius libris, & illos Erasmi, & dicti Dantis Poëtæ, & similium: deberent enim hæ allegationes à dicto libro radi, de quo iam semel aduerti, & cercioraui vnum ex Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & sic spero emendaturum: nam si à Colloquio hæreticorum nos fugere admonet *Paul. ad Timo. 3. cap. 2.* qui scilicet eorū Colloquia ad impietatem du-

cunt, & sermo eorum vt cancer serpit, quanto magis à libris, & scripturis eorum abstinendum est, quæ semper loquuntur, & per totū terrarum orbem veluti venena serpunt & diuagantur, & sic libros hæreticorum comburendos, † tradit 15
optime *Castro. de iusta. hær. puni. li. 2. cap 15. & 16. & Tyb. Decia. de delic. to. 1. lib. 5.* de libris hæreticorum, & nomina eorum neq; sui sensus non sunt alleganda neq; alia cū eis authorizanda, etiam ex ijs, quæ benè dicta viderentur: cumque, vt ad quæstionem reuertamur, quam ante hoc præsuppositum proposuimus, dicendū est, nullo modo regulariter licere libros hæreticorū legere, & † aut 16
penes se retinere, imò & retinens secundum aliquorum opinionē, tanquam hæreticus condemnari potest, & hæc est plena probatio cōtra retinētem, vt fuit opinio *Archid. in c. si. 24. q. 2.* quem ad hoc refert *Decia. vbi sup. nu. 26.* & eum & alios sequētes retulit etiam *Pegna, in d. 2. p. pag. 92. col. 2. vers. ac primum*, qui cū pluribus versiculis sequentibus plura circa hæc annectit: & concludit *in d. vers. ac primum*, quod hęc Archi. & sequacium opinio simpliciter intellecta, vt proposita est, falsa & penitus est explodenda, cū nullo iure hoc caueatur, neq; ratio patiatur, aut ius, vt ex sola pręsumptione de tanto crimine aliquis condemnetur, *c. literas, de præsum.* quare ipse *Pegna, ibid. in vers. horū tamen, & Decia. vbi sup. d. n. 26 vers. puto autem*, inquiunt sententiam Archi. & sequacium tunc veram esse, cum cōstiterit eum, apud quem liber reprobatæ lectionis reperitur, librum eundem composuisse, prout veteres interpretes sic tueri *Rojas, in sing. fidei. 124. inquit Pegna, ibi. qui in pag. 93. in prine. vers. hoc tamen*, non indistincte hunc intellectum putat verum, sed tunc demum cū Author ex proposito hæresim ponit, eamq; cōtra Catholicam fidē stabilire contendit, nam si quasi aliud agens proferat hęreticale dictum, quod ex ignorantia potius, quā malitia dixisse videatur, † pręsertim in rebus obscuris, quas nō facilè quis scire pręsumitur, qualia sunt multa ad fidē spectantia valde difficilia, reuera non putaretur hæreticus, quod tunc maximè verum esset, cum vel generalem protestationem præmisisset, vel aliàs vir Catholicus & probus communi hominum æstimatione haberetur: sed si is qui retinet librū vetitę lectionis sciens & volens retineat ab alio cōpositum (vt differat à pręcedente casu) tunc vtiq; nullus dubitat, quin suspectus sit de hæresi, vt inquit *Pegna in d. col. 1. vers. sed alter. & Decia. d. n. 26. vers. aut verò*, sed an hæc suspicio sit leuis, vel vehemens, aut violenta, † & *Decia. ibid.* leuem hanc 18
præsumptionem vocat *Zanchi.* tamen & repert. Inquisi. relati per *Pegnam. d. pag. 39. vers. an autem*, tenet quòd sit vehemens, ipse tamen Pegna, & melius existimat verius esse, causa cognita, hoc est habita ratione personarum, & librorum prudentem Inquisitorē rimari oportere, an hæc suspicio leuis, grauis, seu vehemēs, aut violenta sit, nam quid si retinens tales libros penitus est imperitus, qui eos neq; intelligat, neq; legere sciat, dices ne eum vehemēter suspectum, non planè: † vel si cum hęreditate vel mercibus accepit eos 19
occlusos, neque adhuc exoluit, vel etiam si tales essent libri, qui licet ab hęreticis conscripti fuissent, nihil tamen contra fidem continerent, sed tantum quod ad Grammaticam, Medicinam, vel

ſimiles artes profanas ſpectaret, aut ſi is qui retinet, vir eſſet probatiſſimus à quo procul omnis abeſſet malitia, prout hęc optimè aduertit & cõſiderat *Pegna d. pag. 92. col. 1. & 2.* vbi *in verſ. iam qua pœna*, tradit, qua pœna ſit puniendus retentor horum librorum, *& in pag. 94. in princ.* inquit, hoc certum eſſe, pœnitentiam eſſe imponendam nunc acriorem, aliàs verò leuiorem pro qualitate & modo delicti, & delinquẽtium, qui poſt abiurationem, ieiunia, orationes & peregrinationes imponi vidiſſe aſſerit, componens tamen & conſcribens libros hæreticos verè & manifeſtè,
20 hæreticus cenſetur, † ſecundum *Menoch. libro 5. præſumpt. 6. num. 13.* ſed an reperiens librum vetitæ lectionis inter ſuos libros poſſit illum comburere, vel teneatur manifeſtare Inquiſitori, † & 21
ipſe *Pegna in dict. 2. part. pagina 294. Verſicul. item qui.* inquit quòd ſi hunc librum ſtatim deſtruxerit incendio vel alio modo, innoxium iudicat hæc facientem, *argumen. 5. quæſtione prima, cap. 1. & cap. ſi quis*, & idem *Pegna in dict. pagina 91. colum. 1.* ad fin. idem voluit, ſed addit, quòd tutius erit, vt cum librum ad fidei iudices deferat, prout & voluit *Deci. vbi ſupra, dict. ca. 46. lib. 5 nu. 31.* Et nota quòd noſtra *lex 27.* corrigit, *l. 24. in capit. 4. ſupra iſto tit.* vt ibi dicit ſubſcriptio Marginalis.

TITVLVS OCTAVVS.

De los Iuezes conſeruadores,

y otros juezes Eccleſiaſticos.

ET cum ſuperiori titulo dictum ſit de ſtudijs generalibus, & ſcholis, & ſcholaribus, & de eorum ſpeciali iudice conſeruatore, nunc autem, & generaliter de iudicibus conſeruatoribus, & alijs Eccleſiaſticis ſequitur generalis titulus.

In huiuſque tituli declarationem parum immorandum exiſtimo: ſolum remiſſionibus doctorum contentus ero, vbi de ijs conſeruatoribus iudicibus, & qui ſint tractatur: de quibus vltra gloſſatorem Salmantinum, *hic col. 268. cum ſeq. videndus eſt Guido, Papæ deciſ. Dalp. 18. vbi in fine remiſſionis aliàs allegat præſertim Specu. & eius Additi. latè de ijs tractantes. Et quia corruptè Speculatorem allegat, reperies eum in 1. par. titu. de iudice deleg. §. excipi, num. 24. & ibi additio. & melius tractat idem Ioan. And. in nouellis, in cap. fin. de offic. del. in 6. Bal. in margarita, Verbo, conſeruator, & Bertach. in repertorio ſuo, Verbo, conſeruator, & Sylueſt. optime, in ſumma verbo, conſeruator.* Et notandum eſt, quod vbi conſeruator eſt datus ad certum tempus, finito tempore, finitur eius officium etiam quoad negotia cœpta, *ſecundum Rotam antiquam, 5. num. 1. de offic. del. 16. & additio Specul. vbi ſupra litera H.* Neque poſſunt ij iudices conſeruatores habere tribunal erectum, *prout ſacro Concilio Tridentino diſpoſitum reperimus in ſeſsione 7. cap. 14. pag. 80. & Clarius in ſeſsione 14. de reformatione, cap. 5. pag. 157. cum ſeq.* Vbi & in ijs capitulis diſponitur, quibus & quando & in quibus caſibus literæ hæ conſeruatoriæ nihil proſunt. Et quæ perſonæ poſſint eſſe conſeruatores traditur *in dict. capit. 1. & fin. de offic. del. in 6.* Qui tamen poſſint eſſe iudices delegati ad cauſas authoritate Apoſtolicæ ſedis, vel à legatis eiuſdem, *vide tex. in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. & Concilium Triden. ſeſsion. 25. de reforma. ca. 10. pag. 287. & 288.* Et quod cauſæ quoad primam inſtantiam coram locorum ordinarijs in Eccleſiaſticis tribunalibus debeant ventilari, diſponit *idem Concilium ſeſsion. 24. de reforma. cap. 20. pag. 252. cum ſeqq. duabus.* Vlterius notandum eſt, quod iudices ij conſeruatores non debent mittere manum in meſſem alienam, & ſic in iuriſdictionem ſecularem, *argu notatorum in l. imperium, & in l. ſi. ff. de iur. omni iudi.* Aliter enim puniuntur ipſi & officiales eorum pœnis, de quibus in legibus noſtri tituli. Et an conſeruatores ij poſſint de nullitate ſuarum ſententiarum cognoſcere, *vide deciſio. 38. capellæ Toloſa. & ibi eius additio.* Et de conſeruatoribus ijs vltra dictos doctores *vide Archiepiſcopum Florentinum in 3. parte, ſuæ ſummæ titul. 9. cap. 4. per totum, & Marcum Antonium Cuch. in ſuis inſtitutionibus canonicis titul. de offic. conſeruatorum.* Et an ordinarij dicantur conſeruatores Apoſtolici, *vide per Alex. in l. ſi. ff. de iur. omn. iudi. vbi* & an poſſint ſubdelegare.

TITVLVS NONVS.

De los Queſtores de las Ordenes,

y de los votos de Santiago.

IN huius tituli declarationem ſicut, & præcedentis notandum eſt breuiſſimè, quæſtorum triplicem eſſe modum, vnus qui habet officium pecuniæ quærendæ: & iſte poterat fieri ex plebeijs. Alius erat, qui præerat capitalibus cauſis & ſententijs, item alius, qui legendis libris, & iſti erant illuſtres, *vt in dict. l. 1. & ibi gloſ. pen. & in l. 2. §. & quia vt diximus, ff. de origi. iur.* Et horum quæſtorum officium, & origo antiquiſſima eſt, *ſecundum textum, & ibi*

Oroſci.

Orosci. optimè declarantem, in d.l. vni. ff. de offi. quæstio. Et eorum duplex genus ponit *text. in l.10. titul.8. p.4.* Et vnus quæstor est, qui recuperat redditus Regios, *vt in l.25. tit 9 p.2.* alius verò est, qui legit ante Regem, & hic vulgo secretarius dictus. Et hic vltimus est illustris, *secundum glos. & Oroscium in dict. l. vnica.* & cancellarius vocatur, *secundum Menesium, in l. vni. versi. num.7. C. de diuersis res.* Et Vicecancellarius curiæ Romanæ quæstor dicitur, *vt in cap. forus, de verbo. significa. quem text. ad hoc allegat glos. antiqua regularum cancel. Innocen. VIII. & aliorum Pontificum, in proœmio fo.5. in prin. in parua impressione.* Et hunc quæstorem, & cancellarium esse hodie maioris authoritatis, quam antiquitus erat, *asserit glo.1. in l.4. tit.9. p.2.* Et de hoc quæstore in præsenti titulo non tractatur, sed tantum de quæstore eleemosynas petente, & recuperante nomine ordinum, & votorum Sancti Iacobi. De quo quæstore, *vltra Didacum Perez, in præsenti, videndi sunt Summistæ, in verbo, quæstor, & quæstuarius, & Decius, consil.277. & Auiles, capit.51. prætorum, verbo, ni consentir. fol.25. vbi & per Dec. vbi supra,* an per Episcopum puniri possint ij quæstores, & an indulgentijs falsis ab eis cōcessis vtens bona fide patiatur, & videnda est bulla Alexan. quam fortassis referemus, annuente Deo *in l.37. titulo sexto, libr.3. infra.* Et notandum quod de iure communi quilibet poterat sibi petere: sed vt alijs daretur eleemosyna non licebat nisi cum licentia Papæ, vel diœcesani, *vt est tex. in cap. cum ex eo, de pœniten. & remisson. vbi Abb. & in cap. tuarum, de priuilegijs, & in Clementina abusionibus, & ibi Cardinal. de pœniten. & remissio.* Per legem tamen finalem huius tituli iubetur, quod quæstores ij non petant extra locum, vbi Ecclesiæ, & piæ operæ suæ sunt absque licentia Regis, & eius supremi consilij, etiam si sit absque publicatione indulgentiarum, in eodemque loco debet saltim præcedere licentia ordinarij, *vt in d. l. fin. videbis. Ad legem finalem adde, quod videnda est, l. nouior decimatertia, tit. sequentis.*

ET cum superiori titulo de quæstoribus dictum sit eleemosynas petentibus, quarum quidem eleemosynarum datione peccata remittuntur iuxta illud. Et eleemosynis redime peccata tua, gratiæque, & indulgentię concedi solent, pro peccatis, & indulgentiarum causa, nunc immediatè sequitur de Bullis, maximè S. Crucis, quibus cum & indulgentiæ conceduntur, & ad peccatorum remissionem consequendam prosunt.

TITVLVS DECIMVS.

De las Bulas y Bulas de Cruzada, y Subsidios, y comissario, y oficiales dellas.

1 *Quid sit Bulla, & de ratione nominationis, & deriuationis, remissiuè.*
2 *Concedere has Bullas, & indulgentias est actus iurisdictionis.*
3 *Indulgentia quid est.*
4 *Subsidium quid sit, & plura de eo, remissiuè.*
5 *Taurorum vsus an permissus, & licitus sit.*

1 QVID sit Bulla, & de ratione nominationis, & deriuationis eius, videndum est † vocabularium Ecclesiasticum, in verbo, Bulla.

Notandumque est in præsentis tituli declarationem verbum, Bulla, in titulo nostro non capi pro Bullis concessis ad beneficia vel ad lites, *de quibus loquitur latè Specul. in titul. de rescriptu præsenta. §. primo, igitur, per totum, vbi quid debeat continere, & qualiter impugnetur, disputatur, & latè per Rebuf. in secundo tomo, constit. Franc. titul. de rescriptis, in præfatione, & per Hieronymum Paulum, in tract. can. Apostol. capit.1. & in alijs pluribus locis ordinarijs,* sed loquitur noster titulus de Bullis, & fauorem, indulgentiam concedentibus animabus, prout patet *ibi,* Bullas de Cruzada, vltra quas quia, & aliæ Bullæ, gratiæ conceduntur, & concedi solent, ideò prius positum fuit verbum generale præcedens, *de las Bulas.*

Pro cuius tituli introductione, & harum Bullarum notitia sciendum est, quod concedere has Bullas † & Indulgentias est actus iurisdictionis, 2 quandoquidem indulgentia † est remissio temporalis pœnæ debita pro actuali peccato pœnitentis extra absolutionem sacramentalem facta à Prælato Ecclesię ob rationabilem causam, eam de thesauro satisfactionum compensante, quæ diffinitio probatur, *ex extrauaganti, vnigenitus, de pœniten. & remission. & ex leg.3. titul.32. pa.7.* Et hanc diffinitionem doctè, & distinctè per singula membra, & verba declarat Nauarro vir & literis, & sanctimonia præditus, *in §. in leuitico, in §. quis aliquando, de pœnitent. distinctione prima, notab. 20. melius quam Summistæ, & Ioan. de Argomonias, in poleanta iuris, & in tract. de effectu indulgentiarum, censura.1.* Cum ergo sit actus iurisdictionis, prout ex dictis patet, solum explicari poterit à prælatis à summo Pontifice vsque ad Episcopum, cum differentia tamen, vt probatur *ex dicta extrauagan. vnigenitus, & in cap. quod autem, & in cap. nostro. de pœnitent. & remission. & cap.*

cap. accedentes, de excessi. prælat. & per Nauarrum, vbi supra notab. 21. plura ex hoc singularia deducentem. Et de vetustate & origine Bullę cruciatę, *vide Sotum in 4. dist. 21. q. 1. artic. 3.* De alia vero parte rubricæ, scilicet, de subsidijs, quid sit subsidium & vnde
4 deriuetur † vltra quendam tractatum, cuiusdam Bartholomæi de Bellencinis, de charitatiuo subsidio, *videndus est Guido Papæ, decis. 371. nu. 1. fol. 104. & Summistæ, in verbo charitatiuum subsidium, nouissimè Villabos, in ærario mille commu. opin. litera C. nu. 3. cum 7. sequentibus.* Et quibus ex causis imponatur tradit *Boerius, decis. 134. num. 2.* & an exigatur à religiosis exemptis, *idem Bori. decis. 135. nu. 1. & 4. & num. 2. & 4. tractat* an & à pauperibus. Et quale subsidium possit Episcopus imponere, *tradit idem Boeri. decis. 134. num. 1. 5. cum 5. sequen.* Et an ab inferioribus ab Episcopo imponi possit, *vide per eund. Boeri. decis. 133. nu. 2. & 3.* Et requisita vt imponatur, *vide per Rebuf. in tract. de decimis, quæst. 3. num. 3. cum pluribus sequen.* Et vocat illum decimam decimæ. Et an sibi dari ipsemet Prælatus per censuras coget, *vide per eund. Boeri. decis. 136. num. 1. & 2.* Et an præscribi possit, *idem in dict. decis. 133. num. 9. tractat.* Et inquit *in d. decisio. 1336. nu. 3.* quod contra negantes charitatiuum subsidium non debet agi coram iudice seculari, sed recurrēdum ad iudicem deputatum pro dirimendis super eo quęstionibus, prout quotidie videmus. Et hæc pro rubrica.

IN LEGEM QVARTAM.

EN *Correr Toros.* Videtur hic esse text. probantem vsum & cursum taurorum permissum, prout ex *eo notat Auenda. capit. 10. Prætorum, nu. 12. lib. 2.* Tamen quia raro, secundum eum *ibi*, sine peccato fit, *prout & asserit glos. 2. l. 57. tit. 5. p. 1.* præsertim si in diebus festiuis agitētur, *secundum glos. in pragm. 2. sanct. 2. tomo, tit. de spectaculis in Eccles. non faci. fol. 159. in paruis.* Ideo motu quodam proprio sanctissimus noster Papa Pius V. prohibuit taurorum cursum, & agitationem, prout inter suos motus proprios reperietur. Et per tempus aliquod cessauit in nostris partibus agitatio taurorum. Sanctis. tamen Greg. XIII. ad petitionem & supplicationem inuictissimi nostri Philippi Regis suo motu proprio concessit, vt tauri agitari & curri possint, dum tamen nō sit in diebus festiuis, neque personæ religiosæ, vel Ecclesiasticæ cursui tali & agitationi adsistant, & prouisio per eos ad quos spectabit, quod exinde alicuius mors quoad fieri poterit sequi non possit: prout ex dictis proprijs motibus quilibet inspicere poterit: præ manibus enim habentur impressi.

Aliud & pro complemēto huius tituli, & totius libri primi notandum est, *ad l. fin. nostri tituli, in col. pen. ibi. O a quien su poder huuiers*, scilicet, quod verba hæc superflua videntur. Nam quis dubitat, nisi quod si ego possum abs te recuperare decem, non possim, & per mediam personam mandatum meum habentem idem facere. Et quis potest à te decem quæ debes alicui recuperare quin non teneatur mandatum præbere sufficiens pro recuperatione illorum decem. Ergo verba hæc superflua sunt: sed tu dic esse admodum necessaria. Nam cum Rex sit ille, cui per Papam fit gratia recipiendi eleemosynam dictarum Bullarum, ipse Rex erigit eligitq; commissarium, vel thesaurarium generalem, ipseque generalis thesaurarius in qualibet diœcesi particularem eligit thesaurarium, & ponit pro eleemosynæ recuperatione, & sic subdelegat mandatum suum. Et quoniam subdelegatus etiam Principis subdelegare non potest, ne in infinitum procedatur, etiam si ei esset data potestas subdelegandi, secundum Rebuf. quem allegare sufficit, in reperi. l. vnicæ, C. ne senten. quæ pro eo quod int. prof. 1. notab. num. 19. & 20. Et sic thesaurarius diœcesis nullo modo subdelegare poterat: ideo in lege nostra optime disponitur, quod quilibet receptor se obliget ad soluendum, & tradendum recepta, & soluta ipsi thesaurario diœcesis, vel procuratori suo: vt sic virtute obligationis compellatur soluere procuratori subdelegati thesaurarij, neque possit opponere defectum illum mandati. Et sic in facto vidi conclusum, & notāda sunt verba hæc nostræ legis, nam si ea non consideres faciliter posses respondere contrarium: & hæc pro libro primo.

De ordine habendo in prædicatione harum Bullarum habemus pragmaticam in secunda impressione Recopilationis hic appositam.

IN LEGEM DECIMAMTERTIAM.

1 *Nomen hoc, Bulla, multipliciter est vsurpatum, num. 1.*
2 *Indulgentiarum vsus antiquissimus est, num. 2.*
3 *Indulgentiæ ex quorum meritis conceduntur, & ad quid prosint. num. 3.*
4 *Indulgentiæ prosunt animabus existentibus in purgatorio per modum suffragij. num. 4.*
5 *Indulgentiæ quo iure sint in Ecclesia concessæ. num. 5.*
6 *Indulgentia quid sit, & de pluribus eius diffinitionibus. num. 6.*
7 *Indulgentia quotuplex sit. num. 7.*
8 *Purgatorium non potest à Papa pro eius libito euacuari. num. 8.*
9 *Indulgentias concedere quis possit. num. 9.*
10 *Indulgentiæ semper ex causa rationabili sunt condendæ. num. 10.*
11 *Papa sine iusta causa non potest bona temporalia donare, num. 11. Et neque in voto, nec iuramento dispensare, ibidem.*
12 *Iubilæus vnde dicatur, & quid sit. num. 12.*
13 *Indulgentiæ plenariæ ne quis illas lucretur extra Romam suspenditur in anno Iubilæi. 25. num. 13. & ibi. de centenario Iubilæo.*

SVMMARIVM.

Formam & ordinem prædicandi ac publicandi bullas, gratias, & indulgentias

ac

ac iubilæos, & quæstas ponit lex nostra, & pœnas contra inobedientes. Et hæc est nouior lex, quam l. fin. tit. præcedentis, vt ibi in subscriptione marginali aduertitur.

IBi, *Bulas*, nomen hoc, Bulla, multipliciter est
1 vsurpatum: † Primò ad significandum illam tenuem inflationem, quæ super aquam, dum pluit vel mouetur, solet accusari, quæ Hispanè dicitur, *burbugita*, *vel pompica*, quæ cito formata super aqua citissimè euanescit, vnde in prouerbium exijt, homo Bulla, quo quidem prouerbio admonemus, & designamus, humana vita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius, vt in huius Adagij propositum plura dicit nouissimè *Paul. Manunt. in Adagijs, col. 776. cum seq.* Secundò Bullæ nomen significauit olim vestis formulam quandam, qua patriciorum filij vtebãtur ad certam vsque ætatem, de qua meminit *Plin. li. 2. c. 2.* Tertio Bulla significabat quoddã insigne, quod prę se ferebant in pectore triumphantes inclusis in illo remedijs contra inuidiam. Quarto significat consistorium, vbi aliqua statuta eduntur maturo consilio habito, indequè esse translatum videtur hoc nomen ad Bullas Indulgentiarum, & priuilegiorum significandas, eo quod maturo præuio Consilio debeant concedi & expediri. Quinto significabat Bulla illud sigillum, quo signatur Bulla, quæ expeditur, quod quidem sigillum est apud cõmissarium, & hinc forte transumptum est hoc nomen Bulla ad significandum ipsam Bullã signatam: ita desumuntur hæc Bullæ significationes ex *Calepino, in dictionario verbo, Bulla, & Rebuf. in pract. bene in 3. parte signaturæ, sub titul. Bullæ nouæ ac simplicis prouisionis, num. 1. cum seq.* quos ad hoc retulit *Manuel Rodriguez, in expositione Bullæ cruciatæ. in verb. Bulla, folio 7.* & eis tacitis *Ludouicus Lopez in suo instruct. conscien. 2. parte super quæstione 17. capit. 6. de Bulla, pag. 799. col. 1.* & nouissimè *Anton. Gomez in expositione Bullæ cruciatæ, capit. 1. & Enriquez, in sua philosophia Morali lib. 7. cap. 29. col. 3. pag. 572. glos. Bulla proprie significat.*

Ibi, *Indulgencias*, quarum Indulgentiarum vsus
2 antiquissimus est, † vt apparet late ex *Dom. Soto, in 4. dist. 21. quæst. 1. colu. 3.* & colligitur ex *Concilio Cartaginensi. 4. cap. 76.* & hodie ex *Concilio Triden. ses. 21. cap. fin. & session. 25. in fine, in Decreto, de Indulgen.* late *Nauar. de Indulg. 7. nota. pag. 657. colum. 1. cum seq. tomo tertio.* Et Indulgentiæ ex communi sententia thelogo. *in 4. d. 26. & ibi Thom. & Soto, ibidem dist. 21. ar. 2. & canonistarum in cap. Indulgentiæ, de pœnit. & remis. in 6. & in Clem. 1. de reliq. & ven. sanct. Palud. maxime in 4. distinct. 20. Armilla ver. Indulgentia*, vt refert & asserit *Candelabrum aureum in 1. par. titul. de Indulgen. quæstion. 4.* ex thesauro Ecclesiæ conceduntur meritis Christi, Beatissimæ Virginis, omniumque Sanctorum coadiumento: &
3 † tradit etiam *Enriquez, in philoso. Mora. li. 7. Indulgen. cap. 2. & ex Extrauag. Vnigenitus, de pœnit. & remissio.* Id determinatum videmus, ita vt nulli dubitandi occasio iam relinquatur, etiam si *Francis. Matronius, & Ang. in summa verb. Indulgentia. numero 9.* dicant, Indulgentias tantum concedi ex meritis Christi, sed dicta communis est tenenda, quia cum Christus infinitè (absque eo quod peccatum haberet vllum pro quo debuisset satisfacere) & Beatissima Virgo nullum itidem haberet etiam originale, & multa sit passa, & sancti (licet aliquando peccauerint) multa tormenta passionesque, & flagella passi sunt maiora multo quam meruerint, & satisfecerint plusquam debuerint, ex superabundantia etiam meritorum ipsorum cum meritis infinitis Christi congregatur thesaurus Ecclesię infinitus, & sic Indulgentiæ valent, & quantum ad forum Ecclesiæ, & quantum ad iudicium Dei ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem, & absolutionem, & confessionem, siue sit iniuncta siue non: & ratio, quare sic valere possint, est, vnitas corporis mistici, in qua multi in operibus pœnitentiæ supererogauerunt, prout benè declarat *Ludouicus Lopez in 2. parte sui instructo. conscien. quæst. 17. cap. 4. de Indulgen. in princ.* prosuntque viuis, vt dictum est. Itidem prosunt animabus in purgatorio existẽtibus per modum suffragij, † vt per dictos *DD.* 4
maximè Io. *Echium, infra allegandum, in vers. prosunt etiam*, neq; differunt nisi pro illis viuis per iurisdictionem clauium, quia subditi sunt, istis vero defunctis per modum suffragij, quia non sunt subditi, & sic per modum absolutionis conferri eis non possunt, nisi per modum suffragij, vt per *Sotum in 4. dist. 21. art. 2. pag. 903. col. 1. & pag. 904. colum. 2. ad finem.* Ex quò refutanda est hæreticorum perfidia has Indulgentias negantium, vt optime per *Castro de hæresi. verb. Indulgentia, & per Io. Enchium, in suo Enchiridio. de Indulgen.* Quo autem iure concessæ sunt Indulgentiæ in Ecclesia: † dic 5
quod secundum *Tridenti. session. 25. in fin.* potestas concedendi Indulgentias tradita est iure diuino à Domino nostro Iesu Christo, quando *Ioan. 22.* Apostolis dixit: Quorũ remiseritis peccata, &c. Et habetur in *cap. audiuimus, & ca. quodcunque 24. quæst. 1* & per totum, *de pœnit. & remis. in 6. & in Clem.* quia, ibi, non tantum intelligitur absolutio à culpa, sed pœna eius etiam extra confessionem: vnde in *Concilio etiam Constan. sessio. 6.* condemnatus fuit quartus error Wicleff, damnantis Indulgentias, ita *Vivaldus in d. suo candelabro aureo sub tit. de Indulgen. quæst. 3.* & vt inquit *Io. Æchius, in d. tit. de Indulgen. ver. Indulgentiarum.* Indulgentiarum Euangelij figura, fuerunt iubilæi in veteri Testamento *Leuit. 25.* Visis tamen quid sit bulla, & visis alijs de Indulgentijs restat videre quid sit Indulgentia: † & omissis eius varijs significatio- 6
nibus traditis à *glos. in cap. Indulgentiæ de pœnit. & remis. 6 & à Summistis in verbo, Indulgentia*, quantum attinet ad nostrum propositum, eam diffinit *Soto, in 4. dist. 21. artic. 1.* scilicet, vt Indulgentia Ecclesiastica sit relaxatio pœnæ temporalis Deo debitæ pro peccato, quæ extra sacramentum fit. Quæ quidem diffinitio est aliquantulum diminuta, nõ enim explicat vnde fuerint sumptæ hæ Indulgentiæ. Ideo alio modo diffinit eam cum *Sancto Thoma & alijs, Vivaldus, in d. candelabro aureo, tit. de Indulgentijs, quæst. 2.* scilicet, Indulgentia est remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus pœnitentium remissis extra absolutionem sacramentalem facta à Prælato Ecclesiæ ex causa rationabili, cui adde, ex communi thesauro Ecclesiæ, vt & addidit *Enriquez in sua Philosophia Morali. d. libr. 7. titul. de Indulgen. capit. 1. colum 3. & Nauar. optimè in commen. de Indulgent. in re notab. per*

totum

totum, pagina 681. cum sequentibus in magnis. Et sic hæc est diffinitio integra, & nihil ei deficit, neque superfluit: licet dicat *Anton.Gom.in expositio. bullæ cruciatæ,capit.6. num.* 5. huic diffinitioni non posse addi illa verba, pro actualibus peccatis, ex eo quod peccatorum culpa originalis vel pœna nõ à Prælato Ecclesiæ,sed à Deo per baptismum remittatur ex *text in cap. firmissime tene. de consecra. distinct.* 4 Nam hæc responsio clarissimè denotat, necessariam esse additionem illam, pro actualibus peccatis, ne forte aliquis ignoranter vel malitiosè vellet intelligere sub dicta diffinitione comprehendi culpam originalem si verba illa non adderentur, & sic vt malitijs obuietur, necesse fuit verba illa addere dictæ diffinitioni. Itidemque licet ipse *Anton.Gom. ibidem asserat*, alia verba dictæ diffinitionis scilicet, ob rationabilem causam, non esse necesse illa addere, ex eo quod illud implicite pro dispensatione, & in eius consequentiam interuenire intelligitur, de cuius natura est, vt semper cum causa fiat, vt infra dicemus: nam necessaria esse verba ista assero, ne quis intelligeret Doctores eam diffinientes aliud voluisse,cum non expressissent,omniaque explicanda sunt, vt perfecta remaneat diffinitio, & ne detur malignantibus occasio peruertendi verba, mentes, & dicta Doctorum, ex quibus hanc iudico esse perfectam Indulgentiæ diffinitionem, quicquid diminutè absque dictis verbis vellit illam diffinire *dictus Anton.Gom. vbi supra*, & sic dictam diffinitionem sequitur *Manuel Rodriguez in expos. bullæ crucia.in 1. fundamento, pag.*3. licet non addat dicta verba, ob rationabilem causam, quæ addenda sunt, vt dixi: & insuper illa alia per me addita supra, ex communi thesauro Ecclesiæ, quam diffinitionem, vt perfecte habeas, dic, quod Indulgentia est remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus pœnitentium remissis extra absolutionem Sacramentalem facta à Prælato Ecclesiæ ex causa rationabili ex communi thesauro Ecclesiæ: cuius diffinitionis verba explicat *Manuel Rodriguez, vbi supra, & Anton.Gom.vbi supra, numero* 6. *cum seq. & Nauar.vbi supra.* Quotuplex autem sit hæc Indul-
7 gentia, † dic quod duplex: vna specialis, quæ à confessore in Sacramento pœnitentiæ iniungitur, ac conceditur, ex cap. vtriusque sexus, de pœniten.& remis.& in hoc potest etiam Indulgentias concedere, dicendo, dispenso tecum super residuo pœnitentiæ,si maior esset imponenda, quàm imponit, prout cum pluribus contra *Sotum & alios* verius esse dicit,*candelabrum aureum, titul.de Indulgen.num.*6.vbi, *num.*7.declarat quot Indulgentias posset confessor concedere,& hoc modo potest dici Indulgentia, secus aliàs, vt inquit *Nauar.in §.in Leuitico. notab.*5. *nu.*1. Alia vero indulgentia est generalis, quæ à Romano Pontifice in Bulla Cruciata, & in alijs iubilæis sæpe conceditur,vel ab Archiepiscopis,Episcopis,vel alijs potentibus concedere,& hæc non est de lege pœnitentiæ, sed de lege iurisdictionis, vt apparet ex *l.*45.*tit.*4 *par.*1.*& ex Hosti.in summa,titul. de pœnit.& remis.§.*5.*& Sylvest.in summa,verb.Indulgentia.in princ.Bologninus in tract.de Indulgen.numer.*18.*tom.*14.*tract.Doctorum,*& hanc vltimam *Paludan.*relatus per *Ludoui.Lopez in 2.par. sui instructo. conscien.ca.*4.*de Indulgen.versic.deinde quia,pag.*774. distinguit,inter plenariam,pleniorem,& plenissimam,dicendo, quod plena sit de pœnis mortalium peccatorum remissorum: plenior autem sit ne ipsis vnà cũ culpis venialium: plenissima vero sit, de omni pœna & veniali culpa, & hanc dicit sequi *Adrian.& Summistas*, sed ipse *Lopez* ibi inquit hanc differentiam esse commentitiam, veroq; carere fundamento, & quod dicendum est, quod nõ est maior indulgentia plenissima,quam plenaria: sed indulgentiarum concionatores aliqui ex aggregationis gratia illos gradus positiui, & cõparatiui, & superlatiui excogitãre, & concludendo dicit ibi ipse *Lopez*,plenissimam remissionem, qua homo à purgatorio liberetur non deberi crebro, sed rarò & grauissimis de causis concedi, ne (vt ait *Sotus*) abusus dispensandi beneficia Dei eius iustitiæ præiudicare videatur, sed tamen si causæ legitimæ, id exposcentes occurrant, tunc non cedit in præiudicium iustitiæ Dei etiam si per indulgentias à purgatorio liberemur: Et si purgatorium non potest à Papa pro eius libito euacuari, † secundum *Nauar.inde* 8
*indulgen in commen.notab.*31.*numero* 48. *pagina* 707. vbi & inquit, quod tales & tam paucæ animæ possent esse in eo, vel tot viui possent facere requisita ad indulgentiam pro mortuis concessam, quod omnes in eo manentes vno & eodem die liberarentur secundum mentem communem ibi per *Nauar.* assertam. Sed quis possit, indulgentias concedere, † dicendum est, indulgentiam 9
plenariam, & Iubilæum Papam per totum orbem posse concedere ex propria authoritate, vt per *sanct.Thom.relatum ab Ang.in summa verb. Indulgentia,numero quinto*,quem & alios sequens refert *Candela.aure.dict.titul.de Indulgen.numer.*5.vbi ex *Nauar.in §.in Leuitico.notab.*31. *pagina* 703.*numero primo,cum seqq.*quid in Concilio Archiepiscop. & alijs sit de iure id decidit referens se ad eum, & nouissimè, & late *Anton.Gomez,in explica.bullæ crucia.in* 4.*quæstion per totam, folio* 13. *cum seqq. in paruis, & Ludo. Lopez in secunda parte, instruct.conf. titul.de Indulgen.cap.*5. *pagina* 786. *columna secunda, cum seqq.*Notandum tamen est indulgentias semper ex rationabili causa concedendas fore, † ex 10
text. in Extrauag. vnigenitus. de pœniten. remis. vers. quem quidem,ibi,*& proprijs & rationabilibus*: *& vers. volentes, ibi, alijs iustis causis, text.in capit. cum ex eo. vers.ad hæc,de pœniten. & remis.* Nam sicut dona temporalia sine iusta causa non potest Papa donare, † *ex cap,non liceat Papæ,* 12. *quæstione* 2. neque 11
etiam in voto dispensare sine causa, secundum *gl.in cap.non est,de voto.* neque itidem in iuramento, *vt docet glos.in cap.quanto,de iureiurand.* Adeò vt dispensatus sine iusta causa non sit in conscientia tutus,vt per *Couarruuias in* 4.*part.*2. *capit.*6.*§.*9. *numero septimo, & octauo, & Nauar. in Manuali.capit.* 12. *numero* 76. ita etiam à fortiori bona spiritualia(hoc est indulgentias)non sint absque causa concedendæ, & communem testatur *Nauar. de Indulgen.& Iubil. Gregor. XIII. verb. causa, pagina* 714. *tomo tertio*, & iterum in *commenta. de Indulgen. notab.* 15. *pagina* 670. *cum seqq.* vbi an valeant si sine causa concedantur, vel cum causa non proportionabili, deducitur etiam ex *glos. in Extrauagan.*1. *versicul. & confessis columna quarta, de pœnitent. & remis.* non valere ex *sancto Thoma*, & relatis per *Anton.Gomez in dict. quarta part.explica. bullæ,*

bullæ, numero secundo folio 25. in prin. de quo & alijs per *Ludo. Lopez in d. 2. par. instru. consci. tit. de indulgen. c. 5. & in versi. igitur pro. pag. 778. & per Candelabrum aureum, vbi supra numero 12. cum 2. seqq.* semper tamen, secundum *Anto. Gom. vbi supra*, in dubio iusta ex causa præsumuntur indulgentiæ concessæ, & iubilæi, arg. c. cum inter. in fi. de re iudi. de quibus & de alijs pluribus latè agitur per dictos scribentes ad quos te remitto, nè ad extranea à contextura nostræ legis veniamus.

Ibi, *Iubileo.* Vulgares pronuntiant iubilæus. *Marcus Ant. Sabelli. lib. 3. Æneadis*, 1. iobilæus pronuntiat, & dicitur à voce illa. Iubel, † secundum 12
Lyram, sup. Leuit. c. 25. qui non latuit *Car. Alexa. in summa. de pœnit. dist. 7. & Mar. Anto. Sabel. vbi supra.* Et dicitur iubilæus, secundum quod collegitur ex *Extrauag. 1. 2. & 4. de pœn. & remis.* plenissima omnium peccatorũ remissio quoad pœnam, vt cum alijs inquit *Candelab. aureum in d. tit. de Indulgen. numero 20.* vbi *numero 21.* inquit & quærit, quando incœpit in Ecclesia iubilæus concedi, & respondet, quod à primitiua Ecclesia consuetudo fuit antiquissima, concedendi iubilæum centesimo quoque anno, visitantibus Ecclesias Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli Romæ. Quod postea *Bonifacius Octauus, in Extrauag. 1. de pœni. & remis.* ratificauit, & de nouo concessit centesimo quoque anno per rationes, quas ibi ponit *glos.* Posteà verò *Clemen. Sextus, in Extrauag. vnigenitus, eo. tit.* ob multas rationes ibi expressas hanc indulgentiã ad quinquagesimum quemq; annum reduxit, inter quas vna fuit, breuitas vitæ humanæ, quæ vix centesimum attingit annum: Succedente autem tempore cum viderent Summi Pontifices hominum vitas sic abbreuiari, vt multi etiam annum non adimplent quinquagesimum. Paulus II. in quadam Bulla ad annum vigesimum quintum hoc restrinxit, quam restrictionẽ posteà Sixtus *IIII. in Extrauag. quemadmodum, de pœni. & remis.* confirmauit, & hæc consuetudo seruatur hodie in Ecclesia, vt visum est seruari in concessione iubilæi anni 1575. per Gregor. XIII. Sed quia hominum creuit malitia, eorumque vitæ indies magis breuiantur, & quia Impij Lutherani ore sacrilego indulgentias ausi sunt negare, iam Summi Pontifices crebrius quàm, 25 quoque anno indulgentias mirabiles innumeratasque, tam pro viuis, quàm pro defunctis, vt fidelium fides deuotioque augeatur, hęreticorumq; temeraria audacia obruatur, concedunt, vt per *Sotum in 4. distin. 21. quæstio. 2. articul. 1.* prout quotidie videmus concedi: Anno tamen iubilæi. 25. suspenduntur ipso iure omnes indulgentiæ plenariæ, nè quis illas lucretur extra Romam, & nè publicentur, vt hac ratione (sicut olim, vt patet in dict. *Extrauagã.*) omnes Romam confluant, sed non suspenduntur reliquæ minores indulgentiæ, vt per *Nauarr. in dict. § in Leuitico. notab. 25. numero 1. & notab. 28. num. 1.* relatum per *Candelabrum aureum, in dict. num. 21.* Et an iubilæus ille centesimus fuisset figuratus per illum Hebræorum antiquum, examinat *Nauarr. dict. §. in Leuitico. nobat. 4.* de quo iubilæo Hebræorum meminit ipse *Nauarr. ibidem notab. 1.*

Ibi, *Por los Pontifices, o por otros.* Qui possint indulgentias & iubilæos concedere *in glos. indulgentias, huius legis* diximus.

IN LEGEM VIGESIMAM-SEPTIMAM.

1 *Peregrini post. 20. annos habent in ciuitate ius acquirẽdi, & interim ab extraordinarijs muneribus sunt immunes, numero 1.*
2 *Peregrinus quis & vnde dicatur, & in quo differt ab hospite numero secundo.*
3 *Meretrices vnde peregrinæ dicantur. numero 3.*
4 *Pœna exilij vnde sumpsit originem, numero 4.*
5 *Peregrini vnde omnes dicamur. numero 5.*
6 *Peregrinatio fit multis modis. numero 6. Et tales peregrinantes sunt sub tutela Summi Pontificis, seu Ecclesiæ, vel Imperatoris. numero 7.*
8 *Peregrinatio quædam voluntaria & quædam coacta. numero 8.*
9 *Peregrinationes quare lex nostra restrinxit. numero 9.*
10 *Indulgentijs superioris non gaudet quis, cui non est subditus, nisi eius prelatus det ei facultatem, eas alibi quærendi. numero 10.*

SVMMARIVM.

Naturales huius Regni, & exteri ab eo quem ordinem debẽt seruare cùm peregrinãtur ad Terram Sanctam, vel aliam peregrinationem.

IBi, *Ordenamos y mandamos.* De peregrinãtibus, *Plato. li. 8. de legibus*, sanxit, peregrinos, qui in vrbem migrarũt, & aliquam artem exercent, habere ius acquirendi per. 20. annos, à die conscriptionis quo in tempore incolendi, nullum vectigal soluere cogi debent, † nisi frugalitatis 1
exemplum, nec emptionis, venditionisq; gratia quicquam ærario debere, cum autẽ viginti anni elapsi erunt, accipere rem suam, & abire debere, nisi ob magnum quoddam beneficium in ciuitatem collatum, digni numero ciuium essent, vt refert *Pet. Greg. in Syntag. iuris libr. 3. c. 8. numero 20.*

Ibi, *Ni peregrino.* Qui peregrinus dicitur Aduena, qui extra suam versatur regionem, ita dictus à peragrando: † & differt ab hospite, quod pe- 2
regrinus simpliciter eum significat, qui in sua ciuitate non est: hospes verò, qui in aliena ciuitate est. Inde dicimus peregrinas arbores, quæ aliũde ad nos sint aduectæ, sic peregrinas aues, peregrinã faciem, quæ à quotidianis nostris differat, & quam apud nos non simus soliti videre. Inde meretrices, teste *Donato*, peregrinæ dicebantur, † *Terem. in And. Adeò ne est demens ex peregrina?* Et 3
sic peregrinari, est per aliena loca peragrando proficisci, ita *Capelin. in suo dictionario*, verbo, *peregrinus, cum seq.* Vnde pœna exilij originẽ sumpsit, † vt quis deiectus à loco per aliena peregrinare- 4
tur, & sic postquã deliquit primus homo, eiecit eum de paradyso, seu loco voluptatis Deus, vt terram coleret. Itaque peregrinus & exul factus patria, eiusque posteri. *Gen. 3. capit. & cap. Adam.*

de pœnit. dist. 1. & in cap. incipite. 50. dist. hinc omnes
5 peregrini dicimur: † peregrinamur namq; veræ
à Domino. 2. *ad Corinth. c.* 5. hancq; vniuersorum
hominum secuta est alia particularis peregrina-
6 tio, † quando à loco natiuitatis, quis in aliam
trãsit patriam, ciuitatem, vel coloniam, aliquan-
do ob delictum, vt in exulibus, aliquãdo ob stu-
dium, vel artem aliquam adiscendã, vt scholares,
& officiales menestrales, vel ob adipiscendam
dignitatem, vel beneficium, vt in conferentibus
se Romam, vel ob diuitias temporales acquiren-
das, vt in transeuntibus ad Indos, vnde cũ pro-
fectus quis est peregrinari videtur, & si redijt pe-
regrinari destitit, vt dicitur in *l. ciues l. 7. C. de incolis*
lib. 10. Peregrinari etiam dicitur, qui visitãdi loca
sacra, aut Sanctorum basilicas causa, patriã suam
dereliquit, *cap. si quis Rom. petas* 24. *quæstion.* 2. qua-
rum conuentus, qui contẽpserit per superbiam,
Anathema dicitur, capit. si quis per superbiam,
10. distin. & tales peregrini sunt in tutela Summi
7 Pontificis, seu Ecclesiæ, † *c. innouamus de tregua*
& pace. capit. vnic. de peregrin. & Imperatoris, *vt l.*
eos peregrini. C. com. de successio. & hæc peregrinatio
8 est voluntaria, illa alia ob delictum eo acta, † &
in hos modos plures peregrinauerũt, vt optimè
per *Pet. Gregori. in syntag. iuris libr.* 31. *numero* 1. *cum*
seqq. 2. *part.* vbi *numero* 4. inquit finem harum vo-
luntariarum peregrinationum esse, non vt noui
quippiam curiositate quadã impulsi videamus,
aut veterarum clauium rudera, vtque peregri-
nati quidam historiographi, & quidam nunc an-
tiquarij, sed vt labores ob peccata suscipiantur,
vt *Diuus* Pet. formam constituit. 1. Pet. *Epi. cap.* 4.
Charissimi (inquit) *nolite peregrinari in feruore, qui ad*
tentationem vobis sit, quasi noui aliquid vobis contingat,
sed communicantes Christi passionibus gaudete. Et quia
multi iam sub hac peregrinorum specie, & sub
hoc velamine visitandi basilicas, nouitates quæ-
rebant, & multoties delicta committebant, ideò
iustè lex nostra peregrinantibus nostri Regni, &
extranei habenas restrinxit, vt sic delicta euiten-
tur, & sciatur vnde, & quo se conferant, & qui
sint. De quibus peregrinis habemus *titul. fin. part.*
1. vbi *l.* 1. ponit dictas formas peregrinorum, ibi,
sello del Perlado, hoc pro consilio dabat *Abb. in cap.*
quod autem de pœnit. & remis. relatus per *Nauar. de*
indulgen. 31. *quæst. pag.* 703. *numero* 15. *tom.* 3. & hoc
quia vt ibi inquit *Nauar. num.* 13. non gaudet quis
indulgentijs superioris, † cui non est subditus, 9
nisi suus Prælatus det ei facultatẽ, eas alibi quæ-
rendi: & licet Legislator noster hoc prouiserit
ob euitanda delicta, vt apparet ex procemio no-
stræ legis, tamen ab illo dicto Abbatis cautelam
hanc desumpsit, & iustè quidem.



LIBER



LIBER SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS.

De las Leyes.

ET quamuis de libro ad librum non ſit ita neceſſaria continuatio ſicut de titulo ad titulum, tamen quia optime ad præcedentem librum continuari poteſt, dicendum eſt pro cõtinuatione, quod cum ſuperiori libro de Religione, quæ ad fidem, & Eccleſiam pertinet dictum ſit, nunc de ea, quę ad leges ſacras, *vt C. de legibus, l. leges ſacratiſsimæ.* Vel ſic. Supra libro proximo de diuinis ſacris, & Eccleſijs, & Eccleſiaſticis pertinentibus dictum eſt, nũc de humanis ſacris (nam leges ſacræ ſunt) vt d. l. leges ſacratiſſimæ. Quam continuationem colligo ex rubrica. *C. de legibus.* Pro cuius rubricæ exornatione & tituli declaratione ſciendum eſt,
1 quod ius noſtrum Regium † iuſtè & iuridice per Regem fieri potuit, & poteſt, quamuis cõtra ius ciuile ſit, *ex tex. in l. poſtliminium ff. de capti. & poſtli. reuerſis & in l. ſi.* C. *de legibus.* Et quãuis dicta iura in Imperatore loquantur, tamen idem dicendum eſt in Rege, cum in Regno ſuo vicem Imperatoris obtineat, præſertim noſtro Hiſpaniarum Regno, cuius Rex noſter non ſubeſt Imperio. Et ideo conſtitutiones, & leges contra ius poſitiuum Romanorum facere poteſt, prout inquit optime *Matthæ. de Affl. in præfatione ad conſtitutiones Siciliæ, q. 2. per totã,* vbi ponit quam plures Reges & dominos, qui non ſunt ſub Imperio.
2 Iuſque tale Regium † commune ius appellatur, *vt in c. cum à nobis de teſt. vbi Abb. nota. 1. & eum ad hoc allegat Pala. Rube. in repeti. rubricæ in præfatione. verſ. decretalis quanta. num.* 8. *&* 9. Ex eo inferens, quod ſicut antiquitus appellatione iuris in du-
3 bio intelligebatur † de Romano, *vt in §. ius autẽ, inſt. de iure na. gen. & ciuili.* Sic & hodie appellatione iuris in dubio intelligitur, de iure Regio, quod commune vocatur, *vt per Villalobos, in ſua Antinomia iuris ciuilis, & Regij c. 1. numero* 10. *fol.* 2. Et ideo ſi Rex facit mentionem de iure intelligitur de ſuo iure Regio, *ſecundum Bald. relatum & ſecutum per Deci. in l. 1. numero* 2. *C. quando non peten. par. & Palaci. Rub. d. num.* 9. *Imo & ſecundum eund. Villalobos, vbi ſupra, numero* 9. leges Imperatorum non allegãtur in noſtra Hiſpania, ad deciſionem
4 cauſarũ, niſi quatenus ratione † fundantur, *prout & aſſerit gl. por las, l. 6. tit. 4. p. 3. Et in Francia Matth. Afflict. vbi ſupra, q. 20. num.* 4. *&* 5. *& Auendaño c. 16. prætorum numero* 9. *&* 10. *lib.* 1. Qua de cauſa & in Hiſpania lata aliquando lex fuit, vt capite plecteretur, qui Romanorum leges in iudicijs allegaſſet, *ſecũdum Oldrald. conſ. 69. conſueuit dubitari col. 2. & glo. in d. l. 6. & Probum in additioni. ad glo. pragm. ſanctio. in prin. proœmij verbo, Dei, el. 1. in fine,* & à Gallis quoque id obſeruatum videmus, vt iudicent non quod lex dicat, ſed quia legis ratio ſic vult, *ſecundum But. & Bal. in l. nemo. C. de ſenten. relatos per Franciſcum Vargas, in tract. de iuriſdicti. Epiſcoporum, & Maxi. Ponti. authoritate, axiomate.* 7. *& Carolum à Graſſallis, lib.* 1. *Regalium Franc. iure.* 12. *verſ. hinc eſt ſexto, & per Rebuf. in* 1. *tomo conſt. tit. de cõſtitut. in proœmio, in gloſ.* 5. *numero* 20. *Vbi & cum pluribus numeris ſeq. quam plures leges ciuiles allegat, quæ neque quoad earum rationes in Francia ſeruantur. De quibus & per Carolum à Graſſallis, dicto lib.* 1. *Regalium Fran. iure. 7. verſ. & hinc eſt & 2. cum pluribus ſeq.* Ideoq; leges noſtras Hiſpaniæ † iura communia ciuilia § non cognoſcere dicimus, iuſquè hoc commune appellamus, *prout & aſſerit Afflictis, vbi ſupra q. 1. numero* 3. Sicut & conſuetudines ius etiam commune vocari poſſunt, *ſecundum Pala. Rub. vbi ſupra.* Cum & Decreta à populo facta † ius ciuile di- 6
cantur, *ſecundum Abb. in conſ.* 109. *numero* 4. *vol.* 1. & ſic perpetuo durant. In quo ſecũdum *ibi,* nullus diſcrepat, *prout & tenet Bart. in l. ſtipulationum, la. 2. in prin. num.* 3. *&* 4. *ff. de verbo oblig.* licet facta à Duce, Comite † vel Marchione ius præto- 7
rium dicãtur, & annalia, non vero perpetua ſint, ſi authoritate concilij non fiant, *ſecundum Abb. & Bar. vbi ſupra communiter approbatum teſte Iaſ. ibi numero* 9. *Claud.* 19. *eund. Iaſo. in §. ſed iſtæ quidem numero* 27. *& ibi Gom. numero* 22. *inſt. de actio. Vbi ponit plures huius doctrinæ vtilitates quos & ſequitur Oroſcius in l. 1. columna* 497. *ff. de offic. eius cui man. eſt iur. Quod & tenet idem Abb. in capite final. numero octauo, de offic. leg. & per Bart. in l. 2. numero fin. ff. de bon. poſ. & in l. fin. in fine, ff. de pœnis, communis ſecundum Soc. in d. l. ſtipulationum, numero* 134. Qui & in ſtatutis ciuitatum ab Antianis earum † fa- 8
ctis, vt prætoria, & ſic annalia dicantur, idem dicunt & aſſerunt, niſi ex ſpeciali Regis commiſſione ea fecerint, ſecundum eos. Hanc tamen Bart. & aliorum communem opinionem intelligunt ſupradicti Doctor. quoties tales Duces, Comites & Marchiones non eſſent perpetui, nequè iuriſdictionem iure proprio exercerent: ſecus tamen ſi perpetui eſſent, iuriſdictionemq;

iure haberent proprio. Tunc enim, & ſtatuere poſſent, & ſtatuta hæc ciuilia, & ſic perpetua forent, *ſecundum Bart. in l. omnes populi numero 8. ff. de Iuſti. & iure, & ex mente eiuſdem Bar. in l. 1. §. de qua re numero 3. ff de poſtul. & Bal. in l. receptitia C. de conſtit. pecunia allegatorum per Iaſ. in dicta l. ſtipulationum la. 2. numero 10. ff. de verbo oblig.* Nam tales do-
9 mini † maxime iuriſdictionem perpetuam habentes, idem poſſunt in terris ſuis, quod Imperator in toto orbe, *ſecundum Curti. iuniorem, conſil. 59. numero 10. quod & alios allegando tenet, Andr. Abexea, in libro pactorum numero 340. cum pluribus ſeq.* Vbi inquit, quod & ex hac cauſa domini iſti
10 etiam temporales poſſunt † manum Regiam in terris ſuis exercere, cum omnia in eis poſſint, quæ Imperator in Imperio. *Et numero 345. inquit,* quod ſaltim de facto ita ſeruatur, & quod ſi vellemus poteſtatem iſtorum dominorum, temporalium etiam, in dubium reuocare, eſſet reuengare mundum. *Et numero 346. & 347.* inquit iterum ipſe Abexea, mundum eſſe ita cultiuatum, quod iſti domini temporales omnia etiam principi reſeruata gerunt, & præſupponunt de iure, vel de facto: & quod tenere contrarium eſſet percutere caput ad montem Morellum. Et ideo inquit *Tiraquel. de minorandis pœnis, in præfatione numero 14.* quod de conſuetudine, aut de facto
11 † pœnas remittere poſſunt in terris ſuis, *de quo, & per Auendañ c. 7. prætorum lib. 1.* & ideo dominos hos ſtatuere poſſe in terris ſuis teſtatur communem *Oroſcius in dicta l. omnes populi col. 56. in fine.* Et ideo *ſecundum Bart. & ſequaces* ſtatuta hæc ſi à domino perpetuo facta ſint, ciuilia, & ſic perpetua erunt, non vero annalia. Et ſic poterunt facere ſtatuta generalia derogatoria, & iuri communi contraria, *ſecundum Rolan. Valle, conſ. 91. numero 17. & 18. lib. 2.* de qua tamen communi opinione dubitauit *Iaſ. in §. ſed iſtæ quidem numero 33. inſt. de actio.* Licet ipſe ibi velit teneri poſſe, quod licet talia ſtatuta à dominis ijs facta prætoria dicerentur, perpetua tamen eſſent. Et expreſſe contra Bart. imo quod quamuis talia ſtatuta ſint facta à dominis perpetuis annalia dicantur, & ſint, *tenet Angel. in §. 1. in fine inſti. de diuiſ. ſtipul. & Galiaula, quem ad hoc in libris meis relatum reperi, in l. centurio col. 2. ff. de vulga. & pupil. & voluit Oroſcius, in d. l. omnes populi, col. 56. in fine, dum Bar. ibi,* ſimpliciter nulla facta diſtinctione pro hoc allegat. Et pro hac opinione *Ang. & ſequacium contra Bar. & communem conſidero tex. in l. pen. tit. 1. p. 2.* vbi expreſſe probatur leges, vel ſtatuta dominos in terris ſuis conſtituere non poſſe, quamuis perpetui domini ſint, prout *ibi* intelligit gloſſator nouus. Et ſic ſecundum gloſſatorem illum ſi fecerint ſtatuta erunt prætoria, & ſic annalia, imò, & neque cum populi conſenſu poterunt hæc ſtatuta domini iſti facere, *ſecundum Auiles c. 5. prætorum numero 6. lib. 1.* contra gloſſatorem illum, *in d. l. pen. contra tenentem, & male. & iterum in l. 12. in gloſ. 1. tit. 1. p. 1.* Niſi ſtatuta talia cum populi conſenſu facta eius gubernationem concernerent, nam illa iure noſtro Regio permiſſa ſunt fieri, *ex l. 14. tit. 6. lib. 3. infra,* & ſic non tam ex poteſtate populi, quam Principis permiſſione. Neque obſtat quod ſupradiximus, dominos hos in terris ſuis poſſe, quæ Imperator in Imperio: nam huic obiectioni reſponderi poteſt, id verum eſſe in ijs, quæ ex priuilegio, vel antiqua obtinent conſuetudine, dum tamen non ſit legem, vel forum condere, & contra leges regias ſtatuere, *ſecundum Auendañ d. c. 5. numero 6.* Quaſi hæc de Regalibus & ſupremæ poteſtati competētibus ſint, quæ ab ipſo Rege abdicari non poſſunt, neque per alium quam Regem conſtitui, *prout ex ipſamet l. penul. patet, & communem, & receptam ſententiam teſtatur Rolan Valle, conſ. 4. numero 30. cum ſequentibus aliquibus, lib. 3.* Et ſic obſtat maxime dictis opinionibus communibus lex illa: & intelligere eam in Ducibus & dominis temporalibus, non vero in perpetuis, vt non obſtet dictæ communi eſt nimia ſuppletio ad illius legis generalitatem, niſi illam limites, vt non procedat in dominis perpetuis, & ſuperiorem non recognoſcentibus. Ij enim vere ſunt Principes in terris ſuis, & ſic ea in eis poterunt, quæ Reges in ſuis, prout poſt hęc ſcripta vidi conſideratum *per Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri, numero 141. & 142. & ante eum per Rolandum, in dicto conſ. 91. numero 8. lib. 2.* Alij enim domini etiam perpetui ſuperiorem tamen recognoſcentes vicarij Regis *ſecūdum legem illam, pen. dicuntur.* Et ideo mirum non eſt, quod facere non poſſint niſi tantum ea, quæ eis demandata ſunt, vel permiſſa dum tacitus Regum conſenſus durat. Principes enim abuſiui ij dicuntur *ſecundum Octauianum, in deciſio. Pedam 139. numero 16.* Legem tamen, vel forum conſtituere non poſſunt, cum ſit de ſupremis *ex l. illa pen.* Et ſic contra communem Bartoli, & ſequacium tenēdum videatur, ſcilicet, quod quamuis domini iij perpetui ſint ſi ſuperiorem recognoſcunt, ſtatuere non poſſunt in terris ſuis, & ſi ſtatuant de facto, talia ſtatuta prætoria, & ſic annalia erunt, niſi in concernentibus gubernationem populorum ſtatuant: nā hęc de populi conſenſu poſſent, cum id ex legis permiſſione procedat. Idemque circa Epiſcopos dicendum videtur † circa quos, 12
licet iure ciuili ſtatuere poſſent, ſicut domini perpetui, & ſtatuta illa ciuilia, & ſic perpetua eſſe, *contra communem teſtatur Cometius in d. §. ſed iſtæ numero 25.* tamen non eſſe ciuilia, ſed prætoria tenendum eſt, cum communi aſſerta per *Henricum Bote. de ſynodo Epiſcopi. 3. par. art. 3. concl. 2. numero 8.* vbi ipſe expreſſe ita tenet. Et ſic hodie alios vltra Principem legem cōdere ciuilem & perpetuam non poſſe dicamus, *prout inquit Rebuf. in 1. tomo, conſt. Franciæ, tit. de conſtitutio. in proœmio, numero 6.* Suntque hæc maximi momenti, vt licet videre *ex Gom. vbi ſupra,* cogitet vnuſquiſque quod ſibi rectius videbitur. Cum igitur, vt ad propoſitum deueniamus ius noſtrum Regium commune dicatur, eius ignorantia † allegari non poteſt, vt 13
dicam in l. 2. infra eo. Et ab omnibus, etiā Ducibus & dominis in terris ſuis obſeruandum eſt, neque contra illud ſtatuere poſſunt, *vt l. 5. infra eod. dicemus.* Adeq; ſupradicta vera cenſenda ſunt, quod ſi per legem aliquam Regiam in delicto aliquo diuerſa pœna imponatur, quam per leges ciuiles eſſet impoſita, illa, quæ per noſtras leges Regias imponitur ſeruanda eſt, *per l. 3. infra iſto tit. vbi videbis late.* Quinimo & quod fortius eſt potius debet recurri † ad ius Regium, quam ad ius cano- 14
nicum etiam in terris ſubiectis Eccleſiæ, quæ tamen infra limites huius Regni ſitæ ſunt in rebus & negotijs ſecularibus, & vbi temporalis iuriſ-

dictio

dictio exercetur. Et nimirum cum *ex l.5. infra eo. & etiam ex leg.3.* à Prælatis & Episcopis in locis, vbi temporalem habent iurisdictionem ad Regem, & eius Cancellariam appellandum sit, vt *probatur in 1.tit.1.infra libr.4. & l.8.tit.3.lib.1. supra quamuis Bart in l.priuilegia, & ibi Bald. C. de sacros. Eccles.aliud velint.* Et hoc dummodo causæ hæ ci-
15 uiles, & profanæ sint, secus si spirituales † vel in foro Ecclesiastico tractentur quamuis temporales sint: nam tunc ad ius canonicum recurritur, & non ad Regium, quantumuis seculares iudices tunc ad Regium deberent recurrere ius, *prout communem testatur Curt.Iun.cons.136.nu.4.relatus per Villalobos in d.ærario mille,comm.op litera C.num.272. Nam secundum Ripam in l.ita stipulatus,n.26.fol.282. ff.de verbo. obligat. æquitas canonica in foro Cæsaris non*
16 † *seruatur, prout & voluit additio.Bart.in d.l.priuilegia,n.2.litera L.* Quod verum intelligerem nisi in spiritualib. & eis annexis, vel in concernentibus
17 materiã peccati. † In his enim etiam in foro Cæsaris in casu, in quo in eo cognosci potest principaliter, vel incidenter, vel in modum violentiæ prohibendæ ius Canonicum non vero ius Regium seruandum est, *secundum gl. & ibi Ancha.in cap.posses.de reg.iur.in 6. & Alex.cons.167.n.5. & 6. vol.2. & Soc.Iun.cons.144.n.47.vol.1. & glos.in c.2. de arb.in 6. & gl.in c.fi.de præscri. & hæc est receptissima sententia, secundum Oroscium.in l.omnes populi,col. 61.ff.de Iusti. & iure.* Et idem si causa respiciat miserabilem personam: nam tunc canon legi præfertur, *secundum Rebuf.in 1.tom tit.de senten.prouisio art.3.glos.fin.n.30. & tradit de ijs idem Rebuf.in proœmio dicti 1.tomi,gl.5.n.120. & 126. & 27.* Deficiente vero tunc iure canonico, sicut antea recurrebatur ad ius ciuile, ad instruendas, & decidendas causas, etiam in foro Ecclesiastico, nunc vero ad regium ius erit prius recurrẽdum quam ad ciuile: *poout quoad ius ciuile asserebat Bart. additio, in d.l. priuilegia, & Doct.communiter, in c.at si clerici, de iudi. & Paul.Cast.Cons.66.vol.1. & Abb. & Doct.in cap. Ecclesia, S. Mariæ, in lectura, nu.10.cum seq.de consti. & in repe.nu.14.cum seq.* Sicut & è contra deficiente
18 iure Regio, etiam in foro † seculari ad canonicum deueniendum est: *prout optime considerat, & testatur Pala.Rub.vbi supra n.15.fol.2.relatus & secutus per Villalobos in dict. Antinomia iuris & ciuilis & Regij,cap.1.n.14. & Didacus Perez,in 3.q.proœmiali ad leges ordin.* & seruabitur tunc secundum eos ius regium in foro canonico, dum tamen ius ipsum regium non sit præiudiciale Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis. Sic & ius ciuile supplere ius canonicum probatur *per tex.in c.si in adiutorium, 10. dist.* Imo & distinguebatur per ius ciuile, *secũdum Bertachinum, in repertorio suo, verbo, ius ciuile, versic.8.* Et hodie ex iure Regio, ad quod deficiente canonico diximus recurrendum, suppletio hæc & distinctio erit facienda † in vtroq; foro. Ex quo
19 inferri posset ad determinationem quæstionis, num, scilicet, si clericus sit in suo foro accusatus de adulterio, & adultera ipsa in suo seculari, an si adulteræ remittatur adulterium, censebitur & remissum ipsi clerico adultero, cũ secundum ius nostrum Regium, vni ex adulteris remisso adulterio, & alteri etiam remissum censetur, & circa remissionis huius vim nihil de iure canonico dispositum reperiamus, vt sic ex iure ipso Regio supplcatur ius ipsum canonicum. De cuius questionis determinatione remitto me ad dicenda, fauente Deo, *in l.2.tit.20.lib.8.infra*, vbi est proprius locus. Et an in causarum decisionibus † sit 20
ius ciuile, & sic nostrum Regium præferendum dictis sanctorum Patrum, *tradit Didacus Perez, in q.11.proœmiali ad leges ordinamenti Regij.* Ex quibus omnib. infero singulariter, quod si inter Doctores canonistas & legistas † adsint hinc inde com- 21
munes opiniones contrariæ in materia legali legistarũ, in materia vero canonica, Canonistarum erit seruanda opinio, vt tenẽt omnes Doctores: *& ibi Barb.in rubr.extra de precario: & Bologn.plura adducens in Theodo. verbo, ab eisdem Philosophos, & in verbo, librum, col.3.* Et præter hos & ante eos idem professa est, *glo.in c.vt veterũ, 9.dist.* quæ expressim asseuerat, in disputationib. maiorem fidem Augustino, in moralibus Gregorio, in historijs & translationibus Hieron. esse adhibendam. Facitque illud Philosophi, quod vnusquisq; eorum, quorum causam nouit, bonus est iudex, *quam glo. allegat Abb.in c.5.q.fin.de const.* Et hoc nisi materia peccati, spirituali, vel ei annexa: nam tũc opinio Canonistarum in vtroq; foro erit seruãda, ex supradictis. Quib. sic præmissis ad Rubricæ nostræ verba deueniendo, pro diffinitione huius verbi, lex, & quid sit vltra tex. nostrum *in l.1.infra eo. videnda est, l.1. & ibi Doct.ff.de legibus, & l.9.tit.1.p.1. & glossatorem Salmantinum, in præsenti, col.179. & in l.4.q. proœmiali ad leges ord. & Doct.in l.1. Tauri, vbi & disputant quis possit condere leges, de quo & per Didacum Perez, in q.2.proœmiali, & tex. & Doct.in l. si Imperialis, C. isto tit. & latissime Alphonsum à Castro, de potest.legis pœn.li.1.c.1. & 2.vbi refert aliorum diffinitiones.* Et an lex sit in foro † conscientiæ seruan- 22
da, ita quod contrauenientem obliget ad mortale peccatum, vel ad restitutionem ablatorũ contra eius dispositionem, *vltra Doct. maxime Ant.Gomez, l.1.Tauri, n.3. & Couar.in cap.cum esses, nu.6.de testam. & iterum in reg.peccatum, 2.p.§.8.nu.3. & 4. & latius in §.5.nu.2.cum seq.in eadem, 2.p. & Fel.in cap.1.de const. & Rebuf in 1.to.constit.Fran.in proœmio, tituli, de const.gl.1.n.4.cum seq.aliquibus, & Did. Perez in 10.q.proœmiali ad leges ordinamen. videndus est late Nauar.in Manuali, cap.23.n.36. cum pluribus seq. & nouissime Licentiatus Mexia, pragmatica del pan,* quæ cũ sit materia ordinaria, & per ipsos late examinata, & per alios, quos allegant, ipsos referre sufficiet. Vnum pro declaratione dictorum per eos, notandum scilicet, quod nunquam legis pœna † debetur in foro conscientiæ antequam eius 23
condemnatio fiat, *secundum gl. celebrẽ, & communiter receptam in c. fraternitatis, 12.n.2. quam pluribus exornat Fel. & Deci.in ca.1.de constit. & Alphonsus à Castro, de potestate legis pœnalis, li.2.c.10.col.2.fol.174. & Couar.in 4.2 p.c.6.§.8.nu.10.cum seq.fol.70. & Bern.Diaz, in reg.544. & Tiraq.in l.si vnquam verbo, reuertatur, nu.234.C.de reuo.dona. & Stephan.Costa, in tracta.de ludo, col.12.vers. & limitan.prædicta, & Fortun.Garsia, in tracta.de vlt.fin.illatione, 15. & Gomet.in §. sic itaq; discretis, n.16. & in §.ex malef.n.14.insti.de actio.Tho.in 2.2.q.62.nu.3. & communiter approbatur, secundum Alciat.in l.4.§.Cato, num.147.ff.de verbo. oblig. & nouissime Illustris.Dom.Anton.de Meneses, in l.si quis maior, n.57.C.de transact.* Quod adeò verum est, quod quamuis pœna † ipso iure imponatur 24
adhuc ante condemnationem in cõscientia non debetur, *secundum Thomam, vbi supra, q.63.art.2. & Simancas,*

Simancas, de instit. Cathol. tit. 9. nu. 157. vsque 191. & num. 228. vsque ad 252. & Ana. in cap. audiuimus, de collusio. dereg. Syluester, verbo, pœna, q. 25. Et hanc veriorem testatur Bote. in tracta. de Synodo Episco. 3. par. art. 2. nu. 106. & est communis, secundum Nauar. in Manuali, cap. 23. numero 66. in princip. quem vide de hac glossa. Quamuis in hoc vltimo casu cum pœna ipso iure imponitur, *contrarium teneat Abb. in cap. dilecti, num. 12. de arbitris, & Ant. Gomez, tomo 1. de delictis, cap. 2. num. 5. quos communiter, & frequentius reprobari asserit Don Ant. Men. vbi supra, nu. 58. Imo & secundum Adrian. Caiet. & alios relatos, & secutos per Mexiam, in d. pragm. del pan, conclus. 6. num. 134.* quantumuis condemnatio pœnæ facta sit, non tenetur condemnatus in conscientia ad solutionem pœnæ, quia nõ tenetur ipse contra se sententiam executioni mandare, nec fisco bona sua offerre, sed tantum sese parientem & morigerantem accommodare, & pati paratum. Hoc tamen non est vsquequaq; indubitabile, quamuis Adriani, & sequacium sentẽtiam probabilissimam vocat *D. Menesius, in d. nu. 58. in fine. Ampliatur etiam dicta*
25 *glossa*, vt condemnatus ad mortem † vel ad aliam pœnam propter aliquod delictum, potest fugere à carcere salua conscientia, & absque vllo peccato, & euitare dictam pœnam, *secundum Thom. 2. 2. q. 69. ar. 4. in responsio. ad 2. argum. & Maior. in 4. dist. 15. q. 22. col. 1. & Couar. lib. 1. Var. c. 2. nu. 10. vers. in secunda specie propositæ quæstionis, & Nauar. in Manuali, c. 17. n. 101. & cap. 25. n. 38. & Soto, de Iusti. & iure, libro 5. q. 6. artic. 4. col. 1. & 2. & Syluester, verbo fugere q. 1. sentit clare Bart. in l. 1. ante fin. ff. de bonis eorum qui ante senten. per tex. 181. reprobato Bart. eodem contrarium tenente in l. relegati, num. 1. ff. de pœnis, & Fel. in ca. 1. num. 46. de const. & Abb. in. c. 1. n. 3. de test. cogen. & Ias. in repetitio. l. admonendi. n. 175. de iureiurando, eod. Abb. in c. in nostra, nu. 2. de constit. Neque pro eis suffragatur aliquid glos. in capit. ius gentium, 1. distinct.* pro-
26 bans, seruum † vel captiuum fugientem à Domino suo, cum furtum sui ipsius faciat teneri in conscientia, *quam glos. in hoc communiter approbatam dicit Couar. vbi supra, sequiturque eam Abb. in ca. sicut 2. n. 4. de iureiur. & Ias. in l. ex hoc iure, n. 24. ff. de Iust. & iure.* Vbi ampliat eam in quocunque genere Saracenorum, *& sequitur eam etiam Orosc. in l. liber homo, col. 248. ff. de statu homi. vers. 10. quoniam glo. illa* loquitur, & procedit in eo, qui seruus est. Qui quidem cũ sit sub dominio alterius, iuste fugere non potest, & si fugiat, furtum sui ipsius facit, quod est peccatum, & contra Decalogi præceptum. Ideo merito si fugiat quod peccet, sicut & in eo, qui se ad pretium participandum vendit si fugiat peccat, quia furtum cõmittit saltim nummorum, quorum particeps fuit, *secundum Orosc. vbi supra.* Sed existens homo liber sub iudice sub nullius dominio est, ergo meritò, & si fugiat quod non peccet, quia sui ipsius furtum non facit, prout eleganter declarat *Couar. vbi sup.* Quod tamen ex dicta *glos. & ex Couar.* vbi supra intelligerem, cum iniuste talis condemnatus captus, & detentus est in carcere à quo fugit, secus tamen si iuste, quia tũc peccabit si fugerit. Ex quibus &
27 debitor, † qui cessit bonis, & adiudicatus est secundum leges Regias creditoribus ad seruiendum pro debitis, si interim fugiat peccat, nam sub dominio quodam, & seruitio ipsorum creditorum adest, *secundum Auendan. in titul. de las exceptiones, nu. 57. versic. neque erit,* & ideo idem de eo, quod de seruo in hoc casu dicendum est. *Limitanda tamen est glos. illa dicti, cap. fraternitatis,* vt non procedat in pœna apposita † à testatore, nam il- 28
la debetur in foro conscientiæ, *secundum Abb. in cap. Raynaldus, num. 25. de testam.* vel si debeatur ex partium conuentione *secundum additio. Abba. in cap. suam num. 3. litera C. de pœnis.* Quod tamen intelligendum censeo, si pœna ex transactione debita, debetur tanquam interesse partis: quoniam tunc, licet ex parte soluentis sit pœna: ex parte tamen illius, cui soluenda est potest esse interesse, *prout in actione legis Aquiliæ inquit glos. in leg. 10. tit. 15. p. 7. gl. fin.* vel quando pro aliquo fideiubes, quod intra tres dies præsentabis in carcere sub pœna tali parti aduersæ soluenda pro interesse.
† Tunc enim, nimirum si in conscientia debea- 29
tur, etiam si non petatur, *secundum Nauar. in Manuali, cap. 23. numero 68. in medio. Et sic est intelligendus additio. Abbatis, in dict. cap. suam.* Aliter enim perperam, & male diceret, quoniam pœna mera, etiam ex transactione debita in conscientia non debetur, nisi petatur, *secundum Corneum & Rebuf. relatos & secutos per D. Menesium in d. l. si quis maior. num. 50. & Felin. in cap. 1. de constit. num. 46. limit. 4. & 5. & Nauarro, vbi supra, & voluit Mexia, vbi supra, nume. 132. Secundo limitatur dicta glossa dicti, cap. fraternitatis,* vt non procedat quoties per legem
† pœnalem iubetur pœnam eius teneri contra- 30
uenientem soluere in conscientia, quoniam tunc debetur etiam ante condemnationem, *secundum Couar. optime in dict. 2. parte, libri 4. capit. 6. §. 8. nu. 10. versicul. 3. hinc, & Auendan. cap. 2. prætorum, num. 10. versic. & ex supradictis libro 1. & Mexiam, vbi supra num. 139. & 140. & Castro de lege pœnali. lib. 2. cap. 5. prout iubetur, in l. 1. titul. 18. infra isto lib. Quamuis Simancas, de insti. cathol. tit. 9. à num. 192. vsque ad 227. velit defendere id lege iuberi non posse, vel si posit non deberi, & num. 250.* respondet legibus nostris Regijs, vt eius opinioni non obstent: absque iusta tamen causa lex similis fieri non deberet. Et de pœna iudicum pœnas contra nostras Regias leges exigentium, *vide Auendan. c. 18. prætorum, n. 4. in princ. lib. 1. & hæc pro rubricæ exornatione.*

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Mulieres in legibus condendis repellendæ, neque de consilio esse possunt.*

2 *Mulierum vsus non inducit consuetudinem.*

3 *Semen Regis iniquam legem condentis non durat.*

4 *Lex Regina diuinarum atque humanarum rerum vocatur.*

5 *Ciuitas lege sua municipali vnam tantum partem ligare nequit.*

6 *Appellare licet ei, aduersus quem per ciuitatem ius singulare constituitur.*

7 *Nemo lege non promulgata ligatur, & ibi legis requisita vt liget.*

8 *Lex nunquam recepta quamuis publicata non ligat.*

9 *Duo menses dati, vt legis ignorantia allegari possit à quo die currant.*

10 *Legis notitia habita ligat, etiam intra duos menses publicationis.*

11 *Ignorantia eorum, quæ publice fiunt neminem excusat.*

12 *Legis finis est bonum commune.*

SVMMARIVM.

Quas qualitates lex debeat habere, & quos operetur effectus lex nostra declarat.

L*A ley ama.* Sumpta fuit lex nostra à *l.1.& à l.legis virtus, ff. de legib. & à tex. optimo in c. erit autem lex 4. dist. & à l.4.5.& 9. tit.1. par.1. De quo & vltra Doct. in dictis locis, videndus est Cassan. in Catal. gloriæ mundi, par.12. consideratione 36. fol.44.* Et notandum quod in condendis legib. omnia hæc ijsce legibus considerata, pensanda sunt & consideranda, quod vtinam, *vt inquit Reb. in 1. to. constit. Franciæ, tit. de constit. in proœmio, gl.1. n.16.* consideraretur, dum legē conditores eius promulgare volunt: sed ipsi aliquando, *secundum Rebuf. ibi,* leues appetitus, & metus probant: & lex sic parū pensata, & sensata sine pedibus ambulat, sine anima viuit, sine capite loquitur, sine ratione manet. Quod vt euitetur in legibus, & constitutionibus
1 condendis semper mulieres † repellendæ sunt: quia varium earū iudicium reputatur, *vt ca. forus, de verb. sign. per Deci. láte in l. fœm. ff. de reg. iur.* Neq; etiam possunt esse de consilio, *secundū tex. & Bar.*
2 *l.1. ff. de legib.* Vbi Angel. dicit, quod vsus † mulierum non inducit consuetudinē, quia lex & consuetudo æquipolllent, *vt l. de quibus, ff. de legib.* & sicut condere leges nō possunt, ita neq; consuetudinem inducere, *prout communem testatur opinionem Oroscius, in l.1. ff. de legibus, n.15. col.133. Et à nu.13.* prosequitur hoc qualiter mulieres condere legē non possunt, optimaq; exempla ponit in propositum. Pro legibusq; cōdendis maxime auertendum est illius dicti, & comminationis à Deo per Esaiam Prophetam descriptæ. Væ, qui condunt leges iniquas, scribentes iniustitiam scripserunt: vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facere causæ humiliū populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diperent, *Esaiæ c.10.* Et sic inquit Matthæus *Afflict. decis. 265. n.8.* quod semen
3 † Regis iniquam legem condentis non durat. Et per argumentū à contrario credendum est, progeniem, & semen Regis nostri Philippi Secundi per maximum tempus duraturum, prout id omnes tenemur Deum optimum maximum humiliter, & genibus flexis supplicare, & orare.

Ama, y ensenna, y es fuente. Qua de iure optimo à Chrysippo, Regina diuinarū atq; humanarum
4 † rerum lex vocatur, *vt in l.1. ff. de legibus, prout ex tit. C. de summa Trinit. & de sacros. & similibus patet,* & ex alijs titulis humana negotia concernentib. vt de emptio. & vendi. pactis. & de transactio.

Y su efero es. Desumpta fuit à *d.l. legis virtus, & à l.5. tit.1. p.1.* Legis enim virtus hæc est imperare, vetare, permittere, punire: punitionis enim metu humana coercetur audacia, *vt in l.2. infr. eo. vbi verbo, sea refrenada, dicam.* Sed nonne lex aliquando etiam consuluit, diuidit, regulam tradit, *vt gl. & Angel. in d.l legis virtus, notant:* quin etiam lex omnis, aut tribuit, adimit, punit, iubet, aut permit-

tit. *Et Bald. quem cæteri sequuntur, teste Oros. in d.l. legis virtus, n.fi.* inquit, cætera omnia ad quatuor illius legis, & itidē nostrę, virtutes reduci posse, quemadmodū, & inquit, *ibi ipse Oroſci. l.5. tit.1. p.1.* quam ipse corrupte allegat, intelligendā: & sic respondetur clare interrogationi. Et exemplaverbi Imperare, & qualiter puniatur nō parens legis imperio, vel faciens contra legis vetitum, optime ipse *Oroscius ibi declarat, nu.2. cum seq. col* 142. qui videndus est pro declaratione horum verborum.

Ansi comun. Scilicet vtilitate, vsu, & authoritate, *vt ex tex. in l. iura non in singulos. ff. de legib. & d.c. erit autem lex 4. dist.* Et sic lege municipali ciuitas vnam † partem populi ligare nequit. Ideoque 5
quamuis à legis iniquitate appellare non liceat, *vt l. si qua pœna, ff. de verbo, signifi.* appellare tamen licebit ei † aduersus quē ius singulare constitua- 6
tur, *secundum gl. fi. in l.9. tit.1. p.1.* Imo, & appellari, & opponi exceptio doli potest, si legem quamlibet generalem, odio tamen priuati factam coniecturis probari possit, *secundum Oroscium, in l.1. n.1. cum ex seq. ff. de legibus, vbi, n.8. limitat hoc in col.* 131. Nisi id iusta ex causa fieret, puta si sedandi tumultus causa lex singularis fiat, vel ex alia simili. Et an statuta ad omnes trahantur, tradit *idem Oroscius, in d.l. iura non in singulos, col.145. in principio.*

Ser manifiesta. Per verbum hoc, manifiesta, potest intelligi quod sit clara, & verbis claris, & nō obscuris composita, ne aliquis vitiose eam possit interpretari, & ne cui laqueus paretur, *secundum gl. in d.c. erit autē, 4. dist.* Nihil enim tam proprius legi, quam claritas, *text. in §. quib. in 1. const. C. & in authen. de testa. imperfect. §.1. col.8. tradit Rebuf. in 1. to. const. Fran. in proœmio tit. de const. gl.1. n.32. optime, l.8. tit.1. p.1.* Vel quod ideo dicatur, manifiesta, quasi in scripturam redacta, per quam scripturam manifesta fiat omnib. & pateat eius dispositio: prout esse scriptam communis est cōtra aliam communem relatam per *Don Ant. Menes. in l. constitutiones, nu.18. C. de iur. & fac. igno.* Vel tertio possunt intelligi verba hæc, manifiesta, sc. per promulgationē, & publicationē de ea factam, vt sic omnes ea ligari possint, neq; eius allegent ignorantiam, cum nemo lege non † publicata ligetur, *prout est* 7
tex. in auth. vt factæ nouæ constit. & in cognoscentes, vbi optime Fel. de constit. Adeo vt inquit Alfonsus à Castro, *de potestate legis pœna. lib.1. cap.1. fol.10. in paruis,* quod Deus ipse, cui est rerū summa potestas, non possit lege positiua ab eo data, citra legis eiusdē publicationem ad illius obseruationē obligare. *De quo, & per Minchacam contro. illustri. ca.44. & 45.* Ex quib. quotidie liberamus delinquentes cōtra leges, & pragmaticas sanctiones quarū publicatio in loco, & populo iudicij nondū est facta: vel si facta allegatur ignorantia, & quod nondū sunt lapsi duo mēses à die publicationis. Quiquidem labendi sunt, vt ignorantiā allegantes non excusentur, vt probatur *in d. auth. vt factæ nouæ consti. & tradit Fel. in d.c.2. de consti.* vbi hoc intelligit, & declarat aliquib. modis Quarum declarationū vna est singularis, sc. nisi princeps velit, vt statim liget lex: nam tunc nō est necesse publicari quoad retractationem actus cōtrarij, licet, quoad pœnam sic, & tunc excusaretur contraueniens, secūdum glos. antiquam regularum Cancel. Innoc. VIII. & aliorum Pontificum, *in proœmio, fol.4. in paruis, vbi ad hoc allegat gl. ex nūc in Cle.2. de hæret. & Abb.*

in d.ca.cognoscentes, de const. & al.l.C.de legibus. Aliàs enim & quoad retractationē actus contrarij debet lex publicari: inter principalia enim requisita legis, vt ex ea effectus producatur, promulgatio & publicatio est, *secundum Cepol.cons.crim.*13. Et aliud requisitum est secūdum *eum ibi*, quod fiat à Principe, & itidē quod sit vsu recepta. Nam si vsu
8 recepta non sit † nō ligat contradicētes, *secundum Cepol.ibi, & Fel.in ca.1.de tregua & pace, vers.lex.* Et quando dicetur lex vsu non recepta, vel recepta, *tradit vltra Cepo.vbi supra optime Couar.li.2.Var.c.16 n.6.ad fi. & Did.Perez, in 12.q.proœmiali ad leges ord.* Et notandum, quod ij duo menses à die publica-
9 tionis † currunt, etiam quoad Papæ constitutionem respectu prouinciæ in qua publicatur, licet respectu publicationis Romæ factæ tempus est arbitrarium. Durum est enim extendere text.in auth. vt factæ nouæ const. ad constitutionē Romæ factam & publicatam, cū habeat distinguere omnes Prouincias vniuersi, *Secundum Gomet.in proœmio Regularum Cancel.fol.13.in paruis, pag.2.in fi.* Vbi inquit publicationem Romæ factam ligare omnes Prouincias, & ciuitates, licet, nō sic in publicatione Imperatoris iussu facta. Facitq; quod iterum *ipse Gomet.ibi, p.2.fol.8.dixit.* Et notandum quod tunc demū post duos menses tantum ligat lex publicata, & nō intra eos, quotiescunq; non probatur contrauenientem tali legi eius notitiam, & sciētiam habuisse. Nam si id probaretur
10 † etiam intra duos menses ligaretur eius pœna, *secundum Abb.in d.c.cognoscentes, n.7.de const. & ibi Fel. & ibi Imol.n.5.vers. & aduerte*, hanc cōmunem testatur, quicquid contrariū voluerint aliqui relati per *Mexiam, in d.pragm.del pan.conclus.7.nu.9.* Sicut & è cōtra lapsis duob. ijs mensibus, si probetur iusta legis ignorantia, non ligatur eius pœna contraueniens, *secundum glos.in d.c.cognoscentes, verbo, ante, in fine, per tex.in c.proposuisti.in fin.* 82.*dist. & Duen.in reg.*29.*ampli.*1.*Vbi in limit.*3. hoc intelligit quādo esset ignorantia iusta, secus si supina & crassa: nā hæc non excusaret, vt plura dicendo *inquit Tiraq.de retractu linagiel.* §.35.*gl.*4.*n.*28 *cum* 8. *seq.* Et in dubio lege publicata post duos menses publicationis ignorantia præsumitur crassa, cum talis sit, nescire legē, quæ in publico, & solito loco publicata est, *secundum Fel.in d.c.cognoscentes:* &
11 tunc non † excusat, *secundum Hippol.in pract.* §.*aggredior, nu.*33. Imo & quantumuis tunc post illos duos menses probaretur ignorantia, adhuc non esset ex toto cōtraueniens liberandus, sed deberet aliqua extraordinaria pœna, *secundū Duen.vbi sup.lim.*6. puniri, saltim propter præsumptionem scientiæ eorum, quæ publicè fiunt, & ab omnib. sciri præsumitur, *secundum Menes. l.error.n.*52.*C.de iur. & fac.ig.et Villal.in d.ærario mille com.op.litera I. n.*4. De quib.omnibus publicationib.legis post hæc scripta vidi singulariter, & doctè scripta, *per Menoch.de arbitrarijs iud li.*2.*cent.*2.*casu* 85.*per totum.*

Honesta. Vel quia lex ipsa honesta in verbis, & apparentia debet esse, vel verius, quia honesta iubere debet. Lex enim fit propter honestatem tuendam, *cap.porro,*35.*quæst.*3. *& notat Rebuf.in dicto proœmio ad titul.de constit. glos.*1.*num.*14. *&* 17.

12 *Prouechosa.* Nam propter vtilitatem habendam etiam fit, *c.tali,*1.*q.*7. legisq; finis est bonū in commune, *d.c.erit,*4.*dist.* Bonum autem cōmune constat ex trib.ex personis, ex tempore, & secundum negotia. Et leges iustæ gloriosum efficiunt Regnū, *secundum Reb.vbi sup. n* 35.*vbi à n.*19. requisita alia legis prosequitur, quæ possem eo tacito trāscribere, & gloriam eorum mihi imputare, quod ideo mei instituti nō est, per ipsum videbuntur.

IN LEGEM SECVNDAM.

1 *Leges condere in suo Dominio illius, qui superiorem non recognoscit.*

2 *Lex non deberet promulgari antequam ab omnibus esset approbata parlamentis.*

3 *Legis mutationes homines ægre ferunt.*

4 *Leges eò firmiores sunt, & sanctiores, quò cum maiori deliberatione fiunt.*

5 *Damnificantes publice amore, vel pœnæ formidine exterminandi sunt.*

6 *Legem punire clarùm est, & iudex legis pœnam exequitur.*

7 *Monitio requiritur, vt in pœnam incidatur, & tunc debet esse in persona.*

8 *Ignorantia iuris nostri Regij non prodest, & 9. ad minores extenditur.*

10 *Minores ex contractu obligantur.*

11 *Minores an & ad lucrū omissum restituantur, & 12. infertur ad licitationem rei suæ eos restitui si alius post subhastationem plus offerat.*

13 *Locatio vecariarum vt proprium populi de consuetudine reputatur.*

14 *Noua licitatio si est magna restituitur minor.*

15 *Colonos antiquos idem quod noui offerentes præferendos esse.*

16 *Offerens minorem summam præfertur si melius seruiret obligationi.*

17 *Ad læsionem vltra dimidiam debet attendi onus rei.*

18 *Licitatio prima per collusionem, & sortes facta per secundam iuste factam retractatur.*

19 *Minoribus 25.annis etiam in criminalibus iuris ignorantia non prodest.*

20 *Mater minor nubens non petito prius tutore filio primi matrimonij excusatur.*

21 *Minor 25. annis restituitur aduersus pœnam incursam ex violatione exilij.*

22 *Minor 25. annis non excusatur in totum à delicto in faciendo commisso.*

23 *Minor hic sicut & lege ita & statuto ligatur, & si eis vtatur non restituitur*

24 *Dolus in minore non præsumitur, & si præsumatur, restituitur.*

25 *Minor an aduersus pœnam ex statuto incursam restituatur.*

26 *Iuris error semper obest in excusando aliquem à delicto.*

27 *Statutum res minorum respiciens, ita minores ligat, vt aduersus illud non restituantur.*

28 *Mulieres.25.annis an iuuentur ex iuris ignorantia.*

29 *Mulier tenetur exire populum ad consulendum peritiores.*

30 *Vnum an duos peritos teneatur quis consulere.*
31 *Eminens scientia quot testibus probari possit.*
32 *Rustici an propter iuris ignorantiã excusentur.*
33 *Rusticus sagax quando non excusetur, etiam si consulere non potuit peritiores.*
34 *Mulieri deponenti contraria non subuenitur, & ibi an rustico.*
35 *Rusticus si vsurarium contractum faciat an excusetur, & num.36. quomodo puniatur in ijs, quæ culpa commisit.*
38 *Regulæ plures in quibus non est locus, nisi in casibus à iure expressis.*

SVMMARIVM.

Qua ratione leges constitutæ fuerunt, & vt ignorantia earum non allegetur in præsenti declaratur.

NOs mouio a hazer leyes. Sed quem motus iste comprehendit? Et dicendum est, legis huius cõditorem. Et quis fuerit eius conditor ex ipsiusmet legis subscriptione apparet, cum sit lex fori, qui quidem forus à nobili Rege Castellæ Alphonso statutus fuit, prout ex proœmio ipsius fori patet, qui cum Rex Castellę esset, superioremq; ex hac causa non recognoscens, *secundum glos. in cap. Adrian. & cap. Synod. 63. dist.* potuit optime leges illas condere, & statue-
1 re. Nam leges condere † illius est in populo & dominio suo, qui superiorem non recognoscit, *secundum tex. in l. Imperialis, C. de legib. et tex. in l. 12. tit. 1. p. 1. et glos. in proœmio fori, verbo, leyes, et Didacus Perez in 1. quæst. proœmiali ad leges ordina cuius dict. referuntur à Rebuf. in 1. tom. constit. Franciæ, tit. de constit. in proœmio gl. 1. n. 2. cum 7. seq.* Debet tamen Rex, & conditor legis in condenda lege consilium obtinere, *vt l. humanum, C. de legib. ibi,* Bene enim cognouimus, quod cum vestro consilio fuerat ordinatũ, ad beatitudinem nostri Imperij, & ad nostrã gloriam redũdare. Et alibi dicit lex, dubium, *C. de repudi. ibi,* dubiũ non est omnia omnino, quę consilio recte geruntur, iure meritoq; effectu, & firmitate niti, *& tex. in d. proœ. fori in fine, vbi Montalus in glos. huuimos consejo, ita notat. Et hac de causa ibid. tractatur, de consil. Regio. inscripsit, & probat etiam tex. in l. 9. tit. 1. p. 1. Ideoq; inquit Rebuf. in d. 1. tom. tit. de supplicatio, ar. 1. glos. 32. n. 37.* quod bonum esset, si nunquam lex promulgaretur, antequã ab omni-
2 bus † esset approbata Parlamentis, vt dicitur in vita Alexan. Seueri, teste *eod. Rebuf. in d. 1. to. & tit. de consti. gl. 1. n. 11.* qui nunquam sacrauit legẽ, quin prius cõsuluisset viginti peritos, & quinquaginta disertissimos. Et ideo leges eius firmę fuerunt, ob idq; *secundum Rebuf. eundem in eod. n. 11.* bonum esset antequam leges promulgarentur, vt consulerentur supremæ Franciæ curiæ. Et ipsi vocarẽt magistros suę iurisdictionis, doctos, & experientes Doctores, & aduocatos, & dũ his leges firmæ & vtiles darentur, nõ triduanę leges, sicut solent in quibusdam Regionibus esse: vbi dicunt quatriduana est, iam fœtet, abijciamus eam: nam quę momento construuntur, eo momento pereunt. *Et ibi. in d. n. 11. & 12. alia in propositũ ipse Rebuf. tradit.* Et vtinam sic seruaretur in legis cõstitutione: & præsertim Deus pre oculis, & bonum commune haberetur, vt inquit optima, *l. 11. tit. 1. par. 1.* Tunc enim leges perpetuæ & firmæ fierent, & ordinarẽtur. Nam ex mutatione legis homines ægrè ferunt † & ex hoc assuescunt, vt non æquo animo 3
eas ferãt, sed moliantur ipsarũ frequentem mutationẽ, *vt in gl. fi. d. l. 11. habetur.* Quamuis immutabiles omnino fieri non debent, iuste enim mutari possunt, *secundum Coua. c. alma. in initio, 2. partis n. 2.* Neq; debent esse immutabiles, prout Lycurgus fecit, quẽ refert *Rebuf. in d. proœmio, tit. de const. gl. 5. n. 7.* Illũ tamen in hoc reprehendit Castro, *de l. pœnali. li. 1. c. 2. fo. 12. in paruis.* Et ideo sicut magno consilio, & deliberatione leges instituendæ sunt ita & mutandæ: nam eo firmiores † sunt, & san- 4
ctiores, quo cũ maiori deliberatione, & consilio construuntur, *secundum tex. in l. 17. 1. p. 1.* Vbi & ad emendationẽ legis faciendum lex illa iubet, Regem, cõsilium doctissimorum virorũ debere habere, quod & Rex noster Christianissimus & obseruat & faciat, & obseruari iubet, *in l. fi. infra isto tit. & lib.* Et id maximè in legib. semel constitutis destruendis, & abijciendis, in quarũ derogatione maior est deliberatio habenda, *secundũ tex. in l. 18. tit. p. 1. ibi, Sea refrenada.* Vt & si nõ virtutis amore, formidine saltim pœnę homines refrænentur, *secundum text. in l. 1. ff. de Iust. & iure, & text. in l. 10. tit. 1. p. 1. & tex. in c. eum qui, de præb. in 6. & 62. dist. docendus.* Factæ sunt enim leges, vt eorũ metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio nocendi facultas refrænetur, *ca. factæ 4. dist.* Nam vt dicit *Philoso. 1. Politicor.* Sicut homo, si est virtutibus prędituS, est optimum animalium: ita si sit separatus à lege, & iustitia, est pessimum omnium. Vnde necesse fuit ad pacẽ hominum, & virtutem adquirẽdam, vt humanæ leges instituerẽtur. *1. Quia, 1. Rhetor. inquit ipsemet Philoso.* Melius est omnia lege ordinari, quã dimitti arbitrio iudicum, propter tria, quæ refert *Rebuf. in d. proœmio, tit. de const. glos. 1. n. 10. cum 3. seq.* Timorq; hic & formido seruilis vocatur à *gl. in d. c. eũ qui, de præb. in 6. verbo formidine.* Exterminandiq; † sunt amo- 5
re, vel pœnę formidine, qui publice obsunt: nam castigatio vnius, est abstensio & refrænatio alterius, vt simile delictum non cõmittatur vlterius. Et hac de causa potest fieri noua lex cõtra delinquentem post delictum commissum, & ea puniri, vt alij terrore similis pœnæ à delicto simili committendo abstineant, *secundum gl. con razon, in l. 7. tit. 1. p. 1.* Sed nũ lex an iudex puniat? Et clarum est legem punire † *secũdum tex. in l. palam, ff. de ritu* 6
nupt. gl. in l. cũ probatio, ff. de probatio, ad hoc allegata per Orosc. in l. legis virtus, col. 143. ff. de legib. iudex tamen ipse ipsam legem, & eius pœnã exequitur. Sed an vt in pœnã legis incidatur monitio † requiretur? Et Oroscius *ibi.* præbet in hoc doctrinam vnam, quam approbatã dicit, scilicet, quod si lex negatiuè puniat vt, si inuentarium nõ fecerit quis, vel similia, in pœnam talem incidat: & tunc monitio requiritur ad pœnam incurrẽdam. Vbi est enim pœna imponenda pro mora, vel culpa in non faciendo commissa nõ committitur, neq; incurritur in ea, nisi præcedat monitio, *secundum Inno. in c. extirpandæ, col. fi. de præb. & ibi Abb. n. 10. quam sequitur Bar. & Ias. nu. 9. in l. 1. C. de ijs, quibus vt indig. & exornat. cum Alex. in l. ita stipulatus, la grande, n.*

13. ff.

13.ff.de verbo.oblig.& in l.ſi mora.n.12.ff.ſolut.matri. magnificat Fel.in c.ſin autem,col.2.n.4.de reſcriptis. Et cõmuniter approbatam teſtatur Ripa,in ea. l.ita ſtipulatus,nu.3.& Deci.conſ.37.n.5.& Ant.Go.to.3.c.9.per totum. Imo & tũc in perſonam debet fieri monitio,ſi credimus Tiraq.de retractu linagiel.§.9.gloſ.2. n.4.& Auend.c.26.præt.n.9.lib.2. & Simancam,de inſt.cath.tit.14.nu.5. Si vero affirmatiue lex diſponat,tunc ſecũdum Oroſ.vbi ſupra,nulla monitio requiritur ad pœnam eius incurrendam per contrauenientem. De ijs tamẽ nunquam vidi dubitari : ſed potius legis publicatione facta & lapſis menſibus non probata iuſta ignorantia punitur contraueniens legi eius pœna, ſiue affirmatiue ſiue negatiue diſponat, neque vlla alia in perſona requiritur monitio, quam publicatio.

Porque diga que no ſabe. Hic habemus expreſſum tex. probantem,quod ſicut neq; antea iuris allegari ciuilis ignorantia poterat, ſecũdum tex.& ibi late Io.And.in c.ignorantia,de reg.iur.in 6. & l.1. & l.iuris ignorantia, ff.de reg.iur.imo,& neq; legum partitarum ſecundum tex.in l.20.& 21.tit.1.p.1. & l.31. tit.14.p.5. & vtrobiq; gloſſator, ita & neq; iuris no-
8 ſtri Regij † maxime huius noſtrę Recopilationis ignorantia alleganda eſt. Quam regulam, quod iuris ignorantia allegari non poſſit, proſequitur cũ ampliationibus,& limitationibus.Felin.in cap. quoniam,n.8.& ſeq.de Simonia.Et an leges ignorare ſit peccatũ,vide Alphonſ.à Caſtro,de poteſtate legis pœnalis lib.2.ca.14.verſ.cum ignorantia.Quod adeo verum eſt, quod etiam minoribus 25. annorum
9 maioribus tamen † decem & dimidij, ſi maſculi ſint,& fœminæ duodecim, nocet ignorantia,ſecundum tex.in l.9.tit.1.p.7.& Ant.Go.ita tenentem, to.3.c.1.n.57. & ſeq.& probat itidem text.in l.pen.& fi.tit.1.p.1. Nam & ex cõtractu ſi minores ij contrahant facti iam puberes † obligantur lege Re-
10 gia & ciuili,licet quatenus ex contractu illo læſi fuerint,reſtitutionis remedium eis cõpetit,ſecundum gloſ.fin.in ea l fi Læſione enim probata optime aduerſus cõtractum reſtitui poſſunt,vt per totum titulum, ff.de minori.& l.fi.tit.19.p.6. probata tamen prius minori ætate & læſione,ſecundũ iura illa,& text.in l.1.tit.13.p.3.& l.3.tit.25.p.3.& l.2. titul.19.p.6. Imo & quod plus eſt,quod aduerſus
11 lucrum omiſſum † videtur talem minorẽ reſtituendum,ſecundum tex.in l.& ſi ſine, ff.de minorib. cũ tunc quodammodo damnũ, & læſionem minorem pati videatur propter lucrũ omiſſum. Ex quo inferri poteſt, quod ſi res minoris in publi-
12 ca ſubhaſtatione † licitetur pretio aliquo, & facta licitatione, & vltima ſubhaſtatione, vulgo poſtrer remate, appareat alius nouus licitator plus offerens,poteſt petere minor reſtitutionem aduerſus primam licitationẽ admiſſam, & quod ſecunda maior oblatio admittatur, & ſecundo plus offerenti detur,ſecundum tex.in l.5.tit.19.p.6. Quod & in Republica itidem procedit,cũ valeat argumentum de minoribus ad rẽpublicam, & è contra,ſecundũ Euerardum,in loco de minore ad remp. & probat.tex.in l.fi.tit.19.p.6. prout quotidie videmus admitti minorem,vel remp.in locationibus rerum ſuarum : & præ maxime in locatione
13 vecariarũ † vulgo,Baſtecimento de carnicerias. Nam cum locatio hæc per conſuetudinem habeatur, tanquam proprium ciuitatis & populi,ſecundum Auendan.c.12.verſ. & iſtud habetur,libro 2. merito videtur remp. admittendam, ſicut & minorem, vt ſi alius nouus licitator appareat, facta vltima ſubhaſtatione, admittatur, prout indiſtincte tenuit Auiles,c.32.Præt.verbo,pujar,n.12.18.Quã opinionem à communiter accidẽtibus admittunt iudices,licet & alios vidi non admitttere,prout non admittendam videtur tenuiſſe Afflictis,dec. Neap. 340.& Alberi.relatus per gloſ.magnam, in l.5.tit.19. p.6. Quaſi ſpeciale ſit in gabellis,vt facta iã ſubhaſtatione intra certos dies admittatur alius offerens licitationem del quarto, vt apparet ex l.5.cum ſeq.tit.13.li.9.infra.Ego tamen neq; vnam admittebam opinionem,neq; aliam reſpuebã, ſed mediũ tenebam,ſc.quod ſi noua hæc licitatio facto iam remate,vt ita loquar, parua eſſet, nõ admittebam eam, cum Alberi. & Afflictis,ſi vero erat magna admittebã † eam,petita reſtitutione con- 14
tra primam per minorẽ, vel rẽpublicam prout colligitur ex d.l.5.tit.19.p.6.ibi.E el juez del lugar ſi entẽdiere que es grã pro del menor. Et ita in effectu voluit concordare has opiniones Auendan.d.c.12.præto. n.12.li.2.Et probetur etiam in l.ſi ex cauſa,& l.pe.ff.de minori.vbi ſpeciali quadã ratione grãde damnum requiritur,vt minores in integrũ reſtituantur.Et quamuis ex gl.& Doct.in l.2.C.ſi aduerſus ven.pign. etiam pro minimo dãno reſtitutio minori cõcedatur,debet tamen hoc damnũ conſiderari, non quod ex ſe minimũ ſit, ſed quod reſpectu quantitatis datæ non ſit minimũ, licet reſpectu maioris quantitatis minimũ eſſet, prout optime conſiderat doctiſſimus Couar.li.1.Var.c.3.n.11.& fundatur ex vulgari Brocardico, quod de minimis nõ curat prætor. Et ſic nõ imputetur tutori non petenti debitum minoris, ſi plus expẽderetur in exigendo,ſecundũ tex.& ibi Bart.in l.mediterraneæ, C.de annonis,& trib.lib.11.& Iaſ.in l.pactũ curatoris, per tex.ibi.C.de pactis.Et ſic penſata qualitate rei & quãtitate & valore & pẽſata itẽ licitationis nouæ æſtimatione rectus iudex conſiderabit an minor talis,vel reſp. debeant reſtituere. Et hæc procedunt,& ſic loquimur quoties ſubhaſtatio vltima rite & recte facta eſt,nullaq; colluſione, aut ſorte interueniente:ſecus aliàs,nam tunc nõ eſt neceſſaria reſtitutio,vt inquit gloſ.d.l.5. Bene tamen verũ eſt, & ſic pluries vidi determinatum, quod ſi primus licitator † in quẽ res,de vltimo remate, 15
ſubhaſtata fuit offerat idem pretiũ, quod nouus iſte licitator poſt obtulit,debet prẽferri & remanere cũ re illa,ſecundum Alberi.vbi ſupra, & gl.d. l.5.tit.19.p.6.& Paul.Caſt.conſ.4.n.6. vol.1. & facit tex.in l.40.& ibi.gl.tit.5.p.5.Nam & ciues prẽferuntur, & Dominus fundi emptorib. fructuum ipſius fundi,ſecundum Couar li.3.Var.c.14.n.6. Vbi & inquit, quod in emptione frumenti ciues exteris præferũtur,antiquoſq; colonos nouis præferendos eſſe,inquit ex Bar.& alijs ſic per Arreſtum Pariſienſ.deciſum fuiſſe Rebuf.in comp.ali.rerum,Eccleſ. nu.62. In caſu tamen,quo antiqui id non velint, nouus licitator non minimam adiectionem offerens admittitur in noſtro caſu, tuncq; iubetur nouum licitatorem debere capere res omnes ad obligationem vecariarum adimplendam emptas per primum licitatorem in eiſdem precijs,& debet ſubire iacturas, & expenſas temporis præteriti,ſi quæ ſint, arg.tex.in l.ſi in emptionem,36.in fin. verbis,ff.de minoribus.Eſt tamen aduertendũ,quod tunc † poteſt licitator nouus petere, vt ab anti- 16
quo

quo licitatore reddantur ei lucra, si quæ prouenerunt ex obligatione illa: & ita determinatum & iussum vidi. Item notandũ & considerandum est per iudicem, & aduocatos partium, quod si ille vltimus licitator esset talis, qui pessime & male obligationem adimpleret, puta quia pauper est, & malæ famæ, & reputationis, & ex alijs sic colligitur, & intelligitur, & totum cõtrarium per experientiam, vel ex alijs constiterit primum licitatorem fecisse: tunc primo potius in minori pretio est ei relinquẽda locatio, & obligatio vecariarum, quam auferẽdo eam ab eo secundo licitatori in maiori pretio prębere. Nam præsumptio illa quod male, & perperam vltimus licitator adimplebit obligationẽ est onus maximum. Onus autem pretium (quod pars rei dicitur) minuit, *secundum tex. in l fundi partem, ff. de contrahenda emptione, & probat tex. & ibi glos. fin. in l. eum qui. §. fi. ff. de in diem additio. & d. per Tiraq. de Primogenitura, q. 17. opinio. 3. Et sic inquit Abba. additio, in cap. in aliquibus, n. 2. de decimis*, quod tũc adest læsio vltra
17 dimidiã † iusti pretij, quoties res empta nullum onus habet. Nam si haberet esset probandum, quod cum onere illo adest læsio illa vltra dimidiam. Et ideo aduocati partium debent ad hæc aduertere. Domus enim destructa tanto minus potest locari, quanto si non esset destructa locaretur, *secundum Bart. in l. in hanc stipulationem, ff. de damno infect. & glos. pudiere, d. l. 56. tit. 5. p. 5. & Pinelus, in l. 2. C. de rescinden. vend. 3. p. n. 24. cum alijs ante & post.* Igitur mirũ non est, quod bene seruienti, & minus offerenti detur potius obligatio, quam male seruienti etiam plus offerẽti. Quæ maximè aduertenda sunt in ijs causis & negocijs. In subhastatione tamen non rite & rectè facta, vel per
18 sortes, aut collusionem † nulla est restitutio necessaria: nulla est enim, & nullius momenti talis subhastatio, vt iam dictum est. Et non sunt hæc extra propositum, quoniam licet iuris ignorãtia non prosit minoribus: ex beneficio tamen restitutionis adiuuari possunt: item & quia quamuis dicto beneficio restitutionis, iuuentur, non tamẽ ex iuris errore maximè nostri regij, quod non solùm quoad contractus, & sic in ciuilibus procedit, verum etiam in criminalibus, in eis enim
19 neque ignorantia iuris proderit † nisi quatenus miseratio ætatis patiatur. Nam si minores sint decem & septem annorũ tenetur omnino iudex pœnam legis minuere: sin vero sint maiores illorum 17. annorum in potestate iudicis est minuere, vel non minuere pœnam, vt est textus vnicus & singularis, *in l. 8. tit. 31. part. 7. quam adhoc singularizat, Ant. Go. to. 1. c. 1. n. 63.* Quod adeò verum esse deducitur *ex illa l. Partitarũ*, quod etiam si minor 17. annorũ hoc non petat tenetur iudex minuere pœnam, prout cõstat ibi, *Deuen le men guar*, quod est verbũ necessitatis illud debent. *Et tenet expresse Auendan. c. 5. Prætorum, n. 20. versic. Si vero, lib. 2. & iterum in c. 16. n. 11. in princ. li. 2. & faciunt dict. per Tiraq. de temperan. pœnis, causa 7. n. 1. & 2.* Et cum pœna ex causa aliqua minoratur nõ debet esse corporalis, *secundum Hippolyt. in pract. § quoniam, n. 96. & in l. 1. n. 61. C. ad l. Corint. de Sicar. & cons. 24. n. 37. & cons. 30. nu. 20. & cons. 39. n. 59. & cons. 47. n. 14. & cons. 48. n. 54. & Thom. Gram. decis. Neapol. 23. n. 13. quicquid voluerit Auendan. ca. 16. Prætor. nu. 17. lib. 2.* Est tamen verum quod si delictum cõmittatur à minore in omittendo, minor hic in totum excusatur petita restitutione ab eo, *secundum tex. in l. 1. & 2. C. si aduersus delictũ, & tradit Angel. de Malesi. in parte, scienter, & dolose n. 12. & Saly. in l. fi. C. de falsa mone. n. 2, & ante eos Bar. in l. si quis in tantam, n. 7. C. vnde vi. Paul. Cast. cons. 20. Tiraq. de tempera. pœnis, causa. 44. gl. fi. in l. 4. tit. si par. 6. Ant. Go. d. c. 1. n. 59. & 63.* Ex quo excusatur mater minor † contra- 20
hens secundas nuptias nõ petito prius tutore filijs primi matrimonij, quia in omittẽdo deliquit, *prout in d. l. 2. C. si aduersus delict. probatur. Quam legem licet distincte Paul. in l. sciendum, §. posses. n. 2. ff. qui sat. cog. velit cũ distinctione, de qua ibi intelligere, indistinctè tamẽ est intelligenda, prout communiorem opinionem testatur glos. pierden, in l. 12. tit. 16. p. 6. Ias. minoribus. col. fi. C. de ijs quibus, vt indig. vbi additio. Bar. n. 2. litera L. indistinctè, d. l. 2. extendit*, etiam si talis mater, dum secundo nubit minor existens 25. annorum, post non petito tutore filijs primi matrimonij maior 25. annorum efficiatur. Nam initium, & sic ætas cum secundo nubit est inspiciendum, argu. eius quod *inquit gl. pen. in d. l. minoribus, cõmuniter approbata, secundum Anto. Go. to. 3. c. 3. n. 53. & gl. pierden, ita tenentem in l. 12. tit. 16. p. 6. & eundem Ant. Gomeo. n. 3. c. 1. n. 59. & Tellium in l. 6. Tauri. n. 29. Et sic secundũ dictos Doct.* si filius hic matris minoris 25. annor. secundo nubentis non petito eis tutore moriatur intra annum, remante anni illius ita breui spatio, quòd intra illud tutor peti non poterat, nõ priuabitur mater illa filij talis successione, *secundum eundem Ant. Gom. to. 2. c. 11. n. 35. in princ. & in l. 15. Tauri, n. penul. in prin.* vbi hæc aliquibus necessarijs temperamentis limitat. Imo quãuis moriatur proximus aliquis huius mulieris, & filio huius morientis nõ petat tutorem intra nouem dies nouenarum excusatur, neq; ex hoc aliquam pœnam incurrit, *secundum Suarez, l. post rem, 8. limi. in fin. pag. 312. ff. de re iudi.* Ex quibus minor 25. annor. restituitur † aduersus pœnam incursam pro- 21
pter exilium impositum, & non impletum, cum in omittendo deliquerit, *secundum Ant. Go. d c. 1. nu. 59.* Si tamen in faciendo delictum cõmitteretur † per minorem hunc 25. annorum non excu- 22
saretur in totum, nisi quatenus miseratio ætatis pateretur, vt dictum est. Et tunc si per dolũ commisit delictum, nullo modo restituitur contra illud, sed per culpam sic, *secundum Clarum li. 5. pract. crim. §. fi. q. 60. n. 3. in fi. cum seq.* qui secundum dicta debet intelligi: nisi delinquat faciendo contra, id quod naturali lege prohibitum est, prout furari, occidere, & similia, *de quibus per Puteum, in tractatu Syndicatus, verbo, pœna, c. 8. n. 4.* In ijs enim secũdum eum *ibi*, nemo excusatur etiã si sit miles, *secundum gl. naturalmente, per tex. ibi, in l. fi. tit. 1. p. 1.* Posset tamen & tunc ex aliqua ex causis in iure expressis, *de quib. per Tiraq de temp. pœn. & Auendan. c. 16. Præt. nu. 11. cum seq. lib. 2. & Puteum, d. verbo, pœna, c. 6. & Lucam de Penna, in l. si apparitor. C. de cohortali. libr. 12. & Bald. in l. & si seuerior, C. de infamibus*, pœna minorari, vel ex minori ætate 17. annorum prout iudex bonus, & rectus arbitrabitur. Sed est dubium, an sicut lege ita & statuto, & consuetudinario † iure vel municipali minor 25. annis lige- 23
tur? *Et secundum tex. in l. si sine hærede, §. Lucius, ff. de administ. tuto.* dicendum est ligari. Et idem quoque asserendum, quod si iure ille minor talis vtatur nunquam sibi concedenda est restitutio in

integrum,

integrum, *prout communem testatur opinio.Orosci.in l. omnes populi,n.94 col.63.ff.de Iusti.& iure.& in l.de quib.n.118.col.189.ff.de legibus.Neq; obstabit huic communi doctr.tex.in l.6.tit.7.p.5.& dict. per Ant.Gom. to.3.ca.1.n.61.& Auiles,c.52.Præt.n.9.fol.255.* probantes minores 25. annorum non ligari consuetudibus,neq; statutis municipalibus,neq; eorum pœnis si cōtra ea fecerint,& deliquerint,sed potius restituendos in integrum,vt liberētur in totum: nam differūt à dicta cōmuni doctrina.Hæc enim cōmunis loquitur, & procedit cum minor ipse vtitur iure illo consuetudinario,vel municipali:nam cum eo vtatur læsus dici non potest,& per consequens nō restituitur,dicta vero *per Ant. Gom.& Auiles,vbi supra,& illa.l.6.* procedunt è contrario quoties minor vtitur potius, & facit contra ius illud consuetudinariū, vel municipale. Tunc enim,nisi probetur,quod dolose & malitiose contra illud fecerit, & deliquerit, cum in
24 dubio dolus † in minore non præsumatur,*secundum gl.& commun.in l.vbi exigitur,ff.de edendo.*imo & potius contra dolū pręsumptum de præterito tamen restituitur, *secundum Bart.in l.minor etiam si, ff.de minori.& Ias.in d.l.vbi exigitur, vbi Orosci. col. 570.in fi.& Paul.in l.siquis,§.prætor.ff.de edendo,*minor talis restituetur aduersus pœnam ex iure illo
25 consuetudinario, vel municipali † propter eius contrauentionē imponēdam,maxime eius ignorantia allegata,quod pluries,& allegaui,& obtinui in fauorem minorum. Si tamen dolus in tali casu allegaretur & probaretur contra talem minorē statutis aut consuetudinibus cōtrauenientem,tunc neq; ab eorū pœnis excusaretur, *secundum d.l.6.gl.fi.in d.l.fi.tit.1.p.1.& Mexiā in pragmatica del pan,concl.1.nu.20.vbi & n.19.*id alio modo declarat quotidie cōtingibili. Et sic venit declaranda communis opinio,*de qua per Illustris.Menesi. in l.si emancipata.nu.20.C.de iuris & fact.ignor.*asse-
26 rentem, quod in excusando † aliquem à delicto semper illi obest iuris error non admissa distinctione,potuerit cōsulere peritiores,necne.Quia communis hæc in minore 25. annorū procedet delinquente contra iure naturali prohibita, vel extra ea cum dolo,& malitia deliquit,secus vero aliàs,quia tūc multum iuris error prodesset huic minori præsertim 17.annorū tantum.Quæ ex dictis mea est, & noua declaratio ad dictam communem: & hæc pro minorum 25. annor. excusatione sufficiant habētium tamen legitimam ætatem ad delinquendum. Nam de illis,quib.deficit hæc ætas nihil est dubitandum, quin nō delinquant,vt pœna legis, vel statuti affici valeant, & puniri: non enim puniūtur,*quicquid vbi supra, velit,& male Mexia,n.18.de quibus, & per Rebuf.in 2.to.const.Franc.tit.de cessio.actio.gl.11.ar.1.breuissime.* Est tamen verū quod licet consuetudo,vel statutum nō afficiant personas minorum sicut maio-
27 rum,res tamen minorū†quemadmodum & maiorum ligant,*secundum Tiraq.de retract.linagiel.§.1. gl.13.n.13.pag.225.*Quid tamen erit in mulieribus maioribus 25.annorū? Nam in minoribus ex dictis sufficit te instruere, num sc. mulieres maio-
28 res † 25.annorū iuuabuntur ex capite iuris ignorantiæ si contra iuris fecerint dispositiones. In quo articulo eodem modo dicendū videtur iuris ignorātia mulieres has non excusari cū de lucro captando agunt, siue potuerint cōsulere peritores siue non, *secundum text.in l.fi.tit.1.p.1.*dum ibi solum mulier rustica,& in iure viuēs excusatur: ergo non alia,quia limitata dispositio limitatum producit effectū. Quia tamen lex illa Partitarum per argumentū supradictum non est censendum tollere velle casus speciales,in quibus de iure ciuili mulieribus *ex dicto capite*, iuris ignorantia. succurritur,cum leges Partitarum,vt plurimum cum iure ciuili concordent. Ideo dicendum est, quod si mulier nō potuit cōsulere peritiores excusetur ex iuris ignorantia: si vero potuit nō excusetur,siue peritiores existerēt in loco & domicilio mulieris siue extra, in loco tamen propinquo. Nam tenetur mulier extra locum suum, & ciuitatē abire ad consulendum peritiores † sicut 29
quilibet alius, *prout cōmunem testatur opinionem Dominus Ant.Meneses,in l.si emancipata,n.18.& 21.C. de iur.& fac.ignor.*Et nunc non vnū,sed duos † pe- 30
ritos consulere tenetur,si copia peritorum adsit *secundum Menesium,vbi sup.n.23.& Ant.Gom.to.3. Var.c.3.nu.28.& gl.fi.l.1.tit.11.p.5.* Nisi Doctor vnus consultus sit eminētis scientiæ, quia tunc *secundum eundem Menes. vbi sup.n.25.* vnum tantum sufficiet cōsulere. Debet tamē tunc,secundū eum *ibi* quindecim testib. probari eminēs † illa scien- 31
tia,cum in hoc casu de præiudicio alterius tertij agatur. Nam si pro liberando ipso perito à morte eminens hæc scientia esset probanda, duobus tantum testibus sufficeret eam probare *secundum Anto.Gom.d.to.3.c.31.n.36.vers.tertius casus.*Et quis dicatur Doctor perfectæ & optimæ, & melioris scientię,& alia in propositum,*vide per Cæpolam,in l.si contra,n.10.fol.418.C.de vsu.c.pro emptore & Menesius,vbi supra,n.16.cum seq.limitat,& declarat.*Neque aduersus prædicta obstabit *lex 31.tit.14.par.5.* quæ mulierē excusat à iuris ignorantia: nam illa in damno vitando procedit,scilicet.cū per errorem iuris mulier soluit indebitum. Nam cum agat tunc de damno vitando nimirū si quis ignoranti excusetur, *secundum gl.& Doct.in l.iuris ignorantia,ff.de iur.& facti igno.* Quod tamen ex supradictis intelligerē si consulere peritiores non potuit, prout in rusticis ex seq.patet. Nunc autem quoad rusticos an & ij excusentur † propter iu- 32
ris ignorantiam,dubium est, cum rusticos teneri adire peritiores,sicut ire ad nemus pro scindēdis lignis,asserat *Alex.in l.iuste possidet, n.38.ff.de acq. possessio.& Menesius vbi sup.n.21.*Circa quorum rusticorū personas constituto duas regulas,quas ex Orosc.*in l.si quis id quod n.39.col.572.ff.de iur.omni. iudi.*desumpsi. Quarum prima est,quod quoties agitur de lucro captando rusticusq; cōsulere potuit peritiores nullo modo excusatur, ex capite, iuris ignorātia, prout in mulieribus diximus, secundum aliquorum opinionem. Quod tamē *ibi* ipse Orosci. intelligit verū,nisi rusticus hic sagax esset, † quem non excusari asserit *ibi Orosci, omnes* 33
*tenere,& facit,l.fin.tit.1.p.1.*ibi, *De los Aldeanos que labran la tierra, o moran en los lugares do no ay poblado.* Prout optime *ibi* glossa cōsiderat. Sagaces enim rustici nō excusandi,neq; fauendi sunt, *ex sententia gl.in l.athletæ,§.de rusticis,ff.de excusati.tuto.quam plures sequūtur relati per Mexiam in apparatu, l.de Toledo,in responsione,ad 6.& 8.fundamentum,1.par.n.36. Vbi sic dictam l.fi.Partita,ne communem dictam,quam & ipse ibid.n.36.posuit,corrigat,& Menoch.quem post hæc vidi,de arbitrar.iudiciū,li.2.centu.2.casu 194.n.3.*

Neque

Neque itidem excusabitur si clam aliquid faciat rusticus, vel si contra speciem honestatis, secundum Orosci. vbi supra vel cum aliquid facit, quod de numero prohibitorum est. Quis enim rustico adultero, latroni, vel homicidæ parcet? Neque itidem excusabitur in ijs, quæ ad rigorem iuris conseruandum introducta sunt, *vt infra in l. 2. titulo 7. lib. 4. in gl. fincar confiesso* Deo volente dicemus, & declarauimus latissime regulam hanc. Non excusari etiam rusticum, inquit Oroscius, vbi supra, si contraria dixerit testimonia *secundum Bald. in l. scripturæ, colum. 2. C. fide inst. & Ioan. Andr. in cap. cum Ioannes, de fide instrum. & Tiraquel. de pœnis temp. causa. 11. num. 15.* vbi per totam illam causam agit de ijs: pro quo facit, quia facilius in fœmina admittitur iuris ignorantia, quam in masculo, *secundum Bart. in l. fi. C. de iur. & fac. igno. & l. si adulterium. in prin. num. 10. ff. de*
34 *adulter.* Sed mulieri deponenti † contraria minime subuenitur, *secundum Menesium, in d. l. fi. nu. 18. C. de iur. & fac. igno.* ergo multo minus rustico contrarianti se, & periuro subuenietur. Contrarium tamen reprobando, *Bald. & Ioan. Andr. tenet Thom. Ferrarius, in cautela. 17. nume. 7.* imo quod talis rusticus nullo modo de periurio sit puniendus, sed potius ex capite iuris ignorantiæ subueniendus, quia rustici testimonium dolo caret: ideo de falso puniri non debet, *prout, & tenet Auendañ. c. 27. prætorum. num. 28. lib. 2.* plura enim propter rusticitatē introducta sunt, quæ videre licet *per Ripam, in tracta. de peste, tit. de remedijs præseruati. contra pestem. n. 208. cum infinitis sequen. & Menochium, vbi supra.* Pro quo fa-
35 cit, nam & Rusticus † vsurarium contractum faciens excusatur, *secundū Ferrari. vbi supra & Couar. lib. 3. Var. 8. nu. 4. in fine,* idem in muliere dicens, sic & à vera contumacia ad appellandum in causa rusticus excusatur, *secundum glo. in l. 9. tit. 23. p. 3. Quid dicendum. Et Ripa, in d. nu. 234. vbi supra veriorem asserit primam Bal. & Ioan. Andr. opinionem,* & tandem iudicis arbitrio hoc relinquit, qui circunspecta persona talis rustici vel mulieris, & verborum depositione, & simplicitate eorum, & alia quæ discretus iudex debet considerare puniet rusticum talem, vel mulierem dicta perpetrantes. Et post hæc sic reperi etiam retulisse, & tenuisse Menochium *in dicto casu 194. num. 58. & 59.* Inultos tamen non relinquet iudex rusticum, vel mulierem, quantumuis de falso non sint puniendi attentis eorum qualitatibus, & circunstantijs inspiciendis. Nam etiam in
36 ijs quæ culpa † tantum rusticus commisit quamuis pœna ordinaria non veniat puniendus, extraordinaria tamen punietur, *prout communem testatur Oroscius, vbi supra. nu. 41.* Et hæc de regula affirmatiua.

Secunda regula negatiua est, quod rusticus, qui consulere peritiores potuit, & non consuluit non excusatur, nisi in casibus à iure expressis ad mulieris exemplum, *ex. l. fi. C. de iur. & fac. igno. Et hanc communem testatur Oroscius in dicta. l. si quis id quod. num. 42. ff. de iuri. omni. iudicum. & Ripa, vbi supra secundumque has regulas intelliges dicta per Ripam, vbi supra num. 244. cum. 3. sequent.* Et sic remanet regula vera, quod rusticus & mulier, vbi potuerunt consulere peritiores, & non consuluerunt, non excusantur ex iuris ignorantia, nisi in casibus à iure expressis, vbi tamen potuerunt consulere non excusabuntur.

Et hæc est vna de regulis pluribus, quas congestas habeo, in quibus non datur de iure locus, nisi in casibus à iure expressis, quę quidem, quia hic melius, quam alibi inferri possunt referā eas: quia fortassis nō erit alibi locus ita conueniens. Et inter legendum, & scribendum aliqua etiam extraordinaria per modum Epilogi dicere fas est pro delectatione, & curiositate legētium, & ideo in harum regularum progressu succinctè procedam, vt ad instituta reuertamur. Et hęc est prima regula dictarum.

Est igitur secunda regula. Quod gratificatio- 2
ni non est locus, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Tiraq. de primogenit. q. 17. nume. fi. opinione. 2.*

Tertia regula est. Quod nemo tenetur soluere iura Episcopalia, nisi quæ à iure expressa sunt, 3
secundum glossam singularem, in c. quia cognouimus. 10. q. 3. quam commendat Fel. in c. cum I. & A. de re iudica. cui est similis in verbo, specificatis, in c. conquerente, vbi Abb. num. 1. de offi. ord. glos. in c. cum in quibusdam, de pœnis glos. in c. neque numerus. 10. q. 3. glos. in c. nulli. 16. quæstio. 1. & in c. 18. q. 2. De quibus per Card. sancti Sixti, in summa. 10. q. 1. Et iura Episcopalia sunt, cathedraticum, procuratio, & charitatiuum subsidium, & multa alia quæ enumerat *tex. in c. conquerente, de officio ordin. & in cap. cum venerabilis, vbi glos. fin. de censibus. & in capitulo. si Episcopus, vbi gloss. 1. de offi. ordinam. in 6. & in c. mandamus, de offi. archi. l. 2. titul. 22. part. 1. per Abb. in cap. cum Apostolus, in fi. de censibus, per Pauinum, in tract. de visitatione. 1. p. q. 4.* Vbi iura Episcopalia prosequitur, ad quæ subditi tenentur, & quæ soluere præsentatus à Monachis debet. *Et in regula. 31. infra* alia dicemus.

Quarta regula est. Quod habens beneficium 4
curatū tenetur *ibi* personaliter residere, neq; potest seruire per substitutum, nisi in casibus à iure expressis. Quorum quatuor ponit *Florin. in 3. par. suæ summæ. titul. 15. cap. 1. §. 14. & Sylvest. in summa. verbo, residentia. quæst. 7. Et sex ponit Fede. de Senis cons. 246. Et octo casus ponit Albertus Trocius, de vero & perfecto clerico. 2. part. cap. 49. & duodecim casus Ioan. And. in cap. extirpandæ. §. quia vero. de præb. & Cardin. in c. Sanctorum. 70. distin. & summa confess. lib. 1. tit. 7. q. 30. Et 25. casus ponit Selua de benef. 4. par. q. 6.*

Quinta regula est, Quod nemo potest habe- 5
re plura beneficia, nisi in casibus à iure expressis, *secundum glo. mag. in c. Sanctorum. 70. dist. cui est alia similis in summa. 12. q. 1. & alia in c. dudum. in fi. de electione & in c. gratia. de reseri. in 6. & in cle. 1. de officio vicari. probat Oldra. consi. 14. & summa Asthesa. 2. p. lib. 6. titul. 33. art. 4. & Ab. post Hostiens. in d. c. dudum numero 24.* Qui tamen volunt dispositiuè in nullo. tex. iuris haberi, quod liceat habere duo beneficia, licet enunciatiuè in multis iuribus, & capitulis id habeatur, *secundum eundem Abb. in c. cum non ignores. notab. 2. & in c. cum iam dudum column. 3. de præb. se-*

quitur & probat glos. & Philip. Prob. in pragmat. sanctione, in 1. tom. tit. de collatione. §. cui rei. verbo, pluralitatis. numer. 5. Et casus, vbi licet plura habere, ponit vltra glo. in summa. 21. quæst. 1. tex. in l. 4. tit. 16. par. 1. & Florent. 3. part. suæ summæ. tit. 15. c. 1. §. 6. cum tribus sequentibus.

6 Sexta regula est. Irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis. *c. is qui de sentent. excommunicat. lib. 6. tenet Abb. in c. dilectis filijs, num. 20. de appellat.* Et doctores *ibidem* illum tex. ad hoc singularem dicunt. *& multi, citat D. Couar. in clement. si. furiosus, de homicid. in princi. numer. 3. Et vltra ipsos Innocent. in c. si. celebrat, de cleric. excommun. minist. numer. 3. & Oldr. cons. 202. glos. suspensus in cleme. 2. de vita & honest. clericorum. Selua de benef. 3. par. q. 2. numero 9. Nauar. in Manua. c. 27. numer. 194. & 250.* Idque in quacunque pœna regulare est, vt non imponatur, nisi in casibus à iure expressis, vt *per Tiraq. in l. si vnquam verb. reuertatur. num. 248. cum pluribus sequentibus. C. de reuocan. donat.*

7 Septima est, Testamenti factionem omnes habere, qui non sunt expressè in iure prohibiti, *secundum glo. in l. si quæramus. ff. de testa.* Vbi ponit personas aliquas, *de quibus, & per Abb. in rub. de testa. ex tex. in l. 13. cum sequentibus aliquibus. de testa. par 6.* Et an excommunicatus, hęreticus, vel sodomiticus testari possint, *vide Tellum in l. 4. Tauri, num. 27. & 28. 34. & 35.*

8 Octaua regula. Vocandi absentes nõ sunt nisi in casibus à iure expressis, *secundum gl. verbo, ipsorum. vers. speciale ergo. in c. præsentium de test. li. 6. Quam sequitur Oldrad. cons. 259. col. fi. communis secundum Corneum. consil. 181. col. 8. lib. 2. & Rip. lib. 2. responsorum. c. 21. secundum vnam impressionem, & secundum aliam est respons. 29. in ordine & secundum Abb. in c. cum omnes. numero 7. de constit. Et allegat eam totus mundus, secundum Abb. in c. 2. numer. 10. de noui oper. nunt. & Iacobus Bari. in enchiridione iudicum ecclesiasticorum. notab. 62.* Etsi *Dec. in d. c. cum omnes. 2. lectur. & ibi Abb.* dicant, idem esse etiam quoad negotia ardua, licet expressa in iure non sint, cum multa in eis specialia reperiamus, *quæ congerit Barbat. cons. 1. col. 13. & cons. 43. col. 8. lib. 1. communis tamen opinio illius glo. tenenda videtur,* & si ardua negotia sint, si in iure expressa non sunt. Quamuis & Decij opinionem teneat idem *Abb. in c. cum ex iniuncto. col. 2. de noui operis nunciat. & in c. 1. numero 15. de ijs, quæ fiunt à maior. p. c. & Barba. in d. c. cum omnes.* Nam & in Papę electione, quę ardua res est, non vocantur absentes Cardinales, *secundum Probum in addit. ad glo. prag. sanct. 1. to. tit. de auct. gen. con. c. frequens. §. ad quem. verbo, abbreuiationem. Quamuis & idem Abb. in hoc vti velit distinctione, de qua per Bart. in l. omnes. numer. 17. ff. de iust. & iur. Et si non ignorem Bars. distinctiones ibidem approbatas esse teste Oroscio in ea. l. omnes populi. numer. 53. col. 59.* Et sic reiecta consuetudine non vocabunt absentes, nisi in casibus à iure expressis: quorum nouem casus ponit, *And. Abexea in d. c. cum omnes num. 105.*

9 Nona est regula. Quod filius non potest exhæredari, nisi in casibus à iure expressis. Licet si aliquis casus sit maior expressis potest illo mediante exhæredari: prout omnia hæc communia testatur *Ias. in auth. ex causa. numero 4. & 6. C. de liber. præt.*

Decimo, Pœnæ priuationis, imo cuicumque pœnę nõ est locus, nisi in casibus à iure expressis, vt est *text. in auth. de non elig. secund. nuben. §. sin autem non valuerit. vers. nec quælibet ex lex. Quem ad hoc commendat Bald. in authen. ex testamento, col. penult. numero 5. C. de secund. nupt. & Alex. in l. etiam. §. 1. colum. 3. ff. solut. matrimon. glos. & ibi Abb. numero 7. in fin. in c. fin. de iure patr. tradit Abb. in c. 2. numero fin. de postulat. Præla. & additio eiusdem Abb. in c. nouit. numero 46. in prin. litera. C. de iudicijs, & Auiles in cap. 9. prætorum. fol. 137. in princ. verb. la ley, & Tiraquel. in l. si vnquam. verb. reuertatur, numero 248. cum tribus sequentibus plura allegat. Quem vidi posteà allegatum per Bernar. Diaz in pract. Canonica. 123. & per Molinam de primogenijs Hispan. lib. 1. c. 9. numero 10. Vbi & allegat Rolan. à Vall. alia adducentem, & Menoch. de arbitrariis iud. lib. 2. cent. 3. casu. 276. Ex quo dubitat Bal. in c. 1. §. illud, quem legit. sub §. porro.* quæ fuit prima causa beneficij amitt. in vsibus feud. an vassallus veniens contra iuramentum sit priuandus feudo, quod determinat *And. Iser. in c. 1.* qualiter dominus proprio feud. priuet. in vsibus feud. Licet & casus sint, in quibus pœnæ priuationis est locus, & tamen in iure expressi non reperiuntur, *quo se numerat Ias. in l. fin. nu. 5. C. de fideicom. Et in l. consensu. C. de repud.* ponitur vnus casus, scilicet, si vxor sine licentia mariti intret balnea, vel theatrum. Sed an idem erit si osculetur aliquam, vel tactum mãmillarum patiatur. *Rip. in rub. num. 12. extra de.* inquit, quod sic, scilicet, quod propter hoc dote, & arrhis priuari poterit. *Contrarium tamen tenet Couar. in 4. 2. p. c. 7. §. 6. num. 3. & Auend. resp. 24. n. 7. Et hanc veriorem testatur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. casu 276. n. 4.* Quod verum credo, cum hic casus non reperiatur in iure positus. Neque *d. l.* consensu, debet ad illud extendi, cum non reperiamus extẽsum. Alium casum *ponit Coua. vbi locus est priuationi. in c. quamuis pactum. 1. p. §. 7. n. 3. & Bar. addit. in l. pen. C. de dignit. lib. 12.* Et hoc, dum tamen periurium hoc iudicialiter prolatum sit; *secundum Bernar. Diaz in pract. Cano. cap. 86. in fin.* Dolusque debet ad incursionem periurij interuenire, *secundum Dom. Anto. in l. si quis maior. numero 41. C. de transact. communis, secundum Ias. in l. videamus numero 7. ff. de in litem iur.* Probatioque liquidissima de eo debet adesse, *secundum Dominum Ant. vbi supr. numero 65.* Debetque tertius præiudicari, *secundum Couarru. vbi supra. & Didacus Perez libr. 3. ordin. col. 920. ad fin.* Et in casibus, vbi priuatio adest, nisi aliter exprimatur, non censetur ipso iure facta, sed per sententiam, *secundum Dida. Perez vbi supra column. 922. ad fi. communis secundum Felin. in c. ex parte, in princ. de rescr.* Et plures casus, vbi priuationi locus est pono *in l. 23. titul. 25. de los escriuanos. infra. lib. 4.* Et tres casus circa beneficij priuationem ponit *Abb. in c. ex parte. numero 1. de testibus.* 10

Vndecimò, Ludere non licet nisi in casibus à iure expressis, *secundum glo. in l. fi. in glos. fin. ff. de aleæ lus. & aleat. quam regulam probat Stephanus Cos. in tractat. de ludo. in prin. & in §. 2. nume. 23.* 11

Quo

Quo fit, vt ludere extra casus à iure expressos, sit res prohibita, idque multiplici iure, prout suo loco latè declarabimus *in l. 2. in gloss. de pagar, tit. 7. lib. 8. infra, & casus permissi ponuntur in l. 9. & 11. illius tituli.*

12 Duodecimo, Nulla actio oriens ex delicto famoso infamat, nisi in casibus à iure expressis, *vt per Paul. in l. 1. nu. 13. ff. de infamibus.*

13 Decimotertio, Negligentia non punitur, nisi in casibus à iure expressis, *secundum* Bellamer. *decis. 663. col. 2. & Bar. in l. solet. §. 1. nu. 7. ff. de offi. proconf. & ibi Oros. col. 420. versi. 10.* Et casus negligentiæ ponuntur à *Gome. in reg. de triennal. possess. q. 28.*

14 Decimoquarto, Mulier testis esse potest regulariter, nisi in casibus à iure prohibitis, *tex. in l. 3. §. lege, & l. ex eo. ff. de testi. Bar. in l. in multis. ff. de stat. hom. & ibi Orosc. col. 229. versi. 6.*

15 Decimoquinto, Monasterium non habetur loco filij, nisi in casibus à iure expressis, *secudum glo. decendiessen in l. 17. tit. 1. p. 6.*

16 Decimosexto, Cogitationis pœnam nemo meretur, nisi in casibus à iure expressis, *secundum glo. 3. explicantem hos casus in l. si quis non dicam rapere. C. de Episcopis, & cleri. & ibi Paul.*

17 Decimoseptimo, Solum in casibus à iure expressis bona clericorum gaudent eodem priuilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum, *secundum Abb. in lectura. Ecclesia sanctæ Mariæ. numero 7. de constitu. & ibi Felin. numero 9. allegat Doctores casus hos ponentes. Et idem Abb. in c. 1. num. 3. de consuetu. & in c. 1. numero 11. de iud. remittens se ad. c. si diligenti. de præscript. Et tradit Couar. lib. 1. vari. c. 4. nu. 3. & Didacus Perez in l. 8. gloss. 1. tit. 2. lib. 1. ordina. & Cardin. in clemen. 1. q. 17. de vita & honesta. cleric. ponendo priuilegia hæc.* Et vnus casus est, *in c. si clericus, de for. comp. secundum Abb. ibi. nu. 3. & in dict. c. si diligenti. numero penult. & fin. & secundum eundem Abb. in c. fin. numero 11. de vit. & honesta. cleri. vbi numero 4. inquit esse ibidem vnum casum.* Ego tamen aliter dico, scilicet, quod in *d. c. fin.* non est aliquis casus de hoc, nam bona clericorum negotiantium soluunt gabellam, *secundum eum ibi numero 7.* quam non soluunt Ecclesiæ, etiam negotiantes, *secundum eum ibi. numero 10.* Et sic illa similitudo *Abb. in d. num. 4.* posita non est bona, cum negotiatio intercedit: *licet. l. 7. tit. 18. lib. 9. infra, attenta*, idem in Ecclesiis negotiantibus, sicut in clericis negotiantibus, quoad solutionem gabellæ dicendum est. Et sic quantum adhoc erit valida similitudo hæc bonorum clericorum, & Ecclesiarum: licet hoc non est priuilegium, sed onus ipsis clericis, & ecclesiis negotiantibus, vt vides.

18 Decimooctauò, Legatus de latere iuris solennitates, nisi in casibus à iure expressis tollere nõ potest, *vt colligitur ex glo. magna in fi. in c. fin. de hæret. lib. 6.*

Decimononò. In impetrationibus in bene-
19 ficialibus, illa tantum sunt exprimenda, quæ in iure expressa reperiuntur, *secundum glo. verbo, vel alteri. in clement. 1. de præben. quam vltra doct. ibi commendat Calderi, consil. 6. & consil. 30. de præbend. & Felin. in c. postulasti. & in c. nostra de rescript. Marian. Socin. consil. decimotertio, numero 36. volum. 1. inter consilia Bartol. Soci. & Demini consi. 82. num. 15. Gomecius, de benef. vacan. per mortem familiaris. Card. q. 4. Selua de beneficio. 3. p. q. 11. & 12. & 14. refert*, quę sint illa expressa in iure, *& triginta ponit Rebuf. in concord. Regni Franc. rub. de form. mand. Apostol. verb. pro expressis. col. 175. & Felin. remissiuè in c. super literis. col. 2. in prin. & numer. 8. de rescript. & nouissimè & optime Menochi. de arbitr. iud. li. 2. centur. 3. casu. 201. Vbi tractat. de rescriptis gratiæ & casu. 202. de rescriptis iustitiæ, & casu. 203. de impetratione legimitationis, & quæ sint ibi exprimenda.*

Vigesimo, Nemini licet aliquem in carcerem 20
domesticum mittere, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Oroscium in l. imperium col. 544. in princi. ff. de iurisdictio. omnium iud.*

Vigesimo primò, Arbitri iuris non eliguntur, 21
nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in c. pastoralis col. 2. in prin. de rescr. & ibi additio. litera. C. & secundum eundem Abb. in c. 1. de arbit. & in c. cum speciali. nume. 3. de appella.* vbi est vnus casus. Et alios tres casus ponit Euerar. *in loco. 3. suæ centuriæ locorum pag. 50. in paruis. vers.* item *tertio.* vbi dicit, quod à talium arbitrorum iuris sententia appellari potest, licet à sententia compromissarij non posset. Et hoc anteà: hodie tamen ab vtriusque sentẽtia appellatur, *vt in l. 4. tit. De las entregas y execuciones. infra. lib. 5. vbi dicemus.*

Vigesimosecundò, Mulieri non prodest iu- 22
ris ignorantia vltra quam masculis, nisi in casibus in iure expressis, *tex. in l. fi. & ibi doct. C. de iuris & facti. ignor. Paul. in l. 3. in princ. C. eod. tit. & Abb. in c. 1. nume. fi. de conuers. coniugat. in c. per latum. num. 5. qui filij sint leg. & in c. etsi necesse. num. 7. in medio, de donat. inter virum & vxorem.* Cui regulæ est, & similis alia regula, scilicet, quod mulier nullam habet prærogatiuam vltra masculum, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Decium in l. fœminæ. num. 93. ff. de reg. iuris.* Vbi *à nume. 75.* ponit casus vbi à iure expresse prærogatiua datur mulieri que masculo non datur: de qua in primo casu & regula supra satis dictum remanet.

Vigesimotertiò, Excommunicatio, & mors 23
non æquiparantur, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Oroscium in l. & quia col. 564. in fine. cum pluribus seq. ff. de iurisdi. omnium iudi.*

Vigesimoquartò, De spectantibus ad clericos 24
id solum licet laico, quod repetitur in iure expressum, vel concessum, *secundum glo. in c. fi. 24. q. 1. quam dicit singularem Abb. in c. 2. nume. 19. de iud. & in c. quanto. numer. 12. de consuetud. & Ias. in repetit. l. admonendi. num. 214. ff. de iure iurand.*

Vigesimoquintò, Propter mendacium nemo 25
est puniendus, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Oroscium super. ff. veter. col. 680. in prin. & Dida. Perez in l. 10. ti. 2. lib. 1. ordi. col. 85. in fine cum princ. seqq. & Menoch. de arbitrarijs iud. lib. 2. cent. 3. casu. 276. num. 8.*

Vigesimosextò, Inferiores ab Episcopo non 26
dispensant nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c. 2. num. 2. de eo, qui fur. ordin. suscep. & in c. fi. num. 10. in med. de postul. prælat. & in c. cum te. numer. 16. de re iud. & in c. 1. n. 7. de voto & in c. cum ad monasterium, num. 19. de statu. menacho. & vide quæ dicemus infra reg. 39.*

27 Vigesimoseptimò, Valet argumentum de pœna legali ad conuentionalem in casibus in iure expressis, *secundum Rebuffum in repet. l. vnicæ. C. de sententijs. in glo. præferuntur. num. 33. in fine.*

28 Vigesimooctauò, Minor, nunquam supplet negligentiam maioris nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c.* qualiter & quando. *numer. 7. ad fin. de iud. & c. cum in cunctis. §. clerici sanè. nume. 5. de electione. Et vnus casus ponitur in c. 2. de concess. præb. secundum Abb. ibi. numer.* 6. scilicet, quod capitulum supplet negligẽtiam episcopi in collatione beneficiorum. Alius casus ponitur *in c. cum simus. 9. quæst. 3. secundum Abb. d. num. 6.*

29 Vigesimononò, Non licet transire per agrum alienum domino inuito, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c. venerabilem nu. 4. de electione.*

30 Trigesimo, fiscus semper vtitur iure priuanti, nisi in casibus à iure expressis, *secundum gl. versi. pertinet. in l. 1. C. de petitio. hære. & allegat eam Ias. in §. in bonæ fidei. nu. 72. instit. de action. & probatur ex tex. in l. diuus in fin. ff. de bonis damnator.* Et priuilegia fisci ponit *Franc. Vrbanus tractat. de priui. fisci. & tradit hoc Ias. in l. stipulatio ista. §. alteri numer. 1. fol. 64. ff. de verb. oblig.*

31 Trigesimoprimò, Episcopus non potest alia iura episcopalia petere, quam ea, quæ in iure expressa reperiuntur, *tex. in c. conquerente. & ibi Abb. nume. 1. de officio. ordin. idem Abb. in c. sicut olim. numer. 3. de accusatio. facit tex. in c. cum ad quorundam, de excessibus præla. & sentit glo. 2. in c. in quibusdam, de pœnis.* alias restituet duplum secundum iura canonica *per glo. illam ad hoc allegatam.* Quod adeò procedit, quod neque in clericos potest Episcopus aliam exactionem facere, quam eam, quæ in iure permissa reperitur, & scripta, *secundum Abb. in c. 1. num. 1. de excessi. prælat. & sic inquit idem Abb. in c. cum sit numer. 1. de simo.* communem esse opinionem nullo casu procurationem prælatorum præstandam pro officio suo impendendo, nisi in iure aliud reperiatur scriptum. Et sic exigens procurationem, *inquit ibi Abb. & ibi eius additio.* plura alia notans, quod debet allegare casum expressum procurationem illã, quam petit, permittentem peti per exigentem eam: & alia diximus *supra in casu. 3.*

32 Trigesimo secundò, Inter legem diœcesanam, & legem iurisdictionis differentia fieri non debet, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c. dilectus. nume. 4. de officio ord. vbi Abb.* ponit ea, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ: quarum differentiarum vna ponitur per Marcum Anto. Cucho. in institu. Canonicis *ti. de officio ordinarij pag. 2. in medio.*

33 Trigesimotertiò, Legatus alius quam de latere non dispensat, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Speculat. relatum per Abb. in c. fi. n. 5. de transactio.*

34 Trigesimoquartò, Arbiter potest procedere parte absente per contumaciam, nisi in casibus à iure expressis, vt colligitur *ex Ab. in c. cum dilectus. num. 13. de arbitris.*

35 Trigesimoquinto, Nullus dispensare potest contra Papæ constitutionem, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c. fi. num. 8 de arbit. alias est Abb. hoc dicens in c. contingit. num. 3. de arbit.*

36 Trigesimosexto, arbitratores non differunt ab arbitris, nisi tantum in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in d. c. fi. numer. 8. de arbit.*

37 Trigesimoseptimo, Causa iuramento decisa non retractatur prætextu periurij, nisi in casibus à lege expressis, *secundum tex. vbi ita summat Bal. in l. 1. C. de rebus credit.*

38 Trigesimooctauo, Pœna dipositionis non imponitur nisi in casibus à iure expressis, *secundum glo. in summa. 15. q. 8. & Abb. in c. atsi clerici. in principi. numer. 34. de iud. Ias. num. 31. & Rip. in l. quod te mihi. ff. si cert. pet at. idem Ias. in l. 1. numer. 12. C. de transa. & Bald. in auth. ex testamento. C. de secu. nupt.* quæ regula similis est illi, quam posuimus supra in decima regula.

39 Trigesimonono, Episcopus non dispensat, nisi in casibus à iure permissis, *secundum glo. & ibi Abb. in c. dilectus num. 5. de tempor. ordinat. & glo. & ibi Abb. numer. 4. in 4. c. atsi clerici. §. de adulterijs. de iud. cum aliquibus seqq. & eundem Abb. in c. 2. nu. fi. de cleric. non ordi. min.* Vbi est vnus casus, vbi Episcopus dispensat. alius est *in c. 1. de clerico. per saltum promo. secundum Abb. ibi nume. 2. alius in c. 1. de eo qui furt. ordin. suscep. secundum Abb. ibi. numer. 3.* Hanc etiam regulam ponit *Specula. in tit. de dispensat. §. nunc de Episcoporum. numer. 23. & ibi. eius additio.* Et hanc testatur regulam communem *Feli. in d. §. de adulterijs. in princ. quam & ponit Abb. in c. 1. de torneam. numer. 1. Et sic, secundum Hostiens. in summa tit. de dispensat. §. quis possit. numer. 33.* in crimine maiori adulterio episcopi dispẽsant, nisi in casibus à iure expressis. Et hos casus ponit *Specu. tit. de lapsis & dispẽsat. §. nũc de Episcoporũ dispẽsatione: quos trãscripsit. Selua in tractatu de beneficio. 4. p. q. 7. & Dueñas regul. 247. & l. 63. tit. 1. p. 1. & l. 64.* ponit aliquos casus, vbi Episcopus dispensare non potest. In huius tamen regulæ propositum notandum est, quod vbi iure dicitur quod posit dispensari, intelligitur potestas dispensandi Episcopo concessa, vt verba aliquid operentur: nam de Papa non est dubium. Ne ergo verba superflua sint, Episcopo censetur potestas concessa dispensandi, *secundum Abb. in c. fin. nume. 10. de postul. præla. eundem Abb. in c. 2. numer. 6. de clericis pugnant. in duel.* Vbi & aliàs in propositum regulas duas constituit ex Inno. per eum allegato, scilicet, quod quasi semper potest Episcopus circa beneficium dispensare: item quod vbi concederetur dispensatio, intelligitur concessa Episcopo, & non inferiori prælato, nisi aliud exprimatur, quod optimum est ad casum, *& regulam. 26. supra positam.* Ex quibus inquit, *& voluit Abb. in c. fi. nu. 10. de postula. prælat.* quod Episcopus dispensare potest super omnibus casibus à iure expressis, licet specialiter in personam Episcoporum non sint collecti, sed generaliter, *idem Abb. & ibi glos. dispensatum. in c. pastoralis. de cler. excommun. & in c. in quibusdam. nume. 5. de pœnis.* Inferiores tamẽ ab Episcopo solum in casibus specificè eis permissis dipensare poterunt, *secundum*

alia

Abb. d. nume. 10. Sicque inferri ex his potest alia regula, quam magis communem *testatur gl. in d. §. de adulteriis*, scilicet, quod Episcopi dispensant, nisi vbi expresse prohibitum reperitur. Pro qua quidem doctrina videtur facere *text. in dict. l. 64. tit. 1. part. 1.* dum *ibi* ponuntur casus, vbi Episcopus non potest dispensare: quasi exceptio illa firmet regulam in contrarium Ex quibus ego (salua correctione, & declaratione sanctæ matris Ecclesiæ, cui & in his, & in omnibus aliis meis dictis, & factis me semper subieci, & nunc subijcio) ex prędictis vtramque regulam veram credo, hoc scilicet modo, quod Episcopi non possint dispensare nisi in casibus vbi de iure permittitur: casus tamen isti sunt omnes in iure expressi, vbi dispensatio permittitur, etsi dispensationis talis facultas Episcopo non dirigatur specialiter. Et sic regulariter dispensat, nisi in casu, quo Papę soli dispensatio reseruatur, vel vbi de iure expresse Episcopo prohibitum reperiretur dispensare. Et sic supradictæ regulæ optimè se compatiuntur, secundaque regula ex hac deriuatur, scilicet, quod regulariter est Episcopis dispensatio commissa, nisi vbi expresse prohibitum reperitur, *secundum d. l. 64.* Si tamen pœna imponitur ipso iure non licet Episcopo dispensare, *secundum Tiraquell. in l. si vnquam, verbo, reuertatur, numero 370. C. de reuocatione donation.*

40 Quadragesimo, Excommunicatus repellendus est à iudicio, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in cap. intellexerimus num. 2. de iudic. & in c. cum inter num. fin. de except.*

41 Quadragesimo primò, Ad arbitros iuris super probanda recusatione non habetur recursus, nisi in casibus à iure expressis, *secũdum Ioan. Andream relatum per Abb. in repetit. cap. si quis contra numero 25. de foro comp. per eundem Abb. in cap. cum speciali in princip. numero 3. de appellation.* vbi est vnus casus. Et huic regulę conducit *regul. 21. supra eod. vbi allego Euerar.* tres casus ponentem,

42 Quadragesimo secundo, Pœna deuolutionis de vno ad alium non debet imponi, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Innocent. relatum per Abb. in repetit. cap. si quis contra numer. 40. in princ. & in fin. de foro compet.* Et sic data qualibet negligentia Episcopi non succedit Archiepiscopus, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c. nullus. num. fin. de iure pat.*

43 Quadragesimo tertiò, Pœna non habet locum, nisi in casibus à iure expressis, *prout sentit Abb. in repet. dict. cap. si quis contra. num. 40. in fin. de foro compet. & benè Didacus Perez. in leg. 10. tit. 2. lib. 1. ordinam. columna 85. in fine cum sequenti.*

44 Quadragesimo quartò, Non potest appellari ante sententiam à iudice seculari, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in cap. licet num. 14. de for. com.* Et isti casus dicit ipse quod ponuntur *in c. super eo. de appellat.*

45 Quadragesimo quinto, Iure canonico priuilegium eximens à certo genere iudicum & transferens in aliud iudicum genus non perditur per delictum, nisi in casibus in iure expressis: quod etiam de iure ciuili procedit. Quam regulam colligo *ex Abb. in c. fin. n. 11. in medio de foro compet.*

Quadragesimo sextò, Præstare potest clericus iuramentum ex causa absque superioris licentia, nisi expresse in casu à iure prohibito, *secundum Abb. in c. 1. n. 8. de iuram. colum.* 46

Quadragesimo septimò, Administratores bonorum Ecclesiæ non possunt facere eius conditionem deteriorem, vel alienare ipsius bona, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c. penult. nu. 4. de dilatio.* 47

Quadragesimo octauò, Festum cuiuslibet sancti non est in præcepto feriatum, vt non possit in eo iudicium agitari, sed tantum illud quod in iure specialiter cautum reperitur. Ita colligo *ex Abb. in c. fin. num. 2. de feriis, vbi text. ponit festa hæc, & Abb. ibi num. 6. alia refert.* 48

Quadragesimo nono, Partes non possunt compelli renunciare feriis in honorem hominum, nisi in casibus in iure expressis. Ita colligo *ex gloss. verb. quibus in medio. in c. fin. de feriis*, quæ quidem inquit vnum casum esse *in cap. significauerunt. de iud. & l. 1. §. vltim. & l. sequitur. ff. eodem titulo.* 49

Quinquagesimo, Debitum ad tempus ante tempus peti non potest, nisi in quibusdam casibus à iure concessis, ita colligo *ex Abb. in cap. 1. in finalibus verbis. de plus petitio.* vbi duos casus ponit. 50

Quinquagesimo primo, Negans se aliquid debere, si vincatur, potest adhuc alia exceptione vti, nisi in casibus à iure expressis *secundum gloss. primam in medio in summa. 13. quæstio. 2.* vbi ponit aliquot casus. 51

Quinquagesimo secundo, Per clausulam (appellatione remota) tollitur facultas appellandi, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in c. ex conquestione. num. 5. de restitut. spoliat. & in c. inter cæteras. num. 2. de re iud. gloss. in cap. ad Romanam. el. 1. 2. q. 6. verba ante in medio. in c. vt debitus. de appellat. & ibi Abb. num. 14.* 52

Quinquagesimo tertiò, Mors ciuilis, & mors naturalis non æquiparantur, nisi in casibus in iure expressis *secundum glo. in c. placuit. el. 2. 16 q. 1.* vel vbi in vtraq; est eadem ratio. *Secundum communem in cap. susceptum de rescript. lib. 6. secundum Abb. in c. ni essent. de præb. num. 11. & eundem Abb. quem omnino vide. in c. cum sis. num. 5. de conuers. coniugat. & Bart. in auth. de nupt. § 1. num. 1. & 2. & Suarez in allegat. 20. versic. omnes isti capiunt. fol. mihi. 173. Et Iason in l. ex ea parte. §. in insulam. num. 3. vsque ad finem. ff. de verbor. oblig. fol. 149.* ponit plures casus, vbi mors ciuilis æquiparatur naturali, & in fine plures. de ista regula tractantes allegat, & alium casum reperies *in l. si quis sub conditione. ff. de testam. & ibi glo. fin. in princ. ita sensit.* 53

Quinquagesimo quartò, Sine peccato non potest contrahi cum excommunicato, vel aliquid ei promitti, vel solui nisi in casibus à iure expressis, *secundum Hosti. relatum per Abb. in cap. veritatis. num. 39. de dolo & contum.* vbi allegat Innoc. aliquos casus ponentem. 54

Quinquagesimo quintò, Citatio ad domum regulariter non valet, nisi in casibus specialibus in iure expressis, *secundum Abb. in capit. final. numero final. de eo. qui mittit in possess.* & vnum 55

caſum habemus *in l. fin. titul. de las entregras, infra li. 4.*

56 Quinquageſimoſextò, Exceptionis probationem ſemper à principio ante receptionem teſtium admittendam, niſi in caſibus, vbi ius exprimit illam reſeruandam in tempus publicationis, & diſputationis, *ita Ioann. Andr. & Vincent. relati per Abb. in cap. ex parte. num. 8. poſt princip. verſ. extra gloſſ.* de teſtibus. vbi de hoc latè tradit, & *ibi* eius additio.

57 Quinquageſimoſeptimo. Probatio, quæ fit per famam, quod memoria hominum non exiſtat, ſolum habet locum, quando in iure exprimitur, *ſecundum Innoc. relatum per Abb. in cap. veniens ad nos. num. 8 poſt princ. de teſtib.*

58 Quinquageſimooctauò, Nõ requiritur quod teſtes deſcripti in aliquo inſtrumento per prius cognoſcant contrahentes, ſed ſufficit tempore conficiendi inſtrumentum, eos cognoſcere, niſi in caſibus in iure expreſſis, *ſecundum Abb. in c cum cauſam num. 16. in fine de teſtib. & traditur per gloſſ. apercebirlos in l. 54. tit. 18. p. 3. & Burg. in l. 3 Taur. 1. p. num. 349. concl. 3.*

59 Quinquageſimononò, Subſcriptio teſtium in inſtrumento non eſt neceſſaria, niſi in caſibus in iure expreſſis, *ſecundum Innoc. relatum per Abb. in c. 1. col. 3. ad fin. de fide inſtrum. & ſecundum eundem Abb. in c. 1. num. 4.* de his quæ fiunt à prælat. *Vbi nu. 5. inquit*, quod in alienatione rei eccleſiaſticæ requiritur ſubſcriptio clericorum. Et alios caſus, vbi ſubſcriptio requiritur, *ponit Auen. in c. 19. prætorum nu. 2. per totum. lib. 2.*

60 Sexageſimo, per Deum creatorem, non vero per creaturam iurandum eſt, niſi in caſibus in iure expreſſis, *ſecundum gloſſ. 4. & ibi Abb. notab. 5. & num. 6. in c.* & ſi Chriſtus. *de iure iurand.*

61 Sexageſimoprimò, Archiepiſcopus dum viſitat prouinciam non poteſt prætextu debiti ferre ſententiam in ſubditos ſui ſuffraganei, niſi in caſibus in iure expreſſis, *de quibus. in c. paſtoralis. de officio ord. ſecundum Abb. in c. cum ex officij. n. 11. in medio. de præſcript.* Et ſi alia deſumi poteſt regula, ſcilicet, quod Archiepiſcopus, niſi in caſibus in iure expreſſis non habet iuriſdictionem in ſubditos ſui ſuffraganei, *ſecundum Abb. in cap. 3. num. 10. de inſtitutio.* & ſi ſuffraganeorũ ſubditi clerici ſint, *ſecundum eundem Abb. in cap. cum dilectus. nu. 9. de cleri. non reſid.* Et vnum expreſſum caſum ponit *Abb. in c. ex frequentibus. n. 4. de inſtitutio.* Alium caſum, ſcilicet, ratione notorietatis delicti ponit *idem Abb. in d. c. 3. nu. 10. de inſtitut. & eſt optima. l. 9. tit. 9. p. 1. pro eo. & pro extenſione. c. Romana §. notoria. de cenſib. lib. 6.* Et alium caſum ponit *idem Abb. in cap. pen. num. 1. de pœnitentiis, & remiſſio.* vbi & allegat tractantes, quam habeat poteſtatem Archiepiſcopus in ſui ſuffraganei ſubditis. *& infra eodem in caſu. 92.* alio modo ampliatur hæc ſecunda regula.

62 Sexageſimoſecundò, Non poteſt quis habere duas Eccleſias, vel præbendas in eodem Epiſcopatu, vel in diuerſis, niſi in caſibus in iure expreſſis, *ſecundum Abb. in repet. cap. extirpandæ §. qui veron. 27. de præbend.* vbi hos caſus refert.

63 Sexageſimotertiò, Nihil poteſt innouari ſede vacante in præiudicium ipſius ſedis, niſi iure expreſſè caueatur, *ſecundum Abb. in rubr. ne ſede vacante.*

Sexageſimoquarto, Capitulum non ſuccedit in iure epiſcopi, niſi in caſibus in iure expreſſis, *ſecundum Abb. in cap. 2. numero 2. ne ſede vacante.* 64

Sexageſimoquintò, In actu facto per Epiſcopum, & capitulum vel per collegium, vel etiam per vniuerſitatem non eſt neceſſe exprimere nomina ſingulorum, niſi in caſibus à iure expreſſis, *ſecundum Abb. in c. quanto. num. 6. in fine. de his, quæ fiunt à prælat.* 65

Sexageſimoſextò, Bona infeudata, quę redeunt pleno iure ad Eccleſiam propter finitum tempus conceſſionis, vel propter delictum ea tenentis, ſi applicantur menſę prælati, nõ poſſunt amplius concedi in emphyteuſim, neque infeudari, niſi in caſibus à iure expreſſis, *ſecundum Abb. in c. vt ſuper nu. 10. de rebus Eccleſiæ non alienandis.* 66

Sexageſimoſeptimò, Poſſeſſiones ſpectantes ad menſam prælati, vel capituli prælatus alienare non poteſt, niſi in caſibus in iure expreſſis, *ſecundum Abb. in c. antepenult. num. 2.* de rebus eccleſię & caſus hos *vide per eundem Abb. in cap. nulli. eodem tit.* 67

Sexageſimooctauò, Annus inceptus debet eſſe completus, niſi in caſibus in iure expreſſis, prout voluit *Abb. per gloß. 2. ibi in cap. ad noſtra col. fi. ad finem de regularibus.* 68

Sexageſimononò, Matrimonium contractũ per verba de præſẽti, etiam carnali copula nondum conſummatum non poteſt diſſolui, niſi in caſibus in iure expreſſis. *ſecundum Abb. in cap. ex publico numero final. de conuerſio. coniugat, & clarius idem Abb. per text. ibi in cap. ex parte. el. 2. numero tertio eodem titulo.* Et ſic Papa non poteſt illud diſſoluere, niſi ex cauſa in iure expreſſa, per ingreſſum que religionis, vel ex cauſa ſæuitiæ alterius coniugum, *ex tex. in cap. literas. de reſtitution. ſpoliat. ſecundum Abb. ibi & notat Euerardus in centuria locorum lo. 3. pagina quadrageſima octaua.* in medio vel ex alia ſimili cauſa in iure expreſſa ex qua matrimonia diſſolui poſſunt, *& vide Couarruuiam in 4. 2. part. cap. 7. §. 4. numero 13.* 69

Septuageſimò, In caſibus iure non expreſſis debet ſemper iudex inclinare in partem humaniorem, & habere æquitatem præ oculis & pœnam imponere habito reſpectu ad perſonas, cauſas, loca, & tempora, *ſecundum Abb. in c. fin. num. 4. de tranſactio.* 70

Septuageſimoprimò, Dilatio conceſſa à lege abſque iudicis miniſterio expreſſo vel tacito non poteſt à iudice immutari, niſi in caſibus, in quibus reperitur expreſſe in iure cautum, quod iudex dilationem mere legalem poſſit immutare. Ita colligo *ex Alexandr. in leg. 2. numero 5. in medio verſicul. tertia fuit opinio. ff. de re iud. & latius ibid. in 4. opinione, & Didac. Perez. lib. 3. ordin. col. 869. in medio.* 71

Septuageſimoſecundò, Omnes admittuntur ad matrimonium contrahendum, qui expreſsè à iure prohibiti non ſunt, *ſecundum gloß. penultim. per text. ibi in cap. cum apud. de ſponſalib.* 72

Septuageſimotertiò, Quilibet actus poteſt per procuratorem exerceri, niſi ille, qui expreſsè in iure reperitur prohibitus, *ſecundum* 73

dum Abb. in capit. veniens, numero quarto de cognat. spiritu.

74 Septuagesimoquarto, Non est recedendum à regula, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Castillo in l. decima, Tauri. numero quadragesimotertio in princip.*

75 Septuagesimoquinto, Mulier regulariter non tenetur comparere personaliter, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Mantuanum in suis obseruationibus legalibus, obseruatione 2. pag. 16. in medio, in paruis aliàs hoc asserit non ipse Mantuan. sed additio Decij in l. fœminæ num. 81. litera A. ff. de regul. iur.*

76 Septuagesimosexto, Actio contraria non habet locum nisi in casibus à iure expressis, secundum Mantuanum hunc, & non supra proximum casum asserentem in suis obseruat. *legal. obseruat. 2. pag. 16. in medio in paruis.*

77 Septuagesimoseptimo, Motus proprius nihil operatur vltra casus in iure expressos, *secundum Abb. in c. quia circa num. 7. de consangui. & affinitat. & Rebuffum in concorda. in rub. forma mand. Apostol. glos. motu proprio, pag. 282. vbi ponit 41. effectus eius.*

78 Septuagesimooctauo, Mater non cogitur dotare filiam, nisi ex rationabili causa, & ex causis à iure expressis, ita summatur *tex. in l. neque mater C. de iure dotium.*

79 Septuagesimonono, Propter homicidium generaliter commissum nõ priuatur quis spe coniugij, nisi in casibus exceptis, & in iure expressis, *secundum Abb. in cap. 1. num. 5. de diuortijs, vbi remissiuè hos casus ponit.*

80 Octogesimo, Delicta, quæ impediunt matrimonium contrahendum, non impediunt iam contractum, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in c 1. num. fi. de diuor.*

81 Octogesimoprimo, Clausula, seu quocumque modo vacet, quamuis sit vtilis, si apponatur in Bullis Papæ, nihilominus habet locum in casibus, in quibus à iure mentio specialis desideratur, *secundum additionem Abb. in c. ex parte. num. 13. de concess. præbend.*

82 Octogesimosecundo, Vir ratione duodecim filiorum est immunis in vita à contributionibus tantum in iure expressis, *secundum Didacum Perez in l. 1. col. 97. in medio titu. 3. lib. 1. ordinamen.*

83 Octogesimotertio, Maritus restituendo vxori constante matrimonio dotem, non liberatur nisi ex causa expressa in iure soluat, ita colligo *ex Paul. Castre. in l. 1. nume. 6. in fi. ff. solut. matrim. & habes tex. & ibi Doctores in l. quamuis, ff. eod. titulo.*

84 Octogesimoquarto, Beneficio nunquam quis priuatur, nisi à iure expressè caueatur, *secundum Alex. in l. etiam filios §. licet in dotalibus, numer. 7. fol. 20. ff. solut. matrimo.*

85 Octogesimoquintò, Cum infami non dispensat Episcopus, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in c. de simoniaco. num. 6. ad finem de simonia.*

86 Octogesimosexto, testes excommunicati indistinctè repelluntur, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in c. licet Heli. numero 11. de simon.*

87 Octogesimoseptimo, Adscriptitij non tenentur dominis vltra ea, quæ in iure expressa sunt *secundum Abb. in cap. secundo in medio, de Iudæis.*

88 Octogesimooctauo, Irregularitas, quęcumque per ingressum religionis tantum in casibus in iure expressis tollitur, *secundum Abb. in capit. secundo, numero fi. de apostatis & Couarru. in clemen. si furiosus. prima part. §. secundo, numero sexto, in princip. & Suarez allegatione vigesimoquinta, fol. 188. pag. in fine.*

89 Octogesimonono, Homini quantuncumque facinoroso in vita, & in morte contrito non sunt deneganda sacramenta, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in cap. secundo, numero secundo, de furt.* imo neque condemnatis ad mortem, vt alio in loco dictum remanet.

90 Nonagesimo, Expendentes scienter monetam falsam non debent puniri vt falsarij, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in capi. ad falsariorum, numero quinto, de crimine falsi. vbi remissiuè ponentes hos casus allegat.*

91 Nonagesimoprimo, Clericus excommunicatus non gaudet priuilegio clericali, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in cap. postulatis numero primo, de cleri. excommun. minist.*

92 Nonagesimosecundo. Metropolitanus, nihil authoritatis potest attentare in diœcesi sui suffraganei, nisi quatenus in iure reperitur expressum, *secundum Abb. in c. sicut vnire numero 4. de excess. prælat.* non solùm contentiosam, sed neque voluntariam iurisdictionem, *secundum eundem Abb. in capit. penultima numero tertio, de pœniten. & remissio.* & supra alio casu alia diximus in huius propositum, *scilicet, in sexagesimoprimo.*

93 Nonagesimotertio, Singulares personę interdicto innodatæ non possunt in illa ciuitate, neque alicubi audire diuina, neque celebrare, nisi tantum in casibus à iure expressis, *secundum text.* Ex quo ita colligo *in cap. si sententia. in vers. fi. de sentent. excommuni. libro sexto,* quem indistinctionis decisionem in hoc allegauit Bar. *in l. 1. numero 33. C. de summa Trinita.*

94 Nonagesimoquarto. Pleno iure non oblati monasterio, aut alicui ordini, idest, qui se & sua non dedicauerunt, non gaudent priuilegio illorum, in quorum fraternitate sunt recepti, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Abb. in c. penult. de priuileg.*

95 Nonagesimoquinto, Patroni, vel aduocati non possunt plus iuris vendicare in Ecclesijs, quam in iure expressum reperitur, *text. & ibi Abb. 1. notabili. in c. in quibusdam de pœnis, vbi glos. 2. ponit permissa patronis.*

96 Nonagesimosexto, Ab excommunicatione lata à canone nullus prælatus inferior ab Episcopo absoluit, nisi in casibus in iure expressis, *secundum Abb. in c. 2. numero 3. de sententia excommuni.*

97 Nonagesimoseptimo, Abbas dispensat cum monacho irregulari manus violentas in monachum sui ordinis ingerente, in alijs tamen casibus non dispensabit, nisi quatenus in iure inuenietur expressum, *secundum Abb. in c. cum illorum numero 14. de sententia excom. quod est optimum ad casum. 16. supra eod.*

98 Nonagesimooctauo, Seruus percutiens clericum violenter, tenetur pro absolutione adire Papam, nisi in casibus in iure expressis, *secundum tex. casus ponentem in c. relatum, de sentent. excommuni. & ibi Abb. numero 1. sensit.*

99 Nonagesimonono, Patronus non priuatur potestati præsentandi, nisi in casibus in iure expressis, *secundum glos. vbi Abb. in c. fin. de iure patro.*

100 Centesimo, Non debet induci correctio iuris ciuilis per ius canonicum, nisi quatenus expressum reperiatur, *secundum Ias. in rub. nume. 8. in medio. ff. de verbo. obliga.*

101 Centesimoprimo quoad temporalia Papa debet habere gladium in vagina, nisi in certis casibus à iure expressis, *secundum Didacum Perez lib. 1. ordin. colum. 758. in prin.*

102 Centesimosecundo, Ab extraiudiciali actu non appellatur, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Ant. de sanct. Gregor. rubri. numero 17. de appellat.*

103 Centesimotertio, A sententia interlocutoria iure Regio non licet appellare, nisi in casibus à iure expressis, *secundum text. vbi casus in l. 3. tit. 18. infrà lib. 4. tradit Guido Pap. decis. 20. in fin. & decis. 75.*

104 Centesimoquarto, Notarius faciens contractum illicitum non punitur pœna falsi, nisi tantum in casibus à iure expressis, *secundum Bar. vbi additio litera A. in l. 2. numero 4. C. de petitio. bonorum sublat. lib. 10. eundem Bart. in l. 1. in fine, C. de immunit. nemini conced. lib. 10.*

105 Centesimoquinto, Nemo munere mere patrimoniali excusatur, nisi ille, qui in iure expresse excusatus reperitur, *secundum Bart. in l. 1. numero 38. C. de mulieribus, & in quo loco. libro decimo.*

106 Centesimosexto, Omnes etiam peccatores admittuntur ad oblationem faciendam, nisi tantum illi, qui expresse in iure reperiuntur prohibiti, *secundum Abb. in c. quia in omnibus, numero quinto, de vsur. allegando glos. in c. oblationes, 90. distinctio. ita tenentem, & eundem Abb. in capit. ex transmissa, numero quarto & quinto, de decim. Et hanc approbat. text. in l. decima, in fi. titu. 19. part. 1. secundum glos. grandes, ibidem.* Et personas, à quibus non licet oblationes recipere refert, *l. illa. 10. & Angel. de Clauas. in summa verb. oblationes, & Tho. 2. 2. quæstio. 86. artic. 6.* Et inter has personas enumeratur meretrix, à qua *inquit glos. illa dict. c. oblationes,* non esse recipiendam oblationem, licet eleemosynam sic. *Et idem tenet glos. in dict. c. ex transmissa. & glos. in c non est putanda. 1. quæstio. 1.* quod intelligerem, siue talis meretrix sit in loco publico, siue non, dum tamen meretricium eius publicum sit *per glos in dict. cap, oblationes & in summa. 14. quæstio. 5. & tex. in dict. l. 10.* quamuis Paul. de Citad. *de iure patron. 3. part. prima causa, quæstion. 24.* & Troilus Maluicius licet non ita clare *in tractat. de oblationibus. 2. par. numero 6. & 7.* aliud velint, imo quod requireretur, quod esset in loco publico, & meretricio, & sic in scorto. Ex dicta tamen glos. *& ex dict. l. decima,* indistinctè videtur tenendum à meretrice non recipiendas oblationes, quamuis in loco publico, & consuero non existat, dum tamen publice corporis sui quæstum faciat. Et hoc verum est, nisi sacerdos ipse esset in maxima egestate, & necessitate constitutus, nam tunc à quocunque liceret, *ex capitu. siquis de furt. prout voluit Innocent. in capitu. cum voluntate, de sententia excommunicat. per tex. ibi in §. 1. & ibi glos. præsertim, sequitur Troilus supra numero septimo,* sic & ab vsurario *secundum supra dictas glossas* non est recipienda oblatio, dum tamen vsurarius manifestus sit, secus si occultus, *secundum tex. in d. capit. quia in omnibus, & text. iuncta glos. in dict. cap. ex transmissa, & Marian. Socin. in tractat. de oblationibus. quæstion. 4. & Troil. vbi supra. 2. part. in princip. & probatur in dict. l. 10. ad finem.* Imo & sunt, qui dicant, quod neque eleemosyna à talibus de iniustè quæsitis recipienda est, *secundum glo. in summa. 14. quæst. 5. per tex. in capit. 1. eadem causa, & quæstio. & glos. in dict. capit. ex transmissa, & in dict. capit. cum voluntate. & in capit. non est putanda. 1. quæstio. 1.* quamuis contrarium teneat Abb. *in dict. capit. ex transmissa. numero sexto,* & Ancharra. *consil. 429.* Quorum tamen opinio posset procedere in illicite adquisitis, in quibus de iure non competit repetitio. De eis enim licet eleemosynam facere, & recipere, secus de illis, quæ repeti possunt, *secundum prædictas glossas.* De quibus videri poterit per Doctores relatos per Didacum Perez *in l. titulo sexto, libro primo, ordinam. colum. 209. in fine.* vbi & *colum. 208.* quærit, an decimæ de illicitè quæsitis sint recipiendæ indistinctè. Item & secundò tunc oblationes à dictis personis recipiendæ non sunt, quoties in peccatis persistunt *secundum tex. in dict. l. decima,* & de pœna clerici à talibus oblationes recipientis. Vide Bernard. Diaz *in pract. cano. capit. 83.* vbi inquit declarandum esse qui manifesti vsurarij dicerentur, vt clerici abstinerent à receptione oblationum eorum.

107 Centesimoseptimo, Clerici à collectis exempti dicuntur, prout de iure reperiuntur exempti, *secundum additionem Bart. in l. 1. nume. 42. C. de mulier. & in quo loco. li. 10.*

108 Centesimooctauo, Solum in casibus in iure expressis bona delinquentium eis auferuntur, si tales delinquentes habent ascendentes, vel descendentes, tunc temporis *secundum tex. in l. 5. in fin. tit. 31. part. 7.*

109 Centesimonono, Periurus, qui est propter periurium aliquo iure priuandus, non est ipso iure priuatus, nisi in casibus à iure expressis *secundum Didacum Perez, libro tertio, ordinam. col. 924. versi. dubitatur præterea.*

110 Centesimodecimo, Solum in casibus in iure expressis, & approbatis incontinens præsumitur filius, cuius pater incontinens fuit, *secundum Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 24. numero 1.*

111 Centesimovndecimo, Tempus de momento ad momentum computatur, nisi in casibus, vbi iure aliter cautum reperitur, *secundum Bertach. in repert. verb. tempus versi. 25.*

112 Centesimo duodecimo, Quodlibet delictum siue publicum, siue priuatum per viginti annos præscribitur, nisi iure contrarium decisum reperiatur, *secundum Antonius Gomez, tomo tertio, capit. primo, numero quinto,* & duos casus enumerat. *l. tertia & quarta, titulo decimosepti. part. 7.* Et itidem est alius in accusatione iniuriarum,

iniuriarum, quæ per annum tantum durat *per iura vulgaria.* Tempusque hoc etiam ignoranti currit, secundum glos. *veynte, titu.7. part.5. in l.5.* Vbi & inquit, quod aduersus eius lapsum nulla dabitur restitutio, etsi delinquens moritur, *secundum Gomez. vbi supra, num.* 81. per quinquennium præscribitur iuri accusandi.

113 Centesimo decimotertio, Non est deueniendum ad iudicium sortis, nisi in casibus à iure expressis, secundum Suarez *in l. quoniam* 11. *ampliat. pagin. sexagesimoprima, numero decimosexto*, & Anton. Gomez, *tomo secundo, capitul.* 10. *numero* 10. *in fin.* Vbi tamen inquit, quod in casibus similibus expressis idem erit. Et habes notare, quod res dirimi sorte non potest, nisi in casibus à iure expressis, quin peccatum sit, *secundum additionem Bonifacij in tractat. de maleficijs tit. de sortilegijs, pag.* 389. *in paruis, col.2. in princ.* Et ideo similes casus non admitterem, nisi tantum expressos in iure. Et de sortibus, vide plura per Tiraquel. *de primogenitura, quæstio. decimoseptima, in* 1. *opinione, per totam.*

114 Centesimo decimoquarto, Solum in casibus in iure expressis appellatione probationis venit probatio coniecturalis, *secundum Hippolyt. in rub. fol.* 37. *in partis, versi. secunda ratio esse potest*, C. *de probatio.*

115 Centesimo decimoquinto, Probationi factæ per præsumptiones solummodò standum est, tanquam veræ in casibus à iure expressis, *secundum text. in l. quarto, columna secunda in medio, titulo vigesimoquarto, partita. tertia, quem ad hoc allegat Auenda. in capitu.4. prætor. numero 26. versi. & in occultis, libr.* 1. Et vnus casus ponitur *in l. si quando, C. vnde vi. & in l. quarta, titulo septimo, part. quinta, cum ea concordans, & in c. afferte, de præsumptio.*

116 Centesimo decimosexto, Priuilegium Principis super Portagio imponendo, vel tollendo solum in casibus in iure expressis interpretandum est, *secundum Auenda. cap. quarto, præto. numero sexto, libro secundo, & in numero septimo, ponit hos casus.*

117 Centesimo decimoseptimo, Probatio per testem de auditu auditus regulariter non probat, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Feli. in capitulo licet ex quadam, numero primo, de testibus.*

118 Centesimo decimooctauo, Nullum delictum reddit aliquem intestabilem, nisi in iure expressum reperiatur, *secundum Tello Fernadi. in l. Tau. numero* 42.

119 Centesimo decimonono, Infamia cuiuscumque qualitatis sit, ita reddit intestabilem aliquē, etiam post damnationem, si hoc iure expressum, aliàs non, *secundum eundem Tello Fernandez dict. l. quarta Tauri. numero quadragesimosecundo, in medio.*

120 Centesimo vigesimo, Clericus in sacris constitutus ordinibus, non potest puniri per iudicē secularem absque degradatione, & traditione facta per iudicem Ecclesiasticum, nisi in casibus in iure expressis, estque ista communis resolutio *ex c. cum non ab homine, de iud. & c. ad abolendam, de hæret. & c. ad falsariorum, de crimi. fals. & c. nouimus, de verb. signif.* Et vnus casus est in Assasino. *secundum text. in capitulo primo, de homicid. libro 6. de quo per Couarr. libro secundo varia. capite vigesimo, numero decimo.* Alios casus refert idem Couar. *in pract. capit.* 32. *numero duodecimo, per totum*, & allegat. tex. *in cap. vnico. de vita & honest. cleric. libro 6.* Vbi traditur casus, vbi clericus in sacris absque vlla degradatione amittit priuilegium omnino, & ipso iure, etiam quoad forum iuxta illius communem intellectum, *secundum eundem Couarr. ibidem.*

121 Centesimo vigesimoprimo, Appellationi regulariter est deferendum, nisi in casibus in iure expressis, secundum Auenda. *cap.6. præto. num.3. in fi. lib.* 1. & *numero* 4. ponit casus, vbi non defertur, *& Marant. in pract. pagi.* 619. *numero* 264. *cum pluribus sequentibus, & pag.* 610. *numero* 237. *cum aliquibus sequentibus.*

122 Centesimo vigesimosecundo, Appellatione pendente nihil innouandum, nisi in casibus in iure expressis, *vt per totum titulum, ff. nil nouari appell. pend.* & casus ponit Marant. *in practi. pag.* 578. *numero centesimo sexagesimotertio, cum pluribus sequent.*

123 Cētesimo vigesimotertio, Hæres intra tempus conficiendi inuentarium conueniri non potest, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Boerium decis.* 53. *numero* 1. 2. 4. *&* 8. *vbi ponit casus hos.*

124 Centesimo vigesimoquarto, Non est in statu damnationis pœnitens non restituens male ablata, quæ mala sunt, quia prohibita à iure, vt negotiatio in clericis, aduocatio iniqua certæ personæ, aut pauperibus, quibus confessor iussit restitui, si non acceptat iustam pœnitentiam, nisi in casibus in iure expressis: vbi expressum est, cui restitutio sit facienda. Ita colligo ex Florēt. *secunda parte, suæ summæ. tit.2. ca.5. in princ.* vbi ponit vnum casum, vt in simonia, in qua restitutio facienda est Ecclesiæ, vbi beneficium simoniace adeptum seruitur, quod & refert Sylvest. *in summa verb. restitutio. quarta, numero primo & secundo.*

125 Centesimo vigesimoquinto, Nunquam requiritur tractatus, nisi in casibus à iure expressis, *secundum Rebuf. in compend. alienatio. rerum Ecclesiast. numero* 83.

126 Centesimo vigesimosexto, Solum illa sacramenta, vel res sacramentales, quæ expressè, vel tacitè permittendo, per ius permissa sunt fieri in loco interdicto, quæ in iure expressa reperiuntur, secundum Nauarr. *in Manua. cap.* 27. *numero* 178. vbi ponit sacramenta hæc permissa.

127 Centesimo vigesimoseptimò, Solum in casibus in iure expressis debet esse solicitus ille, qui contrahit cum Ecclesia, vt contractus in vtilitatem Ecclesiæ vertatur, secundum Bald. *in auth. hoc ius, numero septimo, C. de sacrosan. Eccles.* vbi ponit casus istos, quos & ponit Abb. & Innocent. *in capit. primo, de deposito. per Doctores in l. ciuitas. ff. si cert. petat. & faciunt, quæ diximus supra, in libro primo, numero decimooctauo, titu. secundo supra.*

128 Centesimo vigesimooctauò, Nobiles, & fidalgui solum in casibus in iure expressis torqueri possunt, non in alijs, *secundum Auenda. in dictionario suo, verb. Cauallero, versi. dicta tamen lex, folio centesimo septuagesimooctauo, vbi remissiue hos casus ponit.*

Cente-

129 Centesimo vigesimonono, Renunciatio beneficij non inducitur nisi in casibus à iure expressis, *secundum Rebuffum, in praxi beneficiorum, titu. ratione personæ, & rei, numero 20. pag. 505. in principio.*

130 Centesimo trigesimò, Omnis possessor coloratus defenditur per regulam, de triennali possessore, nisi in casibus à iure expressis, secundum Gometium *in regula, de triennali possessore, quæst. 49.* vbi hos casus exprimit.

131 Centesimo trigesimoprimò, Omnis ille aduocare potest, qui expressè prohibitus non reperitur, secundum Didacum Perez *lib. 2. ordina. colu. 658. q. 12.* vbi allegat casus hos ponentem, *de quibus & per l. 1. 2. & tertiam, titulo sexto, partit. tertia.*

132 Centesimo trigesimosecundò. Clericus in sacris aduocare non potest, nisi in casibus in iure expressis, *vt dicam in l. 15 titu. 16. libro isto.*

133 Centesimo trigesimotertiò, omnes iudices esse possunt, qui expressè prohibiti in iure non reperiuntur, *secundum tex. in l. cum prætor. ff. de iud. & in l. 7. titulo 9. infra libro tertio, huius recopilationis, vbi in glos. 1. ita notabo, & hos casus ponam.*

134 Centesimo trigesimoquarto, Ex sola negligentia quis nunquam amittit ius suum, nisi vbi in iure reperitur expressum *per tex. notabilem in l. in filijs, C. de decurio, lib. 10. quem ad hoc commendat Balbus in tractat. præscripto. 1. parte. tertiæ partis principalis, quæstio. decima, numero 48. fol. vigesimo octauo in paruis.*

135 Centesimo trigesimoquinto. Alius casus ponitur *in l. 17. titu. 19. part. 1. & ibi glos. verbo, el derecho, ponit casus.*

136 Centesima trigesimasexta regula, & finalis est, quod exceptis quibusdam casibus, *de quibus per glo. in cap. 2. de pœniten. & remissio. & Hostiens. in summa, eodem titulo. §. cui confitendum, & per alios relatos per Franciscum Vargas, in tractat. de iur. Episcop. & Maxi. Pontis. potest. confirma. 11.* ab omnibus alijs possint sacerdotes absoluere. Quas omnes regulas, & casus studio ordinario, vsque nunc collegi, & licet earum posset effici vnus integer tractatus, imo & huius eram propositi, tamen quia his pro nunc satis impeditus sum, & itidem officio meo aduocationis, libuit succinctè hæc ponere, quia à nullo sic reperies, & fortassis existente otio hæ, & aliæ constituentur regulæ. Nunc autem deueniamus ad declarationem aliarum legum nostri tituli, & sic ad declarationem legis tertiæ, quæ in ordine erat anteà prima legum Tauri, & in ea sicut in alijs breuissimè procedemus.

IN LEGEM TERTIAM, quæ fuit prima legum Tauri.

1 *Tempore copilationis legum Partitarum tempus ab Aera nominabatur.*
2 *Rex Ioannes primus iussit tempus ab incarnatione Domini numerari.*
3 *AEra quid sit.*
4 *Leges fori ad sui validitatem vsum, & eius probationem requirunt.*
5 *Lege fori potest fideiussor ante excussionem conueniri.*
6 *Fideiussor obligatus, si principalis non soluerit non conuenitur ante excussionem. & num. 7.*
8 *Legum fori, & styli etiam in scriptis redactarum probandus est vsus. & 11.*
9 *Doctori de consuetudine attestanti credendum est.*
10 *Probatio vsus legum fori cui incumbit.*
12 *Legis fori per Regiam nostram legem approbatæ, an sit probandus vsus.*
13 *Pœna alia si per legem Regiam imponatur, quam per legem ciuilem, quæ imponetur.*
14 *Delictum pluribus punitum legibus an omnes, vel quæ pœnæ sint imponenda. & 15.*
16 *Leges interpretari, & pertinet, cui & condere.*
17 *Consuetudo contra leges nostras Regias allegari non potest.*
18 *Consuetudo futura an legibus Regijs derogabit.*
19 *Consuetudine reprobata præterita, & futura censetur reprobata.*
20 *Omnis consuetudo contra ius irrationabilis præsumitur.*
21 *Immemorialis consuetudo contra legem consuetudinem reprobantem quid operetur.*
22 *Consuetudo exigendi maiores sportulas, quam per tassam Regiam exploditur.*
23 *Lex Regia nunquam per populum recepta sciente conditore eius, & non contradicente, vel officiali eius potest derogari.*

SVMMARIVM.

Ordinem legũ obseruandum in litium determinatione declarat lex nostra. In huiusque legis explanationem plura possem referre, quæ super ea Regij nostri commentatores referunt: quæ tamen missa faciam, quoniam mei instituti non est, nisi solum modo necessaria pro textualium declaratione dicere, non vero aliorum scripta transcribere.

AERA DE MIL. Sic scribatur tempore † copilationis legum Partitarum quam copilationem, *secundum legem nostram* per Regem Alphonsum fuit iussum fieri, & publicatæ fuerunt leges Partitarum, & earum copilatio tempore legis ordinamenti, de qua in lege nostra, prout ex eius verbis patet, ibi, *Como quier que hasta aqui no se halla que fuessen publicadas.* 1

Tempore-

Temporeque illarum legum Partitarum numerabatur tempus ab Aera Cęsaris, vsque ad tempus Regis Ioannis † primi, qui iussit numerari
2 annos à natiuitate Domini nostri Iesu Christi, prout & hodie fit, secundum glos. *in l. 54. verbo, la era tit. 18. part. 3.* & Menesium, *in l. si aqua. nu. 7. C. de seruit. & aqua. aliàs est. C. de diuers. rescr.* & Orosci. *in l. si quis ex argentarijs, §. si initium num. 18. col. 736. ff. de edendo*, vbi his verbis inquit, Aeramque tunc temporis Augusti Cæsaris intelligebant, à qua Hispani olim annos computabant, vsque ad Regis Ioannis eius nominis primi tempus, qui iussit apponi annos à natiuitate Domini nostri Iesu Christi, prout hodie apponuntur, in curia tamen Romana ab Incarnationis die Domini nostri Iesu Christi numerantur.
3 Estque Aera † quod Alciatus, & multi longo sermone tractant, Theoni, & Astrologis principium temporis dicta, vt quibusdam placet, ab ære quod soluebatur. Alij heram scribi malunt, quasi Principatum, dominationemvè. Aeram pro nota numerali annorum accipi, nã & Aera in numismatis idem est. Alij scribi temporibus Augusti solere sic, A. er. A. c. id est, annus erat Augusti Cæsaris, quam tamen notam librarij, aut Imperatores per abbreuiationem contraxerunt. Quę omnes coniecturæ curiosę videri possunt, ideò missas faciamus, de quibus, & annorum computatione plura videri possunt per Couar. *libro primo, variarum, capitul. duodecimo, per totum.*

Vna ley. Quæ quidem in ordinationum libro antiquo inserebatur pro, *l. 4. tit. 4. lib. 1. ordina.* qui liber ordinationum cum iam in hac Regia Recopilatione insertus sit, in præsenti illius legis tenor inscribitur.

El tenor de la qual es este que se sigue. Cuius quidem legis tenor quantumuis in lege nostra non inserereretur, adhuc legi nostræ eam referenti, & seruari volenti, esset standum, *vt per Anto. Gomez, l. 1. Tauri, nume. 11. de quo & videndus est Ias. in lectura, l. admonendi, numero 28. & 29. & in repetitione, numero 27. ff. de iure iurando.*

En aquellas cosas que se vsaron. Et hoc, quia leges fori ad sui validitatem † vsum requirunt, &
4 quod probetur earum vsus, & consuetudo; *prout optimè inquit Suarez, in proœmio legum fori, & Didacus Perez in 7. q. proœmiali ad leges ordinamenti, & Doctores in dict. l. 1. Tauri.* Hoc enim verbum, *fuero*, significat, in quo vsus, & consuetudo continetur, *vt inquit optima, l. 7. tit. 2. part. 1.* Et sic intelliges, *l. fi. titu. 6. & l. 1. titu. 7. lib. 1. fori*, contra Montaluum, *in l. 10. titu. 11. part. 3.* aliud volentem. Nam vsus, & consuetudo legibus fori dat esse: & vbi talis consuetudo eis vtendi seruatur, seruari & in posterum debet, non vero in alijs practicabitur locis, in quibus non seruatur. Ex quo nouissimè infertur ad *l. 3. titu. 18. lib. 3. fori*,
5 disponentem, quod habens * pro aliquo debito sibi Petrum obligatum, & Ioannem, tanquam Petri fideiussorem, potest agere contra fideiussorem, & eius bona etiam nulla facta excussione contra principalem, in correctionem text. *in auth. præsente, C. de fideiussor*, prout aduertit Palat. Rubr. *in repetitione cap. per vestras, notab. 5. fol. 10. colum. 4. in fine*, & Suarez, *l. 2. titu. de los emplazamientos, §. 6. numero 12. pag. 398.* nam illa lex fori hęc probans, procedit & seruabitur in locis, vbi vsu, & consuetudine approbata est, in alijs verò non. Et sic in effectu voluit eam intelligere, & declarare Ducñas, *in reg. 335 limit. 18.* quem refert & sequitur Baeça *de debitore inope c. 5. numero 31. in fine.* In locis enim, vbi lex illa fori nõ seruatur non poterit ante principalis excussionem fideiussor conueniri, etiam si ipse fideiussor se obliget, quod si principalis termino statuto † non soluerit, ipse soluet. Adhuc enim tunc ex- 6
cussio requiritur, *prout optimè aduertit Antonius Gomez tomo secundo variarum, capitu. 13. numero 2.* Quicquid in contrarium dixerit Ripa, *in l. ita stipulatus numero 50. ff. de verborum obligatio*, dicẽs, quod si apponatur per fideiussorem dicta clausula, quod si reus non soluerit termino statuto ipse fideiussor soluet, nulla excussione facta possit die lapso fideiussor conueniri. Et pro ista opinione Ripæ contra Anto. Gomez, videtur facere tex. *in l. 16. titu. 11. part. 5.* ibi. *Ei segundo caso es.* Dum *ibi* lex illa ad deueniendum in tali casu cõtra talem fideiussorem, solum conuentionem, & citationem in iudicio factam contra principalem considerat, & non aliam excussionem, ita quod si principalis conuentus pro solutione in iudicio noluerit soluere, possit statim creditor ad fideiussorem redire, quod videtur contra Antonium Gomez, *vbi supra.* Et videtur quod procedere non possit existente dispositione auth. *præsente*, quam quotidie practicamus. Nam licet fideiussio dicta, si reus non soluerit, conditionalis videtur, *secundum Bart. & Doctores, in l. ita stipulatus, numero 20. ff. de verbo, obligatio. & Anton. Gomez vbi supra*, & satis verificata videatur conditio interpellato principali, vel constituto in mora, tamen non potest agi contra fideiussorẽ antequam à principali exigi non possit, secundum dict. auth. *præsente*, contra Rip. *vbi supra*, qui in dicta fideiussione illam auth. limitabat, vt non procederet, & male, eò quod dicta conditio, si principalis non soluerit, tacitè inerat, & expressio eius non debet plus operari, quam operatur si non exprimeretur, cum non exprimatur aliter, quam inest, *iuxta text. & ibi tradita. in l. non recte C. de fideiuss. & l. 3. de legat. 1.* Maximè ne iura ciuilia corrigantur, vel restringantur sine correctionis, vel restrictionis ratione. Posset tamen saluari opinio illa Ripæ, & intelligi, non quod per solam interpellationem extraiudicialẽ, vel conditionalẽ in mora per diei a interpellationem, & lapsum eius, operetur conuentio illa conditionalis, si reus non soluerit, quod fideiussor sine excussione conueniatur, sed tunc demum cum, existente dicta conuentione conditionali expressa, principalis ipse conuenitur in iudicio pro debito, & his super conuentione illa, & petitione debiti contestatur cum debitore principali. Nam tunc si statim quod lis contestatur debitor ipse principalis conuentus non soluit, possit tunc deueneri ad fideiussorem expresse obligatum, si reus non soluerit, quasi tunc purificata sit conditio illa, *prout dict. l. decimosexta disponitur.* Secundum quam procedat dicto modo doctrina illa Ripæ, & limitetur doctrina Antonij Gomez, & dicta auth. *præsente* limiteretur, † vt non procedat in casu, in 7
quo fideiussor obligatur expresse soluere, si reus

ſi reus die præſtituto ſolutioni non ſoluerit. Tunc enim, ſi à principali petatur in iudicio, & noluerit ſoluere, ſed potius noluntate hac durante litem conteſtauerit, ſtatim poſsit peti contra fideiuſſorem nulla in poſterum excuſsione facta, quaſi tunc expreſsio illius conditionis, ſi reus non ſoluerit, hoc amplius operetur, *ſecundum Ripam, vbi ſupra*, quàm ſi tacite ineſſet. Nam ſi tacitè ineſt *ſecundum eundem Ripam, ibi*, tantum includit in ſe caſum impotentiæ: & ſic tunc neceſſaria eſt excuſsio. Sed ſi expreſsè apponantur includat, & caſum noluntatis alternatiuè tamẽ, ita quod ſufficiat impotentia, vel voluntas non ſoluendi manifeſtata per litis conteſtationem, non verò per ſolum diei aduentum, vel interpellationem extraiudicialem *ex dict. l. Partitarum*. Et ſic etiam declaranda venit communis illa Bart. opinio, *in d.num.20. in d.l.ità ſtipulatus, vbi Ripa. & Iaſ.num.18. eum communiter approbant*, & notanda hæc ſunt, quia ſubtilia, noua, vera, ac ſingularia, nec per aliquem dicta, quem viderim. Ad propoſitum igitur, vnde digreſsi ſumus, redeundo, lex illa 3. *tit.18. lib.3. fori*, tunc procedit, cum eius vſus probatus eſt, non verò aliàs: imo & adhuc eius vſu, & conſuetudine probata non procederet in duobus caſibus relatis per Suarez, *in l. de los emplazamientos, §.6. num.7. cum ſequent. maximè nume.12. pagi.397*. Eodem etiam modo intelliges, *l.4 titu.18. lib.3. fori*, quam corrupte allegauit gloſ. *magna. l.8. tit.12. part.5*. Nam procedit in locis, vbi vtitur non in alijs, prout *in ead. l.8*. inquit gloſ. iſta Gregorij Lopez, contra Montaluum *in ea. l. 4. fori*, aliud & malè volentem. In tantumque vſus legum fori probandus eſt, & articulandus, quod quamuis aliàs conſuetudo in ſcriptis iuſſu Principis, aut populi redacta probetur per ſolam libri demonſtrationem, vbi deſcripta eſt, vt in conſuetudinibus feudorum, quæ Imperatoris Frederici iuſſu in
8 ſcriptis redactæ ſunt, tamen leges fori, † & ſtyli (quæ vſum etiam requirunt, *vt infra dicetur*) licet iuſſu Principis in ſcriptis ſint redactæ, leges tamen poteſtatem non habent, niſi & vſus earum probetur, aut per aliquem Doctorem ſcribentem, de vſu eius atteſtetur, *prout optimè inquit Oroſcius, in l. de quibus numer. 96. & 97. colum. 186. ff. de legibus*. Quamuis, *vt ipſe ibidem inquit poſt numerum 99*. an credatur Doctori atteſtanti † de
9 conſuetudine, receptior opinio ſit, quod non quoad plenam probationem, quoad præſumptionem tamen bene credetur. Secundum quod inquit *ibidem* ipſe Oroſcius procedere aliam frequentiorem, etiam opinionem Doctorum contrarium aſſerentium, Doctori teſtanti de conſuetudine credendum vt, ſcilicet, procedat quoad præſumptionem tantum, non verò quoad plenam probationem, prout alia etiam opinio receptior aſſerebat. Et ex hoc infero, quod cum Gregorius Lopez *in ſuis gloſsis legum Partitarum, ipſo teſte in l.42. verbo, treynta, titu.13. part.5*. ſolum alleget leges fori, quæ conſuetudine approbatæ ſunt in hoc Regno, credetur ei ſolum quoad præſumptam probationem, non verò quoad plenam. Et tunc etiam quoad hanc præſumptionem credetur in loco, ſcilicet, in quo talis Doctor, aut gloſſa loquuntur, non verò in alio, quia conſuetudo eſt ſtricti iuris: & vbi ſeruatur, ibi tantum, non verò alio in loco debet ſeruari, ſecundum Suarez *in proœmio legum fori. fol.4. pag.2. verſi. vnum tamen tene menti*: & Palat. Rubios *in repetitione, rubri. §.21. in principi*. vbi inquit quod conſuetudo ſolum prejudicat conſentientibus. Et regulam hanc, & cui incumbat probatio † 10
vſus legum fori, vltra Suarez *ibidem* optimè limitat, & proſequitur, alios allegando *gloſ. in l. 7. verbo, Paladino, titu.2. part.1*. & Didacus Perez *in ſeptima quæſtio. proœmiali ad leges ordinamenti* inſuperque notandum eſt, quod non ſolum legum fori verum, & legum ſtyli † cum legum fori de- 11
claratoriæ ſint, vſus & conſuetudo probari debet, *ſecundum Oroſcium, in dict. l. de quibus, nu. 39. col.178. ff. de legibus*. Nam tanta poteſt eſſe obligatio in termino referente, quanta eſt in eo ad quem fit relatio, *text. l. ſi prior maritus, ff. ſolut. matrimo. quam ad hoc allegat Iaſ. in l. qui ſic ſtipulatur, ff. de verbo. obligat*. Vlterius, & non minus ſingulariter notandum eſt; & aduertendum quod videntur non neceſſaria verba legis noſtræ, *En aquellas coſas en que ſe vſaron*. Nam etiam ſi non inſererentur in contextura noſtri tex. adhuc tamẽ earum vſus eſſet probandus dictarum, ſcilicet, legum fori. Nam licet lex ciuilis, † aut Regia 12
conſuetudinem, vel legẽ aliquam vſum ad eius validitatem requirentem, referat, adhuc tamen debet talis conſuetudo, vel legis vſus probari: ac ſi in lege illa talis conſuetudo, vel non eſſet inſcripta, neque expreſſa, *ſecundum Antonium Gomez, tom.1. vari. c.9. num.21. verſi. neque obſtat in fine, & in verſi. ex quibus infero*, quaſi confirmans nihil de nouo addere videatur. Ex quo videtur inferendum in propoſitum noſtræ Regiæ Recopilationis, quod quamuis per aliquam ex legibus eius lex fori, vel ſtyli referatur, & inſeratur in ea, prout ſunt leges retractus, & aliæ plures, adhuc tamen non cenſentur ita confirmatæ, & approbatæ, quin earum vſus probari non debeat cum caſus talis legis occurrerit in facto, cũ confirmatio nihil de nouo tribuat, *vt per Bart. & Doctores in l. & quia, quam legit ſub l. more. ff. de iuriſ. omnium iudic. Vbi Iaſ. ponit regulam cum limitationibus, & ibi Purpura, optimè declarans à nume. 86. vſque ad 91. & Felinus in cap. inter dilectos, de fide inſtrum. Idque videtur tenere Oroſcius vbi ſupra, in dict. l. de quibus, & Ant. Gomez, vbi ſupra*. Et ſic videntur verba hęc noſtræ legis ſuperflua eſſe, & non neceſſaria. Nihilominus tamen, licet hęc apparentia videantur, contrarium aſſerendum eſt in vtraque doctrina, ſcilicet, quod verba noſtræ legis, *En aquellas coſas en que ſe vſaron*. Neceſſaria ſunt, & fuerunt, & inſuper quod ſi aliqua lex fori in noſtra recopilatione inſerta, & inſcripta reperiatur, ita videatur confirmata & approbata, quod vſum eius cum caſus occurrerit, non ſit neceſſe probare. Eò quod quotieſcumque lex vel Princeps confirmando poteſt dare, & dando confirmare, ſimpliciter prouidendo videtur vtrumque facere, *ſecundum glo. in c.1. & glo. 2. in c. vt circa, de elect. in 6. quas & aliàs allegat in hoc Felin. in d.c. inter dilectos numero 16. lim. 4*. Sed per Principem & conditorem noſtræ legis quis dubitat, quin lex fieri, & condi poſsit, cum Principi legum conditio conueniat, & factam legem approbare, & dare denouo ſi neceſſe fuerit. Si ergo hæc ita ſunt, prout ſunt, dum lex

noſtra

nostra mentionem de legibus fori faceret, nonne videretur eas approbare, ita quod in posterum non esset necessarium earum vsum probare. Et quia hoc non erat intentionis legislatoris, addita sunt verba hæc in lege nostra, *En aquellas cosas en que se vsaron*, Et sic non superflua, sed necessarissima fuerunt. Si tamen aliqua legum fori inserta reperitur in Recopilatione hac, *ex regula dictarum glossarum*, intelligendum est Regem ita velle eam approbare vt vsum eius non sit necessarium iam probare, cum eius casus occurrerit, sed solum eam allegare sufficiat, *prout in terminis contra Ant. Gomez vbi supra. tenet glos. Paladino. in d. l. 7. tit. 2. p. 1. quam post hæc vidi relatam per Burgos de Paz in l. 1. Tauri num. 166. & tenet Didac. Perez. l. 1. tit. 13. lib. 3. ordin. glo. 1. ad finem col. 1221. in medio*, maximè cum Regis expresso iussu Recopilatio facta hæc sit, quo casu leges fori in ea insertæ non iam leges fori, sed Regiæ huius Recopilationis censendæ sunt, sicut & in feudis frequentius recipitur, quod leges Imperiales dicantur. In procemioque huius recopilationis omnes leges in ea insertas seruari expresse iubeatur nulla distinctione adhibita sintne leges fori, ordinamenti, aut pragmaticarum vel curiarum Neque ijs obstabunt alia verba ipsius procemij, leges fori iubentia seruari quatenus vtuntur, nam intelligenda sunt de legibus libri ipsius fori in hac Regia Recopilatione non transcriptis, non vero de specialiter, & expresse in nostra Recopilatione insertis: quod patet ex ipsomet procemio nostræ Recopilationis. Quod quidem procemium nisi sic intellexeris, eius verba in plurimum repugnãtia, & contraria forent sibi ipsis. Et ita tenendum est firmiter, quantumuis Oros. *in l. imo magna. col. 197. cum seq. ff. de legibus*, ita hunc punctum difficilem reddiderit quod duas communes contrarias in eo constituerit, & noua decisione Imperatoris egere asserat. Et tandem secundum nostram opinionem videtur concludere, & sic videmus in practica receptum, quod legum fori in nostra Recopilatione insertarũ nullus vsus probatur, sed sola earum sufficit allegatio.

Por las quales leyes mandomos, que primeramente. Hic considero esse text. singularem, & optimum probantem, quod si per legem nouam Regiam † sit imposita pœna diuersa quàm per legem 13
ciuilem imponebatur, quæ tamen sit condigna delicto, etiamsi non sit dictum quod corrigat alias pœnas, adhuc tunc illa solum pœna iure Regio determinata imponetur, & non alia, cum per talem. l. Regiã, tex. noster asserat, esse prius iudicandum, & sic videatur corrigere aliam legem ciuilem antiquam minorem vel maiorem vel dissimilem pœnam ponentem, nisi in tali lege noua Regia dicatur vltra pœnam aliam, vel alias, vel præter, vel maxime, aut præsertim, aut per aliam dictionem adiectiuam, vel implicatiuam lex Regia loquatur: vel non imponatur per legem talem Regiam pœna condigna delicto. Quia tunc adiectiuè, non vero correctiuè censetur apposita, nisi aliud expresse disponatur: *prout optimè in legis nostræ propositum aduertit. Antonius Gomez tomo. 3. vari. cap. 1. numero 39. in fi. verbis & à numero 28. per conclusiones ibidem pro-*
14 *sequitur*, si delictum puniatur † pluribus pœnis & legibus an debeat reus delinquens ex vna, vel omnibus, De qua etiam quæstione tradit Cataldinus, *in tractat. syndicatus quæst. 184. numero 118. & latè Hippolytus, in practica. §. quæritur, per totum, & Bal. in l. eum qui. C. de furtis.* Et quid si statutum imponat duas pœnas alternatiuè, quis eliget earum vnam, tractat. optime Cœpola. *in l. si fugitiui, numero 22. cum pluribus sequent. C. de seruis fugiti.* & cautelam euadendi maiorem pœnam, vide per Cœpolam, *in cautela 5, numero 2.* vbi & assignat quandam Baldi cautelam crudelem & pro qua, *vt inquit Bald. per eum relatus* laqueo suspendendus esset aduocatus, similem cautelam consulentem. Et ad nostram materiam reuertendo tenendum est pœnam impositam pro delicto per aliquam ex legibus nostris Regiis condignam delicto & absque dictione adiectiua, vel implicatiua esse imponendam, & non illam aliam, quæ per legem ciuilem super eodem delicto esset imposita: nam legibus nostris Regiis iudicandum est, *secundum glo. por las, in l. 6. tit. 4. p. 3.* In casu tamen in quo per duas aut plures leges Regias † super vnomet delicto diuersæ 15
imponerentur pœnę: illa quæ imponitur à Regia nouiori lege seruanda est, & non alia, *prout ex tenore nostri tex. patet, & probatur.* Sed si leges illæ eiusdem temporis sint, illa quæ benignior est imponetur, *prout crebriorem testatur opinionem Oroscius in l. siquis id quod, numero 11. col. 570. ff. de iur. om. iud. & facit tex. in l. 21. tit. 9. p. 7. & l. 8. tit. 31. ea. p. 7.* Quæ ita sunt intelligendæ nè supradictis contrariæ sint: & hoc dum tamen, *vt dictum est supra*, benignior illa pœna sit condigna delicto, vel leges illæ non loquantur adiectiuè. Et quando in terminis iuris ciuilis lex noua ciuilis censeatur corrigere legem ciuilem antiquam, curiosam ponit opinionem Oroscius. *l. omnes populi. numero 123. ff. de iust. & iure, quæ & ad leges nostras Regias seruire potest, & tradit Did. Perez in 5. quæst. procemiali ad leges ordinamenti.*

Porque al Rey pertenece. Verba hæc optimè vltra scribentes hic, declarat Minchaca, *de successio. creat. §. 1. numero 47. versi. vnde infertur.* Eique pertinet leges interpretari † cui & condere, 16
secundum omnes hic, *& probat l. 14. tit. 1. par 1. & ibi glo.* & late Didacus Perez *in 2. q. procemiali ad II ordi.* vbi & *in 9. q.* tradit an Doctoribus liceat eas interpretari, quæ quia non sunt magni momẽti, per ipsos videbũtur. Et pro exornatione horum verborum & sequentium *De las interpretar è declarar.* Videndus est latè tractans Burgos Pacensis, *in procemio legum Tauri. numero 307. & sequent.*

Aunque se diga y alegue, que no son vsadas. Hic est tex. probans, consuetudinem † contra leges 17
nostras Regias allegari non posse præteritam cõsuetudinem, non quia nunquam præcedens consuetudo tollit legem subsequentem, *secundum Bart. communiter approbatum. in l. de quibus, in lectura. numero 5. in fin. ff. de legibus, teste Orosc. ibi numero 8. & 9.* Futuram quidem itidem & minus, quia per legem consuetudinem damnantem etiã futura consuetudo censetur sublata, prout in quæstione patebit. Quæ talis est, Num consuetudo futura legitimè præscripta † ijsce legibus 18
Regiis derogauit? Et videbatur dicendum quod sic, *iuxta tex. in c. fi de consuet. & iuxta insigniter*

 adducta

adducta per Ioann. And. in reg. nemo potest, numero 3. de reg. iur. in 6. & per Rauenam, in tract. de consuetud. sect. 3. numero 11. & Rochum de Curte, in c. fi. de consuet. & per Lucam de Penna optime distinguentem in l. vnica, col. 2. C. de collat. dona. lib. 10. & per Castillo, in l. 3. Tauri, verbo, siete testigos, versi. sed quæro an consuetudo. Quibus tamen non obstantibus contrarium in hac quæstione tenendum credo, scilicet quod neque etiam futura consuetudo contra leges nostras Regias valebit, neque eis, vel alicui earum per contrarium consuetudinem poterit derogari, nisi de Regis consensu. Eò quod consuetudo, quæ per legem derogata est, nunquam operatur, contra legem illam, *secundum Bar. in d. l. de quibus. numero 5. ff. de legibus, quam omnes alij ibidem sequuntur, teste Oros. ibi col. 174. vers. 20.* Item & quia per simplicem derogationem expressam tamen alicuius consuetudinis, *prout hic*, non solum præterita consuetudo reprobata censetur, verum & futura, † *secundum gl. notabilem in clem.* 19
statutum de elect. verbo, consuetudine, attenta litera affirmatiua, quæ in aliquibus codicibus habetur, scilicet, tollere valuit. Nam litera negatiua attenta quæ in aliis habetur, scilicet, tollere noluit, contraria opinio probatur. Et secundum primam literam affirmatiuam communiter approbatur gl. illa: sed secundum literam negatiuam communiter reprobatur: Ideò Doctores dicentes gl. illam communiter approbari non sunt contrarij Doctoribus dicentibus communiter reprobari. Nam dicentes eam communiter approbatam habuerunt literam affirmatiuam, dicentes vero communiter reprobatam negatiuam & sic vtroque modo nostra opinio approbatur. Et ita reperies, quod gl. illam litera affirmatiua attenta contra secũdam literam negatiuam communiter approbatam testatur Deci. *in c. 2. num. 11. extra, de probatio. & ibi Areti. & Ias. in l. cunctos populos col. 16. numero 73. C. de sacr. eccl. & Imol. in c. cum ab homini numero 3. extra de vita & ho. cler. idem Ias. in l. si mihi & tibi. §. in legatis, col. fi. de leg. 1. & ibi Alex. col. pen.* Et crebriori calculo attenta litera negatiua illam gl. damnatam esse testatur Oros. *in d. l. de quibus. numero 156. ff. de legi.* reiecta distinctione Pauli de Cas. *ibidem. n. 18.* distinguentis sit ne rationabilis consuetudo, vel non: quia etiamsi rationabilis esset sublata censetur. Et enim si irrationabilis esset, non esse quod expresse tolleretur, cum ex se ipsa sublata sit, nam lex & consuetudo irrationabiles neque est lex neque consuetudo, nec seruandæ sunt. Et què consuetudo rationabilis contra legem aliquam, quæ in ratione & vtilitate publica fundatur dari potest? certe nulla. illa, est enim irrationabilis consuetudo, quæ à lege reprobata reperitur, *secundum Matthæ. de Affli. in proœmio const. Siciliæ. §. præsentes igitur. numero 11. fol. 30. Vbi à numero 2. quæstionem nostram examinat, & ibi eius additionator plura ex hoc infert.* Omnisque consuetudo contra
20 ius irrationabilis est † & præsumitur, *secundum Aymon, & Rebuf. relatos per Auendaño, in dictionario, verbo, costumbre, in fine.* Et sic dicta communis, quod reprobata expresse per legem consuetudine, non solum præterita, sed & futura reprobata censeatur indistincte tenenda est, & *hanc probat gl. in d. Clem. litera affirmatiua attenta, quam & sequitur, vltra dictos Rebuf. in 1. tomo. const. Franciæ, tit. de const. in proœmio glo. 5. numero 144. cum 3. seq. & Tiraq. de retractu, in præfatione. numero 18. & 19 & Maranta, in disputatione. 2. numero 12. & Villalobos, in sua Antinomia iuris ciuilis, & Regij. c. 1. numero 8.* & communem testatur vltra dictos Auendaño. *c. 2. Prætorum. numero 14. lib. 1.* & Cifuent. *in præsenti*, & Couar. *in lib. 3. c. 13. numero 4. vers. secunda conclusio*, qui per conclusiones hoc examinat. Et miror de ipso, qui cum doctissimus & curiosissimus esset, ad dictas literas affirmatiuam & negatiuam *dictæ glos. dictæ Clemen. statutum*, non aduerterit: quibus quidem non obstat vltima constitutio c. de testamentis, vbi videtur probari, quod per legem consuetudinem reprobantem præterita, non verò futura consuetudo censetur reprobata, quia *ibidem* non expresse, sed tacite reprobatur consuetudo præterita. Quo casu nimirum si futura non censeatur reprobata, *prout optime inquit Bart. in l. fin. in prin. de lega. 2. & Ias. in d. l. cunctos populos. numero 35. & Oroscius in dicta. l. de quibus numero 130.* quasi expressa reprobatio consuetudinis plus quam tacita operetur, in hoc casu, prout in expressa loquitur dicta communis. Quæ quidem in tantum est vera quod etiamsi talis futura consuetudo sit immemorialis † adhuc nihil operabitur contra legem 21
consuetudinem reprobantem expresse, secundum Felin. *in c. 14. cum causam numero 12. de reiudi.* & Auendaño. *c. 6. Prætorum numero 7. in fi. lib. 1. & glo. tributos l. 6. tit. 29. p. 3.* & Dueñas *in regu. 44.* & eundem Auendaño. *cap. 14. Prætorum. num. 5. in prin. lib. 2.* ex glos. in Clement. *fin. verbo, quamuis, de rebus Eccles.* & in Clem. 1. *verbo, quanticumque, de foro compe.* quas & eas sequentes allegat Couar. *in dict. cap. 13. num. 5.* intelligens eas, quoties consuetudo talis, vt irrationabilis damnatur à lege, vel quando perpensa mente legis derogantis consuetudini, eadem ratio vere obtinet etiam in ea, quæ processit à tempore immemoriali. Et prima declaratio est sublimitanda, quod in dubio quælibet contra legem consuetudo censetur irrationabilis, *vt diximus*, & sic nisi aliud ex legis dispositione, & ex verbis eius appareat semper est censendum legẽ reprobare contrariam consuetudinem tanquam irrationabilem. Nam simpliciter reprobando cẽsetur sensim iudicare iniquam esse, *vt & ipsemet Couar. dixit in eo. c. 13. numero 4. concl. 2.* & neque immemorialis valebit. Et sic consuetudo † 22
exigendi maiores sportulas, quam per tassam Regiam tassatæ sunt non excusat ipsos tabelliones, cum per ipsammet tassam sit reprobata, quelibet consuetudo contraria, *vt infra tit. 27. cap. 1. lib. 4. patet, & in titul. 10. lib. 3. infra. Et expresse ita testatur Auendaño. d. c. 2. Prætorum. nu. 14. vers. & licet consuetudo, lib. 1.* Quotiescumque enim consuetudini lex resistit, consuetudo in contrarium nihil operatur, *tex. in l. eos. 5. fi. C. de vsur. tex. in aut. cassa. C. de sacrosan. eccles.* sicut & neque statutum, cui lex resistit aduersus ipsam legem valebit, *iuxta dicta iura, & iuxta text. in authen. nauigia. C. de furt. & in authen. omnes peregrini. C. communia, de successio. Bart. & omnes in l. populi. num. 26. ff. de Iusti. & iure.* Cum ergo *per tex. nostrum*

strum reprobata sit consuetudo, si quæ vigebat in contrarium ibi, *No embargante que contra las dichas leyes de ordenamientos, y prematicas, se diga y alegue que no son vsadas ni guardadas.* Merito si futura consuetudo, etiam reprobetur, & induci non possit contra leges nostras, & hoc ad oculum quotidie videmus. Sed an contra alias leges Regias, quam contra eas, quæ similem clausulam consuetudinis derogatoriam haberent, posset iudici consuetudo contraria, vltra Couar. *in d. lib. 3. Var. cap. 13. num. 4.* vide Oroscium, *in d.l. de quibus numero 157. ff. de legibus.* Et an inferior à Principe possit facere statutum, vel introducere consuetudinem ad litem decidendã contra ius canonicum Regium, vel ciuile, vide Matth. Afflict. *in præludiis ad constitutionem Siciliæ. q. 12.* Est tamen aduertendum quod si lex Regia, vel alia quæ similem clausulam consuetudinis derogatoriam haberet, nunquam fuit recepta
23 per populum † contra eam ante, & à principio, & post facientem sciente eius conditore, & non contradicente, non ligabit talis, quasi tunc ipsius conditoris consensus, & scientia & patientia, consuetudinem illi legi contrariam approbet, & confirmet. Ante enim repelli expresse, neque tacite lex potest, *ex tex. in c. fi. de consuet.* post vero sic, *prout expresse tenet glo. el. in l. 16. tit. 1. p. 1. & Villalobos in dicta Antinomia iuris ciuilis, & Regij. c. 1. num. 8.* Et quando dicetur legem non esse receptam, vltra glo. *in d. l. 16.* vide per D. Couar. *lib. 2. Var. c. 16. num. 6.* & Cæpolam *criminali cons. 13.* & Didacum Perez, *in 12. q. proœmi ad ll. ordina.* Et sic consuetudo contra legem Regiam non excusabit à pœna in totum, nisi probetur legem illam nunquam fuisse receptam, sed explosam potius, & non admissam: publice sciente, & non contradicente conditore eius. Imo & tunc satis est si vel magistratuum, ac prætorum eius loci scientia, & patientia adsit, *vt per D. Menesium, in l. si quas actiones. num. 56. C. de seruit. & aqua.* Possent tamen compelli à principio legem recipere rationabilem: primique contrauenientes peccant contra legem talem faciendo, successores eorum non, si legitime est abrogata, *vt per Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri numero 299.* Et an in inducenda consuetudine scientia Principis requiratur, videbis *in l. 14. gl. 2. tit. 1. lib. 4. infra.* Et plures de consuetudine conclusiones ponit Auendaño, *in dictionario verbo, costumbre.*

Reuocamos la dicha ley de Madrid. Quæ posita erat in pragmatica *de los abogados y procuradores. cap. 37. in ordine*, quod caput iam hodie in hac Regia recopilatione non inseritur, tanquam reuocatum, & derogatum. De quo quidem capite pro honoranda authoritate Bart. mentionem faciebat Ias. *in l. quidam cum filium. num 38. fol. 184. ff. de verbo. oblig.* Bart. *ibidem* contra quorundam opinionem multum honorans & glorificans, quem etiam commendauit Marcus Mantuanus, *in suis obseruationibus legalibus, lib. 8. cap. 2. obseruatione. 72.* Sed quia neque ipsæ leges ciuiles à Iustiniano copilatæ, apud nos iura iam dici possunt, neque seruantur, nisi quatenus ratione fundantur, *vt in rub. huius tituli diximus:* ideò & merito quod neque ipsius Bar. opiniones, qui errare potuit in multis, sequendæ sunt intrepide, nisi quatenus ratione, & iure fundantur, *prout sequendas disponebat dictum c. 37.* Qua de causa lex nostra iuste caput illud abrogauit, neque sequendas Bartoli opiniones indistinctè iussit nisi ratione & iure fundentur. *Et de dicto cap. 37. faciebat etiam mentionem Thomas Grammaticus, decisio. Neapoli. 65. num. 15. & de nostra lege abrogante caput illud 37. meminit aditionator Iaso. vbi supra.*

IN LEGEM quartam.

1 *Officium iustitiæ nemo, etiamsi locum tenens correctoris sit, potest exercere, nisi prius perlegerit ius nostrum Regium.*

2 *Qualitas admittens aliquem, vel excludens ad aliquod officium debet adesse tempore prouisionis.*

3 *Eligendus in Prælatum debet esse 25. annorum, neque sufficit si facta collatione impleat hos annos.*

4 *Episcopatui an sint aptiores Iuristæ quam Theologi, remissiue.*

SVMMARIVM.

Officium iudicandi prætendentes habere, prius debent perlegisse ius nostrum Regium.

OTRO QVALQVIERO OFFICIO. Et sic neque locum tenens correctoris † po- 1
terit esse qui prius non perlegisset ius Regium, prout tenet Auendaño. *c. 3. Præio, num. 5. versic. item corrector, cum sequent. lib. 1.* Vbi hunc & alios casus refert, vbi quis esse non potest locum tenens iustitiæ. Et probatur hoc assumptum clarius *in l. 2. titul. 9. lib. 3. infra* in quantum *ibi* iudicibus ordinariis & correctoribus populorum iniungitur quod nullum in iudicem habeant, qui prius per decennium in omni iure non studuerit.

Sin que primeramente. Hoc est decimũ de principalioribus requisitis in iudice necessariis, cum officium & onus iudicandi assumitur, cumque hæc sit qualitas à lege requisita, vt quis officium iudicandi exercere possit, debet hãc qualitatem obtinere tempore, quo officium tale ei confertur, & illud acceptat: quia qualitas admittens † 2
aliquem, vel excludens ad aliquod officium obtinendum, debet adesse tempore electionis, & acceptationis officium illius, *secundum Bar. in l. impuberem ff. de falsis quem ad hoc refert Auendoño cap. 12. Prætorum. numero 13. in medio libro 2. & cap. 23. numero 7. eod. libro & Suarez, allegationes 12. fol. 147. pag. 2. in medio*, adeo vt non sufficeret, quod adesse posset talis qualitas post acceptum officij. Nam cum acceptatione officij facta statim officium illud sit exercendum, non sufficit si durante tempore ipsius officij possit adesse, & superuenire qualitas illa, *secundum Fel. in cap. eam te numero 18. de rescriptis*, prout sufficeret si in futurum, & non statim esset officium illud exercendum. Si postquam enim qualitatem

litatem illius officij obtentam habet, est exercendum, posset ante officium illud adipiscere, *secundum glos. constitutus. in cap. 2. de ætate & qualita. q. 1. & 2. & tenet Abb. in cap. cum in cunctis. §. inferiora. numero 10. & 11. de electio. & in simili videndus est Roma. cons. 508. col. 4.* & tenet Bar. in fortioribus terminis *in l. 2. in prin. incip. excusantur. numero 10. ff. de excus. tuto.* in Prælato, qui debet eligi in vigesimoquinto suæ ætatis anno, quod non sufficit, vt valeat electio † de
3 eo ad Prælaturam facta, si pendente lite super electione impleat vigesimunquintum annum, sed tempore electionis debet impletos habere. Cui quidem doctrinæ non obstat tex. *in l milites ibidem* per Bar. pro contrario allegatus, & non responsus, nam ego illi tex. satisfacio, & respondeo, quod ideo *ibi* non confiscatur prædium à milite emptum, quoniam antequam militia impleta esset, quo mediante implemento confiscatio cessabat miles ille non fuit accusatus: & sic nimirum si iam non potuit accusari cum deuentum esset ad casum à quo non potest iam accusatio reintegra proponi, & inchoari Secus vero si militia durante accusarentur: nam tunc quamuis accusatione durante militiam impleret, non sufficeret, vt pœnam euitaret. Et sic tex. ille non obstat illi doctrinę Bartoli. Ergo ad nostrum propositum, licet qui accepit officium iudicandi ante impletum huius legis requisitum perficeret illud acceptatione iā officij facta nihilosecius excusatur si de hoc ante perfectionem requisiti accusetur, quia legi contrauenit. Iudexque peritus esse debet iuris ciuilis & Regij, vt sciat iudicare, secundum Minchacam, *de successio. creati §. 30. numero 3. 7.* Vbi *cum numeris præcedentibus & seq.* ex hoc late prosequitur Episcopatui aptiores esse Iuristas quam Theologos, cum episcopatui onus iudicandi sit iniunctum, & ideò Iuristas Theologis in episcopatibus præferēdos defēdit: quod & diligentissime prosequitur Simancas, *de instit. cathol. cap. 25 de Episcopis. numero 23. cum seq.* Imo non est immunis à peccato iudex acceptando officium antequam qualitates à lege requisitas habeat, *secundum Burgos d. Paz in l. 2. Tauri. numero 91 & 92. & fauente Deo dicemus latius, in l. 2. tit. 9. libro 3 infra.* Hæc tamen si obseruarentur, maximi christianæ reipub. essent momenti. Sed dolendum est, quod videmus iuris ignaros officio iudicandi præfectos à communiter accidentibus, idque correctores ciuitatum in causa maxime sunt qui cum vice correctorem, & sic locum tenentem habere debeant, & ei præbere salarium, vt expensam salarij excusent, ignaros vice tenentes eligunt, & qui nondum labiis iura ciuilia nec minus Regia tetigerunt. Et sic prout dictat voluntas iudicant auaritiæ & ambitioni inhærentes: & ipsi & eligentes eos, *vt inquit Burgos, vbi sup n. 86.* non sunt in conscientia tuti neq; securi. Et ad horum remedium, vtile esset, vt vel saltim cum omnibus populis seruaretur dispositio *l 1. tit. 9 libro 3. infra*, quod sicut Rex prouidet officia correctorum, sic & ipsorum locum tenentium prouideret cum competente salario: essentque ij locum tenentes ex aduocatis populorum diuitibus & non pauperibus, & in literis versati: & tales qui inuiti ad officia cogerentur, non vero petentibus prouideretur, ipsis (vt ita dicam) officiis inuitis & reluctantibus. Vel seruaretur dispositio. *l. 11. tit. 5. libro 3. infra* indistincte in omnibus populis & itidem seuere iustitia in residentia, & durante officio cum eis exequeretur, si perperam, & male in officio deliquissent. Et in qualibet ciuitate vnus ad minus scrutator secreto esset habendus per consilium Regium, qui inquireret vitas iudicum & informaret de iniustitiis ab eis factis Nulla est enim pestis pestilentior & nociuior, quam capita populorum corrupta esse, & qui alijs debent esse in exemplum, ipsi perniciosiores, & indoctiores sint. Et an valeat sententiare qui studio ordinario Regias non viderit leges, vide per Burgos de Paz *in d. l. 2. Tauri. numero 95.* vbi *cum pluribus sequentibus* materiam nostræ legis declarat.

IN LEGEM quintam.

1 *Leges Regiæ ab omnibus in nostro regno sine distinctione sunt obseruandæ.*

2 *Extranei à Regno si in eo delinquerint, vel contraxerint secundum leges Regias debent iudicari.*

3 *Leges Regni in Indiarum etiam regno obseruandæ sunt.*

4 *Domini tēporales aduersus nostras leges Regias nihil statuere possunt.*

5 *Domini non possunt in commissionibus vti clausula simpliciter & de plano.*

6 *Leges Regiæ etiam in terris Ecclesiæ, vbi temporalis iurisdictio exercetur sunt seruandæ.*

7 *Clericus pro debito incarcerari non potest.*

8 *Casus vbi domini temporales non capiunt cōdemnationes factas in suo territorio.*

SVMMARIVM.

Indistinctè etiam in terris Ecclesiarum, vbi temporalis exercetur iurisdictio, & in terris dominorum temporalium leges nostræ Regiæ seruandæ sunt: & domini iura homicidij, & columniæ in terris suis percipere ex legis nostræ dispositione possunt.

EN NVESTROS REYNOS Y SEÑORIOS. Ab omnibus † enim sine distinctione obseruandæ sunt leges nostræ, *prout & probat optime l. 15. & 16. titulo. 1. p. 1.* Imo & plus probat. l. illa *15.* quod etiam ij, qui extranei sunt † ab hoc regno debent has obseruare leges, si in Regno isto deliquerint, vel contraxerint: prout in propositum ordinationum Regni Franciæ inquit Rebuf. *in primo tomo constitutio. Franciæ, titulo de constitutio. in proœmio, glo. 1. nu. 49.* 1 2

cum

cum aliquibus seq. & late Mexia, *in pragmatica tassæ panis, conclusione. 5. numero 78. cum pluribus seq.* Vbi. *numero 85. & seq.* inquit quod ex capite ignorantiæ potest talis forensis restitui aduersus statuti muncipalis pœnam. Imo & in Indiarum Regno † debent obseruari leges nostræ, & secundum eas iudicari, etiam in Indiis auctis, & expugnatis nostris temporibus per Cortes, vel alios expugnatores Indiarum, *secundum Auiles in proœmio, capitulo Prætorum verbo, Islas, per totum. folio. 9. & tradit etiam Oroscius, super ff. veteri. col. 138. numero 7.* Dominique temporales aduersus leges nostras Regias nihil statuere † possunt, *vt est tex. in cap. cum inferior, de maior. & obed. allegatus ad hoc per Auendaño. cap. 5. Prætorum numero 6. in prin. libro 1. vbi & legem nostram ad hoc allegat, & iam diximus in hoc titulo.* Et ideo domini † temporales non possunt in terris suis causas committere, vt procedatur in eis simpliciter, & de plano, quia hoc esset in effectu concedere, vt nostras leges ponentes formam, & modum procedendi in litibus, & iudiciis non tenerentur seruare, neque seruarent. Item quia hoc soli Principi competit concedere, *secundum Bald. in l. rescripta, numero 11. C. de preci. Imp. offer. & tetigit Auendaño, vbi supra numero 7.* quicquid ipse Auendaño, *ibidem* tenere voluerit. *l. 10. titulo 17. libro 4. infra allegata.* Nam illa lex nihil pro sua facit opinione, eò quod non permittit lex illa. 10. quod simpliciter, & de plano in causis procedatur, sed potius ordine iuris seruato procedendum est, & proceditur. Sed tantum disponit, quod licet libellus, & petitio actoris in aliqua iuris solennitate deficiat, vel deficiant substãtialia iudicij auditis partibus, iudex causam determinet ex veritate probata, & partibus petentibus omnia substantialia seruanda iubet lex illa. Ergo nihil pro Auendaño facit, neque per illam est corrigenda communior opinio quę habet dominos temporales similes commissiones cum dicta clausula simpliciter, & de plano concedere non posse, *prout tenet glo. figuram. in fine, in cap. fin. de hære. in 6.* Quam veriorem & receptiorem testatur opinionem Oroscius, *in l. nequicquam § de plano col. 433. ff. de offi. pro cens. & est tex. expressus, pro hac opinione in l. 2. tit. 14. infra libro 4. vbi in gl. no libren, latius dicemus Deo volente.*

Las tierras de la Iglesia. Intelliges illas terras † in quibus Ecclesia habet temporalem iurisdictionem. In iis enim iura nostra Regia seruanda sunt. cum in similibus populis, & locis à Prælatis ipsis ad Regem, & curiam eius appellandum sit: tenenturque ipsi Prælati illi annuere appellationi *secundum textum in l. 8. titulo 3. libro 1 supra, vbi Didacus Perez col. 185. in fine, & Auendaño, cap. 5. Prætorum numero 2. libro 1. qui in cap. 4. numero 33. in fine, eod. libro 1. nostram legem allegat.* Vel intelligi possunt hæc verba etiam in terris Ecclesiæ, & vbi Ecclesiastica exercetur iurisdictio deficiente iure canonico, nam tunc ad Regium recurrendum est, *vt diximus in rubrica istius tituli, & tenet in iis terminis Gometius Leon in sua Centuria informationum iuris cap. 14. in fine.* Et sic lex Toleti, *de las execuciones*, etiam in foro Ecclesiastico seruanda est, *secundum Couar. & alios relatos per Villalobos, in sua Antinomia iuris ciuilis, & Regij. cap. 1. numero 14. & late Rebuf. in 1. tomo. const. Fran. in proœmio tituli, de constitutio. glo. 1. numero 55. cum seq.* In casu tamen in quo clericus in iudicio Ecclesiastico executatur non incarceratur, † cum non teneatur, nisi in quantum facere potest. Omnisquè ille qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, incarcerandus non est pro debito ciuili, secundum Suarez *in titulo de los gouiernos, pag. 417. numero 6. vers. quinto quærit*, & Rebuf. *in d. 1. tomo. const. Fran. titulo de literis obligator. art. 2. gl. 1. numero 10.* & modernus ille Gometius Leon *in dicta centuria in formatione iuris. cap. 14.* Vbi & plus inquit, quod neque tunc excommunicari possunt personæ tales, quæ vltra quam possunt non sunt conueniendi. Et esset bonum, si in practica reciperetur, vereor tamen ne recipiatur. Ex decreto tamen concilij Tridentini. *Sessio. 25. de reformatione. cap. 3* capiuntur clerici pro debitis ciuilibus, imo & etiam excommunicantur quotidie, cum deberent supra modum & pro posse excommunicationes euitare. Et ob id conceditur *ibidem* captura clericorum per decretum illud, sed cum ibidem iudicum arbitrio relinquatur, hæc ipsi dilatantes habenas omnia simul iniungunt contra intentionem decreti illius, & iurium aliorum canonicorum.

Ayan para si. Eam in hoc allegat Auendaño *cap. 7. Prætorum numero 1. lib. 1. & in eod. libro cap. 18. numero 1. in fine*, vbi *numero 2* ponit casus in quibus † Domini temporales non percipiunt condemnationes in territorio suo factas.

IN LEGEM sextam.

1 *Lex nunquam præterita, sed futura respicit negotia.*

2 *Statuta municipalia semper præterita tantum respiciunt, etiamsi aliud disponant.*

3 *Dispositio loquens per verba præsentis temporis non extenditur ad futura.*

4 *Procurator promittens de domino defendendo intelligitur in præsenti non in futuro.*

SVMMARIVM.

Leges Tauri locum habent in omnibus negotijs post earum promulgationem inceptis etiamsi negotia illa ante talem promulgationem successerint.

AYAN ACAESCIDO, Y PASSADO ANTEQVE LAS DICHAS LEYES SE HIZIESSEN Y ORDENASSEN. Notanda est specialitas hæc legum Tauri: regulariter enim lex nunquam censetur præterita, † sed futura tantum negotia prospicere, *prout est text. & materia, in cap. cognoscentes. de constit. vbi Abb. & Docto. & melius Felin. in cap. fin. de constitutio. &*

Oroſcius in l. omnes populi. numero 134. cum ſequentibus pluribus. ff. de Iuſti. & iure. & Matth. Afflict. in proœmio conſtitutionum Siciliæ. §. præſentes igitur. numero 16. fol. 31. vbi ponit optimam quæſtionem in propoſito noſtro. Et ſic ſtatuta facta per hos derobatores, & canes curiarum à Doctoribus vocatos, qui Rectores regulariter
2 nuncupantur, nunquam præterita † reſpiciunt, neque lites pendentes, etiamſi in eis aliud exprimatur, *ſecundum Iaſ. in l. non dubium. numero 15. C. de legibus, & optime Oroſcius tractat, in d. l. omnes populi. numero 131. cum pluribus ſequent.*
3 ſicut ſi diſpoſitio † loqueretur per verbum præſentis temporis ad futura non extenditur, *ſecundum Iaſ. plura bona dicentem. l. cum ſtipulamur. ff. de verbo. oblig. & Oroſcium, vbi ſupra, numero 187. & regulam, & fallentias, vide per Dueñas in regula. 205.* Ex quo ſi procurator promiſit de
4 domino † defendendo intelligitur in lite præſente non vero in futura, *ſecundum Suarez l. poſtrem. 6. q. incip. quia ſupra viſum eſt. numero 9. in fine pagina 341. & Hippolytum late, in practica criminali in §. aggredior. numero 43. cum pluribus ſeqq.* Et ideo propter lites, & negotia finienda per noſtram legem ſtatutum eſt, vt leges Tauri, quæ caſus dubios determinauerunt, in negotiis ante earum promulgationem acciſis, vel tunc pendentibus, vel poſt promulgationem illarum inceptis, locum habeant. De quo circa has leges Tauri dubitauit Minchaca *de ſucceſ. creatione. §. 18. numero 281. & 282. & à numero 272. incepit*, quod intellige, niſi per aliquam ex ipſis legibus Tauri aliud diſponatur, *prout diſponitur per l. 9. titulo 1. libro 5. infra, quæ Tauri lex eſt*, quia tunc illud ſeruandum eſt, & tenet Quemada *in quæſtionibus ſuis fiſcalibus. q. 6.*

IN LEGEM ſeptimam.

SVMMARIVM.

Regij auditores de remedijs certiorentur quibuſcum lites abbreuientur.

PARA ACERTAR LOS PLEYTOS. Expedit enim toti Reip. lites abbreuiari, & ne immortales fiant, *text. in l. properandum. C. de iudi. cap. vt finem litibus, de dolo & contum.* Si-
1 cut & alia † plura interſunt, quæ videre licebit, per Rebuf. *in repet. l. vnicæ. C. de ſent. quæ pro quod int. prof. in præfatione. numero 72. cum 4. ſequentibus pagina. 352.* Vltra quem & intereſt pacem inter coniunctas perſonas conſeruari, *ſecundum Cæpolam, conſilio criminal. 33. numero 1.* Intereſt etiam Reip. ne executio pœnarum differatur, *text. in l. ſiquis forte. ff. de pœnis, notab. ſecundum Iaſ. l. ſeruus, in principi. numero 2. de legat. 1. Didac. Perez, libro 5. ordin. pagina 47. col. 1.* Item publicam concernit vtilitatem Eccleſiam ob enormem læſionem reſtitui, *ſecundum Berotium quæſt. 40. familiari. numero 3.* Et ſic vbi de diuinis agitur vertitur publica vtilitas, & impartitur iudex officium ſuum non petitum, *ſecundum eund. Rebuf. in præfatione, titulo de ſent. prouiſio. numero 24. tomi. 1. conſt. Franc. & in nume. 39.* inquit *ibi* ipſe Rebuf. non minus intereſſe Reip. mortuos humari, quam viuos conſeruari. Cumque in abbreuiatione litium publica vertatur vtilitas, cuius fauore quam plura ſtatuta ſunt in iure ſpecialia, *vt licet videre per Hippolyt. in pract. §. aggredior. numero 58. cum pluribus ſequentibus* tenentur domini ij curiæ Regiæ maximam curam adhibere, & ſolicitè perquirere modos, & media, quibuſcum lites abbreuientur. Et inter alia vnum medium excogitabam, ſi licet meum proferre iudiciũ, videlicet quod in pũctis de iure dubiis noua deciſione determinatio adhiberetur, maximè in illis, in quibus communes opiniones ſunt ad inuicem contrariæ, vel nouam Imperatoris requiri deciſionem Docto. affirmant. Prout eſt in caſu relato per Ioan. Dilect. † *de arte teſtandi, titulo 3. cautela. 17.* & in 2
alio relato per Oroſcium, *in l. imo magnæ, col. 198. verſ. 20. ff. de legibus*, & in relato per eundem Oroſc. *in l. emancipatum. ff. de ſenator. col. 347. in princ. & in l. ſi. col. 598. fol. 30. ff. de iure omni. iud.* alium caſum refert, alium etiam Ant. Gomez *tomo. 1. Var. cap. 5. numero 36.* & Auiles *cap. 17. Prætorum. fol. 159. pag. 2. in princip.* alium retulit. Et Clarus, *libro 3. ſen. verbo, teſtamentum. quæſtione 56 numero octauo* alium: & *in lege tertio titulo tertio infra libro quarto* referemus fauente diuina gratia alium. Et in ijs, & ſimilibus ſi qui ſunt & in contrarietate & varietate opinionum verſantur, ſi deciſio interueniret Regia, plures lites euitarentur. Et principalius remedium eſſet, quod in omnibus cauſis in gradu ſaltim appellationis deciſis pars victa condemnaretur in expenſis, prout fit in Romana curia, ſiue cauſam apparentem habuiſſet litigandi, ſiue non. Ob hunc enim timorem plures à litibus abſtraherentur, & cum videant ratò in expenſis victos condemnari, nullus eſt qui timeat litigare iuſte, vel iniuſte, & quamuis hæc ex toto non ſufficerent, ſaltim maximam litium partem crederem excuſari, quæ tamen omnia ipſorum dominorum iudicio ſaniori remittuntur, quos in ijs clariori, & meliori modo procedere credo, & quæ vniuerſæ Reip. conueniunt inquirere & excogitare.

IN LEGEM finalem.

SVMMARIVM.

In condenda lege aliqua, vel derogandа, quæ vota debent concurrere, declarat lex noſtra.

IN Cuius legis propoſitum ſolum notandum eſt eius diſpoſitionem procedere de voluntate Regis, & de conſilio, non vero ex neceſſitate. Nam Rex ipſe ſolus, & legem condere & reuocare poteſt abſque procerum, & doctorum conſilio. Ex humanitate tamẽ ſolus non reuocat neq;

legem

legem condit, *prout loquitur, & procedit tex. in l. humanum. C. de legibus, secundum Bart. in l. omnes populi. num. 13 & 15. ff. de legibus, & in d. l. humanum. & Burgos de Paz. in proœmio legum Tauri. num. 297. cum seq. & melius & latius in eo. proœ numer. 432. vsque ad finem proœmij, & communem testatur Barbati. cons. 1. col. 2. lib. 1. & Decius in prima lectura, rubri. de const. numer. 9. Et sic est intelligenda etiam. l. 9 tit. 1. p. 1.* Tuncque Senatus & Magistri Parlamentorũ possunt condere leges, quoties adest consensus, & mandatum Regis, *secundum Boerium relatum & secutum per Carolum à Grassalis, lib. 1. Regalium Fran. iure. 12. vers. & quia hic ad finem,* & cum hæc (ex Regis humanitate) habenda sint consilia in condenda, vel deroganda lege, forma nostri tex. est obseruanda.

En vn voto. Sed nonne id quod maior pars facit est attendendum, *vt per totum tit. extra de ijs, quæ fiunt à maio. parte capi. & in l. quod maior. ff. ad munic. & in pluribus aliis locis,* in tantum, quod non valet consuetudo, vt in actibus gerendis stetur minori parti, *secundum Imol. in c. 1. de ij quæ fi. à maio. parte cap. & facit tex in c. si transitus. 79. dist.* & quod facit maior pars canonicum reputatur, *secundum glos. in cap. cum olim, de re iudic.* & sic semper in consilio sententiæ feruntur cum consensu maioris partis, *secundum tex. in l. 7. tit. 4. in eo. lib. 2. Afflictis, decisi. Neapo. 1. num. 4.* Quomodo ergo lex nostra nõ cõtentatur maiori parte & dicendum est quod cum condere, vel derogare legem res sit maximi ponderis, & momẽti multorum vota requiruntur in concordia prolatorum. Et sic *in hoc titulo* diximus quod in condenda lege, vel abroganda omnia parlamenta, essent consulenda, vel quia sic legislator voluit hic prouidere, cum à sua mera voluntate dependeat doctorum consilium perquirere in iisce rebus. Sed quis primo votabit, declarat. *l. 6. tit. 4. infra isto lib. & Afflict. d. decis. 1.* & hęc pro hoc titulo.

TITVLVS SECVNDVS,

De como deuen los Reyes oyr y libra los pleytos.

SVperiore titulo de legibus dictũ est, quarum ordinatio & promulgatio Regi pertinet, *vt in l. tituli. præcedentis,* & cũ leges litibus diffiniendis sint ordinatæ, & institutæ quas caput omnium, vt in exemplum alijs decet obseruare. Ideo & merito subsequitur titulus noster disponens qualiter se in litibus disponendis, & exercendis legibus à se statutis ipse Rex se debeat habere.

IN LEGEM Primam.

1 *Regis diffinitio describitur.*
2 *Reges etiam infideles, ab ipso Deo habent principatus, & Regna.*
3 *Boni Principis qualitates.*
4 *Regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse debere.*
5 *Regem acceptiorem nulla res, sicut liberalitas in audiendo, facit.*
6 *Reges in Regno & maiorem potestatem habent, quam Imperator in Imperio.*
7 *Donatione alicuius loci à Rege facta, in ea venient etiam res propriæ Regis.*

SVMMARIVM.

Quibus & quot diebus Rex in septimana debet litibus audiendis, & expediendis adesse in præsenti declaratur.

IN cuius quidem legis declarationem glossator Salmantinus, hic Regia diffinitionem exorditur, quam equidem diffinitionem text. noster declarat, inquiens, quod Rex dicitur † quasi regens 1
se & alios, cuius officium est iudicium, & iustitiam facere. Nam cum à Deo potestatem habeat, *iuxta illud. Per me Reges regnant, & c. secundum tex. in l. 7. tit. 1. p. 2. & l. 1. tit. 15. ea. p. & tex. hic, & tradit. D. Couar. in pract. cap. 1 nu. 6. in fine, & Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri. nu. 28. cum sequent.* & ideo *secundum Carol. de Grassalis, lib. 1. Regali. Fran. iure. 9.* Reges vtuntur clausula Dei gratia, de qua vti an possint alij, tradit ipse Burgos, *vbi supra n. 31. cũ seq. aliquibus.* Imo & non solũ principes christiani, verum & infideles † ab ipso 2
Deo habent principatus & Regna, *secundum Soto, de Iusti. & iure, lib. 4. quæst. 4. articul. 1. col. 6. pag. 279.* merito quod iudicium & iustitiam facere teneantur Reges ipsi & principes, qui ab ipso Deo omnia, recta via iustitiæ, iudicandi potestatem accepeũt. Sic enim & tranquillitas, & pax cõseruabitur, & per omnes obseruabitur populos & respublicas. Quas ob res Reges creari necessarium fuit. Cum enim homines per se absque aliorum adiuuamine, nihil habere possent, vnde sustentarentur, *secundum. d. l. adiuuamenquè hoc absque iustitia,* iustitiaque per alios quam maiores exerceri non posit, maioresquè ij si plures essent quam vnus faciliter discordarent, quoniam voluntates hominum partitæ sunt, & in varios sensus diuisæ (necesse est enim Reip. per vnum consuli. *secundum glo. in pragmati. sanctio. in proœmio. § in qua quidem, verbo, primogenito*) ideò tantum vnum Regem

adesse conueniens fuit, qui omnium esset caput, ex quo omnes alij tanquam eius membra gubernarentur. Cumquè omnium caput & gubernaculum esse debeat plurima tenetur obseruare in eo requisita, tam quoad exteriores, quam quo ad interiores animi motus, quæ in primis titulis, 2. partitæ, describentur. Deberque *secundum Philosophum*, Rex, & bonus princeps cun-
3 ctis esse benignus, † nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iracundiam tardus, ad clementiam pronus, in aduersis firmus, & in prosperis cautus, in omnibus prodesse debet, & nulli nocere. Est enim Princeps pater communis omnium, *auth. neque vir. quod ex do. circa finem.* Debent quoque studere, vt non exactores, sed Rectores Dei nominentur, non in subditos crudeliter sæuire, sed illos legaliter amplecti, vt sint forma ipsorum non dominatores eorum *c. quia cognouimus. 10. q. fi.* Nam *secundum Arist.* similis est operatio Regis ad subiectos, patris ad filios, pastoris ad oues, paterno enim more, & pie debet regere populum & clementer. *c. conquerentes, de rest. spolia. notat Lucas de Penna, in l. 1. col. 4. C. de superindicto.* Nam boni pastoris est tondere pecus, non autem deglubere, idest pillos, vel lanam euellere, *vt tradunt Sueto. lib. 2. & Orosc. 7. ad August.* In cuius propositum optima refert Ioan. Motolonius, *in prōptuario iuris, verbo, princeps, in gl. qui violenter, sub litera. V.* Tunc enim, *vt inquit singularis lex. 14. tit. 5. p. 1.* Regnum & camera Regis diuitijs abundant, cum vassalli eius sunt diuites, & terra & populus abundant. Rexque, *secundum Cyprianum*, non iniquus, sed iniquorum corrector esse debet, & oportet, debetque *secundum eundem Cyprianum, lib. de duodecim abusionibus, in 9. genere*, furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, paricidas, & periuros non sinere viuere. Sicquè ostendit Homerus, Reges summi Iouis esse discipulos, à quo iustitiā in primis ædiscant, quam deinde inter mortales obseruant, & eam omni studio tuentur. Quoniam in iustitia Regis exaltabitur solium eius. Et sic fertur de Traiano Imperatore infideli, qui bonus iustitiæ obseruator erat, quod orante Beato Gregorio ab inferno fuit liberatus, *secundum Carol. Grass lib. 1. Regalium Franciæ, iure. 3. pag 58.* Et quæ sit Regis iustitia late etiam prosequitur Paris de Puteo *in tracta. syndicatus. c. 1. de Regum. Principum, & Ducum excessibus. nu. 45.* & Burgos de Paz, *in prœmio legum Tauri. nu. 38 cum seq. aliquibus.* Qui & tractant quomodo Rex debet inhiare curæ publicæ, & ministerio iustitiæ, non omnem curam & diligentiam in delicijs, & venationibus ponendo: propter quod Resp. perit, & opus iustitiæ diminuitur: & qui Rex erat, nunc venator rusticus effectus est, *vt ibi per Parid. de Puteo. num. 39.* Et hinc edocemur, eos qui potentiorum blandiuntur emolumentis, non Iurisconsultos fore, sed iniquitatis ministros, nō boni & æqui artem exercere, sed perditissimi hominis, non Sacerdotes sed apostatas, nō philosophātes, sed hypocritas improbissimos, *vt refert Mart. Salano. in repet. l. 1. verbo, verā ni fallor. ff. de Iust. & iur.* Et in materia Regnorum, & vnde habuerint originem, & exordium, videndus est omnino Pet. de Anchar. *cons. 35. incip. pro maiori diligentia*, cunque hæc ita se habeant, & ea considerans lex nostra statuit dies & terminum, in quibus pro sua humanitate, & clementia aditū Rex ipse facilem subditis præbet, vt possint coram eo iustitiam petere: in quo maxime Regis liberalitas consistit. Nam nulla res † acceptiorem populo 4
regem facit, quā liberalitas in audiēdo subditos, vt de Agesilao & alijs glossator Salmantinus *in præsenti. verbo, ojr. col. 323.* narrat. Et de Regis potestate, vltra Cursetum, *in tractatu quem de hoc fecit*, habemus tex. *in l. 9. ti. 1. p. 2.* probātem eandē † habere Reges in suo regno, quam habent Im- 5
peratores in Imperio, *prout & probare etiam videtur tex. in l. 7. tit. 1. p. 2. in finalibus verbis, & prosequitur late Suarez in q. maioratus à num. 26. vsque ad. 31. & gl. in d. l. 8. & Auendaño c. 4. Præt. nume. 5. in prin. lib. 1.* Et in Hispania Regem Imperatorem vocari tradit Villalobos *in Antinomia iuris ciuilis & Regij. c. 1 per totum*: & Burgos de Paz. *vbi supra. nu. 143.* & dicemus alia fauente diuina gratia *in l. 3. tit. 5. lib. 3. infra & in l. 1 tit. 1. lib. 4. infra.* Ex quo Auendaño *vbi supra*, inquit, in donatione alicuius loci à Rege facta res propriasipsius Regis venire.

IN LEGEM Sextam.

1 *Tassa in rebus propter carestiam excusandam imponi potest, & numero 2. quod ob hanc causam possunt ciues compelli ponere Olineta, & Vineas, & emi certa hora.*

3 *Rem suam potest quis compelli vendere ob euitandam carestiam, & fieri cata, & cala in domibus vicinorum.*

SVMMARIVM.

Rex consentire non debet, neque permittere eius officiales, & milites curiæ magnam habere familiam, negotiaque in curia breuiter expedienda sunt.

CARESTIA QVESE DEVE OSCVSAR. Ob quā carestiam excusandā tassa in rebus † imponi 1
potest, secundum quod late tradit Couar. *lib. 2. Var. c. 1. n. 5.* & Auendaño, *c. 19. Prætorum. nu. 31. lib. 1. Et iterum num. 33.* & iterum *in cap. 10. n. 23. lib. 3.* inquit, quod ob hanc causam † possunt 2
ciues compelli ponere & plantare oliueta & vineas, & Regatarij, quod vsque ad certam horam nihil emant à forensibus ad mercata veniētibus, prout in pluribus locis statutum videmus, *& tradit Anilles. c. 17. Prætorum. fol. 169. num. 26. & Oroscius, & alij in l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. præf. vrb. & Didacus Perez, libro. 1. ord. col. 712. cum. 2. seq. vbi alia similia in propositum adducit.* Ex quo inquit, posse quem † compelli ven- 3
dere rem suam, prout, & pluries videmus, quod

propter

propter carestiam, & defectum tritici fit cata & cala in domibus vicinorum, vt si fore plus frumenti quam ad sustentationem familiæ sit necessarium habuerint pro anno vno, illud plus mutuetur, aut vẽdatur rusticis pro cultura perficienda in illo anno, & pro populorum prouisione, *prout videbimus in titulo, & pragmaticis del pan. De quibus etiam videndus est Matthæus Afflictis, in præludijs ad constit. Sicil. quæst. 3. nu. 3. cum sequent.*

TITVLVS TERTIVS,

De lo que el Reyno ha de hazer muerto el Rey en la guarda de sus hijos, y quales officios vacan por su muerte.

IN titulo præcedente dictum est, qualiter Rex in vita debet se cum subditis habere, & in litibus audiendis & querelis præsentandis, nunc vero subsequenter sequitur titulus noster disponens qualiter ipsi subditi mortuo Rege se debent habere cum filijs Regis mortui, & quæ officia per Regis obitum vacare dicantur.

IN LEGEM Primam.

1 *Rex potest petere repelli Episcopum promouendum non sibi fidelem.*
2 *Filius pars viscerum patris iudicatur, & vna & eadem persona.*
3 *Regis filius vocari potest Rex, & Comitis Comes in vita patris.*
4 *Electa vbi patris industria est per filium potest seruiri, licet per substitutum non.*
5 *Filius an in fideicommissi successione patrem repræsentet.*
6 *Filia in Hispania succedit in Regno in filij defectum, etiam pupilla.*

SVMMARIVM.

Mortuo Rege omnes subditi filio eius primogenito tenentur obedire, & homagium præstare.

GVARDAR LEALTAD. Similis est contrafacienti pœnam imponens lex. 1. *titulo.* 15 *part.* 2. *& l.* 20. *titulo.* 13, *part.* 2. Adeòquè fidelitas Regi, & eius filijs seruanda est, quod
1 potest Rex petere repelli † Episcopum promouẽdum non sibi fidelem, *secundum Abb. in cap. ex parte, nume.* 6 *de testib. & Afflictis in const. Sicil. in preludius. q.* 18 *nume.* 7 *& 8. vbi alios allegat, & gl. in pragma. sanctio. in proœmio. §. nam Ecclesiarum, glo. exteriorum. & idem Abb. in c. nihil. nume.* 9. *de electio. quod notandum dicit per. Principes, & Aufredius, in Clem.* 1. *de offi. ord. tit. de potest. secul. super Eccl. person. Reg* 4. *foll.* 41 *fol.* 37. Id tamen per Regem opponi debet absque fraude, & malitia alias excedere, & in spiritualibus se intromittere dici posset, *secundum Parid. de Puteo, in tracta. syndicatus, tit. de excessibus Principum inferiorum. numero* 1. In Hispania tamen hoc locum non habebit, nam ipse Rex nominat & præsentat eligendos & promouendos in Episcopos, nisi post nominationem, legitima, & iusta discooperiretur causa hoc faciendi, & opponendi.

Ansi son tenudos de le guarda a su hijo. Nam filius patrem repræsentat † & pars viscerum pa- 2
tris iudicatur, & commune bonum coniugatorum, & in eo seruatur pater, & paterni nominis diuturnitas: vt super ijs verbis inquit glossator Salmantinus *hic, sub. l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *ordin. col.* 334. Vnaque persona filius & pater reputantur, *vt in l. vltima, in fine. C. de Impube. & ali. & 15. q.* 5. *§. hac authoritate. & §. ei vero. optima. l.* 1. *tit.* 15 *part.* 2. *quæ similis est nostræ. & l.* 1. *in fine. tit.* 20. *eadem p.* 2. Et ideo vassallus dominum contra filium adiuuare non tenetur, *secundum Felinum in cap. afferte, nu.* 2. *de præsumptio. vbi alia ex hoc infert.* Et quasi naturaliter, & ex iuris dispositione pater & filius eadem persona reputantur, *secundum Antonium Gomez, tomo.* 1. *cap.* 9. *nume.* 7 *in prin. & iterum eod. tomo. cap.* 1. *numero.* 4 *cum* 2. *seq* Et ideo æstimum patris, æstimum filij reputatur, *secundum Suarez, tit. de los emplazamientos. §.* 1. *num.* 30. *pag.* 372. *& late Segura, & eius addition in l. si ex legati causa n.* 49. *cum pluribus sequentibus: & Autles. c.* 1. *Prætorum, verbo, ni hijos, per totum fol.* 64 Ex quo infert glossator Salmantinus, *vbi supra, col.* 334. quod filius † 3
Regis Rex vocari potest, & debet, quamuis Regnũ non habet. Et *in colu* 335. inquit idem in filio Comitis, Ducis, vel alterius domini, vt scilicet, in vita patris, etiã illustris & dominatio vocari potest, sicut pater, & idem tenet glossa. 1. *legis.* 1. *titulo.* 15. *part.* 2. *& glos. in pragmatica sanctio. in proœmio. §. in qua quidem, verbo, primogenito. fol.* 17. *in paruis*, & Carolus de Grassalis, *libro.* 2. *Regalium Franc. iure.* 2. *in fine*, & Anto. Gomez. *tomo.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. Vbi hanc

testatur

testatur communem opinionem, & eam intelligit, & declarat veram esse, quoad nomē & dignitatem, vt posit nuncupari, vel decorari tanquam Rex vel Dominus, non vero quoad iurisdictionem, administrationem, vel alia similia, quæ respiciunt dominium, & plenum ius ipsius dignitatis. Imo & quoad nomen, dignitatem improprie, abusiue in vita patris vocatur Rex, Comes, aut dominatio filius eius, *secundm Molinam, de primogenijs Hispaniæ, lib. 3. c. 6. numer. 15. cum. 3. sæq.* Sed an mater Regis dici poterit Regina, tradit idem Carolus de Grassallis. *lib. 1. Regali. Fran. iure. 18. vers. ad propositum ergo*, vbi quid de vxore. Et in tantum hæc procedunt, quod potest pater filium loco sui substituere, secundum Didacum Perez, *vbi supra*, qui allegat ad hoc Roma. & eius additio. *in singul. 663. incip. Ille cuius industria*, ita tenentem, & limitantem vno modo: etiam si patris persona & industria esset electa. Quo casu *secundum text. in l. inter artifices. ff. de solutio* per substitutum seruiri non potest, quantumcunque substituendus sit hæres substituentis, *secundum Iaso. in l. si sic numer. 186. ff. de verbo. oblig. & iterum in l. centesimis, numer. 5. ff. eo. tit. & Ant. Gomez. tomo. 2. cap. 11. numer. 13. in medio, in 2. ampli.* Et hoc nisi promissor ad interesse teneretur: nam tunc ratione interesse hæredes eius possunt adimplere, si æquè sint idonei cum defuncto, *secundum Iaso. in dicta. l. si sic, numer. 19.* Hæc tamen in filio non procedunt: nam per filij per-
4 sonam† potest etiam in hoc casu, vbi patris industria electa est seruiri. Quæ est maxima, & singularis limitatio ad dictam. l. *inter artifices*, quam tenet Oroscius, *in l. 2. col. 501. versicul. 4. ff. de offic. eius, cui man. est iur.* & Tiraquelus, *in tractatu de Primogenitura. quæstio. 88. numer. 2.* & Filius *in cap. afferte. numero 2. de præsumptio.* Quod tamen ego intelligerem verum esse, dum tamen filius ipse sit æquè idoneus, sicut pater ad implendum illud, quod pater implere tenebatur, & sit approbatus in eodem officio, sicut pater, *prout optime inquit Paulus Cast. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de verbo. obligat.* tunc enim eadem operæ censentur. Facitque doctrina illa Bart. & communis, *per tex. ibi in l. 1. C. de præpo. agen. in rebus. libro. 12.* dicentis, quod volens seruire per substitutum, semper debet seruire per hominem eiusdem qualitatis & conditionis. Quam doctrinam, & alia referendo refert & sequitur Didacus Perez *in l. 4. tit. 1. lib. 4. ord. in gl. 2. col. 1349. in fine cum seq.* Quam tamen & supra dicta temperarem, & limitarem, quotiescunque factum explicandum est affirmatiuum, secus si negatiuum: quia tunc quantumuis substitutus & substituens sint eiusdem peritię non sufficiet, *secundum Ias. in l. cum filius fami. §. 1. num. 2. fol. 80 ff. de verbo. obliga. 10.* Et quando censeatur electa industria personæ, vltra Doctores *in dicta. l. inter artifices*, tradunt Bart. & Doctores *in l. nemo. ff. de duobus reis.* Et an obligatus facere opus publicum posit illud adimplere per substitutum, vide Auendaño *in cap. 13. prætorum. num. 4. lib. 2.* Et iterum *in c. 3. num 5. versi. multi tamē, libro. 1.* signat casus in quibus per substitutum seruiri non potest. Vlterius, & pro thematis ampliatione notandum est ita filium patrem repræsentare, quod sunt qui dicant, quod & in fideicommissi successione † Patrem filius repræsentat, *secundum Ias. cons. 59. volum. 4. & Oldrad cons. 24* quantumuis regulare sit, in omnibus dispositionibus alijs, quam maioratus filium nō repræsentare, neque intrare locū patris, nisi vbi aliud iure statutū reperiretur, *vt nouissimè post hæc tractat Pelaez, in tract. maioratum. 2. p. q. 9. n. 21.* nisi familia, vel propinqui vocentur, *secundum Molinam de primogenitis. lib 3. c. 6. nu. 44. & 45.* In hac tamen ampliatione communis est opinio in contrarium: imo quod in simplici fideicommmisso patrem filius non repręsentat, neque intrat locum eius, *secundum Deci. cons. 1. num. 5. ex Cumano per eū corruptè allegato in cons. 107.* Cuius ratio est: nam cum in fideicommisso testatori, & nō vltimo possessori succedatur *l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga.* & per consequens non defertur tale fideicommissum iure hæreditario. Id namquè dicitur iure hæreditario deferri, quod non, nisi hæredi, iure tali hæreditario defertur. Illud autem è contrario dicitur non iure hæreditario deferri, sed iure sanguinis, in quo is, qui hæres non est, vel etiam, qui hæres est, ex sola agnatione, seu cognatione, vel speciali vocatione succedit, *secundum Bar. l. vt iuris iurandi. §. si liberi. ff. de op. lib. relatum, & secutum per Molinam, in dicto lib. 1. c. 8. num. 6.* Manifestè patet filium in fideicommisso non intrare locum patris, vt pote, quia communior est opinio, in ijs, quæ non iure hæreditario deferuntur filium locum patris non intrare, *secundum Deci. dicto cons. 1. num. 5. & iterum consilio. 299. & 408. & 412. & 217. vbi firmat ab hac non esse discedendum, & tradit Molina vbi supra libro. 3. c. 6. numer. 40. & Couar. in pract. c. 38. nume. 4. per totum.* Et ratio rationis est *secundum eund. Deci. cons. 79. num. 1.* quoniam, vbi succeditur iure hæreditario consideratur dispositio iuris, quę est, quod filius intret locum patris: sed cum succeditur iure sanguinis, vel specialis vocationis, consideratur affectio testatoris, quam habere videtur ad próximiorem in gradu, & sic filius non intrat patris locum in tali fideicōmisso, sed proximior admittitur. In maioratu tamē, secūdū dictos, filius optime locū patris intrat & repręsentat eū, *prout communem testantur plures, & Didacus Perez, in præsenti col. 335. in fi. cum 1 seq. & Pelaez in d. tract. maorat. d. 1. p. q. 9. n. 21.* Et quando pater & filius dicantur vnum corpus & vna caro vide per Ias. *in prin ff. qui sat. cog.* & Hippol. *singul. 160.* & Gometius *in §. actiones autem de peculio. col. 3. insti. de actio.* Fel. *d. c afferte*, & omnino Tiraq. *in l. si vnquam n. 15. in præfatione. C. de reuo. don. ibi Hijas.* Hic habemus tex. expressum probantem, filiam in Hispania succedere † in regno in defectum fi- 6
lij, prout & probat tex. & *ibi* gl. *la hija. in l. 2. tit. 15. p 2* Et *ibi* glo. assignat rationem quare in Francia filia non succedit in regno, quamuis fratrem non habeat, *est etiam tex. similis nostro in l. 7. tit. 9. lib. 3. infra, & tradit optime Tiraq. de primogenitura. q. 10. numer. 1. cum sequen. vbi quam plura, & singularia exempla ponit in propositum, & Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri, versic. Reyna. numero 37. cum seq. & Rojas, in epitome successio. abintesta. c. 3. numer. 35.* Et sic in regnis Amazonum,

zonum, Hispaniæ, Aragoniæ, Nauarræ, & Angliæ, & alijs, vti testatur Carolus à Grassalis, *libro. 1. Regalium Franciæ, iure. 17. in princip.* Et ad-
7 ministratio † Regni de iure Regiæ propriæ pertinet, non marito eius, *secundum dictos*, & pro indubitato habitum fuisse, testatur glossa, *llamar. l. 9. titulo. 1. part. 2. & in l. 3. versic. perdiesse. titu. 15. eadem part. 2.* Et sic certamine iudiciali sententia pronuntiatum esse inter catholicos Reges Ferdinandum, & Elizabeth eius vxorē asserit Doctor Illescas, *in libro. 6. de la historia Pontifical. 2. part. cap. de don Fernando Quinto, y Doña Isabel Reyes de Castilla. folio. 125. colum. 4. & Molina, de Primogenitis Hispaniæ, lib. 3. cap 4. n. 5.* Quod adeò verum est quod quamuis filia hæc pupilla sit, adhuc deficiente fratre masculo succedit in regno, *secundum Auiles, in proœmio cap. Prætorum §. 2 nu.*
8 *2. 3. 4. 7. & 8. fol. 8.* Et quid faciendum † cum filius, aut filia Regni successores remanent in infantili ætate pupilli, & orphani mortuis parentibus, declarat optima, & singularis lex. *3. tit. 15. p. 2.* De qua meminit Oldra. *cons. 52.* de quo per Bart. *in l. quidam consulebant, col fin. ff. de re iudi. per Iason. & Benedictum, relatos per glos. de veynte. in dicta. l. 3.* & dispositio dictæ. *l. 3.* procedit, etsi Regina prægnans remaneat, *secundum Orosci. in l. pen. col. 252. in fine. ff. de statu homi.* inquit tamen Carol. Molineus, *relatus per glos. de veynte, in d. l. 3.* quod licet probabilior videatur ista opinio dispositio dictæ. *l. 3.* quod vsque ad. 20. annum duret tutela Regis pueri, & inter varias opiniones hæc videatur eligenda, tamen consultius sibi videri, quod finiatur pubertate, vel si sit pubes tempore mortis patris non sit dandus ei curator, dum tamen non solus administret de per se, sed cum consilio delectorum & fidelium, & prudentium virorum. Ibique refert Carolum Quintum Francorum Regem anno Domini. 1377. statuisse conuenire primogenitum Regni administrationem recipere debere cum. 14. ageret annū, ne per longiorem tutelam occasio suaderet maleuolis res nouas excitandi, & idem refert glo. *in pragmatica sanctione, in proœmio. §. inscrutabilis, glo. susceptione fol. 8. vbi additio sub signo. 4. inquit hanc esse Pauli sententiam in c. 4. ad Galathas*, & de Salome, inquit *ibi* gl illa, quod fuit inunctus in 12. anno. 78. *dist. §. hoc regulare*, & quod beatus Ludouicus Rex Francorū, & similiter Rex modernus Carolus. 8. inunctus fuit & coronatus ante. 14. annum. Et apud nos Carolus. V. Cæsar primus huius nominis Hispaniarum Rex. 17. ætatis suæ anno regnare cœpit, vt inquit Modernus Baeça. *de decima tutorum. c. 10. nume. 30.* Vbi inquit in hoc esse consuetudine abolitam & abrogatam dictam. *l. 3.* Partitarum ætatem 20. annorum requirentem, sic & cessat opinio Ant. Gomez Oldradi, & aliorum ab eo relatorum tenentium contrarium, & est Ant. Gom. *tomo, 3 c. 1. n. 56.* Et
9 quid in Dominis inferioribus † Rege vide nouissime per Pelaez, *in tract. maioratuum. 4. p. q. 38. per totam.* Et per quem debeat dari talis tutor, vide per Ant. Gom. *in d. numer. 56. ad finem.* Et an possit cognoscere filia hæc Regina de causis seu ferre sententias, vide Abb. *in c. dilecti, de arbit. & Doct. in l. fi. C. eod. tit. & late Corsetum in tract. de potestate. & excellen. Reg. 9. 97.*

IN LEGEM secundam.

SVMMARIVM.

Quæ officia morte Regis ea concedentis durent, & quæ finiantur declarat lex nostra.

QVE LOS OFFICIOS DE LA CASA DEL REY Y CHANCHILLERIAS, Y OTROS I, LOS OFFICIOS DE LAS CIVDADES. Quāuis enim mādatum † morte mandantis expiret. *l. mandatum. C. manda. l. mandatum. 2. ff. eo. tit. l. 23. titulo. 5. parte. 3.* tradunt Doctores, maxime Felinus, *in capitulo, Relatum. 1. de offic. del & Socinus, Regula. 254.* Iason. & Doctores *in l. & quia. ff. de iurisdictio. omnium iudic. glos. in pragma. sanctio. tit. de collati. §. item voluit, verbo, mandatum*, & *ibi* additio. inquit quod per intimationem Prælato factam de mandato ei directo efficitur, res non integra, & per mortem mandantis post secutam non expirabit, sicut regulariter expirare existente integra. Quod quando dicetur vltra dictos Doctores, vide glos. *in d. l. mandatum, & glos. in Clementi. fin. versic. pro ecclesia, de procura. & glos. integra. in l. ita demum C. de procurat.* & ange. *in §. rectè, insti. mand.* & Orosc. *in dicta l. & quia. numero 25. colum. 562.* Et an finiatur rescriptum, moriente illo † contra quem fuit impetratum, vi-
2 denda est decisio. *265. capellæ Tolos. & ibi additio.* Reuocatioque supradicta, quæ fit per mortem mandantis, vel concedentis, operatur effectum suum, etiam si mandatario non sit intimata, *secundum Abb. in cap. mandato numer. 6. de procurat. & ibi additio.* Et ideo cum delegatio reintegra morte mandantis extinguatur, acta post mortem delegantis reintegra, etiam delegato ignorante mortem delegantis nullius sunt effectus, nam ipso iure expirauit iurisdictio, prout plures tenere asserit Oroscius *vbi supra. numer. 51. & 52.* & additio. capellæ Tolosa *deci. 364.* vbi ita Bononiæ in contingentia facti asserit fuisse determinatum. Nam neque consensus partium *secundum eum ibi* sufficeret: quod omnes tenere asserit Oroscius *vbi supra, numer. 53.* Sic & eodem modo priuilegium †
3 morte concedentis expirat, & noua eius confirmatio à successore requiritur, *vt potest videri per Afflictis, decision. Neapol. 128.* Imo & siquis iudex posuerit aliquem ad confinia, donec ipse voluerit, mortuo iudice illo, expirat voluntas, *vt poteris videre ex Bart. & Doct. maxime Iason. in l. centesimis. ff. de verborum obligation. ex. l. 4. ff. de locati*, quod per mortem quis dicitur nolle. Et an expirabit mandatum per mortem mandantis in mandato satisdantis pro mandatario, vide *decis. 263. Capellæ Tolos.* Quamuis itaque omnia hæc sic se habeant, & procedere possint: ex lege tamen nostra minime procedunt quoad officia, de quibus in ea: quæ quidem officia, durant etiā mortuo Rege ea concedente.

dente. Nam ſicut ſedes Apoſtolica non moritur, ita & neque ſedes Regia: officiaque à Rege
4 habita † perpetua ſunt ad vitam recipientis ea, ſecundum Benedictum relatum, & ſecutum per Rebuf. *in tract. de nominatio. q.* 12. *n.* 35. *cum* 3. *ſeq.* & Boeri. optime, *deci.* 149. *n.* 11. 12. 14. 19. & 20. vbi ipſe inquit, ita perpetua eſſe quod pro patrimonio habentur officia hæc. Imo & in Hiſpania idem videmus eſſe: vt & nouiſsime poſt hæc vidi aſſertum, & in facti contingentia allegatum per Burgos de Paz *in conſ.* 21. *per totum. lib.* 1. & per Caſ. *in conſuetud. Burgun. tit. des iuſtices.* §. 6. *n.* 81. & 82. *fol.* 67. Vbi & *n.* 81. inquit quærendo
5 num commiſsio iudicis data nuntio † duret mortuo iudice concedente, neque poſt ſit neceſſaria confirmatio per ſucceſſorem. *De quo & per Fel. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ num.* 34. *de conſt. & Greg. Lopez. in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *in verbo, ſino el. fijo. col.* 5. *verſic. & nota quod ſucceſſor, idem tenens ait.* Et not. quod ſucceſſor in Regno, vel maioria nõ poterit reuocare officia aliàs perpetua veluti decurionatum, vel tabellionatum, ſeu ſimilia officia à prædeceſſore conceſſa. Non tamen poterunt *inquit gloſ. illa* domini maioricatuum concedere Caſtellanias perpetuas, vel annuos redditus, vel ſimilia in præiudicium ſucceſſorum, & ſic declarabis. *l.* 20. *tit.* 13. *p.* 2. quæ aliter videbatur diſponere, prout *ibi* eam declarat Gregorius Lopez. Et nouiſsime ita poſt hæc vidi, Aluarado, *de coniectnrata mente teſta. lib.* 2. *c.* 1. §. 1. *numer.* 9. Et hoc idem eſſe in officijs
6 conceſsis † ab alijs, qui ſunt de ſanguine Regio, aſſerit Rebuffus, *vbi ſupra, nu.* 37. quicquid dubitauerit Bald. *in conſ.* 279. *Rex Romanorum col.* 3. *vol.* 3. Imo, & idem eſſe in officijs prouiſis à Ducibus, Comitibus, & Marchionibus † & 7
dominis temporalibus, optime fundat Burgos de Paz, *in dicto. conſil.* 21. *per totum.* Et ſic audiui dominos hos caute ſolere prouidere officia hæc iuſtitiæ, & tabellionatus, & ſimilia, ſcilicet, ad tempus determinatum, & tunc tempus illud debet tranſire, neque ante ſine cauſa ſunt auferẽda officia, *ſecundum Gregorium, in dicta. l.* 20. Circa tabellionatus tamen officia plurimum deberẽt aduertere domini ij, ne paſsim eos remoueãt. Eſt enim maximum inconueniens remouere eos quotidie propter inſtrumenta coram eis confecta, perdũtur enim & abſcondũtur facillime per ingreſſum noui officialis: & ideo tranſacto illo tempore deberent confirmari ſi cauſa vrgens nõ adeſſet in contrarium. Et an idem ſit in officialibus † prouiſis ab Epiſcopis, tradit Boer. *vbi ſu-* 8
pra, num. 23. & quamuis ipſe *ibidem. nu.* 24. aſſerat per Curiam Burdegalenſem contrarium fuiſſe pronuntiatum in officialibus Epiſcoporum, ſcilicet, vt idem eſſet in eis, quod in officialibus Regis: tamen in hac Placentiæ ciuitate remoueri ſolent, ex decreto quodam cõcilij prouincialis Salmanticæ celebrato, & ex vſu & prouiſione iam per Epiſcopos facta, quod ad nutum Epiſcopi & ſucceſſoris ſint eis prouiſa officia, & quod ab eis poſsint quandocunque remoueri. Id tamen ſine cauſa facere non debent: & hæc pro hoc titulo ſufficiant.

TITVLVS QVARTVS,

Del conſejo del Rey.

SVperioribus titulis dictum eſt de legibus & Regis benignitate in audiendis partium petitionibus, & querelis: inſuperque quid agẽdum Rege mortuo cũ filio eius, & quæ officia per Regis mortem vacent, & quia tam in legibus condendis, quam audiendis petitionibus, & partium querelis, & in gubernatione Regni, Rege mortuo, & in Regi ſuperſtiti obediendo, conſilium Regium ex ipſius Regis benignitate ſe intromittit, & circa alia regimen Regni concernentia. ideo ſubſequitur titulus noſter de Regio conſilio tractans.

In cuius tituli declarationem parum immorabimur: videbuntur enim aliqua per gloſſatorem Salmantinum, ſub hoc titulo. Et quæ debent in conſiliarijs Regiis concurrere, declarat optime tex. *in l.* 5. *tit.* 9. *part. vbi gloſ. optima de conſilio à doctis capiendo, & ſumendo tracta.* Et de hoc magno Regio conſilio, & eius præeminentia, vide plura per Carol. à Graſſa. *lib.* 1. *Regal. Fran. iure.* 12. vbi *ex Iaſ. in prouinciali.* §. *ſed in publico. ff. de noui. ope. nunt.* quẽrit an minor poſsit eſſe de con-
1 ſilio Principis. Quid tamen ſit conſilium † & qualiter in eo ſe debent habere conſiliarij, & quando ſit conſilium faciedum examinat Matth. de Afflictus *in conſtituto. Siciliæ, lib.* 1. *rubr.* 45. *nu.* 47. *cum ſeq.* vbi & eius additio. ponit, quis conſiliariorum debet incipere ad votandum, *de quo in l.* 6. *infra iſto tit. & in proœmio legum fori, in prin. in gloſſa, del conſejo del Rey.* Mõtaluus fecit de Regio conſilio integrum tractatum, & de huius cõſilij authoritate Boerius, ad finem ſuarum deciſionum inſeruit quendam tractatum, *de authoritate magni conſilij.* Notandumque eſt ſententiam Regis † cum conſilio Regio latam ius facere v- 2
niuerſale in Regno, *vt l. fina. C. de legibus, ad hoc allegata per Afflictis, in deciſione Neapolit.* 190. *in fi.* & priuilegia † ſummæ curiæ ponit Rebuf. *in* 3
concordata Franciæ, in proœmio, in glo. ſimas, pag. 6. *in mediocri impreſsione.* Et *ibi ſpecialiter* inquit *in* 15. *priuilegio* curiam ſupremam cognoſcere † 4
de bono & æquo, & ſecundum conſcientiam, Inquitque Auendaño. *Reſponſo.* 1. *num.* 11. quod ſicut Deus, cognoſcant ſupremi conſilij Domini: de quo tamen *alibi* dictum reperies, vbi me remitto. Et de pœna offendentium † hos dominos de conſilio, tradunt relati per Didacum Perez, 5

his

hic col. 341. in prin. & de curia magna vide etiam Matthęum de Afflictis, *vbi supra in dictis constitutio. Sicil. lib. 1. rubr. 39. per totam*, & late Carolum de Grassallis, *in dicto iure 12. per totum.*

IN LEGEM PRIMAM

SVMMARIVM.

Qui & quot debent in consilio Regio adesse, declarat lex nostra.

PO*r esto conuiene a los Reyes tener cerca de si cõpañia de buen consejo.* Consilium enim quærere debent Reges, *secundum tex. vbi gloss. plura allegat in l. 5. & 6. tit. 9. parte 2.*

Que residiesse en consejo vn Prelado. Hic videtur tex. expressus quod Episcopus, & per consequens
1 sacerdotes * possunt esse de consilio Regio Præsidentes, vel consiliarij, prout late examinat Menchaca, ita tenens *in libro. 3. de successionum creatione §. 30. n. 312.* Vbi audacia verba, & quæ eum non decebat dicere inquit, insaniam esse affirmare contrarium, cum sciamus valentissimos Doctor. contrarium tenuisse iuridicis & validissimis fundamentis, & quibus responderi non potest, vt licet videre ex Luca de Penna *in l. milites, la 2. colum. penult. & fi. C. de re milit. libro.* 12. & Carolo à Grassal. *lib. 2. Regalium Franciæ iure 15.* Vbi inuehit contra similes Prælatos, inquiens non nunquam compertum esse inter Francos plus dãni in Remp. inferri, dum sacerdotis consilio res Franca agitur, quam cum prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus gerendis præficitur. Ille enim quadam insatiabili ambitione omnia sibi vendicat: hic scilicet, prudens secularis populi misertus, & communitatis detrimentum suum esse ratus, Reip. bene, vt potest consulit. Ille fastum & pompam ex dignitate mentiens, eò audacius diuitias congerit, quominus vltionem timet Ecclesiastica protectus libertate. Hæc ille Carolus, Deficiuntq; in tali Episcopo Apostoli requisita, de quibus per Florentinum, *in 3. parte sua summæ, tit. 13. c. 3. & titulo 19. c. 11.* & in alio sacerdote inferiori deficiunt tradita per Florentinum eundem *in d. tit. 13. cap. 1. & 2.* & tradita in concilio Tridentino. *Sessio. 14. de reformatione. Concilij & Sessio. 22. c. 1. de reformat.* Et quam plura alia ex diuina scriptura, & ex dictis sanctorum patrum, & ex iuribus & glossis afferri possent, quæ alio in loco fortassis latius adducemus, pro vtraque parte questionem examinando: quod nunc non facio, quia tempus instat, & ad alia transire necesse est. Verũ est tamen quod ex causa publica, & ex summi Pontificis licentia hæc exercere possunt, *vt inquit Molina, lib. 2. de Primogenijs. cap. 10. nu. 51.* vel si ratione dignitatis habeat hæc temporalia exercere in suo Episcopatu, puta, quia Comes est, *secundum eundem Molinam, ibidem. lib. 1. c. 13. num. 97.* Alias enim temporalibus negotijs implicare se non debet ille, qui orationi, lectioni, & prædicationi tantummodo vacare debet, *vt probatur in c. omnes psallentes. 38. dist. & c. Episcopus nullam 88. dist.* & non in palatijs Principum, sed in Ecclesijs certare tenentur Episcopi. *c. conuenior 23. q. 8.* Sed insanire nos dicent de ijs agentes alio in loco, dum sani fuerimus, & otium habuerimus insaniam fortassis defendemus, si insaniam vocare licuit alicui.

IN LEGEM SEXTAM

PRO huius legis exornatione videri potest Matthæus de Afflictis *decisio. Neap. 1. & idem in constit. Sicil. lib. 1. rubr. 45. nu. 47. & ibi additionat. eius, & curia Pisana. lib. 2. cap. 4.*

IN LEGEM SEPTIMAM.

D*E la mayor parte.* Hoc est enim regulare in concilijs & congregationibus, & electionibus † & vbi pluriũ vota assumenda sũt, 1
vt maior pars præsentium præualeat, *vt in cap. 1. & per totum, de ijs quæ fi. à maiori par. cap. l. quod maior ff. ad municipales & ibi Doctores, & in l. nulli, & l. plane. ff. quod cuiusq; vniue. nomi.* Et debet esse maior pars cõsilij: neque sufficit maior pars respectu minoris, *ex tex. in c. Ecclesia vestra, el. 1. de electio. & in cap. quia propter eo. tit. notat Sylvest. in summa verbo, electio. 2. num. 11.* & probatur clare, *ex tex. nostro, nisi in casu l. fin. tit. 1. supra eod.* vbi omnium concursus requiritur, neque sufficit maior pars.

Ad l. 10. videbis eam allegantem doctorem Molinã, *de primogenijs Hispaniæ. libro 2. capitulo. 7. num. 59.*

IN LEGEM VIGESIMAM

SVMMARIVM.

In Regio consilio in gradu appellationis de negotijs, & rebus in præsenti contentis cognoscitur, & mutata curia fit remissio ad cancellariam, si vltra viginti leucas curia abesse debeat.

T*odas las apelaciones.* Intellige dum tamen sint maioris summæ decem mille morapetinorum causæ illę & condemnationes vel absolutiones, à quibus appellationes interponuntur. Nam si decem mille tãtum essent, vel minoris summæ, neque per casum curiæ, † neque per appellationem ad curiam, vel cancellariam deferri possunt, *secundum tex. vbi dicemus fauente Deo in l. 7. tit. 18. lib. 4. infra.*

Ansi ordinarios. Etiam si sit in terris dominorum particularium, vel Episcoporum, & Prælatorum in locis, vbi temporalem habent Prælati iurisdictionem, *secundum tex. in l. 8. tit. 6. lib. 1. supra, & in l. 1. tit. 1. lib. 4. infra* Et intellige, vbi de iure locum habet appellatio, secus vero aliàs, quia tunc licebit eam denegare absque pœna, *prout in d. l. 8. diximus illam sic declarando, & nostram.*

Saluo las apelaciones. In quibus neque in gradu appellationis cognoscitur in cancellarijs, *secundum tex. in l. 12. infra tit. proximo, quæ similis est nostra.*

IN LEGEM VIGESIMAM-SECVNDAM.

SVMMARIVM.

In supremo Regio consilio cognosci poterit de causis & litibus, de quibus dominis ipsius consilij visum fuerit Regis seruitio conuenire, & partium commodo. Et à secunda sententia ipsorum dominorum nullum remedium intentari potest, nisi mille & quingentarum duplarum.

NO *pueda auer ninguno.* Etiam si allegetur nullitas notoria, vel incompetentiæ iurisdictionis *secundum tex. vbi Deo annuente dicemus in l. 4. tit. 17. lib. 4. infra.*

La ley hecha. Quæ ponitur *in l. 1. cum seq. aliquibus tit. 20. lib. 4. vbi videbis.*

IN LEGEM VIGESIMAM-NONAM.

SVMMARIVM.

Regias prouisiones, & literas consilij etiam Prælati, & magnates Regni, tenentur obedire sub nostri tex. pœna.

LOs *Prelados*, Idem in citationibus, & vocationibus à Rege factis sub graui pœna dispositum est, *ex textu in l. 13. titulo 3. libro 4 infra & in l. 1. titu. 6. infra libr. sequenti*, idem iniungitur iustitijs Regni. Nam auditores
1 Regij sunt obtemperandi * ac si Rex præcepisset, *secundum Auendan. in dictionario, verbo, Oydores, & in dictis legibus alia dicemus*

IN LEGEM TRIGESIMAM SECVNDAM.

I*Ncitatiuas.* De quibus vide per Auendaño, *cap. 5. Prætorum nu. 12. vers. negligentia autem*
1 *lib.* 1. nam aduocatio † causarum, in plurimum cuitanda est, *ex dictis per Auendaño, ibidem, & iterum in eo libro c. 19. num. 2. & 3. & per Couarrum. in pract. c. 9.* quam licet aduocationem Rex ad libitum facere possit. *vt ibi per eos*, non tamen id vult, nisi in casibus expresis, *vt & per eundem Auend. dict. lib. 1. c. 1. numer. 3. versiculo, nam licet Rex*, & Paris, *de syndicatu c. de excessibus varonum num. 25.* Et ideo lex nostra in plurimum has incitatiuas, quæ ad aduocationem causarum solent dari, prohibet ne dentur, nisi cum maxima deliberatione.

IN LEGEM QVADRAGESIMAM-PRIMAM.

SVMMARIVM.

Judices syndicatus in quantum poterunt onera, & capitula secretæ sindicationis determinent, & sententia diffiniant, capitulaque contra iudices syndicatos prolata, & presentata pro posse examinari faciant sub pœna.

A*Unque sobre alguno dellos este puesta demanda publica.* Pro eius declaratione in ijs verbis & sequentibus, videnda sunt quæ Deo volente dicemus *in l. 15. titul. 7. infra libro sequenti.*

IN LEGEM QVADRAGESIMAM-QVARTAM.

PRo eius declaratione videnda sunt quæ Deo volente dicemus *in l. 21. tit. 7. infra lib. sequenti.*

IN LEGEM QVINQVAGESIMAM-PRIMAM.

DE qua lege videnda sunt dicenda *in l. 2. titulo 3. infra libro. 4.*

IN LEGEM QVINQVAGESIMAM-SECVNDAM.

NO *aya lugar suplicacion.* Qua quidem sublata, & nullitas etiam notoria, & ratione incompetentiæ, & alia quæcunque sublata censentur, *secundum tex. in l. 4. in princ. tit. 17. lib. 4. vbi vide dicenda.*

IN LEGEM QVINQVAGESIMAM TERTIAM.

1 *Lex nostra cum l. 4. supra isto tit. concordatur num. 1.*
2 *Officia iudicum quibusnam danda essent nu 2.*
3 *Refertur nouum Regij consilij decretum circa obseruantiam l. nostræ & similium, præterquam circa decimas executionum, vbi adest consuetudo, quod correctores habeant, cum certis pœnis nu. 3.*

SVMMARIVM.

Correctorum vicarij & sic eorum loci tenentes examinentur & approbentur ante in Regio consilio.

IBi, *Mandamos:* ad ampliationem *l. 11. tit. 5. lib. 3.* fuit hæc facta, & fortasis ratione aduertentiæ, quam ibi posui in finalibus verbis, sed licet ita seruatur, prout lex nostra disponit, examen hoc fit iam propter formam, & sic illiterati, sicut antea, hoc munus iudicandi exercent, quod

quod dolendum est. & sic, vt correctores prouideant, & secum deferãt hos illiteratos vicarios, paciscuntur cum eis, vt de iuribus suis locum tenens præstet aliquam partem, contra *l. 44. supra isto tit. & libr. in versi. Tanti mismo:* qui quidem versiculus non est correctus per legem nostram, vt male aduertit, hic & ibi subscriptor notus marginalis: quia lex nostra quoad hunc versiculum nihil disponit, sed quantum ad principium illius *l. 4.* vbi iubetur iudicibus ijs & correctoribus iuramentum præstare in consilio Regio, quoad hoc enim lex nostra vltra iuramentum, examen requirit, & sic neque quoad principium illius. *l. 4.* nostra est correctoria, * sed potius ampliatiua, vt scilicet vltra iuramentum debeant etiam examen subire tales locum tenentes in Regio consilio, prout quotidie fit, ita vt lex nostra ampliatiua, non verò correctiua sit illius *l. 44.* præsertim quoad dictum *versiculum. Tanti mismo*, qui est ampliatiuus dictæ *l. 10. tit. 5. lib. 3. infra.* in quantum ibi iubetur, quod salaria locorum tenentium taxentur per Præsidentem & auditores consilij, & inscribantur in titulis & prouisionibus officij datis correctori: & si sic fieret maxima redundaret vtilitas: nam cum id correctoribus non iubeatur, neque in prouisione eorum inscribatur taxatio, correctores quærunt locum tenentes ad sui libitum & à quibus non solum partem suorum iurium percipiunt, sed etiam quantitatem pecuniæ extorquent ab eis, vt eos secum deferant, & quia horum examen est leue, & tale, quod etiam non literatus homo subire posset, etiam nunc illiterati sunt locum tenentes, & prouisio nostræ legis inutilis redditur, ideo hæc officia aduocatis cognitis & Deum timentibus & diuitibus, vel saltim non pauperibus essent danda, & inuitis, & non petentibus, & salaria congrua essent assignanda. † Secundum quod dicitur in *d. l. 10.* aliter enim, vt ibi dicitur gubernatio populorũ periclitatur, & Regis conscientia nõ exoneratur, prout ibi exonerandã disponitur. De quo notissimè post hæc plura dixit *Castillo in sua politica de corregid. li. 1. c. 14. nu. 20. cum seqq.* vbi *n. 30.* ponit nouum decretum Regij consilij, in quo leges nostrę circa hoc iubentur seruari, in omnibus, exceptis iuribus decimarum debitarum in negocijs executiuis, quarum decimarum iura possunt correctores percipere in locis, vbi id de consuetudine habetur, & non aliàs sub pœna priuationis officiorũ & inhabilitatis ad alia officia, & quadrupli pœna fisco applicanda talium iurium sic perceptorum. Ex quo decreto colligitur id fieri posse in locis solummodo, vbi id de consuetudine habetur: sed & in illis deberet prouideri, vt de decimis illis aliqua pars daretur ipsis Alguazellis. si forte eorum salarium esset paruum, nè fame perirent, & nè cogerentur furari.

IN LEGEM QVINQVAGESIMAM-QVARTAM.

SVMMARIVM.

Iniungitur Regio consilio quatenus curam habeat, vt seminaria fiant, secundum quod disponitur in concilio Tridentino.

IBi, *concilio Tridentino, session. 23. de refor. c. 18.* vbi additio marginalis alia concilia de hoc allegat,

TITVLVS QVINTVS,

De los Presidentes y Oydores de las audiencias y chanchillerias de Valladolid y Granada.

ET cùm de regio supremoque Regis consilio dictum sit, in quo quidẽ negotia omnia & lites expediri non possunt, *vt in l. 11. huius tituli probatur*, ideo immediatè sequitur videre de Regis cancellarijs, & audientijs nostri regni, vbi in gradu appellationis regulariter lites omnes expenduntur, secũdum gradus & locorum prerogatiuas & districtus.

In cuius tituli declarationem Didacus Perez *super eo sub tit. 4. lib. 2. ord.* quamplures gloss. proposuit, quę per ipsum videri possunt: ideo breuiter me ab eo expediam, vt ad alia deueniamus. Et notandum est quod plenitudo * potestatis cancellariæ est adeò lata, quod æqualis cum ipso Rege videtur, *secundum Auend. in dictionario, verbo, canciller*, & cancellaria, quare dicatur, & cancellarius quis sit, vide D. Couar. *cap. 4. practicarum quæstionum. final.*

IN LEGEM VNDECIMAM,

SVMMARIVM.

In quibus causis Domini de cancellarijs cognoscant in prima instantia, declarat lex nostra.

SObre *casos de corte*. Et qui sint ij declarat *l. 8. 9. 10. & 11. tit. 3. infra lib. 4. vbi annuente Deo dicemus latè.*

IN LEGEM DVODECIMAM.

SVMMARIVM.

Appellationes interponendæ ſunt à ſententijs inferiorum ad cancellariam.

T*Odas las apelaciones*. Dum tamen ſint maioris ſummæ decem mille morapetinorũ. Nam ſi huius decem mille, vel minoris valoris eſſent, non ad cãcellariam, ſed ad conſiſtorium ciuitatis vel oppidi, ad quod de conſuetudine occurri ſolet, in eis eſt recurrendum, vel ad iudices maiores in locis de ſeñorio, qui vocantur, *Alcaldes mayores*, & in Realengis, *Alcaldes de las Alçadas*, vbi cauſæ ſummæ huius finiuntur, *ſecundũ tex. in l. 7. ti. 17. infra li. 4. vbi dicemus*. Imò & cauſæ ſimiles etiam per caſum de corte, non poſſunt ad cancellarias deferri, *ſecundum tex. in l. 11. tit. 3. infra li. 4*. Et not. quod cũ iudices ij de cancellaria regulariter non poſſunt adiri, niſi per viam appellationis, niſi in caſibus à iure expreſſis, nullo modo
1 †adiri poterunt per viã querelæ, vel nullitatis principaliter intentatæ, ſi aliud non eſt de iure cautũ, *ex dictis per Auend. c. 6. prætorum, n. 2. & 3. lib. 1.*

IN LEGEM DECIMAM-QVINTAM.

SVMMARIVM.

Auditores cuiuſlibet cancellariæ in lege noſtra contenta expedire non poſſunt.

C*Artas de eſpera*. Quas moratorias literas, annales, vel quinquennales vocamus, *de quibus plura in l. 2. verbo, perjuyzio, titul. 14. lib. 4. infra, dicemus.*

1 *Ni alcen deſtierro*. Hoc enim ſoli Regi † competit, *ſecundum text. in l. relegati, ff. de pœnis tradit Anton. Gomez tom. 3. c. 8 num. 4. & melius Afflictis, deciſ. Neapo. 4. per totam, & Rebuf. in 2. tom. conſtit. Fran. tit. 1. art. 7. gloſſ. 1. nu. 1. & gloſſ. 3. in l. pen. tit. 31. part. 7. Probatq; etiam optimus text. in cap. in primis, 2. q. 1. & text. in auth. item nulla communitas, C. de ſacroſ. Eccleſ. & Auend. c. 7. prætorum num. 9. cum ſequent. pluribus, lib. 1.* inquit, quod ex hoc Domini vaſſallorũ nõ poſſunt exilium remittere, *vt & per Rolan. Valle, in conſil. 4. num. 53. cum ſequent. aliquibus, lib. 3.* niſi dominum & ſuperiorem non recognoſcãt, vel hoc habeant de conſuetudine, prout habere dicit Andre. Abexea, *de pactis, num. 340. cum ſeq.* quod potius dici poteſt de facto, vt inquit Tiraquel. *de minorandis pœnis in præfatione, num. 12.* Et ſic falluntur credentes iudices præciſum imponentes exilium poſſe illud remittere: nam equidem non poſſunt, ſed ipſe tantum rex. Qui quidem, & niſi ex iuſta cauſa, & non exiſtente parte, id facere non ſolet. Crederem tamen, quod ſi exulatus eſſet pauper, &
2 cauſa leuis, * & parte ſatisfacta, poſſet iudex, ſi aliter ipſe exulatus commodè ſubſtentari non poſſet, quàm in patria illa, exilium remittere. Nam ſi propter paupertatem pœnam pecuniariam, etiam fiſco applicatam poteſt iudex remittere, cur non exilium cùm pœna ſit, prout expreſsè tenet Auiles *c. 1. prætorum, verbo derechamente, num. 7. fol. 35.* & Tiraquel. *de pœnis temper. cauſa 32.* & optimè Bernard. Diaz *in pract. crimin. cano. c. 126.* idem ex quacunq; cauſa aſſerens fieri poſſe.

IN LEGEM DECIMAM-NONAM.

SVMMARIVM.

Lites tractandæ non ſunt in camera & aula, in qua litigans eſt filius, vel gener auditorum, vel coram ſecretario conſanguineo, ſi alij adſint ſecretarij.

A*Nte eſcriuano alguno que ſea hermano*. Similis eſt tex. vbi dicemus, Deo volente, *in l. 7. tit. 25. lib. 4. infra.*

IN LEGEM VIGESIMAM-SEPTIMAM.

SVMMARIVM.

Quo ordine & prærogatiua lites in cancellaria determinandæ ſunt, declarat lex noſtra.

C*On la antiguedad*. Hoc tamen cum limitibus Eccleſiarum ſeruandum non eſt. Nam earum lites & cauſæ abſque antiquitatis ordine examinantur & determinantur, *ſecundum Couar. in pract. c. 7. num. 7. verſ. his accedit, & facit in argu. text. in l. 17. tit. 2. lib. 3. infra, & ſupra lib. primo remanet dictum.*

IN LEGEM TRIGESIMAM SEXTAM.

SVMMARIVM.

Ordo habendus ad tollendam vim iudicum Eccleſiaſticorum, declaratur in præſenti.

P*Orende*. Optima eſt eius diſpoſitio ad declarationem *l. 2. tit. 6. lib. 1. ſupra*, vbi de violentijs tollendis diximus.

IN LEGEM SEPTVAGESIMAM-SEPTIMAM.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore potior eſt in iure, num. 1.*
2 *Seruitus realis dignior perſonali iudicatur. n. 2*
3 *Ius gentium dignius ciuili iudicatur, ex eo quod prius fuit inſtitutum, num. 3.*
4 *Adam tanquã prior formatus Euæ anteſtat, 4.*
5 *Monachi quare præſtent canonicis, num. 5.*

6 *Nobi-*

6 *Nobilior & dignior eo quis habetur, quo antiquior dignitas, atque nobilitas eius apparet num. 6.*

7 *Antiquior in gradu an præferatur nouiori numer. 7. Et quid si nouior maiorem gradum, vel ordinem habeat num. 8.*

9 *Præferendus est ille in dignitatibus, qui eam primo fuit adeptus. num. 9. & num. 10. ampliatur.*

11 *Antiquitas per vnum momentum considerature nu. 11.*

12 *Gratia prior est attendenda numero 12.*

SVMMARIVM.

Lites in consilijs & in chancellarijs Regijs per antiquitatem expediantur.

1 IBI, *Y se vean por su antiguedad.* Potius enim est ius illius, qui est prior in tempore.† *l. fin. in fin. c. qui poti. in pig. hab. reg. qui prior de regul. iur. in 6.* Indeque fit, vt dignior seruitute reali seruitus personalis iudicetur, † veluti prius inuenta
2 *l. 2. ibique glo. 1. ff. si ser. ven. signo cons. 23. col. pen. circa fin.* Eadem ratione dignius iure ciuili ius gentiũ
3 existimatur, † quod prius institutum sit. *l. 1. ff. de acq. rer. dom. §. singulorum instit. de rerum diuis. Paulus Castren. in l. 1. §. 1. n. 5. ff. de acq. pos.* Adam, e-
4 tiam ideirco Euæ antestat, * quod formatus prior
5 est 1. *ad Timot. c. 2.* eademque ratio facit, vt canonicis Monachi præstent, † quia antiquius Monachorum institutum est, *glo. & DD. in cap. quorundam de electi. in 6. Deci. in cap. auaritiæ. colum. 1.*
6 *in fin. de præb.* & in vniuersum eò dignior, nobiliorque is habetur, * quo antiquior dignitas atque nobilitas eius apparet *l. 1. ff. de albo scrib. l. 1. §. quibus de nouo. eod. faci. l. tam dementis. & auth. seq. C. de Epis. aud. l. 2. C. vt dig. or. ser. l. 1. C. de consu. libr. 12. gloss. & DD. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Ruin. cons. 19. nu. 9. libr. 1.* Locumque id etiam ob-
7 tinet, cum maior gradu aliquo is est, qui posterior ad dignitatem peruenit * *c. statuimus ibique Innoc. versi. & licet ante constitutionem de maio. & obed.* vbi consuetudine contraria cessante, potior eius causa habetur, qui prius receptus in clericum est, quam-
8 uis ordinibus maioribus præditus clericus posterior sit, † & in hanc sententiam adducit *Innoc. Decius consi. ibi. post princip. versi secundo* Dominus. vbi prærogatiuam hanc temporis ex maiori posterioris censu, aut nobilitate silere non putat, ibique dictum illud *Innoc.* dictum memoratum ait. Quo fit vt in sensum dicti text. *Roma. offenderit, sing. 691. maior ordine. & gloss. in cap. Isidorus & in capit. sexta synodus. 16. dist.* quam etiam receptam moribus nõ esse testatur *Boeri. de autho. mag. consi. num. 92. &*
9 *nu. 81.* & sic etiam in dignitatibus ille præferendus, qui primo ipsam adeptus est * *l. honores de decurio. l. fin. vbi Bart. C. de tyron. lib. 12. l. 1. §. quibus ibi, quod ordo temporum C. de noua Bart. & moder l. 2. §. prius ff. de vul. & pup. l. 1. C. vt dig. or. ser. lib. 12. l. 1. C. de consu. eo. lib. Abb. in c. dudum col. 1. de electi. & in ca. cum olim de consue. in primo not. gloss. & omnes in cap. Episcopos 17. dist. l. 1. & 2. C. de præf. pret. libr. 12. cum concor. de quibus etiam per Ins. consi. 192. num. 2. versi. moueor vol. 2.* quæ ad hoc refert *Tyber. Decian. resp. 19. nu. 183. cum seqq. vol. 3.* Id amplians, etiam si posterior tempore in reliquis esset maior & dignior ratione ordinis, facultatis aut 10
honoris, * ex illo dicto *Innoc. in dict. cap. statuimus* quem omnes sequi, & ita practicari inquit ibi ipse *Decianus dict. numero 5.* vbi idem, etiam si ille, qui posterior est esset maior ætate, ex *Ruino cons. 19. numer. 9. volum. 1. & Ins. cons. 192. volu. 3. & Decio. dict. cons. 161.* Vides igitur. quomodo antiquitati defertur, vt sic iustè lex nostra per antiquitatem lites expediri disponat: & hæc antiquitas attendatur, non verò magnitas litis, & honores litigantium, neque ætates eorum: & hæc antiquitas, etiam per vnius horæ spacium, & minus nanciscitur, & attenditur, & etiam per vnum momentum, * secundum *glo. in c. duobus de rescrip. in 6.*
11 communis, secundum *Cassia decis. 20. de præben. & gloss. in l. si ex pluribus §. fi. ff. de solutio*, & sic gratia prior est attendenda, secundum *text. in c. si à sede de præben in 6.* & sic inquit *Rebuf. in tract. de pacifi. pos. num. 299. in antiquis.* quod cautela est, vt de certa hora probatio fiat per testes & valebit, quicquid & male ibi contrarium voluerit, de quo & antiquitatis prærogatiua multa diximus in cõsilio meo de pluribus canonicis spectantibus, siue ventosis inuicem concurrentibus, pro adimpletione tituli.

IN LEGEM LXXVIII.

1 *Dictio, non, si præcedit verbum, potest, adimit potentiam. num. 1.*

SVMMARIVM.

Præsidentes, ac Auditores Regij, & iudices Cancellariarum, bonorum deposita per inferiores facta non possint apud se deferri iubere, etiam si lites eorũ ad eos per appellationem deferantur, neque possunt mittere homines ad loca, vbi deposita existunt, pro eorum bonorum administratione, nisi de consensu partium litigãtium.

IBI, *No puedan.* Iurisdictionem eis adimunt hęc verba, nam impossibilitant hos iudices hæc facere: dictio enim, non, si præcedit verbum potest * potentiam adimit, vt diximus *in l. 5.* 1
supra eo. sub l. 55. Tauri, & similibus mulieribus vxoratis prohibẽtibus cõtrahere sine maritorũ licẽtia.

Ibi. *A donde ellos residierem.* Et iustissimè aliter enim magnas lites, & in eis prosequendis magnas expensas fieri faciunt, quæ euitandæ sunt, quod est optimum pro spolijs Episcoporum, qui iam per iudices ordinarios ciuitatis, vbi vel in cuius districtu moriuntur faciunt secrestari & deponi, vt talia bona iam non deferantur ad curiam mandato dominorum Præsidentis & Auditorum cõsilij, prout aliquando vidi iussum in maximam perniciem bonorum spolij sed fortasis fuit factum: quia partes id voluerunt, eis tamen nollentibus nullo modo est faciendum.

IN LEGEM SEPTVAGESIMAM-NONAM.

SVMMARIVM.

Præſidentes & Auditores Chancellariorum non poſſunt ſe intromittere ad cognoſcendum de venditis, per conſilium patrimonj Regij, & lites pendentes ei remittantur.

IN LEGEM DECIMAM-SEXTAM.

SVMMARIVM.

Sed deinceps iudices domus & curiæ adſint, & ordo ab eis obſeruandus in cognitione negotiorum cauſarum ciuilium & criminalium deſcribitur, & eius expoſitio nouam formam conſtituit, & auget numerum horum iudicum.

IN LEGEM DECIMAM-SEPTIMAM.

SVMMARIVM.

Iudices curiæ in gradu appellationis poſſunt vſque ad quantitatem centum mille morapetinorum cognoſcere in negotijs ciuilibus, in quibus antea vſque ad quinquaginta mille morapetinos cognoſcebant in dicto gradu, & eſt ampliatiua legis præcedentis.

TITVLVS DECIMVS,

De la recuſacion del Conſejo, y Preſidentes, y Oydores de las Chancillerias.

ET quia aliquando Domini de conſilio & cãcellarijs in litibus recuſantur, ideo poſt titulos præcedentes, vbi de ijs Dominis dictum eſt, ſequitur noſter de recuſationibus eorum.

In cuius tituli declarationem ſolummodo notandum eſt *ex l. 16. huius tituli* determinari quæſtionem ſatis à Doctoribus noſtris altercatam, ſcilicet, à D. Couar. *in pract. cap. 26. num. 4.* & Oroſcio, *ſuper ff. verſi. col. 664. in princ* & Didaco Perez *lib. 3. ordin. col. 953. in fine:* num, ſcilicet, minores 25. annorum
1 non recuſantes regium† conſilium, vel conſiliariũ intra terminum ab eis legibus præſtitutum, eo elapſo admittantur ad recuſandũ per viam reſtitutionis. Et in hoc dubio text. noſter determinat, quod non, & ſic iam non eſt locus diſputationi. Et hoc dũmodo habita ſit notitia recuſationis ante: aliàs enim recuſatio admittetur abſque reſtitutione *ex l. 15. noſtri tituli, & ex noſtra, & ex dictis per Couar. vbi ſupra num 2.* Et in materia huius noſtri tituli, & pro eius declaratione habemus iam pragmaticam nouã factam poſt noſtræ Recopilationis promulgationem in curia de Madrid, quæ vbique habetur præ manibus, & videri poteſt, videbis eam. Et iam inſeritur in hoc titulo in ſecunda & noua impreſſione & recognitione huius regiæ Recopilationis.

IN LEGEM DECIMAM-NONAM.

1 *De recuſatione iudicum ſuperiorum, remiſſiuè, num 1.*
2 *Recuſatio quando in caſu l. noſtræ ſit opponenda, & quid antea, num. 2.*
3 *Iuramento ſtandum eſt in ijs quæ animo conſiſtunt, num. 3. vbi limitatur.*
4 *Caſus 37. remiſſiuè in quibus iuramento alicuius ſtatur. num. 4.*
5 *Recuſationis vera cauſa in caſu noſtræ l. quomodo probetur, num. 5.*
6 *Eccleſia vel minor, an in caſu l. noſtræ poſt concluſum in caſu admittatur ad recuſandum authorem, num. 6.*
7 *Iudex recuſatus, an regulariter poſſit interrogari de veritate cauſæ recuſationis, nume. 7. Et ibi coram quo iudice ſit interrogandus, & quando reſpondere teneatur.*
8 *Teſtis non punitur ex turpitudine per eum in ſuo dicto detecta, num. 8.*
9 *Recuſatio, appellatio, & relatio à pari procedũt, numero 9.*
10 *Geſta per iudicem poſt recuſationem, an ſint nulla ipſo iure, vel annullanda veniant mediante appellatione, num. 10.*
11 *Conſanguinitas vel affinitas in caſu l. noſtræ quomodo ſit verificanda, num. 11.*
12 *Recuſatio ex cauſa affinitatis vel conſanguinitatis, non procedit quando iudex vtrique eſt coniunctus, num. 12.*
13 *Recuſatio ex cauſa conſanguinitatis vel affinitatis*

tatis, vsque ad quem gradum procedat, n. 13.

14 *Recusatio ex leui causa conceditur. num. 14.*

15 *Conclusio quod recusatio procedat ex causa affinitatis vel consanguinitatis, quatuor modis limitatur, num. 15.*

16 *Par affectio tollet suspicionem, num. 16.*

17 *Papa respectu consanguinitatis vel affinitatis, non recusatur, num. 17.*

18 *Amicitia nimia est iusta causa recusationis, num. 18. & idem de inimico & odium habente, numer. 19. Etiam non capitalem, sed simplicem, quæ iudicis arbitrio committitur ibidem.*

20 *Excipere potest contra inimicum suum de inimicitia qui fuit eius causa, num. 20.*

21 *Inimicus non solum dicitur qui habet apparentia signa odij, sed etiam qui habet causam odij sine signis etiam si ostendat amare, num. 21.*

22 *Inimicus nouiter reconciliatus potest repelli & recusari, num. 22.*

23 *Inimicitia procurata per recusare volentem, nihil prodest, num. 23.*

24 *Causa inimicitiæ aut amicitiæ ad recusandum est exprimenda, num. 24. Et ibi quod debet esse manifesta & non dubia.*

25 *Inimicus nemo præsumitur, num. 25.*

26 *Amicitia maioris est ponderis quàm fraternitas, num. 26.*

27 *Recusationis plures causas, remissiuè, num. 27.*

28 *Iudices præmaximè maiores debito honore sunt honorandi, num. 28.*

29 *Iudices dicuntur esse in dignitate & qui, numero 29.*

30 *Delegationes Apostolicæ quare canonicis & existentibus in dignitate fiant, num. 30.*

31 *Recusans malitiosè delictum committit, numero 31.*

SVMMARIVM.

Ordinem seruandum in recusatione Dominorum de consilio Præsidentium, & Auditorum, & iudicum Chancellariarum, declarat lex nostra.

1 IBi. *En que disponen las otras leyes por nos despues hechas.* Quas in hoc *tit.* 10. reperies, de quibus recusationibus,* vide *Couar. in pract. cap. 26. per totum.*

Ibi. *Respeto a la vista lapso y transcurso de los treinta dias despues que se commençare a ver el pleyto.* Et sic licet antea ante litis contestationem debeat opponi, vt per *Lanfran. in tract. de recusati. in prin. in* 1. *parte tomi. 3. tract. diuers. Doct. & Maran. in pract. tit. de appell. n. 25.* & post conclusionem fieri nõ poterat, vt tractat *Præposi. in c. cũ specialiu. 22. de appell.* Ex lege tamen nostra, etiam post conclusionem in causa admittitur: dum tamen intra triginta dies postquam lis incœpta est videri* proponatur recusatio dictorum consiliariorum, Auditorum, & iudicum hic expressorum, nam quoad hunc recusationis effectum, lex nostra visionem processus & lapsum temporis pro conclusione esse disponit. 2

Ibi. *Y prouandose en este vltimo caso.* Intellige probandum esse in hoc vltimo casu, quod causa recusationis proposita sit vera: nam quoad illud scilicet, quod de nouo deuenit in notitiam recusantis per ipsius iuramentum erit hoc probandum, *ex l. nostra* in præcedentibus verbis, & *ex l. sequente* clarius disponitur, in ijs enim, quæ consistunt in animo, standum est iuramento, * ex *gloss. in l.* 1. 3
versi. vsus ff. de itin. ac priua. & gloss. in §. sed ista quidem instit. de actio. vbi Ias. nu. 88. cum seqq. aliquibus aliàs allegat & præsertim *glos. in cap. significasti* 1. *de homicid. & ibi Felin. num.* 1. *cum seqq. limitat. & Abb. in cap. nouit. nu. 54. de iudi. vbi additio. litera C. eam declarat & Anto. Gom. de delict. cap. 3. num. 26. & iterum ibi in cap. fin. num. 1. & 2. & in d. nu. 26.* intelligit, nisi sit præsumptio in contrarium: Item intellige, nisi probetur cõtrarium, prout probari potest secundum dictos *DD.* præsertim *Ias. vbi supra nu. 92. & Auiles c. 52. Præto. num. 12. fol.* 255. & triginta septem casus vbi statur iuramento alicuius, † vide per *Casan. in consue. Burgun. rubr.* 1. 4
Saicleum Comet. n. 171. cum seqq. plurib. fol. 60. col. 4. cum 3. seq. & Soc. in reg. cõscientia. & Hippol. sing. 635.

Ibi. *Por la confession del juez.* Intellige recusati, qui sub iuramento declarabit sit, vel nè verà recusationis causa, † non verò alijs probationibus id 5
iustificabitur, vt inquit *Couar. in pract. 26. cap. nu. 3.* Sed an sit causa recusationis orta & nata ante conclusionem, id testibus probari poterit, secundum *Couar. in eo. c. 26. nu. 3. vbi num.* 4. * an Ecclesia vel 6
minor admittetur post conclusionem ad recusandum auditorem. Sed an regulariter iudex recusatus possit interrogari de veritate causę recusationis † *Aufredius in tract. de recusa. num. 46. tomi. 3. par.* 1. 7
diuersorum, inquit, quod sic, & se vidisse sæpenumero id fieri, imo communiter in parlamento, quando Præsidens, vel consiliarius recusantur, & allegat ad hoc *glos. in ca.* 1. *de exceptio. versi. siuè confessi. in fine.* vbi dicit, id coram arbitris debere confiteri, & sic coram illis, qui de causa recusationis debent cognoscere: & inquit ibi *Aufredi.* quod si quæratur de causa, quæ crimen non inducit, tenetur respondere, sed si de illa, quæ crimen induceret, non tenetur, idque fundat ex eo, quod communiter dicit teneri, quod testis non tenetur respondere ad illud, per quod sua turpido detegatur, & reueletur, & quod idem est in iudice recusato: sed hæc licet ita sint, non vtique debet res indecisa remanere, sed vel debet haberi pro recusato iudex hic si nollit causam dicere, vel debet cogi illam manifestare: tum quia, *dixi in l. 2. titu. 8. libr. 4. supra numero 15.* testis non punitur ex turpitudine detecta per eum in suo iuramento: * tum etiam, quia si aliquod fieret, esset occasio vt iudices recusationem 8
contra eos propositam euadere possent, & inutilẽ reddere, & partẽ coram iudice suspecto litigare, quod esset maximum inconueniens, & damnum magnum parti recusanti sequeretur.

Ibi. *No lo pueda hazer sino por causas nueuamente nacidas despues de la sentencia de vista.* In gloss. præce-

præcedenti hæc & sequentia verba remanent intellecta, & vide *Maran vbi supra nu. 74.*

Ibi. *Y lapso de tiempo.* Scilicet 30. dierum in prin. legis huius assignatorum.

Ibi. *No embargante la pendencia de la dicha recusacion.* Et hoc ob bonum commune, nè lites protrahantur, & vt litibus sit finis, in quo consistit fauor publicus, & calumnijs occurritur, quæ possent excitari si recusatione facta lis cessaret, nec videretur, processus, & sic est casus in præsenti limitatiuus regulę iuris, quà probatur recusationem, appellationem, ac relationem à pari procedere † vt per *Host. & Io. And. in c. legitima verb. assignata, de appel. in 6. not. omnes maximè Fran. in rubr. de appella. extra.* adeò, vt in disputationem, vertatur per *DD.* an sit nulla ipso iure gesta per iudicem post recusationem, * vel annullanda mediante appellatione, de quo per *Lancello. de attentatis 2. part. c. 6. per totum vbi in c. 8.* proponit dictam æquiparationem, recusationis, appellationis, & relationis, de quo & diximus *in l. 1. tit. 16. nu. 8. cum seqq. libr. 4. supra & Maran. in pract. in 2. actus de appel. numer. 24.* præsertim quia nihil damni obuenit parti recusanti attenta dispositione nostri tex. scilicet, quòd si viso processu reperiatur causam recusationis esse veram alij iudices pronuntiabunt, sin minus ipse cum eis, licet non cesset ex toto damnum, eò quòd recusatus, dum processus videtur & visioni assistit multa posset aduertere contra recusantem, quæ possent posteà ei esse damnosa.

Ibi. *Otrosi mandamos, que si del auto.* Pro horum verborum declaratione videnda sint dicta in glossis præcedentibus.

Ibi. *Sea obligado a declarar en particular el grado del tal parentesco, O afinidad, y el medio y causa donde viene.* Et sic declarandum est secundum tenorem * *c. licet ex quadam de testibus.* cum tex. hic requirat medium, & causam, & sic caput & medias personas à quo & per quas consanguinitas, vel affinitas prouenit: & hæc fundantur ex *capite postremo. de appella. et in capite accedens 2. vt lite non cont.* adeò vt etiam si procedant ex damnato coitu debet verificari hæc consanguinitas, vel affinitas, & habet locum recusatio, secundum *Aufredi de recusatio num. 3.* Et hoc nisi sit vtrique parti æqualiter coniunctus: quia tunc non habet locum recusatio hæc, * vt per *Marant. vbi supra nu. 29. et 30.* sed vsque ad quem gradum habebit locum hæc recusatio, & in hoc *Aufred vbi supra nu. 4.* inquit cum *glos. in d. c. postremo.* recusationem ex causa consanguinitatis, vel affinitatis, habere locum, vsque ad gradum succedendi abintestato, † qui cum hodie sit decimus, tam in agnatis, quàm in cognatis *ex §. si. instit. de legi. agn. succes.* & cognati sunt redacti ad instar agnatorum, *vt in §. nullam in auth. de hære. abint. venien.* vsque ad decimum gradum locum habebit recusatio, nisi aliud in vlteriori gradu sit de consuetudine: nam tunc consuetudo seruabitur, secundum illam glos. cessante vero consuetudine seruabitur decimus gradus illius glos. quam opinionem communem appellat ibi *Aufred. et sequitur Meno. de arbit. lib. 2. casus 153.* vbi *nu. 6.* inquit se putare quod iure ciuili inspecto, vsque ad decimum gradum, abinde verò arbitrio iudicis relinqui perpēsa personarum qualitate, & mutua inter eos affectione, quod arbitriū iudex faciliter præbebit, si de consuetudine, aliquid, vel de stylo tribunalis sit circa hoc inductum, cum recusatio ex leui causa concedatur. † *c. cum R. canonicus, vbi glos. de offi. deleg.* Hæc tamen conclusio, quod ex causa consanguinitatis, vel affinitatis habeat locum recusatio, limitant, quatuor modis *Aufred. & Menoch. vbi supra*, vt non procedat. * Primò si iudex ille est vir integerrimus & religiosus valde, quod nota, vt scias, quot commoda ex vitæ integritate resultant etiam in temporalibus, & contrario quot damna. Secundò non procedit dicta conclusio, cum iudex habet parem coniunctionem cum vtroque litigante: nam par affectio tollit suspicionem. * *l. non solum §. denuò de ritu. nup.* Tertio nisi causa esset leuis ponderis. Quarto limitat *Aufred.* vt non procedat in Papa, qui etiam prætextu consanguinitatis, vel affinitatis recusari non potest, * ex *glos. in cap. primo, in fine de concess. præb. in 6. Hostien. Sicul. & Ioan. And. in cap. querela de electione & alij allegati per Aufred. vbi supra nu. 6.*

Ibi. *De amistad, o enemistad* In nimis amico * est tex. *in capit. ad hæc de rescript. cap. cum R. canonicus. & ibi Siculus de offi. del. c. accusatores 43. q. 5. l. vni. C. si quacun. præd. pot.* & de inimico odium habente † est *text. in cap. cum super, secundum intellectum glos. de offic. de le. not. Specul. & relati per Maran. in pract. tit. de appella. num. 35. vbi allegat. Filip. Fran. in d. c. postremo. col. 9. vers. 32. de appella.* dicentem sufficere quamlibet inimicitiam, etiam non capitalem, & facit text. noster pro hoc, dum non capitalem, sed simplicem inimicitiam considerat: & insuper amicitiam, dum tamen exprimatur causa inimicitiæ, vel amicitiæ specialiter, & determinatè: & idem tenet *Aufredi d. nu. 26.* & sic inquit *Meno. de arbit. libr. 2. casu 110.* inimicitiam iudicis arbitrio committi, & *Aufrd. d. nu. 26.* & talem inimicitiam procedere à partibus, vel à tertio ex falsa, vel vera causa non est incipiendum secundum eosdem, ex *Innoc. in c. cum I. & A. de re iudi.* Sufficit enim quod tale quid præcesserit, quod habuerit prouocare animum alterius ad inimicitiam. *l. 1. ff. de ijs qui vt ind. vbi Bartol.* vnde ille, qui fuit causa inimicitię, * potest excipere contra inimicum suum de inimicitia, vt vult *Archid. in cap. statutum de rescript. in 6. argum. l. nec timorem. ff. quod met. caus.* licet *glos.* aliter sentiat, *in cap. vt debitus de appella. ita Anfred. vbi supra nu. 26. vbi n. 27.* inquit quod nedum dicitur inimicus, † qui habet apparentia signa odij: sed etiam qui habet causam odij sine signis, etiam si ostendat amare, secundū *Innoc. in d. cap. cum I. & A.* Imò & inimicus nouiter reconciliatus potest repelli, & recusari, * secundum *Aufred. ibi num. 26. & Maran. in dict. tit. de appella. nu. 64.* Nam inimicitiæ effectus per reconciliationem non censetur sublatus, vt per *Meno. de præsumptio. libr. 1. quæst. 89. numer. 57.* & hæc vera sunt. Dum tamen inimicitia non sit procurata per recusate volentem: nam tunc nihil prodesset * quod iudicis arbitrio relinquendum inquit *Aufred. dict. num. 26.*

Ibi. *A declarar y espressar en particular las causas y medios de la dicha amistad, o enemistad.* Debet enim exprimi causa inimicitię, vel amicitiæ, nec sufficit generaliter dicere esse intimum amicum, vel inimicum capitalem, * secundum *Ioan. And. Domi. & Additio. Specul. relatos & secutos per Aufred. d. numero 26.* debetque esse inimicitia manifesta,

& non

& non dubia *l. non distinguemus* §. *cum quidam ff. de arbit.* nemo enim præsumitur inimicus, quia est
25 contra ius naturale. * *l. vt vim ff. de iuſ. & iure.* & faciunt dicta per me, *in l. 2. tit. 8. numero 1. libr. 4. supra*, & recusatur amicus, quoniam amicitia
26 maioris est ponderis, quam fraternitas, † secundum *Alberi. in l. sed & hæ. ff. de procura. Menoch. de præsump. libr. 4. præsump. 75.* & plures alias recu-
27 sationis causas numerat † *Aufredi. vbi supra, & Marant. in pract. titul. de appellat. numero 24. cum seqq. pluribus & per Doct. maximè Præposi. in capit. postremo de appell.* Nam causæ in nostra lege expressæ non arctandi, sed exempli causa apponũtur.

Ibi. *Se pongan honestamente*, Iudices enim præ-
28 maxime maiores debito honore honorandi sunt,* ex text. *in cap. vt debitus de appella. & l. fin. C. quando prono. non est neces.* ex quo *Præposi. in dict. cap. vt debitus num. 2.* inquit, quod esse iudicem est
29 honor, & quod ob hoc dixit ibi *gloss. notab.* † quod iudices dicuntur esse in dignitate, ibi tamen hoc intelligit in ordinario, non in delegato *l. munerum.* §. *iudicandi. ff. de muner. & hono.* Nam potissimum insigne dignitatis est præeminentia cum iurisdictione. *cap. de multa. & ibi Ioan. & alij, de præbend.* Delegatus autem non habet iure suo, sed alterius iurisdictionem, sicut ordinarius, † 30
& propterea inquit ibi *Præposi.* quod fiunt delegationes Apostolicæ existentibus in dignitate & canonicis cathedralibus, & dixi *in l. 7. titul. 9. libr. 3. supra numer. octauo* sed licet esse iudicem sit honor, est etiam onus respectu laboris adhibendi in administratione iustitiæ, vt per *Præposi. vbi supra.*

Ibi. *Aunque la parte contraria del que recuso consienta la recusacion, esto no baste.* Nam cum agatur de præiudicio honoris auditoris recusati nimirum si non sit in partium potestate ab ea resilire postquam proposita est, vel ei consentire, præmaxime, quia si eam non probat incurrit recusans pœnam à legibus nostris propositam, & deliquit, † recusando malitiose si causa non 31
est probata, & in delictis non est locus pœnitentiæ ad euitationem saltim pœnæ ob delictum imponendæ.

TITVLVS VNDECIMVS.

De los Alcaldes de los hijos Dalgo. 1

SVPERIORIBVS titulis cœptum & completum est dicere de Regijs consilijs & cancellarijs, nunc & in nostro, & de alijs iudicibus Regijs, & cancellariam etiam constituentibus dicitur.

IN LEGEM SEPTIMAM ET OCTAVAM.

SVMMARIVM.

Pro summario earum sufficit, quod in ijs duabus legibus ponitur ordo & forma probandi nobilitatem.

DE quarum legum materia quamplura dixit Otalora, de nobilitate, tam in Theorica quàm in practica, vtilia, & aliqua tractauit Auend. *c. 14. prætorum lib. 2.* & plura nobilitatis priuilegia ponit Tiraquel. *in suo tractat. de nobilitate c. 20. per totum.*

De l. 8. Ibi, *Todas tres personas.* Itaque continuatio earum requiritur, *secundum Auend. c. 14. prætor. num. 24. post princ. li. 2. & iterum ad fin. de ea tractat. & Couar. in pract. c. 21. n. 7. per totum eam allegantes.*

IN LEGEM NONAM.

SVMMARIVM.

Qualiter excusantur à popularium contributionibus nobiles, & fidalgui notorij, & vxores eorum viduæ, & castè viuentes, in præsenti declaratur.

POr se escusar de pechar. Quo casu falsum cõmittitur: * hoc enim committit asserens se 1
nobilem, cùm non sit, *secundum text. in l. 2. tit. 7. part. 7.* & tenet in ijs terminis Auenda. *cap. 14. prætor. num. 23. lib. 2.*

De solar conocido. † Qui sint isti, tractat Otalora, *de nobilitate 2. part. c. 4. num. 7.* & Didacus Perez 2
hic, quam legit sub l. 6. tit. 2. lib. 4. ord. col. 1373. in princip. & practicus Monterroso, *in sua pract. ciui. & crimin. latè de ijs agit.*

Las mugeres que fueren casadas con hijos Dalgo. Mulier enim radijs viri corruscat, * etiam dum vi- 3
dua permansit, *vt in l. fœminæ, ff. de senatori. l. mulieres, C. de dignitati. lib. 12.* De quo plura in propositũ tradit Didac. Perez *hic in gloss. Otrosi col. 1373.* vbi Tiraq. allegat latissimè hęc disserentem, & Carol. de Grassalis *lib. 1. Franc. iure 18.* quod adeò vltra eum verum credo, quod etiam si ratione seruitij, * 4
laboris, vel officij, quod quis gerit aliquo priuilegio fruatur, etiam eodem priuilegio vxor eius gaudebit. *prout probat tex. in l. 18. tit. 14. lib. 6. infra, & probat text. in l. eos qui, C. de fabricensibus lib. 11. singul. secundum Maria. Soci. in rubri. extra. de foro compet. colum. 5. Quem ad hoc ita tenendo allegat Mexia, in pragma. del pan, conclus. 2. numero 63. fol. 50. & Auendan. respons. 20. numero septimo in principio, & Dominus Padilla in l. voluntas, numero quinto, C. de fideicommis. & Didacus Perez hic in dicta columna 1373. in fine,* & nouissimè nullum horum citando Pelaez *de maioritatibus 1. p. quæst. 51. numero 34. per totum, vbi ad hoc allegat l. 18. titul. 14. libro 6. infra, & alias leges partitarum. Et faciunt dicenda annuente Deo, in l. 1. titul. 17. infra lib. sequenti,* quicquid contrarium voluerit, & male Auiles,

in proœmio

in proœmio capitulorum prætorum, numer. 18. *fol.* 3. Imo.& plus inquiunt Bonus de Curtil. & Dec. relati per Cassaneum, *in consuet. Burgund. rub.* 9. §. 7. *La femme de minorite. nu.* 3. *fol.* 306. quod mulier naturalis tantum, si nupta sit viro legitimo, & naturali, efficitur legitima. Quod est singulare, *secundum Cassan. ibi*, si verũ esset: vereor tamen pro nunc ne non sit, notandum tamen est pro fœminis illegitimis. Eodem etiam themate retento regis vxor mortuo marito Regina vocari potest, *secundum Burgos de Paz in proœmio leg. Tauri. nu.* 11. *latè per Corsetum, in tract. de potestate, & excellen. reg.* 9. 29. & an teneatur Rex vocare vxorem suam Reginã, per eũ *ibi quest.* 30. & Benedict. *in c. Raynutius verbo, in eodem, de testamento* 1.

Mantunieren despues castid id. Nam si luxuriose viuat plura perdere asseremus *in l.* 4. *tit.* 1. *infra, lib.* 5. *Deo volente.* Imo & quod plus est, quod si nubat alij perdit priuilegia † primi mariti, cum per secundas nuptias animam primi mariti contristari asserat, *tex. in authen. de non eligendo, secundo nubentes.* §. *perspeximus, & auth. de nupti.* §. *quæ vero. in.* 2. & cum hęc efficiat, secundum illa iura antiqua, non vero secundum Christiana, per matrimonij secundi contractum, nimirum si & perdat priuilegia viri, cui iniuriam vxor eius fecit: sicut & perdit vxor legatum ei per maritũ relictũ si caste vixerit, per secundarum nuptiarum adeptionem, & contractionem *secundum Couar. in.* 4. 2. *part. c.* 3. §. *fi. nu. fi. fol.* 49. *de sponsalibus.* Et itidem, quia cum per secundum matrimonium effecta sit vna caro cum viro secundo cui adhęsit, iuxta illud *Genesis. c.* 2. Caro de carne mea, & os de ossibus meis, meritò si vestigia carnis, cui adhæsit sequatur omissis reliquijs prioris mariti. Et per consequens vxor viri nobilis, eo mortuo, si nubit viro plebeio † non gaudet nobilitate sua prioris mariti, & contribuet in contributionibus plebeiorum, *ex text. nostro.* Qui plus & fortius probat, scilicet, quod si mulier nobilis † nubit viro plebeio, non gaudet nobilitate sua: nam offuscatur durante matrimonio cum viro illo plebeio, prout in proposito aliqua inferendo tradit dictus glossator Salmantinus *vbi supra. column.* 13 8. *in gloss. peche mientra.* Et probat tex. *in l.* 3. *tit.* 21. *part.* 2. *ibi. O la fidalga con el vil ano:* Quam ad hoc licet corruptè allegauit, & cõsideraui Dominus Padilla *in d. l. vocullas. nu.* 5. *C. de fideicom. vbi ad hoc allegat Pala. Rub. & Auiles, vbi supra. nu.* 17. Hæc tamen, & sic dictam. l. Partitarum limitatè vt vera essent, quo ad ea, quæ commodum mulieri ipsi nobili afferrẽt: quo ad ea enim, prout est exemptio tributorum, mulier nobilis nubens plebeio perdit nobilitatem. Non vero sunt intelligenda quo ad ea, quæ incommodum mulieri huic afferre possunt: prout est desdezirse, vel tormentis subijci, & similia. Quo ad hæc enim non perdit nobilitatẽ mulier hæc nobilis plebeio nubens, *ex Bart. in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. *& in. l. vna. de infami.* dicente, quod si ex dispositione legis vel statuti aliquis perdat nobilitatem, intelligitur illam perdere quoad suum commodum, non quoad suum damnum & vituperium. De quo latè per Fel. *in c. dilectus, el.* 2. *col.* 4. *de rescrip. relatum & secutum per Castellum in l.* 57. *Tauri, num* 4. *& per Angel. de malefic. verbo, Casum Sempronij, num.* 14. *& additio. Bart. in l. non tantum,* §. *si emancipatus, num.* 4. *ff. de contrah. & optimè per Tiraquel. de nobilitate c.* 6. *num.* 52. *cum sequent.* Et hoc est quod dicit Bald. *in l. cum quædam puella, ff. de iur. omn. iud.* relatus per Cassaneum *in conjue. Burg. rub.* 9. §. 7 *n.* 4. 306. quod mulier nobilis nubens ignobili, non ex toto perdit nobilitatẽ Neq; huic limitationi obstabit tex. *in d. l.* 3. *tit.* 21. *par.* 2. Nam ibi non probatur, quod in totum nobilis mulier nubendo ignobili, nobilitatẽ amittet, sed tantũ quod diminutionem patitur in nobilitate. Quæ diminutio consistit in ijs, quæ cõmodum suum tangere possunt, non verò in asserẽtibus vituperium & damnum. Neq; itidem obstabit tex. *in l. fin. C. de incol. lib.* 10. & aliæ similes: quibus probari videbatur, nobilem mulierem in totũ nobilitatem amittere, si ignobilẽ virum duceret. Nã illæ leges procedunt, & intelligi possunt, quotiescũq; mulier talis non à se nobilitatẽ habebat, sed ex radijs & coruscatione prioris viri nobilis. Tũc enim, si ignobili viro nubat secundò, in totũ illã amittit nobilitatem ex radijs prioris viri quæsitã: secus verò quoad illam. quæ ex semetipsa mulier talis habebat. nã tunc non in totum amittit eã, sed patitur in ea diminutionẽ, si viro ignobili nubat. Iura enim sanguinis tolli non possunt, licet diminui sic, prout expressè voluit sic intelligere Palat. Rub. *in rub.* §. 31. *n.* 9. *fol.* 17. & iterum *in ea rubr.* §. 32. *n.* 1. *don. inter.* Neque iterum obstabit tex. *in l. interdicimus*, aliàs incipit, *edicimus. C. de murilegul. lib.* 10. nam ibi mulier illa prius monita fuit, ne nuberet ignobili, ideò nimirum ii monitione nõ obstante nubat, in totum natiuam libertatẽ amittat. Notandum tamen est, quod ne mulier talis nobilitatem amittat, solent impetrari à rege litteræ, ne mulier talis nobilitate sua priuetur, *secundum Didac. Perez hic, col.* 1379. *in princ.* Ex quibus inferri potest & ad quæstionem, scilicet, quid si vir nobilis † ducat mulierem ignobilem, num bona illius mulieris pro quibus ante contribuebat, nunc & tributaria erunt: & videbatur quod sic, *ex dictis & ex d. l. partitarum*, eo quod offuscat vir ille nobilitatem suam, ignobilem ducendo. Contrarium tamen tenendum est: nã vir sicut radijs nobilis mulieris non corruscat, *secundum Syluam Nuptialem, lib.* 2. *num.* 28. *& Paul. Rub. in rubr.* §. 31. *nu.* 6. imò, *vt dictum est*, mulier ipsa nobilitatem perdit, saltẽ in commodosis, ita & neque iustum est, quod vir nobilis propter vxorem suam ignobilem, nobilitatem perdat, nam cõtrariorum eadem debet esse disciplina. Et sic, cum in hoc casu mulier ipsa ignobilis radijs viri coruscet, etiam mortuo marito, *vt dictũ est*, nimirũ si pro bonis ipsius mulieris vir eius nobilis cõtribuere nõ teneatur, *prout in expresso tenuit Auiles vbi supra, num.* 19. *fol.* 3. *& ante eum Palac. Rub. in d.* § 31. *n.* 8. & iterum *in d.* §. 32 *n.* 4. *ad fin.* In casu tamen quo vxor esset quædam Regina vel Comitissa, vel similis domina, vir eius ignobilis radijs eius coruscaret, *secundum Tiraquel. de nobilitate cap.* 18. *num.* 39. *cum duobus sequentibus, & per Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri, numero* 3. *vsque ad* 20. *& Carolus de Grassalis lib.* 1. *Regal. Franciæ iure* 18. *vers. hic est etiam. pag.* 262. vel in locis, vbi aliud concessum est prout Salmanticæ inquit esse Didacus Perez *in præsenti, col.* 1379. *Y en los descendientes de Antona Garcia*, circa gabellarum immunitatem.

Y si la muger. Vide d. *in gloss. supra proxima.*

Pero si muriere el marido. Intelligo ignobilis, cum

5 6 7 8

cũ quo mulier ipsa nobilis nupta erat. Nã tunc cessat ignobilitas, & nobilitatis offuscatio, & redit res ad primæuũ statum & naturam, & sic mulier ipsa nobilitate sua † gaudebit, interim quod alij ignobili non nubit. Et ita tenendum *ex tex. nostro:* quamuis contrarium decisum in Parlamento Dalphinali, testetur Guido Pap. *decisi.* 349. & 380. *relata, & secuta Per Tiraquel. de nobilitate. c.* 18. *nu.* 38.

No embargante que trayan pleytos. Nam cum nullus à contributionibus ijs, & tributis Regijs excusetur, nisi, qui expresse in iure exemptus reperitur, si statim de tali exemptione non constiterit, contribuere interim † quod constat teneatur. Et ita in practica seruari asserit, & nos videmus quotidie, Pala. Rub. relatus per Didacum Perez *hic col.* 1380. *super his verbis.* Vbi optime quærit, nam idem sit quoad officia, honores, & munera, de quo allegat doctissimum Couar. eam optimè declarantẽ quæstionem. De qua & agit Dominus Padilla, *in. l. ædibus. nu.* 6. *C. de serui. & aqua.*

Su padre y aguelo. Dispositio hæc fundatur optimè ex opinione illa iure communi habita & relata per Auenda. *c.* 14. *præto. nu.* 23. *in fine cum sequent. lib.* 2. Vbi & inquit, quod per istam legem potest iudex inferior reddere pignora capta nobili, *quem pro intellectu videbis, cum. nu.* 24. *sequenti.*

Pero es nuestra merced, que si alguna. Pro horum verborum intellectu, videndus est ipse Auenda. *in eo, c.* 14. *nu.* 24. *lib.* 2. *prætorum.*

IN LEGEM DECIMAM SEPTIMAM.

Aley. Quæ est. *l.* 5. *tit.* 6. *infra lib.* 4. vbi latè dicemus de hac materia publicationum testium, quoniam *ibi* est locus ordinarius. De lege. *20. in fine*, vide omnino dicenda Deo volente. *in. l.* 12. *Tauri posita pro. l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *infra.*

In hoc titulo in secunda impressione, & recognitione huius Regiæ Recopilationis habemus legem nouam insertã ex curijs de Madrid. anni. 1572. desumptam.

Ad titulum. 12. adde videndam. l. 32. titul. præcedentis, tollentem exercitium notariorum, & eorum locum tenentium, quæ vt nouior lex seruanda est, vt apparet in marginali subscriptione secundæ impressionis huius Recopilationis.

IN LEGEM TRIGESIMAM SECVNDAM.

1 *Appellatio in causa gabellarum ad quos iudices sit interponenda. num.* 1.

2 *Punctuationes, vulgò, apuntamientos, gabellarum vim legum habent. numer.* 2.

3 *Specialis dispositio non censetur per generalem tolli. n.* 3.

4 *Species vbi præcedit genus semper videtur à genere excepta. num.* 4.

SVMMARIVM.

In qualibet & in vnaquaque audientiarum siue Chancellariarum Pinciæ & Granatæ adsint iudices nobilium, qui cognoscant de negotijs nobilitatis & gabellarum. Sicque cesset exercitium notariorum, et eorum locum tenẽtium. Et dicti iudices sibi non percipiant Duplas, sed Cameræ Regiæ applicentur.

IBi. *Alcaualas.* Hic videtur probari super negotijs gabellarum in gradu appellationis cognosci posse per iudices *De hijosdalgo*, in Chancellarijs Pinciæ, & Granatæ, prout antea solebat cognosci per eorum vicem gerentes, & notarios. Sed videtur legem nostram in hoc esse correctam *per cap.* 19. *nouarum punctuationum, ad quaternum gabellarum factarum*, quod quidem disponitur, à sententijs super gabellis latis omnino (& priuatiue ad alia tribunalia) esse appellandum ad consilium Regium maioris calculationis: *nam lex nostra fuit in anno. 1572. constituta & publicata: punctuationes vero illæ in anno. 1575. & sic tanquam nouiores corrigere in hoc legem nostrã: punctuationes enim illæ vim legum obtinere, † in *lib.* 9. *Recopila* dictum reperies. Quid verò erit in hoc dicendum, in quo teneo cessare correctionem & esse euitandam, ex eo quod lex nostra est specialis, capitulum vero illud. 9. generaliter disponit, & sic per generalem dispositionem non est censendum nostram specialem corrigi, *sed potius declarari, vt in casu nostro lex illa generalis nõ procedat, ex doctrina *gloss. communiter approbatæ in l.* 1. *C. de silentiar. libr.* 11. *& ex regula. generi. de regul. iur. in* 6. *& ibi DD.* & quia vbi species præcedit genus, vt hic, semper species videtur à genere excepta, † ex *text. & ibi DD. maxime Ias. in l. doli clausula. ff. de verb. obli.* & sic iudicibus de quibus hic non videtur adempta iurisdictio per illud. *c.* 9. *dictarum punctuationum*: Et quia lex nostra & aliæ contentæ in hoc quaterno additionatiuo ad leges *Recopilationis* nostræ mandato Regio iussum fuit, vt adderentur & promulgarentur anno Domini 1580. & sic videtur quod lex nostra sit nouioris tẽporis, quam illius. *c.* 9. *dictarum punctuationum*, & *consequenter*, quod non sit per illud, *c.* 9. correcta, sed potius sit declaratiua & limitatiua illius capituli.

Ibi. *Y de Notarios.* De quibus in. *l.* 1. *tituli sequentis* agitur, & sic lex illa per nostram remanet correcta, vt ibi aduertit subscriptio marginalis, & sublatum est iam exercitium horum notariorum, & eorum locum tenentium.

Ibi. *No ayan, ni lleuen las doblas.* De quibus anteà disponebatur *in. l.* 22. *cum tribus seqq. supra isto tit.*

TITVLVS XIII.

De los Procuradores fiscales del Consejo, y audiencias, y delatores.

ET cum superioribus titulis actum sit de Regio consilio, & cancellarijs, & alijs eorum officialibus, in quibus & Regius fiscalis, & Regis procurator maximè desideratur, & in quam pluribus litibus assistit, ideò consecutiuè de eo in hoc titulo tractatur.

1 Et an procurator Cæsaris & fisci differant † tradit optimè Oroscius *super ff. de veteri col. 477. versi. 20.* & Afflictis, *in constitutio. Sicilia lib. 1. rubri. 58. in continuatione eius col. 3 fol. 210.* Et quare procurator Cæsaris institutus sit, ibidem ipse Oroscius *col.* 476. declarat *nu. 1. & 2. & in col. 479. nu. 4.* alia de procuratore fiscali in medium adducit. Et

2 à quo primum fuerint instituti † procuratores fiscales, & de priuilegijs eorum tractat optimè Pet. Rebuf. *in concord. Regis Fran. tit. de electio. de roga. in glos. Regium aduocatum pagi. 65. cum pluribus sequent. in antiqua impressione,* & à quo constituitur Regius procurator vide per Matthæ. Afflict. *decisi.* 366. vbi & an à iudicibus delegatis constitui possit. Et quis sit procurator fiscalis, vide Cassaneum *in consuet. Burgund. tit. de confiscatione in rubri. 2. in princip. cum tribus sequent. fol. 86. in fine.* Et

3 notandum est quod quilibet * habens merum, & mistum Imperium potest hos promotores, seu fiscales creare, *secundum Bart. in l. diuus ff. de cust. reorum, Auaniam in cap. sicut olim, numer. 2. de accusatio. quos refert Additionat. Bernar. Diaz in pract. crimi. cano. cap. 5.*

IN LEGEM PRIMAM.

SVMMARIVM.

In curia duo procuratores fiscales esse debent, qui per se, & non per substitutum officio deseruiant.

1 NO queden ni finquẽ sin castigo. Delicta enim * impunita remanere non debent, & hac de causa fiscales in delictis nominati per iudices, parte desistente ab accusatione, nominari quotidie videmus. Anteà enim quam pars desistat ab accusatione, nisi collusio præsumatur, non est creandus fiscalis, *secundum Anto. Gomez tom. 3. c. 1. nu.* 10. & *Dominum Padilla, in l. transigere numer.* 47. *C. de transactio.*

2 In Francia tamen etiam si pars accuset * adest, & accusat etiam Regius fiscalis, *secundum Boerium decisio* 215. *num.* 24. & in alijs pluribus locis idem vsitatur, *secundum Clarum libr. 5. sentent. §. fin. quæstione 3. numer. 6.* Et aliquando in nostro Regno iudices pesquisidores, etiam existente parte hos Regios creant fiscales præsertim in grauibus delictis. Et nescio qua lege, aut ratione (si de collusione partis accusantis non timetur, vel per legem non est applicata pars aliqua fisco propter delictum illud) fiscales ij parte accusante creatur, cum sit contra legem nostram, tunc Regium fiscalem causæ adesse permittentem, quoties deficit accusator. Ibi, *Por defeto de acusador.* Aliter enim pars diuersis aduersarijs molestatur super eodem negotio, & conquiescit omne iudicis officium parte interessente accusante. Subsidiarium enim est * officium iudicis, & tunc datur quoties pars 3
cessat. Et sic vocatur remedium extraordinarium, *secundum Bal. in l. 1. C. de lib. & eorum lib. l. cum filius & ibi Alex ff. si cert. pet.* & communem testatur clarus *lib. 5. pract. crimi. q. 3. nu. vbi ex hoc ibidem* ipse Clarus, *in num.* 4. inquit Doctores omnes fateri, quod pars volens accusare est præferenda iudici inquirenti. Et sic dicitur communiter, quod iudex succedit in locum accusatoris, *secundum Bart. in l. 2. §. si publico versi. quæro vtrum ff. de adulter. & in l. 1. ff. de susp. tuto. & Hippoly. consi. 48. nu. 19.* Igitur non est creandus fiscalis dum pars accusat, quia fiscalis succedit loco officij iudicis *secundum Bernar. Diaz in pract. canoni. c. 5.* nisi vbi ex consuetudine generali aliud habetur, *secundum Clarum. in d. quæst. 3. num. 6. & 7.* Et cum in Regno nostro præsertim apud inferiores iudices consuetudo dicta non seruetur, non erit creandus fiscalis is parte accusante, *vt inquit ipse Clarus in eadem quæst. 3. nu. fin.* Existente tamen tali consuetudine in aliquo tribunali seruanda esset. Vbi verò pars destitit ab accusatione, ne delicta impunita remaneant, creatur fiscalis. Omne enim illud, quod continet in se malum, † & iniquum exemplũ 4
in rep. potest & debet per iudicem puniri, *secundum Anto. Gom. c. 3. tom. 3. nu. 33. in fine,* & casus vbi iudex hos Regios fiscales creat, vide per Nauarrum *in c. inter verba 11. q. 3. nu. 602.* Et an parte desistente ab accusatione testes * per eam & ad 5
eius petitionem examinati fidem faciant pro fiscali litem eandem prosequente, vide Guido. Papæ, *decisio. 342. & Anto. Gomez dict. tom. 3. c. 1. n. 57. & glos. de nueuo l. 23. tit. 1. part. 7.*

Grandes prouechos. Expedit enim Reip. ne delicta remaneant impunita, tum propter iniuriam factam Reip. ex delicto perpetrato in ea, tum etiam, vt alij terreantur à similibus delictis committendis.

IN LE-

IN LEGEM secundam.

SVMMARIVM.

Quæ Regij fiscales in litibus prosequendis obseruare tenentur, declarat lex nostra.

1 NO SE ENTREMETAN EN OTROS NEGOCIOS. Pro priuatis enim fiscales postulare, † permissum non est *text. in leg. penult. iuncta gloss. & Bald. C. ne fiscus vel Resp. & Paul. l. 1. C. eodem titul.* Satis namque superque facient si Regia negotia eis incumbentia prosequantur, priuatis non intendendo, *prout & gloss. fin. dicemus.*

Residan continuamente en ellos. Nam extra ciuitatem vagare non debent, *vt per Rebuff. in concordata Franciæ titul. de electio. derogat. pagin. 68. in antiquis, versic. duodecimum*, asserendo. l. 2. *C. de aduocat. diuers. iud.* habere etiam locum in Regio procuratore, qui in negotiis Regiis, *secundum eundem Rebuff. ibi*, vacare debet, ne deserto negotiorum, & gaudiorum sectatio luctum afferat.

Saluo por nos. Qui pro alio patrocinari non possunt, *vt in gloss. 1. diximus & tradit Rebuff. vbi supra, in priuilegio. 9. pagin. sexagesimaseptima in princip.*

IN LEGEM tertiam.

SVMMARIVM.

Fiscalis non potest accusare, neque ciuiliter petere nomine Regis vel populi, vel alicuius particularis personæ non præcedente delatore, nisi in negotiis, vel factis notoriis, vel vbi expresse à Rege iubeatur.

DELATOR DE LAS ACVSACIONES. Nam Regulariter de iure ciuili per inquisitionem contra aliquem procedi non potest: nemo
1 enim sine accusatore puniendus est, † *vt dicit gloss. sine l. 2. § si publico ff. de adulter. communiter approbata, secundum Angel. ibi num. 2. & Clarum lib. 5. sentent. §. fin. qu. 5. numero 2.* nisi in casibus de quibus per eundem Clarum *ibi. n. 3. 4. & 5.* Qui *cum aliis 5. quæstionibus sequent. vsque ad quæstionem 10. inclusiue* prosequitur modos, & casus aperiẽtes viam inquisitioni: cum à seipso, vt dictum est, procedere non possit iudex ad inquirendum, & per consequens, neque fiscalis ad accusandum, cum in locum officij iudicis fiscalis succedat, secundum Præpositum relatum & secutum per Bernard. Diaz. *in practica crimin. canon. cap. 5.* Qui & *in cap. 6.* facit mentionem de hac lege nostra ex ea inferens & benè, quod cum Regiis fiscalibus per text. nostrũ iniungatur ne accusent, nisi præcedat delator, quod hoc maiori cum ratione tenentur iudices Ecclesiastici, & eorum fiscales obseruare. Et *ibidem* prosequitur per conclusiones materiam hanc delatorum. Quæ tamen cum obseruanda forent tam per Regios seculares fiscales, quam per Ecclesiasticos ratò, vel nunquam obseruantur, saltim per Ecclesiasticos fiscales: sed potius accusant, & denuntiant, nõ solum nullo præcedente delatore: verum & multoties, nulla præcedente informatione: & aliquando de delictis ita occultis vel vt melius dicã, oblitis, quæ probari vix possunt. Quæ quidem per Episcopos & Ecclesiasticos Iudices mederi deberent, & officialibus suis iniungere, & præcipere, vt in iis cautè, & iuris forma seruata procederent. Neq; eos excusabit dicere iustitiæ zelo moueri: nam *vt inquit Abb. in c. cum in iuuentute, de purgati. Canonica*, non debet aliquid fieri † ex solo zelo iustitiæ, nisi subsit iu- 2
dicium rationis: quod inquit facere contra religiosos Prælatos habentes tantum zelum in puniendis delictis, quod prætermittunt ordinem iudiciarium, inquirentes, quandoque de criminibus occultis, *prout refert, & sequitur gl. magna col. fi. in prin. l. 4. tit. 29. part. 7.*

Hechos notorios. Prosequitur hunc casum Clarus. *lib. 5. selectarum sentent. §. fin. q. 9.* vbi declarat, quod dicatur delictum notorium.

IN LEGEM quintam.

SVMMARIVM.

Delatores non probantes delationes suas, debent in expensis iuris statutis condemnari, & in expensis litis, nisi iusta causa eos excuset.

LE CONDENEN. Omnis enim † instigator, & 1
solicitator causæ criminalis siue sit publicus, siue priuatus, quomodocunque procedat, tenetur de calumnia, *text. in leg. §. incidit, & ibi gloss. & Bart. ff. ad Turpili.* latè Paulus Grillandus *de hæreticis, lib. 5. tit. de relaxatione carceratorum, rubric. de calumniatoribus per totam, fol. 126. in paruis*, & Iulius Clarus. *lib. 5. sententiarum. §. fin. qu. 62. num. 4. ad fi. cum sequent.* Vbi *num. 6.* inquit, quod eò ipso, quod non probatur delatio præsumitur calumniari. & *numer. 8. & 9.* alia dicit in propositum ipsemet Clarus, & alia *in eod. lib. 5. qu. 7. num. 12.* quæ per ipsum videbuntur, nam præ manibus habetur. Hæc tamen in fiscali non † procedunt, qui quidem 2
quamuis accusationem, vel denuntiationem nõ probet, nunquã condẽnatur in pœna calumniæ, neque in expensis licet succumbat, nec pars ipsi, *secundum text. in l. fin. C. de fructib. & litib. expens.* quia ex debito officij prosequitur, ideò excusatur, *secundum text. in l. 1. C. de delatoribus lib. 2. quem*

ad hoc allegat Rebuf. *in concordata, in gl. Regium aduocatum, tit. de electio. deroga. 15. priuileg. pag. 68. in antiquis, & idem Rebuf. in 3. tom. conſtit. Franciæ, tit. de expenſis dam. & inter. art. 1. gl. vna. nu. 19. & 20.* ne timore expenſarum ius Regium indefenſum dimittat. Et ita conſuetudine obtentum inquit Clarus *in dict. §. fi. q. 7. nu. fi. & iterum in d. q. 162. num. 4.* Ipſe tamen Rebuf. *in d. 15. priuileg.* intel-
3 ligit hoc eſſe verum, niſi quis receperit † fiſcalem illum tanquam priuatum, tunc enim quia abutitur officio ſuo accipiendo eum in partem formalem, poterit in expenſis condemnari talis fiſcalis, *ſecundum Guido. deciſio 269. & Henri. Bueri. ſing. incipi. expenſæ q. 23. quos vbi ſupra, allegauit Rebuf.* Et idem crederem quoties fiſcalis
4 talis † non ad petitionem delatoris alicuius, nullaque præcedente fama iniuſte contra aliquem accuſationem, vel denuntiationem præſentauit: tunc enim ſi accuſatus abſoluatur poterit ipſe fiſcalis in expenſis condemnari, *ſecundum Ioann. Fab. in l. 1. non eſt, C. de admi. tut.* & in fiſcali Epiſcopi, ita concluditur in capella Toloſana, *deciſio. 6. vbi & addition. ita tenet, & Grillandus, vbi ſupra, num. 11. Et Clarum lib. 5. ſententi. § fi. q. 10. n. 9.*
5 Quemadmodum, & iudex * malè inquirens ab intereſſe, & expenſis partis inquiſitæ non excuſatur, ſecundum Puteum, *de ſyndicatu. verbo captura. c. 2. nu. 5.* Vbi limitat, niſi tunc ad denuntiandum officialis procedat, quia excuſabitur, *ſecundum Bart. in l. 2. §. ſi publico. n. 7. fi. de adulter. & Hippolyt. in practi. §. conſtanter. numero 94. cum quatuor ſequentibus.* Vel niſi fama præcedente iudex
6 inquirat, † quia & tunc excuſabitur, *ſecundum dictos Doctores.* Nam à preſumpta calumnia quomodolibet excuſatur, *ſecundum Rebuf. in dict. concordata tit. de conſtit. gloſ. cogeretur, pag. 40. in paruis, & Hippolyt. vbi ſupra, nu. 98. & addition. Capellæ Toloſ. dict. deciſione 6. & ſingulariter Capol. conſi. 74. gloſ. & Bart. in l. athletas §. calumniator, ff. de infami. gloſ. in fi. de electione in 6. latius per Felinum in c. 2. de calumni. quos allegat additio marginalis, dictæ deciſio. 6. Capellæ Toloſa.* Aprobata tamen calumnia non excuſaretur, *ſecundum additio. dict. 6. deciſio. Capellæ illius*, imò & delator ipſe, & pars accuſans ex cauſa, putà quia habet aliqua euidentia indicia, putà famam, vel auditum à fide dignis, excuſantur ab expenſis propter hoc, *ſecundum Afflictis, in conſtitu. Siciliæ lib. 1. rubri. 23. num. 9. & 10.* & communem teſtatur Clarus, *in dict. quæſt. 62. numero 8. & numero 9.* quærit an calumniator poſsit in eodem iudicio condemnari, an verò ſit opus nouo proceſſu. Sed quid ſi inſtigator cõtra inquiſitum proteſtetur ſe nolle intromittere, & poſt ſecretè † informat, & iudi-
7 cem inſtigat, ſi inquiſitus abſoluatur, an poſsit inſtigator ille in expenſis condemnari, non obſtante proteſtatione. Vide Hippolyt. *in dict. §. ſupereſt num. 4.* dicentem, quod ſic, dum tamen inſtigator ipſe fuerit particeps eorum, quæ in proceſſu geſta ſunt, ſecus vero, ſi quis tantum à principio inſtigauit, vt committeretur inquiſitio. Tandem ipſe Hippolyt. concludit quod ſi fuit calumnioſus, quia non probauit, neque deſtitit ab inſtigatione, debet in expenſis condemnari, ac ſi fuiſſet particeps proceſſus. Et alia de inſtigatore, tradit Clarus, *vbi ſupra, in dict. q. 10.*

En todas aquellas penas. De quibus per Guidonem Papæ, *conſil. 29.*

TITVLVS DECIMVS QVINTVS,

Del ſello real.

DE hoc titulo, de Regio ſigillo, ſufficit videre titulum *20. par. 3.* & quotuplex ſit ſigillum tradit Rebuf. *in 1. tom. conſtit. Fran. art. 1. gloſ. 6. & 7. tit. de liter. obligatorijs*, & vide etiam text. *in l. 114. in fine tit. 18. part. 3.* probantem qualiter ſigillum Regium in exemplo alicuius priuilegij appoſitum, illud authenticum conſtituit. De quo & alijs optimè tradit Carolus de Graſſallis, *lib. 1. Regalium Franciæ iure. 13.* & vide vnum bonum dictum Pauli de Caſtro, *in l. pacta nouiſsima num. fi. C. de pactis, & ibi Iaſon. numero fi.*

TITVLVS DECIMVS SEXTVS,

De los Abogados de Corte y Chancillerias, y ante las juſticias del Reyno.

CVmque ſuperioribus titulis non ſolum de ipſis ſupremis iudicibus, verum & de Regijs audientijs, & cancellarijs dictum ſit, & in ſuper de aliquibus earum officialibus, in quibus quidem maximè aduocatorum pars verſatur, qui de iure, & de facto inlitibus, & cauſis allegant coram dictis Dominis, ideò nũc ſequitur titulus noſter de aduocatis.

Pro cuius tituli introductione ſciendum eſt, quod aduocatus dicitur, qui litis † ſuæ, vel alie- 1
næ merita in iudicio agendo, vel defendendo proponit, *ſecundum tex. in l. 1. § poſtulare. ff. de poſtulan. & text. in l. 1. tit. 6. part. 3.* Et gloſ. 2. *ibidẽ* inquit, non eſſe intelligendum, quod quicunq; adſiſtunt defenſioni cauſę, ſeu in cauſis allegant, dicuntur aduocati, ſed illi tantum, qui ſunt literati & ſtu-

duerunt

2 duerunt † saltim per quinquennium, *vt l. nemini. C. de aduoc. diu. iudi.* Vnde procuratores, & alij solicitatores causæ adsistentes non dicuntur
3 aduocati. Et qui possint † esse aduocati, *in l. 2. & 3. d. tit 6. par. 3.* declaratur. Et cuius ætatis debet esse aduocatus, & quo insignitus gradu, tractat glossator Salmantinus *l. 1. gl 1. tit. 4 lib. 3. ordina. col. 882.* & multa de aduocatis tradit Lucas de Penna *in l 1. C. de lucris aduoc. li. 12. & Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi, consideratione. 28.* Et duodecim pericula communiter in officio aduocationis contingentia enumerat Albericus, *in l. vnica. C. de suffragio*, A cuius quidem officij exercitio & vsu, qui potuerint abstinere, abstineant: innumerabilia eius pericula esse reputo, & periculosum vocat Dida. Perez *lib. 8. ordin. pag. 362. col. 1.* Ex soloque dicto Bal. *in l. ab Anastasio. nu. 4. C. mand.* & Ias. *in § sed istæ quidē n. 102. inst. de actio.* ab aduocatione esset fugiendum, nè nomen pessimi hominis consequaris. Inquit enim Bal. *ibi-*
4 *dem* aduocatos præsumi patrū conscientiatos † & iniquam causam faciunt videri bonam, *secundum glo. in l. quod si nolit. § si plures ff. de ædili. edicto. quā sequuntur relati per Didacum Perez Salmantinum glossatorem, vbi supra, col. 882. in princip.* Et de eis inquit Columella relatus per Tiraquel. *de nobilitate, c. 20. n 7.* sine causidicis olim satis fœlices fuerunt, futuræque sunt vrbes. Et paulo post hæc de foro iudiciali pronuntiat. Sed ne caninum quidem, sicut dixêre veteres, studium præstantius locupletissimum quemcunque ad latrandi & cōtra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à maioribus, à nobis autem etiam concessum intra mœnia, & in ipso foro latrocinium: aliaque improperia contra aduocatos *ibidem* ipse Tiraquel. *n. 7. 8. 9. & 10.* refert. Et nimirum: iam enim rapinæ potius quam causarum defensioni, & patrocinio inuident: lites omnes sine distinctione defendunt: non est qui veritatē amplectatur: pecunias volunt, & causas, vt alienas pertractant: fallaciis, & cautelis sæpius vtuntur, vt aduersarios fallant. Imo & partes suas aliquando fictionibus, & inuentionibus imaginariis tutantur. Et quod dolendum est quod in malitiis suis gloriātur, & qui plus nummorum pro minimo verbo extorquet à partibus, & eas excoriat, plus honoris & commodi cēsetur adquisisse, & meruisse. Et quod admiratione est dignum, quod isti, scilicet, pessimi aduocati (de ijs enim loquimur) isti inquam, *vt inquit Afflictis, in constitutio Siciliæ lib. 1. rubr. 8. n. 5.* ab idiotis laudantur, & domus eorum plena est cliētulis, à doctis vero vituperā ur. Et sicut *inquit Aristoteles in lib. de fortuna.* Vbi plurimum virtutis ibi parum fortunæ. Quare Boetius, *de consolatione Philosoph. in l. b. 1. metro 5* lamentando sic canit. At peruersi resident celso mores solio, Sanctaque calcant, iniusta vice colla nocentes, Latet obscuris condita virtus, clara tenebris, Iustusque tulit crimen iniqui. Et de istis inquit etiam B. Bernardus, *de consideratione, lib. 1.* Miror quemadmodum aures diuinæ audire possunt huiusmodi disputationes aduocatorum, & pugnas verborum. Corrige Deus prauum morem, procide linguas vaniloquas, & labia dolosa claude. Hi sunt, qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, discreti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate: sapientes sunt, vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent verum. Ij sunt, qui instruunt à quibus fuerant instruendi: astruunt non comperta, sed suas struunt calumnias innocentiæ, destruunt veritatis simplicitatem, & obstruunt iudicij vias. Et ideò non sine causa diximus abstinendum ab iis officiis, qui potuerint, qui verò non, ita ista exerceant officia, vt in oculis hominū laudabiles sint, Deum ante omnia prę oculis habētes, veritatem sequentes, stipendiis iustis, & à lege præfinitis se se contentantes, pauperibus gratis adiuuantes, & pro posse studentes, & causas non alienas sed suas existimantes. Sic enim meliorem vitam faciant, quam frater Franciscanus, *secundum Ias. in l. 1. in prin n. 8 ff. de iust. & iure*, & laudabile, & vitæ hominum necessarium officium exercebunt, *secundum tex. l. laudabile. C. de aduoc. diu. iudi. ad hoc allegatum per Tira. vbi sup. dict. c. 29. n. 11. vbi. n. 12. nobiles aduocatos vocat.* Et hæc pro rubri. alia in textualibus videbimus. Et vide dictū Oserij Lusitani, *in lib 2. de gloria, fol. 39 pag. 1. in paruis*, optimum in propositum, ad deserēdam aduocationē.

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Aduocati in suo officio ita humano prouident generi sicut si prælijs patriam tutarentur.*
2 *Aduocati nobiles sunt, & torqueri non possūt, & ad eos sicut ad egregias mittitur personas. numero 3.*
4 *Aduocati incarcerari non possunt, neque tenentur vltra potentiam.*
5 *Aduocati Iudæi esse non possunt, neque officio Inquisitionis puniti.*
6 *Aduocati qualiter se debent in officio habere, vt conscientiæ consulant.*
7 *Aduocatus non descriptus in matricula non gaudet matriculatorum priuilegijs.*

SVMMARIVM.

Nullus in consilio, vel in audientijs, & cācellariis regiis aduocationis officium exerceat, nisi examinatus sit, & con. l. 13. tit. 6. part. 3.

ES MVY NECESSARIO. Non enim minus 1
† aduocati prouident humano generi, quam si prælijs atque vulneribus patriam parentesque seruarēt, *vt inquit tex. in l. aduocati. C. de aduoc. diu. iudi. & l. 3. col 2. in fine. tit. 10. part. 2. & text. in prin. tit. 6. part. 3.* Ob eam enim causam inuentum est officium aduocationis, vt ijs succurratur, qui ius suum tueri, & causam dicere ignorant. Quod de aduocatis bonis, fidelibus, & conscientiatis intelligendum est: alij enim canes rabidi & populi deuoratores, & malè conscientiati nuncupantur, *vt in rubr. huius tituli dictum remanet, & tradit nouissimè Baeça, de debitore inope. c. 16. n. 148. & 149.* Et ideo tales aduocati, *secundum tex in d. l. 3. col. 2. in fine* habent generis nobilitatem † nobilesque sūt, 2
& vocantur, *vt inquit Tira. in de nobilitate. c. 26. n. 11. & 12.* Et hac de causa, *secundū glo. derechos in d. l. 3.* immunes sunt à collectis, *vt & tradit Auendi. c. 14 præto n. 32. lib. 2. de quo dictū est in l. 8. tit. 7. lib. 1. sup.* Et an priuilegia cōcessa militibus trahātur ad Doctores, & aduocatos, videndus est Alex. *in repe. l. centurio in princ. ff. de vulgari*, & Didac. Perez

lib.4.ordin.col.1334. in princ. Ex quo cum nobiles
3 aduocati dicantur, torqueri * non possunt, *secundum eos ibidē, & Bart.addition.in l.1.n.2.C.de dignitati.lib.12.* & probat. *l.4.tit.2.lib.6.infra.* & Tiraq. *vbi sup.nu.10.* Vbi & plus inquit, quod debet ad eos mitti tanquam ad egregias personas, etiam post depositum officium aduocationis, *secundum Paul.Grillandum in d.tract.de hæreticis ti.de quæst. & tortura.q.6.n.5. & Suarez in tit.de los gouiernos §.fi. n.12.pag.118. in antiquis, & nouissimè Menochiū de arbitrarijs iudi.lib.2.centuria.1.casu.70.n.10.vbi enumerat personas egregias.* Imo & in tantum aduocati torqueri non possunt, vt procedat, etiam si consuetudo sit in contrarium, secundū additio Bart. *vbi sup.litera b. & Plateam in l. medicos C. de profes. & medi.lib.10.* & Hippolyt. *in practi.§. expedita, n. 29.* & glo. *in d.l.3.tit.10.part.2.* quæ hoc intelligere vult in aduocatis vrbium secus verò si municipiorum. Quod tamen pro nunc non placet, *vt diximus in d.l.8.tit.7.lib.1.sup.* Aduocatio enim, & scientia, non verò prerogatiua populi nobilem facit, & nobilitatem tribuit, licet honorabiliores erunt principaliorum populorum. Et sic cū consuetudo dicta non valeat, neque etiā verum erit dictum moderni Olani, *in concordia antinomiarum litera A.nu.79.* dicentis non obseruari hoc, quod aduocatus non torqueatur. Et lex partitarum, quam pro sua intētione allegat, non est exclusiua aliarum personarum ibidem non expressarum, de iure tamen hoc priuilegio gaudentiū. Et ideò non coadiuuat eius doctrinam: imo ratio illius legis partitarū omnes, quos nobilitat scientia, excusat à tormento, aduocatos autē, vt vides, scientia nobilitat, igitur lex illa partitarū pro nobis & contra Olanum est. Et sic quod aduocatus neq; incarceretur pro ciuili debito, neque torqueatur pro criminali moribus receptū, & in Granatensi prætorio iudicatū asserit, Baeça *de debitore inope.c.16.n.151.* Et sic quod incarcerari *non posit pro ciuilibus vltra Baeçam, *ibi*, colligitur ex glo. *in l.miles ff.de re iudi.* & Suarez *in d.tit.de los gouiernos, vers.quinto quæritur n.12.* & Hippol. *in pract.§.expedita n.12. & 13.* & dicemus latius Deo volente *in l.fi.in gl.confianças tit.21.li.4. infra.* Pro quo facit: nam cum non teneantur, nisi inquantum facere possunt, *secundum gl.in d.l. miles, cōmuniter approbatā, secundū supradictos, & Abb. in c.1.n.4.de clerico ægrotante*, quicquid Baeça *vbi sup.n.152.* voluerit, dicere aliud de consuetudine seruari, quam consuetudinem nunquā vidi, neq; ius Regium hoc corrigens, quicquid itidē dixerit Olanus, *vbi sup. litera A.n.79.* Si ergo contra Baeçam, & Olanum, non tenentur aduocati, nisi inquantum facere possunt, neq; incarcerari poterunt, *ex regula tradita per Suarez, vbi sup. pag.417. n.6.versi.quinto quæritur, & probat.l.4.tit.2. li.6.infra.* Vlterius & ex hoc, quod aduocati nobiles sunt infertur, etiā quod Iudæi aduocati esse non
5 possunt † *secundum Tiraq.vbi sup.n.13.* neq; puniti per hæreticæ prauatis Inquisitores propter delictum, *secundū tex.in l.3.tit.3.lib.8.infra.* Nam infamibus, *secundū Tiraq.d. n.13. ex iuris regula*, portæ dignitatū patere nō debent. Ideoq; consulit ipse *ibidē n.14.cum sequen.aliq.* quod cum officium notariorum, & procuratorum, sit officiū abiectū, & vile, aduocati illud nō exerceant. Aliaq; *ibidē* de aduocatis disserit ipse Tiraq. De quorū exercitio, & qualiter in officio aduocationis se debent habere, † vt cōscientiæ & animę consulāt, 6
vide Florēti. *in summa Theologa.3.p.tit.6 per totum.* Et de nobilitate eorū tradit, etiam curiosè Doctor Heredia, *in suo libro nūcupato, dechado de juezes, fol.60.in paruis* cumq; seq. numerat plures Imperatores aduocantes, & Matienço, *in dialogo Relatoris 1. part. c. 7.* vbi *cap. 8. & 9.* alia de aduocatis tradit.

En la matricula. Nam si in matricula † non reperiuntur descripti, inhabiles præsumūtur, *secun-* 7
dum gl. escritos in l.1.tit.6.part.3. Quæ concordat cū hac lege nostra, & Matthæ. de Afflictis, in constit. Siciliæ. lib.1.rub.80. Et aduocatus non descriptus in numero aliorum, eorum priuilegijs non gaudet, *secundum Rebuf.in tract.de nominatio.q.11.n.20.in antiquis, & in nouis n.25, cum 4. sequent.* Et sic cessant quoad cancellarias Regias, in quibus matricula hæc obseruatur, de iure ciuili disposita, secundū quę sufficiebat aduocatum esse approbatum ab aliquo Doctore, vt posset aduocare, *l. nemine. C. de adnoc.diu.iudi. notat Olanus in d. concordia antinomiarum, litera A.n.72.* Et an pro matricula præsumatur, tractat in notarijs, Ias. *in l. Barbarius n.56. ff.de offi.prætor.* & Abb. *& ibi eius addi.super verbo, in matricula, in rubr. extra, de fide instrumento.*

IN LEGEM primam.

1 *Aduocationis officium ad subuersionem veritatis non ad iustitiæ lucidationem exercetur.*

2 *Aduocati iustam, & non desperatam causam adiuuare tenentur.*

3 *Aduocantes in causa, quam sciunt, vel scire debent iniustam ad quid teneantur.*

4 *Inhabiles ad aduocandum abstinere debent, aliàs tenebuntur secundum quod dicetur.*

5 *Aduocatus, & procurator tenetur parti cōsulere, vt soluat si debet sub inferni pœna.*

6 *Aduocati consulentes partibus falsum respondere ad quid teneantur.*

7 *Aduocati causas iniustas defendentes ad quid teneantur, & quod moriuntur sine lingua.*

8 *Aduocatus iuuare tenetur quod iustam causam fouet, & vsque quo dubiam defendet causam.*

SVMMARIVM.

Aduocati antequam ingrediantur officium aduocationis tenentur iurare se seruaturos contenta in lege nostra.

SEAN OBLIGADOS DE JVRAR. Quæ quidē iuramenta nunquam vidi fieri per aduocātes corā inferioribus iudicibus neq; audiui, & fortasis in melius, multa enim aliter periuria incurrerentur, propter quod inquit Alberi. relatus per Matth. Afflictis, *in cōstitu. Siciliæ, li.1. rub.81. in princ.*

prius. Gregorium Decimum noluisse inserere in Decretalibus, neque in 6. libro Decretalium. l. *properandum, de postulando*, quæ de ijs iuramentis loquebatur, *de quibus, & loquitur tex. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi.* & sic inquit in propositum Bal. relatus per glo. *in l. 13. titulo 6. part. 3.* lege cauetur, sed consuetudine non habetur.

Bien y fielmente. Pro declaratione horum verborum videndus est Afflictis, *in dict. libro 1. constitio. Siciliæ. rubric. 81. numero 4. 10. & 11.*

No ayuden en causas desperadas. Idem disponit tex. *in l. rem non nouam §. patroni. C. de iudi.* Et hoc est vnum principale documentum, quod aduocati tenentur, obseruare, & præ oculis habere, vt & effugiant dictum illud Lucæ de Penna, relatum per glo. *in prœmio. titulo 6. part. 3.* Hodie (quod dolendum est) aduocationis officium † plus ad subuersionem veritatis quam ad iustitiæ lucidationem exerceri. Et ideò dum in hoc aduocationis periculoso officio exerceris, modis omnibus nitaris, ne causam iniustam, & desperatam, sed iustam & iuridicam † foueas, & tuearis, *vt probatur, in cap. non sanè 12. q. 5. & in d. §. patroni, vbi Ias. numero 1. & 2.* Ita consulit, & Augusti. Beroi. & relati ab eo *in rubr. numero 91. de appellatio*, & Soto, *de iust. & iure lib. 5. q. 8. art. 3. pag. 440. & gloss. in l. 13. titulo 6. part. 3.* & Matth. Afflict. *in d. rub. 81. numero 9.* vbi *numero* 10. quærit. Quid si aduocatus dixit clientulo, quod ipsi non fauet ius, & clientulus rogat eum, vt adiuuet, neque deserat causam, quia sperat à iudice obtinere sententiam & deinde iudex profert pro eo sententiam, an aduocatus, qui non deseruit causam secundum conscientiam eius desperatam, & locutus fuit contra conscientiam, & obtinuit, peccauit mortaliter? Dicit quod non, quia præsumitur, quod postquã fuit lata sententia pro eo, quod iudex meliori conscientia motus fuerit, *secundum Bald. in d. l. rem nouam, versi. item nota, in verbo causæ.* Nisi *secundum eund. Afflict. ibi* habuisset aduocatus scientiam ex confessione sui clientuli, vel aliter quod iudex odio aduersarij, vel amore, prece, precio, vel enxeniis fuit corruptus. Quam sentẽtiam vt potè legi nostræ, & alijs aduersam reperio, quod reprobat nouissimè Burgos de Paz *in prœmio legum Tauri. num. 272. cum seq.* Et antequam eum viderem sic & ego reprobabam hanc Matth. Afflictis sententiam, imo quod peccabit talis aduocatus. Et sic etiam contra Afflictis videtur tenere Nauarro, *in Manuali. cap. 25. numero 28.* Vbi inquit, quod peccant † aduocati obligatione restituendi aduocantes, & patrocinantes in causa, quam sciebant, vel scire debebant iniustam esse. Et tunc vltra peccatum non solum tenebuntur ad restitutionem damni, & expensarum ob hoc aduersæ parti illatarum, verum etiam ad expensas suę parti si illam non certiorauit de iniusta causa: & nihilominus pars ipsa voluit, vt in ea procederetur. Quæ adeò vera esse credo, vt non solum procedant si malitiosè aduocatus causam iniustam defendat, verum etiamsi bona fide erraret, eo quod diligentiam non adhibuisset in perquirenda iustitia, & intelligenda, *secundum eund. Nauarrum, in dict. Manuali. c. 17. nu. 132. & Burgos de Paz in dict. prœmio legum Tauri n. 169. & 213. cum 3. sequent.* Et sic intelliges, & declarabis dicta per Didacum Perez, *l. 2. tit. 19 lib. 2. ordina. col. 663 in fine*, & Soto, *vbi supra*, scilicet, quod si aduocatus ignoranter fouet iniustam causam non tenetur de damno, si postquam sciuit reliquit eam. Et videtur tex noster pro hoc: nam debet intelligi, dummodo diligẽter vel saltim moderata, & nõ edormita cura, *vt inquit Burgos de Paz, vbi sup. nu. 216.* talis aduocatus ex sua parte nixus sit nancisci iustitiam, vel iniustitiam causę studendo, & libros reuoluendo. Insuperque sufficiẽtem se esse intelligat ad officium aduocandi: aliàs enim illud derelinquere debet, & non aduocare sub peccati † mortalis pœna, *secũdum eund. Nauar. in dict. c. 25. n. 28.* Imo & tunc, si studendo nescit perquirere veritatem, & se inhabilem cognoscit, non redderem eum immunẽ etiam ad damni propter hoc illati restitutionem: cum ille, qui inhabilis est ad aliquod officium potius illud refutare debet, & relinquere, quam aceptare, & exercere, aliàs peccat, & punitur, *secundũ Suarez allegatione. 12. pag. 9 in fine, per. l. 2. C. si seruus, aut lib. ad decur aspic. lib. 10. & Auenda. c. 14. prætorum, n. 23. lib. 2.* Et hoc dummodo pars consulens hunc talem aduocatum eius ignoret insciẽtiam, & ignorãtiam. Nam si sciret ignarum esse, & nihilominus causam suã illi committeret, tunc pars ipsa sibi imputet: quia iuuenem, & ignarum aduocatum consuluit: nam scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus *prout in specie tenet gl. 1. in l. 1. tit. 6. p. 3. Didacus Perez l. 1. glos. 1. col. 882. in medio tit. 4. lib. 3 ordina. & Nauarro, vbi sup. c. 25. n. 29.* Neque tunc teneretur parti consulenti aliquid satisfacere, licet parti aduersæ crederem teneri, & peccati reum iudicarẽ, si causam iniustam tutatus fuit. Quas ob res debent aduocati multum aduertere in patrocinio, & defensione causarum diligenter iura, & veritatẽ causæ inuestigando Deo, & conscientiæ suæ satisfacere cupiendo, partesque in primis interrogando suas, an veritatem faueant nec ne. Tenentur enim aduocatus, & procurator † rei sub pœna maledictionis æternæ dicere debitori, vt soluat, si scit se debere, *secundum Rebuf. in 2. tom constit. Fran tit. de mercat. immu. venden. art. 1. glos. fin. n. 5.* Neque debent consulere partes, vt negent, aliàs quod causam perdent, *secundum glos. in cap. 1. glos. 1. de confes. in 6. & Afflictis, in constit. Sicil. lib. 1. rub. 81. n. 6. & 8.* Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aduocati namque consulentes partibus suis falsum, respondere † tenẽtur & partibus suis, & aduersis restituere damnũ ex hoc illatum, *secundum glos. in dict. c. 1. de confes. in 6. quam ibi sequuntur omnes & Barbati. in c. Imperatorum, col. 11. in princip. de iuramento colum. & Thom. 2. 2. quæst. 71. art. 3. & Florentius, in 2. parte suæ summæ Theolo. tit. 1. cap. 19. § 8. & glos. que los. l. 3. tit. 13. part. 3.* Falsumque committit aduocatus consulens parti suæ, vt falsa instrumenta præsentet, *secundum text. in l. falsi. ff. de falsis*, & iure Regio pœna mortis punitur, *ex l. fi. ti. 6. part. 3. notat Olanus, in dict. concordia antinomiarum litera. A. nu. 68.* Ideòque ab ijs maximè abstinendum puto, partibusque non loquendum censeo, vsque dum ab eis in criminalibus confessio per iudicem extorqueatur: saltim si aduocatus non est satisfactus, quod

1 2 3 4 5 6

quod non potest contra reum resultare semiplena probatio ex processu, solent enim partes præsertim incarcerati viis exquisitis aduocatos interrogare, quid confitebuntur: & si fateantur qualiter punientur: & an grauiter, vel leuiter. Vt hac via si directè non possunt exquirere ab aduocatis quid respondebūt, saltim indirectè percipiāt, melius esse negare veritatē Et ob has causas cautè debent se circa hæc aduocati habere. Nō enim est consulendum mētiri, sed veritatem profiteri, nisi in casu in quo aliud de iure permissum reperiatur, vt reus accusat' in criminalibus liberetur. Non tamen debent aduocati sese à partium informatione abstinere, sed tenentur omnino partem suam interrogare, vt percipiant facti veritatem: ex facto enim ius oritur. Et si causa iusta sit defendat eam, sin minus abstineat. Solent enim aduocati causas iniustas defendentes † tempore
7 mortis Deo permittente linguam, & vocē amittere, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt, *secūdum glo. amittunt. in § item surdus, inst. qui non est permis. fac. testam.* Si tamen aduocatus iustā causam defendat potest vti cautelis, dummodo cautelæ illæ mendaciis, & falsis legibus, & opinionibus non falciantur, *secundum glos. 1. in c. Dominus 23. quæst. 2. quam allegat, & sequitur Alcia. de præsumptio. regul. 2. præsumpti. 31. n. 9. & glos. malignantium in fine, in c. cupientes § quod si per viginti de electio. in 6. quas latè declarat Couar. lib. 1. Variarum c. 2. n. 1. cum seq. & Didacus Perez. l. 2. tit. 19. glo. 1. versi. sed dubitatur, col. 660. li. 2. ordina* Itidemque idem est in criminalibus. Nam licet aduocatus habeat conscientiam, quod Titius hominem interfecit, at vero ex processu constet non occidisse dictum hominem potest iustè illum defendere, & patrocinari pro eò: præsertim si de necessitate id facere tenetur, vt quia est pauperum aduocatus, prout nos sumus, & iste reus pauper est. Adhuc tamen tunc non debet mendacijs, & falsis allegationibus illum defendere prout vtrumque testatur Burgos de Paz, *in proœmio legum Tauri n.* 261. & 270. Sed an dubiam causam possit aduocatus cum bona conscientia defendere, & in ea patrocinari, vide latè Burgos de Paz, *vbi supra. nu.* 397. *cum pluribus sequent.* & Sotum, *lib.* 5. *de iust. & iure. q.* 8. *art.* 3. *pag.* 440. *col.* 2. & Nauar. *dict. c.* 25. *nu.* 28. Et casum vnum, vbi licet iniustam defendere causam, vide per Gometium, *in regul. can. de vt. signat. comp. fol.* 148. *in princip.*

Les auisaran dello. In contextura antiqua addebantur immediatè post hæc alia verba, scilicet, *y les diran que se concierten*, & post sequebantur alia verba nostri tex. *Y les diran que se dexen de los tales pleytos.* In cōtextura tamē nostra, illa media verba. *Y les diran que se concierten*, Explosa sunt & sublata tanquam ad gehennam ædificantia: diuinis enim repugnabant præceptis. Et absurdum iniquumque erat, & ab omni ratione, & iure alienum, vt concordia fieret eius, quod nullo modo vni ex partibus pertinebat de iure. Et esse iniustum consilium expressim dicit Caieta, *in summa verbo, aduocatus*, & Alberic. *in l.* 1. *C. de suffrag. col. penul.* dicens, Tertium est, cum aduocatus adducit ad transactionem partem suam, quam scit iniustam fouere causam, consulit enim tunc vt alienum accipiat, & ad restitutionē tenetur. Et ideò iustè verba illa omissa fuerunt in translatione recopilationis huius. Et ita ad legem nostram supradictos Doctores, & alios allegando considerauit optimè Burgos de Paz *in d. proœmio legum Tauri, numero* 255 qui *in num.* 256. dicta verba declarabat, vt procedere possent Sed quia eius declaratio difficulter, & fortassis absque labe peccati fieri non poterat, rectius iudicauit legislator, vt non apponerentur in translatione hac. Est tamē verum quod si res esset dubia, ita quod ab vna, & alia parte sunt rationes, & fundamenta vrgentia, vel opiniones Doctorum tunc vtique posset consuli concordia, & arbitrari super ea, non verò aliàs, *vt singulariter inquit Paul. Castrensis in l. transactio nullo. C. de transactionibus.*

Que el abogado de la otra parte iure. Corrigitur ex ijs verbis, quædam communis opinio, quæ habebat, quod aduocatus non tenebatur iurare fouere iustam causam: nam iuramentū hoc aboleuit ab vsu, *secundum Ias. in l. rem nouam, numero* 3. *C. de iud. hanc dicentem communem opinionem*, tamen per text. nostrum vides iam corrigi, & sic quod iurare aduocatus tenetur ad petitionem partis aduersæ, an iustam † foueat causam: *prout* 8
ita consuetudo allegat Villalobos, in sua antinomia iuris ciuilis & Regij, litera A. numero 47. Sed vt optime aduertit Olanus, *in concordia antinomiarum, litera. A. num.* 69. & 70. Ias. *ibi* nihil de hoc iuramento dicit, sed tantum de illo iuramento, scilicet, quod non defendent causas iniustas, & hoc iuramentum, per tex. nostrum etiam fieri iubetur, licet vt diximus, nō soleat fieri per apud iudices inferiores aduocantes: & sic malè Villalobos *vbi supra*, considerauit antinomiam, *de qua per eum.*

IN LEGEM tertiam.

1 *Aduocatus negligentia, vel imperitia causam perdens in vtroque foro tenetur.*
2 *Aduocatus literis, & experientia debet esse præditus.*
3 *Aduocatus sine scientia, & experientia peccat aduocando.*
4 *Aduocatus consulens parti falsos testes producere, vel instrumenta falsa falsi tenetur.*

SVMMARIVM.

Aduocati tenentur processus originales per se videre, & relationes eorum concordare cū processu originali: aliter enim eas subscribere non debent, & in litibus ipsis fideliter, & legaliter allegare tenentur, & omni diligentia, & studio, & alia in lege nostra cōtenta obseruādo causas defendere.

ESTVDIANDO EL DERECHO. Istud est aliud, & principalius aduocatorum documentum,

mentum, vt ab studio continuo non cessent: plura sũt enim negotia quã vocabula, & nouiora quotidie cõtingunt. Ideò studiũ ordinariũ requiritur:
1 nã si propter imperitiã † vel negligẽtiam malum cõsilium quis dederit vel causam amiserit, etiam in foro contentioso tenetur, & conueniri potest, *vt probatur in l. 6. infra eo, & in l. 1. n. in fine tit. 8. part. 5.* Et sicut medicus obseruat tempora, ita & iuris peritus, *secundum Bald. post Cyn. in l. vnica. in princ. col. 2. num. 8. C. de cadu. tollen.* & itidem in foro conscientiæ ad damni restitutionem & resartionem, *secundum Augusti. Veroi. in rubr. numer. 91. extra de appella. & Nauarro, in Manuali. c. 25. num 29. & Ias. in §. omnes autem. numer. 4. inst. de actio* Ex quibus & ex tex. nosto de-
2 ducitur aduocatum † oportere esse literatum: nam illiteratus quantumuis experientiam causarum habeat aduocatus esse non poterit, *secundum Bart. in l. 1. § postulare contra glo. ibi. ff. de postul. quam glo. ibi Paul. nume. 11. reprobat, & Ias. in l. certi iuris. numer. 4. C. de iudi. & Montalus, in repertorio suo legum partitarum. verbo, Adcati, & Nauarro. vbi supra. num. 28.* Licet enim illiteratus iudex esse possit, *vt firmat glos. & ibi latè Feli. num. 8. in c. scisitatus, de rescrip. & glo. & Ias. in d. l. certi iuris,* quia potest consulere aduocatum literatum, & tenetur id facere aduocatus tamen non debet ab alio consilium petere, cum ipse potius ad consulendum existat, & ideo literatus esse debet. Aliter enim qui aduocationis officio vteretur † absque iuris scientia & nego-
3 tiorum experientia non esset immunis à peccato mortali, *secundum quod in lege supra proxima diximus, & tradit Soto, de iust. & iur. lib. 5. q. 8. art. 2. in fine, pag. 440. col. 1. & Nauarro, vbi supra.* Nisi *secundum Nauar. ibi*, essemus in loco, in quo literati deficiunt, quia in defectum eorum posset illiteratus aduocare in eo quod per ius nostrum Regium & patriæ consuetudinem sciri potest: & in hoc casu posset intelligi gl. *in d. l. 8. postulare*, & tex. *l. 2. tit. 6. p. 3.* prout ex ordine ipsius literæ decerpi potest. Et si ita lex illa non intelligeretur omnino dicendum esset, *per tex. nostrum & per. l. 1. supra. eod.* legem illam. 2. correctam. Quod cum hodie vix contingere possit, vbique enim aduocati habentur nulla est dubitationis ansa relicta

No aleguen cosas maliciosas. Quod & *ex. d. l. rẽ non nouã §. patroni, ibi & ex mendacibus allegationibus cõpositis. C. de iudic.* prohibetur. Calũnijs enim & malitijs vtendum non est, neque falsis, & compositis allegationibus, neque consulere debent aduocati, vt allegentur *secundum Afflictis in constit. Scil. li. 1. rubri. 81. numero 6. & 7.* Aduocatus enim consulens parti, vt falsa instru-
4 menta † vel testes falsos producat falsi puniri, *vt in l. in falsi. ff. de falsis. Spe. tit. de aduocato §. fi. & l. fi. tit. 6. part. 3. pœna mortis punitur, vt ibi notat glo. verbo. essa misma pena. Vbi & quæstionem in proposito ponit per ipsam videndam, & tenet Nauarro. d. c. 25. nu 29. & alibi diximus.* Quod tamen glos. *d. l. fi.* tentat intelligere nisi desistat vti talibus instrumentis, vel testibus falsis ante sententiã: quia tunc non punietur aduocatus, sicut neque pars producens puniretur. Pro qua declaratione faciunt dicta per Ias. *in l. quãuis n. 9. ff. de inius vocãdo* Et sic etiam debet intelligi lex nostra prohibens instrumenta falsa præsentari per aduocatos.

Por dilatar Quod si quis aduocatus hæc facere repertus fuerit nihil ei pro salario tassandum esset, *secundum Rebuf. in 2. tom constit. Fran. tit. d. famulorum salar. glos. fi in fine.*

Qualquier que lo cõtrario hizere. Q. ã amẽ pœnã incurret aduocatus cõtra faciens, tunc demũ si iurauerit in principio officij, vel durante eius tempore, & exercitio, secundum tenorem legis præcedentis, secus vero alias prout in proposito similis cõstitutionis asserit Matt. Afflict. *in d. rub. 81. n. 18.* & videtur probari *ex tex. nostro*, ibi. *Que lo prometan y iure ansi todo.* Ergo si iuramentũ desit non incurretur legis nostræ pœna quãuis aliquid omittatur contentorum in ea Tunc tamen incurret talis aduocatus pœnas ab alijs legibus impositas similia facienti. Vlterius & secundo lex nostra intelligitur, vt tunc demum aduocatus iuratus incurrat nostri tex. pœnam, si contra ea fecerit, quoties scienter, & malitiosè inducit partem, vt vtatur malitijs, & falsis, instrumentis, & probationibus. Aliàs enim, si ignoranter nesciens instrumenta esse falsa, non incurret nostri tex. pœnam, neque aliam. Et hoc est quod inquit text. noster, ibi. *Asabiendas*: quod verbum & ad omnia præcedentia, & sequentia referendum credo, & verum mihi videtur, & tenẽdum. Licet si falsitas patenter inspiceretur ex instrumento ipso, non vtique excusarem aduocatum consulentem produci iudicio talia iustrumenta, quantumuis ignorantiam allegaret cum in supina, & crassa ignorantia deprehendatur, turpeque sit nobili, & patritio viro ius, in quo versatur ignorare.

IN LEGEM quartam.

1 *Aduocato prolixo, & verboso silentium imponi potest per iudicem.*

2 *Aduocatus non debet ità esse breuis, vt substantialia allegare omittat.*

3 *Aduocatus pro iustitia sua suo loco, & tempore debet iura allegare.*

4 *Bona ratio ita debet mouere iudicem sicut lex.*

5 *Fatuus est, qui iura, & rationes ad propositum non adducit.*

6 *Aduocatus leges falsas, vel corruptas allegans falsi, punitur.*

SVMMARIVM.

Aduocati non debent esse verbosi, & prolixi, neque contra legis nostræ dispositionem allegare, vel aliquid facere, sed eius dispositionem, & tenorem obseruare tenentur.

SALVO REPLICAR. Quod de iure *ex. l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appellatio*

ante prohibitum reperitur, prolixitasque verborum inimica est sapientibus, *vt per Aretinum, consil.* 11. *in princip. & Rolandum, cons.* 6. *num.* 3. *volumi.* 1. Eandem enim rem pluries repetere verbositati, & cupiditati componendi plures libellos, & non scientiæ adscribendum censeo, & alienum ab ijsce temporibus, quibus breuitate gaudent moderni, verbosusque aduocatus odibilis reputatur. Et ideò tali verboso aduocato si-
1 lentium † imponi posse per iudicem asserit glos. *in l. ex ea. ff. de postulan.* quam adhoc vltra relatos per Rebuf. *l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod int. pro. notab.* 2. *nume.* 3. allegat Oroscius *in l.* 1. *verbo, postulationibus. ff. de offi. assessor. & in l.* 1. *col.* 89. *versi.* 4. *ff. de iust. & iure.* & Afflictis, *in constit. Sicil. lib.* 1. *rubr.* 31. *nu.* 9. Malique præsumuntur aduocati verbositate vtentes, *secundum Rebuf. in* 3. *tom. constit. Fran. tit. de reprobati. testi. art.* 7. *nu.* 2. Prolixitas enim permaximè est inimica sapientibus, & contra verbosos inutilia allegantes inuehit glos. *malos. in c. pen. extra de ætate, & quali.* Melius est enim *secundum eam* pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægrauare. Et contra verbosos aduocatos, & inutilia allegantes adduci potest illud Euangelij dicentis, Dilatant enim filactetias suas, & magnificant fimbrias. In quo excedere dici potest, sicut, & in multis aliis aduocati ij excedunt, quæ refert Puteus, *de syndicatu, tit. de excessibus aduocatorum cap.* 1. *incip. Aduocati causarum per totum fol. mihi.* 125. Debent tamen supradicta moderatè intelligi, scilicet, dum tamen verba sua, & allegationes coarctando, necessaria, allegare non omittant, quia neque hoc licet, prout aliquando vidi factum per aliquos aduocatos, qui dum breues esse laborabant obscuri fiebant, & defensionem allegare omittebant, necessaria enim omittenda non sunt *l.* 2. *C. de senten. ex breui. recitan.* & in propositum notat Rebuffus, *vbi supra, numer.* 7. & Sylua Nuptialis *lib.* 1. *verbo, non est nubendum, numer.* 25. *&* 26. *& à numer.* 18. de aduocato verboso incepit dicere. Nam *vt inquit singularis lex.* 3. *titul.* 4. *part. secunda. Segundixeron los Sabios antiguos, como quier que el ome deue fablar en pocas palabras, por esso no lo deue hazer de manera, que no muestre bien è arbiertamente lo que dixere.* Media enim via tenenda est, ita quod necessaria non omittantur, neque prolixitas causetur, & ideò si dũ pars tua plura iura, media & rationes habet, ad petendum, vel se defendendum omnia hæc allegando cumulaueris verbosus dici nõ poteris, quia non eadem repetis, sed diuersa iura, & defensiones proponis. Nam si non vno medio alio forsã vinces, & si nõ vna ratio mouet iudicem, alia mouebit, & vti pluribus remedijs, actionibus, vel defensionibus iure non reprobatur sed permittitur potius ex regula, *nemo pluribus, de regul. iur. in* 6. eandem tamen rem pluries repetere hoc est, quod lex nostra reprobat.

Alegando leyes. Non prohibetur in præsenti causam iuribus defendere. Imò potius pro cor-
3 roboratione † causæ iura sunt alleganda, *vt optimè per Rebuf. in concordata Regni Fran. in proœmio, verbo, iura citare, pagi.* 10. *in antiquis,* debent tamen suo loco & tempore allegari, non vero in libellis, neque in actibus causæ. Vbi non disputationi, sed allegationi tantum locus datur: & vbi lex deficit, ratio naturalis debet sufficere, secundum Rebuf. *ibi supra.* qui ex hoc inuehit contra proteruos, & ignaros iudices nolentes audire aduocatos non iura, sed rationem allegantes: cum bona ratio ita debet † mouere iudicem, sicut lex expressa, cum & 4
ipsa lex, lex non sit, nisi quatenus ratione fundatur, *vt per Tiraquel. in de cessante causa, part.* 1. *numer.* 133 *cum pluribus sequent.* Imo & *secundum Rebuf. vbi supra,* sufficit aliquando glos. vel doctorem allegare, si aliud non reperiamus.

Por palabra, o por escrito. Possunt enim aduocati iustitiam suæ partis verbo, vel scriptis allegare, & de ea informare, & aliquãdo, & verbo, & scriptis iudices per aduocatos informantur. Et qualiter tũc sunt leges, & iura allegãda, tradit idẽ Rebuf. *vbi supra, in dict. concordata, in dict. verbo, iura citare.* Et quomodo tunc se debent habere vide Probum, *in additio. ad glos. pragmaticæ sanctionis, tit. quomo. diui. offi. sint celebran. in glo præcipiti.*

Que te mas cumple. Et sic consentaneæ leges consuetudines, & iura rei, de qua agitur conuenientia alleganda sunt, alioqui fatuus iudicatur, qui iura, vel rationes † ad propositum non ad- 5
ducit, *cap. vno. §. si verò, de cler. ægror. tradit Rebuf. in dict. concordata, proœmio, super verbo, consentaneas,* licet *secundum eum ibi,* non sit inconueniens aliquando miscere rationes parum ad rem facientes: Nam aliquoties iudices ignari plus mouẽtur rationibus, & iuribus debilibus, quam fortibus, cum harum non sint capaces, prout & consulit fieri Matth. Afflict. *in constitu. Sicil lib.* 1. *rubr.* 82. *nu.* 3. Non debent tamen tunc allegari falsę leges, neque ijs vti pro defensione causæ iniustæ, *secundum quod in legibus superioribus dictum est, & tradit Puteus, de syndicatu, cap.* 1. *de excessibus aduocatorum, numero* 11. *& optima. l.* 1. *titul.* 7. Neque leges correctæ † allegandæ sunt, 6
sub falsi pœna, *secundũ tex. in l.* 1. *§. hunc igitur. C. de Iusti codice cõfir. de quo per Castellũ. in l.* 1. *Tauri, glo pen. & melius per Rebuffum, hæc tribus modis limitatem, in dicto proœmio, concordata in glo abrogatur per totam, pagi.* 11. *in antiquis.* Et 7. modis limitat Marcus Anto *in princ. instituta, de testament. de quo & tradit Abb. in proœmio, Rex pacificus. nu.* 7. *& idem Abb. & eius additio. litera. K. & litera. C. in c. nouit. de iudi. Bart. num.* 68. *& Oroscius. col.* 75. *versi.* 208. *in l. omnes populi ff. de iust & iure, Afflictis, in constitutio. Siciliæ in proœmio §. præsentes iguur. num.* 14. *&* 15. *fol.* 31.

IN LEGEM Sextam.

1 *Aduocationis officij peritum se esse asserit, qui publicè illud exercet.*

2 *Culpa est, quæ quis ignorat, asseuerare se scire.*

3 *Omnis in officio suo alium lædens culpa vel imperitia, tenetur ad damnum.*

4 *Consilio non fraudulento studio, & diligentia*

gentia præstito nullus obligatur.

5 *Aduocatus in officium concernentia delinquens non restituitur ætatis beneficio.*

6 *Doctor legum petens restitutionem, dolorem non errorem iuris allegat.*

SVMMARIVM.

Aduocati tenentur partibus soluere id quod propter malitiam, vel imperitiam suam partibus successit damni.

DE PAGAR Y PAGVEN. Cum enim ille, qui publice aduocat peritum in dubio † se
1 esse asserat, *vt in l. si quis fundum. §. Celsus, verbo, si quis vitulos, & ibi Bart. ff. locati.* Et itidem etiam videtur se asserere, non solum peritum, verum & diligētem ea peritia, & diligentia, quas actus ille & officium requirit, *secundum Bar. in l. eum qui §. si Epistola. ff. de furtis, & facit tex. in l.*
2 *27. tit. 15. p. 7.* Culpaque sit † quæ quis ignorat, asseuerare se scire, *secundum tex. in l. Iulianus, in prin. ff. de actio. empt. & l. illicitas. §. sicut. ff. de offi. præsi.* ad instar imperiti assessoris, *vt. l. 2. & ibi glos. ff. quod quisque iur.* merito, quod si pars victa sit propter imperitiam, vel negligentiam aduocati, teneatur ipse aduocatus, cum in culpa sit & quasi delinquat, *arg. tex. in princ. instit. de obligati. quæ ex quasi del. nas.* ad damni resartionem ex hoc parti suæ illati, *prout. & probatur in c. calumniam, de pœnis & in l. 10. in fine, tit. 10. lib. 1. fori, & tenent relati per Didacum Perez l. 12. tit. 19. lib. 2. ord. col. 673.* Nam & eodem modo videmus in medico, qui quidem tenetur de negligentia, vel imperitia circa infirmitatem curandam adhibita, *secundum tex. in d. § sicut, tradit, & Ripa, in tract. de peste tit de remediis ad curan. pestem, numero 64. cum. 6. seq. & est tex. in l. quæ actione §. Proculus. ff. ad l. aquili. vbi Florianus, de medicorũ imperitia optime discutit, & tractat, & Inno. & mode. in c. tua nos, de ætate & qualita* Medicorum tamen magis quam aduocatorum error nociuus est, *secundum Burgos de Paz, in l. 1. Tauri, numero 25. fol. 78* Nam aduocatus dolose partem suam nocens non erit proditor, & aleuosus, sicut est medicus dolose & malitiose infirmum occidens, qui vt aleuosus punitur, secundum tex. in l. 10. *tit. 9. p. 2.* Secundum quam & intelligitur l. 6. *tit. 8 p. 7.* quæ tantum pœnam mortis imponebat, prout eas intelligit Oroscius *in l. illicitas. ff. sicuti. col. 460. ff. de offi. præsid de quo & traditur per Clarum, in lib. 5. sententiarum selectarum. §. homicidium. numer. 17. vbi narrat, de aliquorum medicorum negligentia, & punitione.* Item & regulariter, omnis officialis per impe-
3 ritiam, vel negligentiam in officio suo † aliquem lædens tenetur ad damnum ex hoc secutum, *secundum tex. in l. 6. & 10. titul. 8 p. 5. & tex. in l. 9. tit. 15. p. 7. Orosci. & Doctor. in d. § sicut Ant. Gom. tomo. 3 c. 3. numa. 16. in fine. Sylvest. in summa, verbo, ignorantia. numero 13. Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri. num 213.* Et quamuis inter medicos, & aduocatos quoad seculum beatiores medicos reputemus, quorum errores cooperit terra, quoad Deum tamen infœlices vtrosque iudico, nisi damna talia resarcierint partibus, vel infirmis. Crederem tamen, quod si aduocatus non in causa, sed in consilio errauerit aliquo, puta quando, *da vt parecer*, licet post appareat consilium non fuisse iuridicum, dum tamen fraudulentum * non sit, crederem ipsum 4
consulentem non teneri, secundum Bart. *in l. 2. ff. mandati*, quem refert Burgos de Paz, *in d. proœmio legum Tauri. nume. 214.* vbi declarat & limitat dum tamen diligentiam fecerit in perquirenda veritate, & se falso non asserat peritum, *& faciunt dicta per Nauarro. in Manuali. c. 17. num. 132.* Et sic etiam debet declarari quod inquit Anton. de But. relatus per eund. Burgos de Paz *in eodem proœmio, num. 187. & 188.* de quo quid in conscientia, & quid in foro contentioso sit quoties aduocatus per imperitiam, vel negligentiam prębet malum consilium, vide Felin. *in c. pastoralis. §. quia vero. numer. 21. & 22. de offi. del.* & Burgos de Paz, *vbi supra. num. 213. cum seq. aliquibus.* Vlteriusque in tantum tenetur aduocatus, si per imperitiam, vel negligētiam causam perdiderit, quod quamuis sit minor. 25.
annis † tenebitur, neque poterit petere restitutio- 5
nem in integrum aduersus talem imperitiam, vel negligentiam, & damnum propter eam adhibitum. Nam turpe esset nobili, & patritio viro ius, in quo versatur ignorare, cum professio, & desiderium in hoc casu inter se discrepent. Et ideò siue in causa sua siue in aliena errauerit, non restituetur, *secundum glo. in l. professio. C. de professor. & medi. lib. 10. quam ibi commendant scribentes, & Euerardus alios allegans, in centuria locorum in loco à milite armata militiæ ad mili. celes. in fine.* Doctor enim legum petens restitutionem † po- 6
tius dicitur dolorem iuris, quam errorem allegare, *secundum glos. in l. professio. C. de mun. patrimo. lib. 10. singularem, secundum Angel. in l. eam quam numero 7. C. de fideicom. vbi. Ias. numero. 15. eund. Angel. in l. 1. §. puerilia. num 4. ff. de postulan. Montalaum, de reprobati. sentēn. Pilati. 5. art. num. 69. & est similis. gl. in l. 1. C. qui & aduersus quos, quam allegat Auilles. c. 23. Prætorum. fol. 220 nume. 3. & est communis, secundum Boeri. decisi. 350. numer. 6. & Didacum Perez in l. 2. titul. 23. lib. 2. ordin. colum. 710. in princ. & in l. 2. titul. 19. colum. 661. in prin. eod. lib. 2. ord. & Dominus Padilla. in l. 1. numer. 10. C. de iur. & fac. ignor. & nouissime Dominus Franciscus Sarmiento lib. 3. selectarum interpretationum cap. 12. per totum, qui tamen tenet contra dictam communem.* Sed eius posset procedere opinio in rebus, quas communiter Doctores ignorare solent, vt sunt emptiones prædiorum, quæ officia sua non tangunt, communis vero in pertinentibus officijs eorum. Et quam curam & diligentiam iudices & aduocati teneantur in negotijs adhibere, vide per Burgos de Paz, *vbi supra, numero 216. & à numero 166. vsque ad 218.* plura de iudicibus, & aduocatis disserit.

IN

IN LEGEM Septimam.

SVMMARIVM.

In principio litis possunt aduocati se cum partibus concordare, non vero post, visa iam partis illius iustitia, & factis petitionibus.

QVE NO PVEDAN. Con. text. *in c.infames.§. præterea. 3. q. 7.* quem ad hoc allegat Nauarro, *in Manuali. cap. 25. numer. 30.* & Ripa, *in tracta de peste.tit. de remedi. ad curandam pestem. num.86.* & Platea, *in l. Archiatri. C. de professor. & medi.lib. 10.* & optime Rebuf. *in 2. tomo constit. Franciæ, tit. de rescissio. contractus, in præfatione. num. 29.* vbi & inquit rescindi contractum in contrarium factum: *& est similis tex.nostro in l.10.ti 6 p.3.* Ratioque ad dispositionem hanc desumitur *ex tex.nostro*, ibi, *Porque ya estarian prendadas.* Lite enim iam cœpta partes alium aduocatum quærere, nisi duplicatis expensis non possent, & ne hac de causa aduocatus, qui litem incepit, vellet à partibus immoderatum salarium recipere & petere, quæ quidē partes, ne litem desereret aduocatus ille, fortasis ei immoderata præstarent salaria. Ideo iure optimo tex. noster statuit in prin. litis conuentiones fieri, non vero post, & hanc etiam rationem asignat glo. *in d. §. præterea.* Sic & medico durante ægritudine non licet de salario pacisci, *secundum Platea, in d.l. Archiatri. & Bar.per text. ibi in l. 1. ff. de var. & extraor. cognitio. & Baeçam, de decima tutorum.cap.2.n.24. & Ripa.vbi supra* contrarium tamen fuit per senatum Neapolitanum decisum, *secundum Afflictis, decis. 123. sed vide dicenda in l. 10.infra eod.* Habes tamen notare quod non sufficit aduocatum vidisse instrumenta partis, vt prohibitioni nostri text.locus detur. Sed & requiritur, quod & inceperit petitiones facere & ordinare, vt in iudicio præsentarentur, ponderando ad hoc copulatiuam illā, *y començado à hazer peticiones.* Vtrūq; requiritur verificari, scilicet, quod viderit scripturas, & insuper petitiones fecerit. Neque vnum absque alio sufficeret ad impediendam concordiam partis cum aduocato pro salario. In concordia tamē, si pars congruum offerat aduocato salarium, tenetur aduocatus partem adiuuare, *secundum illam.l.10.tit.6.p.3.* Sed si nullum offerret salarium posset partem contrariam adiuuare, si nullam pro prima parte fecerat petitionem. Sed an aduocatus post nudata secreta causæ tenebitur expectare an pars sibi velit soluere, vel nō, fuerunt in hoc opiniones, *vt licet videre ex glos.in d.l.10.verbo, su salario* Et simile statuitur in constitutione quadam Siciliæ, *vt licet videre ex Afflictis, in constitutio. Siciliæ libro. 1. Rubr.81.nu.12.*

IN LEGEM octauam.

1 *Aduocatus non potest concordiam, de quota litis danda cum parte sua facere, neque vt ex summa, vel repetita certa aliqua quantitas, vel pars præstetur.* 2.

3 *Aduocatus ratione victoriæ Palmarum, vel strennarum nihil potest pacisci sibi dari.*

4 *Aduocato mercedem iustam pro labore percipere licet.*

5 *Mutuum adhibendum factum quando possit per mutuantem peti.*

6 *Medico non est licitū sanitatem infirmo promittere, sicut neque aduocato victoriam.*

SVMMARIVM.

Aduocati ratione victoriæ aliquid petere non possunt, neque victoriam promittere, vel suis impensis litem prosequi, sub pœna.

POR RAZON DE LA VICTORIA. Hoc enim de iure reprobatum est, sicut & illud ne detur † quota pars litis aduocato, *secundum Bald.* 1
per text. ibi in l. si qui aduocatorum. C. de postulan. Ob hæc enim, & quodlibet eorum multa falsa aduocatus fortasis & allegaret & probaret, & consuleret fieri. Obidque euitandum, in nullo casu pro victoria, vel pro quota litis licet aduocato pacisci cum parte, secundum cōmunem *in l. litem. C. de procurator. & in l. sumptus, ff. de pactis, optime per Afflictis, in const. Siciliæ, lib. 1. Rubri.81.n.14. & 15. Vbi & alias in propositum quæstiones proponit.* Et probat itidem text. *in §. arceantur. 3.q.7. & l. salarium.ff. mandati, & l. 14. tit.6. p.3.* vbi & pœna etiam ponitur aduocato contra facienti. Aliter enim ad delinquendum inuitarentur contra. l. *conuenire ff. de pactis, & l.2.C de indic. vidui. tollen.* Imo & si tale pactum fieret rescindendum est, si petatur, *secundum Rebuf. in 2.tomo. const. Fran. tit. de rescis. cont. in præfatione, num. 29. & Guidonem Papæ, decisio. 102.* Et sic non valeret pactum † quod certa aliqua quantitas ex 2
summa petita, vel certa pars rei petitæ, si vinceretur in causa præstaretur, prout Acursius, *in d. l. sumptus* dixit, & frequentiores, maxime Alexand. *in d.l. litem.* asserunt teste Oroscio, *in d.l. sumptus.col 937. in fine.* Neque itidem promissum causa victoriæ, præmij, vel strennarum, † & 3
quæ nos vocamus *albricias*, Vlpiamus, palmaria, soluere promissor compelleretur, *secundum Oroscio. in d. l. sumptus in verbo pars ff. de pactis. & in l. qui transigit, num. 11. cum seq. col. 950. in fine cum seq. ff. de transactio. & Soto de Iusti. & iure. lib. 5. q. 10. art. 4. pag. 442. & probatur etiam in l. 29. infra eo.* Mercedem tamen iustam † pro labore suo aduocatum recipere iam 4
licitum, & permissum videmus, vēdereque suum consilium & patrocinium, *vt in cap. non licet. 11. q.3.l. vnica. C. de suffragio:* quamuis alio in tempore inhonestum erat, *prout patet ex Tiraq. de nobilitate.c.29. n.21. cum seq. pluribus, & eo citato ex Baeça, de decima tutorum. cap. 2. nu. 23.* Hodie tamen secus est, vt videmus. Nam mercedis præ-

mio

mio aduocati patrocinantur, cuius spe homines studijs attrahuntur. Nam si nihil præmij esset ex patrocinio sperandum, pauci essent aduocati, iustitiaque desereretur fortassis: nam & metu inopiæ deseritur iustitia *cap. si quis. 1. q. 2 cap. habebat. 12. q. 1.* Ideò & de mercede & de salario præstando pro lite licet aduocatis paciscì, dum tamẽ secundum iuris metam, & dispositionem paciscantur de salario, scilicet, lite nondum cœpta, *secundum l. 7. supra eod.* & salario iusto, *secundum l. 10. & 18. infra eod.* Promittaturquè simpliciter, non vero si victoria sit, vel de quota litis, *vt in text. nostro.* His enim & similibus interuenientibus, mercedem & salarium, licitum est aduocatos petere & recipere, *prout & tradit Nauarro, in Manuali. cap. 25. num. 30. in fine, & Tiraq. vbi supra, num. 36. cum pluribus sequenti.* Imo & quod plus est, quod licet, secundum Nauarro *vbi supra* paciscì, quod vltra salarium pro victoria præstabitur aliquid aduocato, *secundum Alex. d. l. litem:* dummodo illud, quod vltra salarium promittitur sit paucum, & parui valoris & æstimationis, *secundum Salice. ibidem,* quasi tunc ratione illius pauci premij promissi non sit credendum aduocatum aliquid iniustum facturum cõtra conscientiam. Tu tamen vltra salarium pro victoria nihil paciscaris, etiam minimum. Nam quantumuis diceremus licere in cõscientia, quod non affirmo, quia lex nostra nihil distinguit de minimo ad maius, scandalum proximorum euitandum est, quod fortassis ex similibus pactis oriretur. Vnum tamen notandum est, quod si aduocatus victoria iam consecuta, paciscatur cum parte sua, vt pro adepta victoria, sibi quid daret, valeret vtique tale pactum *secundum gl. in l. cum controuersia, in gl. 2. §. 1. ff. mandati. singularem, secundum Cassaneum, in consuetud. Burgun. fol. 134. col. 1. & Pala Rube. in rubri. §. 66. nu. 24. de donati. inter virum & vxo. quos ad hoc reperi relatos.* Nunquam tamen in liberis meis reperite eos potui, tu fortassis reperies aliquando. Facitque pro doctrina hac illud, quod de ludo singulariter dicitur, scilicet, quod licet mutuatum ad ludendum † repeti non possit, si in ludo amittatur per illum, cui mutuatum fuit, *secundum Alex. l. si cũ dotem. num. 5. ff. solu. matri. & Auendañ, cap. 9. Præto. num. fin. lib. 2.* tamen si post mutuum factum lusori, & perdito mutuo fiat noua conuentio per lusorem ipsum cum mutuante, in qua lusor ipse se obliget scriptura, vel testibus præsentibus, quod mutuatum sibi ad ludendum soluet ipsi mutuanti, tunc optime repeti posset, *secundum Ioan. Andre. relatum, & secutum per Aufredi in additio. ad decisio. 192. Capellæ Tolosanæ, & Auiles. c. 29. Prætorum, glos. ni tableros, in fine,* & facit id quod de aduocato dixit glos. illa *d. §. 1. & latius dicemus Deo volente in l. 10. glos. 2. titulo 6. libr. tertio. infra.* Ergo & sic in nostro proposito, si lite iam finita fiat conuentio de salario prębendo pro adepta victoria, valebit, quoniam tunc nulla spes malum perpetrandi remanet & sic rationes nostri tex. cessant, & per consequens eius dispositio. Sed in casu in quo licet pro victoria paciscì, deberetur promissum si in parte vinceretur & in parte non, vel si transactione lis illa finiretur videndus est Alex. & eius additio. *in l. si extraneus. num. 7. ff. de cond. causa data,* & de transactione, vide tex. *in l. 9. infra eodem.*

Y que no asseguren a sus partes. Sicut enim medico † non est licitum sanitatem infirmo polliceri, quia nihil aliud esset, quam gratiam, quæ in Deo est promittere, *vt in c. porro. §. hinc etiam, versi. sed nunquid medici resuscitabunt mortuos de pœnit. dist. 1.* ideoquè perperam medici facerent, si hæc promitterent: ita & aduocatis victoriam partibus promittere, neque licitum neque honestum est, quia victoria non est in aduocato, sed in iudice. *l. 1. ff. de abolitio. § notandum. 2. q. 3.* Neque semper laborem sequitur effectus *c. nisi cum pridem. §. quippe, de renuntiatio,* & ideò medico nihil debetur pro sanitate, sed pro honore, *secundum glos. in c. qui studet. 1. q. 1. pro qua est text. in cap. non sane. ibi nec medico reddere volunt honorem suum. 14. q. 5.* Sic & propheta in signum honoris munera recipit. *cap. iudices. 1. q. 1.* Deusque ipse in signum honoris munera recipit, & decimas in signum vniuersalis dominij *c. decime. 16. q. 1.* Et hac de causa, quæ Doctoribus debentur honoraria dicuntur, non mercedes. *l. 1. §. proinde. & §. in honorariis. ff. de var. & extraor. crim.* Et ideo aduocati non debent victoriam promittere: imo si promitterent, tenerentur ad interesse, si non vincerent, in causa, *secundum tex. in l. 15. in fine tit. 6. p. 3.* Alia videri poterunt per Bonifacium *in peregrina legum Partitarum, verbo, aduocatus. 8. q. in glos. salarium in medio.*

De seguir y fenescer los pleytos a sus proprias costas por cierta summa. Hic est tex. expressus determinans iam quæstionem agitatam, num, scilicet, valeret pactum de quota litis si aduocatus promittebat suis propriis sumptibus diffinire causam: nam *ex gl. in l. si remunerandi. §. Maurus. ff. mandati:* à contrario sensu colligebat quidam doctor Ant. de Alexandro *in d. l. sumptus,* quod valeret. Contrarium tamen & verius determinauit Matthæ. Afflictis, *in d. lib. 1. const. Siciliæ, rubr. 81. numero 15.* Et hoc per tex. nostrum determinatur expresse. Neque ab illa glos. *in d. §. Mauros:* est sumendum argumentum à contrario sensu, quando lex dicit contrarium, nihil distinguẽdo promitterentur sumptus necne. Ex l. tamen nostra expresse id disponente nullus est dubitandi locus.

IN LEGEM nonam.

Aduocatus qualiter, & quomodo percipiet salarium à parte ei promissum, quoties lis per transactionem finitur.

SEY GVALAREM. Hæc fuit quæstio inter Doctores an si partes concordia finierunt negotium esset præstandum salarium aduocatis De quo per Hostien. *c. ventens. de iureiur.* Cyn. *in l. 1. C. de suffragio. glos. l. fi. C. mandati.* Ioan. And. *regu. contractus, in 6.* Specul. *de salario § 1. verbo, sed pone,* vbi alias quæstiones de salario aduocatorũ proponit Et hos & alios ad hanc quæstionẽ allegat Afflictis *in dicto lib. 1. tub. 82. quæstio. 6. n. 7.*

& tract.

& tract. Alexand. & *ibi* eius additio. *in l. si extraneus numero 7. ff. de condi. causa data.* & *per text. nostrum* vides iam determinatum.

Ansi como arbitros. Hic est text. singularis ad limitationem, *l. 13. infra eod.* vbi probatur aduocatum non posse esse, iudex qui fuit in eadem causa, nam limitatur, vt non procedat si tanquam arbiter ex concordia partium iudicet, & est singularis limitatio, & noua & notanda. Item & limitatur, *l. 17. infra eod.* dicens, quod non potest aduocatus pro contraria parte patrocinari in eadem causa, nam poterit optime, (si tanquam arbiter procedat) ex partium consensu pronuntiare in fauorem partis aduersæ, mediante iustitia, causam vt arbiter electus à partibus determinando. Habemusque *hic* text. quod ad-
1 uocatus potest esse arbiter in causa † in qua fuit aduocatus, ad limitationem, *l. fi. in fi. C. de assessor.* & dictorum per Menoch. *de arbit. libro 1. quæstio. 73. numero 4.*

IN LEGEM DECIMAM, vndecimam, & duodecimam.

SVmmari leges hæ, cum in longum procedãt, non possunt: ideo summaria earum omittò. Vnum scire satis est, apud inferiora tribunalia nunquam me vidisse, neque audiuisse seruari, imò neque apud superiora, in quibus loquuntur seruantur teste Olano, *in concordia Antinomiarum, litera A. num. 78.* & iure optimo. Aliter enim qui iudices, quæque tribunalia sufficerent pro horum salariorum tassatione? & præsertim hodie necesse non est quod seruentur. Ita enim exigua sunt salaria, quod tassatione non indigent, & sic securi sunt aduocati, cum iusta salaria recipiunt: leges enim solummodo dolosos & fraudulentos aduocatos & procuratores respiciunt, non vero iustos, & moderata recipientes salaria, vt patet.

Por euadir, & ibi, *y hazer fraude y engaño, y por encubrir la cantidad de los salarios, y lleuar de mas de lo que por estas Ordenanças les es permitido.* Ergo si deficerent fraus, & dolus, quantumcunque leges hæ vsitarentur non procederent deficiente dolo, & iusto percepto salario. Nam si immoderata essent salaria quantumuis leges nostræ non vsitentur, neque fraus & dolus detur, percipi non possunt per aduocatos, sicut neque per me-
1 dicos liceret ea recipere immoderata. † Aliter enim compelli possunt, & in iustitia, & in conscientia superfluum, & indebitum reddere, secundum Rip. *in tracta. de peste, tit. de remedijs ad curan. pestem. num. 84.* vbi *numero 86.* inquit promissionem ab infirmo, medico factam nullam esse, prout & tenet Platea, *per tex. ibi in l. Archiatri.* C. *de professor. & med. lib. 10.* quem & alios refert Baeça *de decima tutorum c. 2. num. 24.* & nouissimè post hæc conciuis meus Gutierrez, *in tracta. de iuramento confirma. 1. p. c. 57. numer. 28. cum seq.* & defendit eam optime Arias Pinellus, *in l. 2. C. de rescin. vend. p. 2. c. 2. num. 32. & 33.* Vbi veriorem, & receptiorem testatur opinionem, illam l. *Archiatri.* in omnibus intelligi medicis, & sic pro hac opinione esse tex. expressum. Quã & tenuit Reb. *in 2. tomo. const. Franciæ, tit. de rescissi. contractus, in præfatione, num. 29.* Vbi *num. 30.* intelligit decisionem quandam Matt. Afflict. 123. tenentis cum senatu, valere talem promissionem cum infirmo factam, in eo, scilicet, quod iuste pro infirmitate illa medicus meretur, non vero pro tota promissione si immoderata esset, quia tunc reducenda est ad formam iuris, *secundum Innoc. & Card. in c. 1. num. 7. de postulan.* Et hæc est vnica concordia & declaratio. Et tunc iustum salarium arbitrio boni viri inspecta infirmitate taxabitur. Et bonus vir erit tunc alius medicus, vel chirurgus, *secundum eundem Rebuf. in dicto. 1. tomo, tit. de sent. prouisi. art. 1. glo. 4. num. 8.* Et quamuis *secundum aliquos* medicus non sit maioris valoris, quam obstetrix † *secundum gl. relatam per Fel. in c. tua nos, in fine, de homi.* defendit 2
tamen eum Ripa, quem vide *vbi supra, num. 106. cum seq. aliquibus.*

Lo tassen y modere, iunctis verbis, *La calidad y cantidad de los pleytos.* Nam quæ ob causam fiunt à modo ipsius causę formam & determinationem recipiunt. Recte etenim respondit acutissimi ingenij vir Papinianus, *in l. Seio, in prin. ff. de annuis legat.* legatum factum amico, si pro negotijs trium filiorum testatoris interuenerit, minui, si duo ex illis decesserint. Quoniam, inquit
ille, tam labor, quam pecunia † diuisionem re- 3
cipiunt. Quo responso adductus eo loci Bar. docuit, minuendum esse salarium seruitoris, qui tribus scholasticis seruire promisit, & deinde eorum vnus recessit. Et tunc arbitrio iudicis diminuetur, *secundum Bart. ibi:* prout vtrumque plura similia adducens refert Menochius *de arbitrarijs iudicum lib. 2. centuria. 3. casu 223. quæ ob causam fiunt, per totum.* Sed quid si aduocatus pro-
misit aduocare pro Titio per † vnum annum sub 4
salario conuento singulis quatuor mensibus, ille Titius nullas causas in illo anno habuit, an aduocatus licitè petet salarium, videtur quod sic, quia non stetit per eum, *vt l. fi. C. de cond. causa data, & ff. locati. l. qui operas §. fi. & ita tenet Bar. in l. 1. §. Diuus versi. vlterius quæro, & versi. sed quæro ff. de var. & extraor. cog. Et hanc dicit veriorem, Afflictis, in const. Siciliæ lib. 1. rub. 82. q. 3.* Sed nunquid
sequenti anno † debeat pro eo postulare pro eo- 5
dem salario, si in anno præcedenti non stetit per Aduocatum, & Bald. relatus per Afflictis, *vbi supra, q. 4.* inquit, quod si tempus fuit limitatum respectu principij, & finis, & sit de forma contractus, & sic tempus dat esse rei, non potest poni tempus pro tempore, *arg. l. pen. C. de cond. ob causam.* Et hoc quando tractatur de altero obligando: ex diuersitate enim temporis diuersificatur obligatio, *secundum Bartol. in l. si vno §. item cum quidam in fi. ff. locati,* & hoc verum putat Afflictis, *vbi supra,* si interest aduocati. Alias si nihil interfit, putat quod debeat sequenti anno pro eo postulare. Et pro hac distinctione dicit facere Bart. *in d. §. item cum quidam:* & *in q. 5.* ipse Afflictis, quærit an si aduocatus est infirmus, & pars alium quæsiuit aduocatum an teneatur restituere salarium? dicit quod non, quia per eum non stetit, vide eum ibi, quia optima dicit in propositum, vt alia declaremus, ad eum te remitto.

IN LEGEM DECIMAMTERTIAM.

1 *Aduocatus esse non potest in secunda instantia, qui in prima iudex fuit, licet possit defendere sententiam suam gratis. 2.*

3 *Iudici permittitur defendere aduocando iurisdictionem suam, gratis tamen.*

4 *Aduocatus qui fuit in vna causa, non poterit esse iudex in illa.*

SVMMARIVM.

Aduocatus vnius instantiæ, non potest in alia instantia contrariam partem adiuuare, neq; qui fuit iudex potest impugnando sententiam suam aduocare, defendere tamen eam posset cum aduocatis, id tamen gratis faciat, sub pœna.

QVe ningun abogado. Aliter enim præuaricationem committet, de qua dicemus, Deo annuente, *in l. 17. infra eod.* Et ex ijs verbis determinantur dicta per Florentinum, *in 3. parte, suæ summæ Theolog. titulo sexto, capite 2. §. 1. in fine*, vbi dubitabat an aduocatus in prima instantia, posset in eadem causa in appellationis instantia partem aliam adiuuare.

Ni en la tercera instancia. Imo neque in alia quacunque si dari potest: nam ideo tex. noster vlterius non processit, quia regulariter, & à communiter accidentibus, alia instantia vltra tertiam, nisi per modum specialis prouisionis, & remedij dari non potest: quia non licet tertio prouocare. Si tamen alia quam tertia daretur instantia, idem dicendum est, quod in secunda, & tertia textus noster disponit exemplificatiue procedẽdo: & exempla non arctant regulam, præsertim, vbi eadem militat ratio. *Que ningun alcalde.* Ex ijs verbis notandum est iudicem primæ instantiæ † non posse in secunda aduocatum pro ea parte, contra quam protulit sententiam: neque itidem aduocatus vnius partis in prima instantia, poterit in secunda contrariam adiuuare partem. Quorum ratio est, eo quod aliquod ex dictis prestando patrocinijs, resultat presumptio contra ipsum iudicem, vel aduocatum, quod fauorabiles fuerunt ei, pro quo ex aduerso nunc patrocinantur, *secundum Paul. in l. quisquis, C. de postulando.* Item quia ad inuicem talis iudex, vel aduocatus sibi ipsis contrariantur, dum id quod prius in sententia, vel aduocatione sustentauerunt, & verum asseruerunt, nunc aduersantur, & falsum dijudicant in contrarium adiuuantes: secretaq; prioris partis, nunc secundæ parti contrariæ manifestabunt: vel secundam partem leuiter defensabunt, & se vinci præsumendum est, quod permittent. Quæ & alia inconuenientia, vt euitentur, iuste lex nostra similẽ prohibitionem fecit, quam & ijs, & alijs tutatur Auendan. *c. Prætorum 2. numero 23. versic. Et hanc decisionem, libro 1. & numero 25. ad finem*, tenet contra glos. *in fin. ff. de postulando*, asserentem aduocatum primæ instantiæ posse partem cõtrariam in secunda instantia adiuuare, quam Doctores, *ibi teste ibidem, Paulo Castren. num. fin.* reprobant iure optimo, *& teste Villalobos, in ærario mille com. opin. litera A. numero* 100. Et *ex lege nostra* falsa illa glos. redditur, *& clarius ex l. 17. infra eodem.* Poterit tamen iudex, qui protulit in prima instantia sententiam in secunda defendere † sententiam suam, *prout ex lege nostra probatur, ibi, defendiendo, &c.* Prout & de iure ciuili statutum, & permissum erat, *vt licet videre ex dictis per decisionem 277. Capellæ Tolosanæ, & additio, ibid.* Et hoc dummodo gratis, prout *ex tex. nostro* probatur, ibi, *Con tanto que no pueda, &c.* Et asserebat Auendan. *dict. cap. 2. Prætorum, numero 23. versic. pen. & num. 26. libro 1.* Pro quo & considero aliam legem 3. *in fine, titulo 6. lib. 3. infra*, vbi iudici permittitur defendere iurisdictionem suam † aduocando, dum tamen gratis faciat. Vlterius notandum est, quod sicut iudex in vna causa, non potest in eadem aduocare, nisi defendendo gratis sententiam suam, *ex text. nostro*: sic & aduocatus in vna causa non poterit esse † iudex in illa, secundum quod probatur, *ex tex. in lege fin. in fine, C. de assessor. & in lege fin. ff. de test. ad hoc allegatis per Menochium, de arbit. iud. libro 1. quæstione 73. numero 4. & Auendañ., dict. cap. 2. num. 23. in fine, & nu 24. lib. 1.* Nam vltra hoc quod secũdum eum ibi delictum committeret, sentẽtia talis esset nulla, *secundum ipsum Auendano, cap. 23. Prætor num. 10. in fine, libro 2.* Poterit tamen esse arbiter ex consensu partium in causa, qui fuit in ea aduocatus vnius partis, *secundum text. in leg. 9. supra eod.* Imo & aduocatus vnius partis nõ potest esse, & pro alia parte contraria in eadem causa aduocare, etiam si mutetur iudicium, *vt probatur ex tex. in l. 17. infra eo. & notabat Auendañ. relatus per Villalobos, in ærario mille com. opin. litera A. numero* 100. Corrupte tamen eum allegat: nam est Auendan. *in dict. cap. 2. numero 25. versic. si ergo nouus, cum seq. lib. 1.* Ideo aduertant aduocati ad hæc. Et ideo aduocatus in vna causa non potest cogi esse iudex in illa, *secundum Cassaneum in consuet. Burg. rubr. 1. §. 6. messiers, n. 87.*

IN LEGEM DECIMAMQUARTAM.

SVMMARIVM.

Aduocati in litis principio relationem negotij assumere debent in scriptis manu suæ partis subscriptam, & subsignatam.

OTrosi mandamos. Quãuis legis huius dispositionem nondum seruari viderim, congruum tamen & bonum esset, & aduocatis salubre, quod seruaretur per eos, *vt inquit Florent. in 3. p. suæ summæ Theol. tit. 6. c. 2. §. 1. in princ.* vt victa parte ostensa relatione demonstrarent, non ex culpa sua causam perditam & victam. Aliter enim potius aduocato quam parti culpandum est, nisi aliud ex processu appareat. Et nostrum tex. & eius dispositionem allegat & notat Villalobos, *in sua iuris ciuilis, & Regij Antinomia, litera A. num. 47. & in ærario, litera A. nu. 99.*

IN LEGEM DECIMAM quintam.

1 *Clerici ſecularibus negotijs ſe immiſcere non debent, non ſolum in ciuilibus verum neque in criminalibus, etiam defendendo reum, num. 2. & 3. & num. 6. cuius ordinis eſſe debent.*
4 *Aduocare prohibitus, vel procurare non cenſetur prohibitus pro ſe & ſuis.*
5 *Clerici deputati ſeruitijs maiorum Prælatorum pro eorum defenſione poſſunt aduocare.*

SVMMARIVM.

Clerici conſtituti in ordine ſacro, aduocare non poſſunt, niſi in caſibus lege noſtra deſcriptis.

N*Ingunos religioſos ni clerigos.* Abſurdum enim eſſet clericis ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum eſſe forēſium, *prout inquit tex. in. l. repetita. C. de Epiſcopis & Cler. & tex. in. l. conſulta. C. de teſtamen. text. in cap. 1. de poſtulando, extra.* Quod per concluſiones optime declarat Matthæus de Afflictis, *in conſtit. Sicil. lib. 1. rubr. 81. num. 19. in fine. cum. 2. ſequent. & probat text. in. l. 10. tit. 3. lib. 1. ſupra vbi, & alia*
1 *diximus.* Clerici enim ſecularibus negotijs † ſe immiſcere non debent, *vt per totum titulum, extra, ne cleri. vel mo. maxime in. c. 1. illius tit. & tex. in cap. te quidem. 11. q. 1.* Quæ omnia iura licet in ciuilibus negotijs, & cauſis loqui videantur, *ſecundum Abb. in cap. 2. nu. 1. extra ne cleri. vel mon.* idem tamen & multo fortius dicendum eſt in
2 criminalibus, † non ſolum, ne in ſecularibus ſe immiſceant, verum etiam, ne ſi in criminalibus patrocinarentur, irregulares fierent. Et hoc nō tantum ſi pro accuſatore adiuuarent, verum & pro reo accuſato. Poſſet enim reus accuſatus propter negligentiam, vel imperitiam ipſius aduocati clerici, vel propter nimiam diligentiam, deuenire ad caſum, vbi condēnandus eſſet reus pœna ſanguinis: ex qua irregularitas poſſet incurri, ſi ritè & rectè non defenderetur. Ex quo ſicut ſi aduocaret pro accuſatore poſſet effici irregularis: ita & ſi pro reo accuſato, *ſecundū Archid. per tex. ibi in. c. aliquantos. 5. 1. diſt.* Quamuis Hoſti. relatus per Montal. *in. l. 2. tit. 9. lib. 1. fori, in. gl. fi.* & Abb. *in. c. 1. nu. 5. de poſtul.* velint quod pro reo accuſato poſsint clerici patrocinari, cū proteſtatione, & quod meritorium eſt. Ipſe tamen in dubio ſecurius iudico ſequi Archidi. opinionem: nam qui periculum amat, in ipſo peribit, *prout & tenet Didacus Perez. l. 2. tit. 19. lib. 2. ordi. col. 663. in prin.* Sacrilegiumque committit clericus profanis ſe immiſcens, *ex tex. in. l. 3. C. de crim. ſacril. quem ad hoc allegat gl. in. d. l. repetita. C. de Epiſco. & cleri.* Ex quibus inuehitur Boeri. *in. tractatu magni conſilij, in additio.* contra prælatos Eccleſiæ eos taxando, quia faciunt ſe conſtitui magiſtros rationales, *de quibus in tit. 4. ſupra hoc libro diximus in tranſitu aliqua, alibi fortaſsis latius dicturos promittendo.* limitanda tamen ſupra dicta, & tex. noſter ſunt, vt non procedant in caſibus à lege noſtra declaratis, in quibus licet clericis aduocare: *de quibus & in. c. 1. ne cleri. vel mo. & 88. diſt. c. 1. cum alijs ſeq.* puta pro ſe, & ſuis, & bonorum ſuorum defenſione. Hoc eſt enim regulare, quod prohibitus aduocare † vel accuſare nō cē- 4
ſetur prohibitus pro ſe & ſuis patrocinari, ſecūdum tex. *in. l. 2. 3. & 4. tit. 6. p. 3.* Vbi gloſ. *fi. d. l. 2* hoc ampliat, vt & pro minore ſuo, quē ſub ſua poteſtate habet, poſsit clericus patrocinari, *& probari videtur clare ex. d. l. 3. tit. 6. p. 3.* Et poſſet etiam teneri quod clerici deputati † pro ſer- 5
uitijs, & obſequijs maiorum Prælatorum poſſunt patrocinari, & aduocare pro dominorum defenſione, *Ex dictis per Abb. in. c. cum contingat, numero 1. de foro com.* & idem ſi vt fiſcales tribunalis Eccleſiaſtici denuntient, & proſequātur maleficia. Hoc enim etiam licitum eſt imò & legibus noſtris iuſſum prælatis, vt in audientijs ſuis Eccleſiaſticis habeant fiſcales clericos, *ſecundum text. in. l. 30. tit. 3. lib. 1. ſupra,* Laicos enim, clericos accuſare infeſtū, & prohibitum videmus, *ex. c. de cætero, de teſti. in. c. repellantur, de accuſa.* Ex quibus deſumitur regula quod clericus in ſacris non poteſt eſſe aduocatus, niſi in caſibus à iure expreſſis, addenda ad alias regulas poſitas *in tit. 1. ſup. iſto lib. 2.* Item & pro paupere poſſunt patrocinari. *c. fi. de poſtul. l. 2. tit. 9. lib. 1. fori.*

De orden ſacro. De conſtitutis in ſubdiaconatu, & infra intelligenda ſunt hæc verba, prout ex ſequentibus patet, ibi, *O que ſean ordenados de Epiſtola:* cum verba legis in potiori, & principaliori ſignificato ſint intelligenda. Secundum quod ordo ſacer, de maioribus ordinibus intelligitur, non vero de minoribus, *ſecundum Did. Perez hic. col. 135. in princ.* Cumque de ijs maioribus verba hæc intelligerentur, ne cenſeretur ſubdiaconū excludi, ideò ſequentia verba oppoſita fuere ad maiorem declarationem, ibi, *O que ſean ordenados de Epiſtola.* Qui ſubdiaconi dicūtur, à ſubdiacono enim, & infra non licet, † *ex tex. noſtro,* quamuis 6
eccleſiaſticum beneficium non habeāt officium aduocationis exercere, & à prima tonſura, vſq; ad ſubdiaconatum excluſiue bene licet, dum tamen beneficio Eccleſiaſtico taliter ordinati careant. Hic enim minores ordines ſaltim proprio ſumpto vocabulo appellatione ſacrorum ordinum non veniūt, *ſecundum Didacum Perez, vbi ſupra, & Marcum Ant. Cucho, in ſuis inſt. cath. c. 3. de ordinibus clericorum in prin.* Si tamen beneficium Eccleſiaſticum habeant etiam ij minoribus conſtituti ordinibus, idem de eis, quod de ordinatis in ſacris quoad noſtram materiam iudicādum eſt, *vt colligitur ex tex. noſtro in præſenti. Et in argumentum facit tex. in. l. 1. tit. 4. lib. 1. ſupra vtroſque æquiparens ordinatos.* Et *ſecundum hæc* credo intelligendam. *l. 20. tit. 25. infra lib. 4.* prohibentem clericis officium tabellionatus exercere inter laicos vt ſcilicet, verbum, clericos, ſecundum diſpoſitionem noſtri tex. intelligatur.

O beneficiados de Igleſias. Approbatur *hic* opinio Ber. Diaz. *regu. 657.* ita aſſerentis, & ante eum aſſerit Florentinus, *in 3. parte ſuæ ſummæ tit. 13. c. 2. §. 2. facitque tex. in. c. pen. & fi. de vita & honeſt. cleric. & l. 2. tit. 19. p. 3.*

Saluo, De ijs dictum eſt *in gloſ. 1. huius legis in. fi. O de la Igleſia.* Quid ſi habet plures eccleſias, an pro vna

pro vna contra aliam patrocinari poterit, habetur. *in. c. cum sacerdotis, de postulam.* vbi ex tex. imponens pœnam clerico contra Ecclesiã suam aduocanti. Sed an si testificetur contra eam, incurret illam pœnam? dicendum est quod non, *cum Abb. in cap. veniens, numero* 17. *de testibus.*

IN LEGEM DECIMAM sextam.

1 *Aduocatus gratis pro paupere patrocinari tenetur.*
2 *Aduocatus non potest à paupere mercedem petere, & de quo paupere.*
3 *Aduocatus nolens pro paupere patrocinari potest interdici officio.*
4 *Aduocatus pauperum quæ salaria & priuilegia habere debeat.*

SVMMARIVM.

Aduocati pauperes adiuuent, & pro eis gratis patrocinentur, si aduocati pro pauperibus salariati deficiãt in populo: & contra legis dispositionem causas non defendant, neque tutentur.

1 EN *las causas de los pobres de gracia.* Tenetur enim aduocatus gratis † pro paupere patrocinari: *ex. l. prouidendum. §. 1. C. de postul. quem ad hoc allegant plures relati per Menochium. de arbitra. iudicũ, lib. 2. Centuria. 4. casu. 369. vbi & ponit pœnã aduocati contrariũ facientis: & notat Bald. in. l. si furiosi. C. de nuptijs, argum. text. ibid. in verbo, gratis.* Quod dicit esse pium dictum, & omnino tenendum quando casus occurrerit Iaso. *in. §. tripli. n. 54. instit. de actio. & glos. final. in. l. 16. tit. 9. par. 2.* & sequũtur alij relati per Tiraquel. *in tract. de nobilitate, cap. 29. nu. 39. cum pluribus sequentibus,* vbi idem in medico, & alijs testatur, & Baeça *de decima tutorũ. cap. 10. nu. 11.* & latius idem Baeça. *de debitore inope, cap. 12. n. 14. & 15.* vbi dicit peccare aduocatum aliter facientẽ, & tenet Afflictis, *in constituti. Sicil. lib. 1. rubr. 82.* aliàs est Cassaneus *in consuetudini. Burgun. rubr. 6. §. 6. nu. 4.* & Menochius. *de arbitrar. iudicum, lib. 2. Centuria. 4. casu. 369.* Et *secundum Abulensem, super Exodo, tomo. 1. fol. 164. col. 2. li-*
2 *tera. B. & C.* non potest † aduocatus à paupere petere mercedem, quod & tenent plures relati per Didacum Perez, *in. l. 1. quæst. 6. tit. 19. lib. 2. ordi. col. 656. cum sequẽti.* Vbi hoc intelligit, cum talis pauper est in tali necessitate, quod non apparet in promptu quomodo aliter possit subueniri: & tenet Nauar. *in Manuali, cap. 25. nu. 29.* & Soto *lib. 5. de Iustitia & iure, quæst. 8. artic. 1. col. 2. pag. 438.* & Couarr. *in pract. c. 6. nu. 4.* Tu tamen, *vt post hæc vidi assertum per dõ Bernardino de Sãdoual, en el tratado de los presos pobres. c. 14.* non ita stricte beneficiũ pauperi impẽdas, neq; necessitatem, ita extremã requiras, si forte pauperum aduocatus de publico salariatus existis prout nos nunc existimus. Imo & quantumuis, *secundum eum ibi,* aduocatus salariatus existat in populo pro pauperibus adiuuandis, quia omnibus subuenire non potest, patrocinium tuum impende, & coadiutoriũ præbe, vt à carcere liberentur, quamuis de necessitate ad id non tenearis, *secundum tex. nostrum,* ibi: *En los lugares que no ouiere letrados salariados para pobres.* Prout, & intelligebat Couarr. *in. d. c. 6. numero* 4. vbi & inquit, quod si aduocatus in casu, in quo tenetur nolit † pro paupere patrocinari, 3
potest interdici officio ad tempus. Idemque *ibi* de tabellione testatur, *prout & nouissimè inquit Cerdan de Tablada, en su visita de carcel. c. 7.* Limitari etiam debent supradicta, nisi ex parte aduocati pauperum adesset aliquod impedimentũ, propter quod patrocinari non posset pro paupere. Tunc enim, & pro eo patrocinari tenetur alius aduocatus: & compelli ad hoc potest, quemadmodum & compelleretur, si in loco illo non esset salariatus aduocatus pauperum, prout probatur, *ex tex. nostro,* ibi: *Saluo si los tales no los pudieren ayudar por algun impedimento legitimo.* Itẽ limitandum tamen sit si pauper veraciter est: nam si de præsenti, vel in futurum habere posset, tunc cum obligatione soluendi eum adiuuabit aduocatus, *prout in sacro Palatio cum notarijs seruari probat decisio Rotæ antiquæ. 2. de constitutio.* Et credo ita vti in nostro Regno, licet non affirmo, quia nõ vbique vidi. Vsum tamen non approbo, sed reprobo: nam si præsens status rei considerandus est, & tractu futuri temporis non spectat ad iudicẽ ex iuris regula, quare compellendi sunt in futurum soluere, si forte vnde soluant, habuerint? Alia in propositum videre poteris, per dictos Doctores. Et quæ salaria † debeat habere aduo- 4
catus pauperum, & eius priuilegia, vide per Rebuf. *in concor. Regum Franciæ, tit. de electio. derogati, in glos. Regium aduocatum, col. 2. pag. 66. in antiquis.*

IN LEGEM DECIMAM septimam.

1 *Aduocatis omni iure prohibitum est secreta suæ partis alteri pandere.*
2 *Præuaricatio quando propriè committatur.*
3 *Aduocati perfidi dicuntur, & falsum committunt partem plena fide non adiuuantes.*
4 *Aduocatus colludens cum aduersario, vel participans de dolo tenetur.*
5 *Aduocatus potest partem contrariam adiuuare si prior pars non præbet iustum salariũ: & ibi quomodo intelligatur, & consilium authoris.*
6 *Aduocatus dolose per partem salariatus, vt partem aliam non adiuuet potest nihilominus adiuuare, & ibi, consilium authoris.*

SVMMARIVM.

Nullus aduocatus secreta & iura suæ partis contrariæ parti, vel alteri in contrariæ partis fauorem reuelet, neque in eodem negotio vtrasque partes adiuuet, neque tutetur sub nostri text. pœna.

DEscubrieren. Secreta enim vnius partis alteri reuelare, etiam non aduocatis, prohibitum est, ex præcepto Decalogi. Aduocatis tamen non solum † ex illo Decalogi pre-
1 cepto, verum etiam ex iure nostro specialiter inhibitum. Aliter enim præuaricationis crimen incurret aduocatus hæc faciẽs, à quo maxime crimine fugiendum est. Fertur enim doctissimum quendam virum, præ tristitia cuiusdam præuaricationis mortem obijsse: & ideo caute in ijs agendum etiam coram iudicibus, & in cancellarijs, parte contraria, vel aduocato eius præsente existente. Præuaricatioque hæc † propriè com-
2 mittitur, cum aduocatus secreta vnius partis, ei tanquam aduocato reuelata, alteri parti pandit, & manifestat, *vt probat text. in. l. 1. ff. de præuaricator.* quod quidem maximũ delictum est. Plena enim fide tenentur aduocati clientulos † suos
3 defendere, & audire: aliâs perfidi dicuntur, *secundum glos. non omni, in. c. irreligiosum. 87. distinctio. quam vltra doctores ibi commendat glos. Gregoriana. 2. in proœmio, titul. 6. par. 3.* Vnde hoc casu si aliter fiat, poterit aduocatus de præuaricatione accusari, *secundum glos. ordinariam, & ibi Ias. num. 2. in rubrica. C. de procuratoribus, & per totum. ff. de preuari. & est optima. l, 10. tit. 6. par. 3.* grauissimé-que secundum legem illam puniri. Imò & aduocatus colludens cum aduersario † aut partici-
4 pans de dolo, vltra hoc quod grauissime punitur pœnis, *de quibus per Auendaño. c. 2. Prætorum, numero 24. & 25. lib. 1. & succincte Didacum Perez, dicto libr. 2 ordi. col. 661. & nouissime Menochium libro. 2. de arbitrijs iudi. Centuria. 4. 323. per totum.* tenetur clientulo ad damna, expensas, & interesse ex hoc secuta, *secundum gl. Bart. & modernos, maxime Ias. numero 15. in. l. si procurator. C. de procurator. eundem Ias. in rubrica, numero 2. C. eod. titul.* Insuperque, & aduocatus ostendens iura clientuli sui parti aduersæ falsum committit, *secundum Bart. per text ibi in. l. si quis aliquid. 2. §. instrumẽta. ff. de pœnis. Ias. in. l. non dubium, numero 53. C. de legibus. optima. l. 1. col. 2. titul 7. part. 7.* Aduocatusque præuaricans infamis est, *vt. l. athletas. §. penult. ff. de infamibus, glos. 3. l. 1. C. de aduocat. diu. iud.* Notandum tamen est, quod præuaricatio non committitur, si pars vna ostendat aduocato iura sua, aduocatusque illi parti patrociniũ promittat, & quia postea pars hæc non præstat
5 iustum salarium † aduocatus ipse adiuuat partem contrariam ei occurentem pro patrocinio in causa illa. Tunc enim iuridice fieri potest, *secundum Auenda. dicto cap. 2. numero 25. versic. non tamen lib. 1.* Et iam in facto vidi procuratorẽ quẽdam ob hoc accusatum liberum pronũciari hac de causa, *ex dictis per Auendaño, vbi supra, & per Amanel. de Claris, singul. 253.* Et hoc lite nondum cœpta & actibus nondum factis per aduocatum ipsum, vel procuratorem verum est: secus vero alias, *prout loquitur Auendaño, vbi supra, & pro eo est glos. in. l. fin. ff. de postul. ibi, non offerens dignum sa-*
6 *larium.* Idemque dicendum est si pars vna † tentaret aduocatum vnum, & ei secretum pãderet, vt in causa illa pro cõtraria parte aduocare non posset: hoc enim obstante poterit contrariam adiuuare partem: quia dolus istius partis nõ debet ei patrocinari, *secundum Montaluum. l. tit. 9. lib. 1. fori, & Florentin. in. 3. part. suæ summæ. titul. 6. cap. 2. §. 1. ad finem.* Quod tamen intelligerem, si per iudicem compelleretur aduocatus ille cõstito de fraude & dolo, *vt colligitur ex. l. 10. tit. 6. part. 3.* Absque compulsione tamen iudicis, non admitterem dictam doctrinam, quia debet, de dolo, & fraude constare: neque itidem contrariam partem adiuuarem ob non solutum salariũ per primam, nisi de licentia iudicis, vt omnis scrupulus, & murmuratio cessaret. Non enim ea, quæ licent facienda sunt, sed & quæ decẽtia sunt, *vt inquit Decius, in. l. nemo potest, nu. 2. ff. de regim. iur. & vide limitationem ad l. nostram positam in l. 9. supra eodem.*

IN LEGEM DECIMAM octauam.

1 *Aduocati non debent à clientulis immoderatæ petere, & recipere salaria.*
2 *Aduocatus si à duobus partibus inuicem contrariantibus sit salariatus, quam adiuuabit.*
3 *Vassalus duorum dominorum inuicem debellantium, quem defendet.*

SVMMARIVM.

Salarium aduocatis pro patrocinio prestandum tassat lex nostra.

ET nota quod lex ista loquitur in ciuilibus causis. l. 20. *infra eodẽ* in criminalibus. *Honestos y templados salarios.* Non enim debent à clientulis extorquere plus † debito salario: ali-1
ter enim deprædatores, & canes rabidi curiarũ vocari possunt, *secundum Tiraquel. de nobilit. cap. 29. nu. 47, probaturque in. l. 1. §. in honorarijs. ff. de var. & extraordi. cogni. & in. l. 21. infra isto titu. vbi & alia dicentur.* Aduertundumq; est. l. nostram non esse contrariam. l. 10. *supra eodem* licet prima facie aliud videatur. Quia in tex. *in. d. l. 10.* loquitur, & procedit quoties salarium datur, & constituitur aduocato per partem pro tempore aliquo signato, puta pro vno anno, vel duobus: quoniam tunc, vt iustum sit, & dicetur tolerabile, tassandum est, secundum quod in illa lege disponitur. Nostra vero lex procedit cum salariũ pro præsentis litis patrocinio præstatur, puta, promitto tibi hanc summam pro præstando patrocinio in tali causa. Tũc enim, vt iustũ dicatur non debet excedere nostri text. tassam, & metã: & hęc nostra lex quotidie seruatur. Et hic est verus & literalis harum legum intellectus. Est tamẽ dubium, quid si à duabus partibus † aduocatus 2
aliquis accipit quolibet anno pro patrocinio in causis suis prestando aliquod salarium, & istæ duæ partes in lite vna sunt inuicem contrariæ, quam earum tenebitur in hoc casu aduocatus adiuuare? Et Ripa *in l. fin. numero 56. ff. de priu. reditorum,* inquit, quod illum, qui prius salarium huic aduocato cõstituit, quasi prior tẽpore potior sit in iure, sicut & videmus vassalum duorũ dominorum † inuicem debellantium ex diame-3
tro, teneri adiuuare Dominum illum, cui prius homagium præstitit, *secundum Capiti. decisione Neapolita. 162. nu. 19. & Speculator. plura referentem, in*

loco

loco relato per Tiraquellum. de Primogenitura, quæst.17. in princ.num. 14. cum sequentibus aliquibus. Quamuis, & ipsemet Capitius, *decisio.168. num. 2.* tunc inquit dominum originarium iuuandum. Placet tamen opinio ipsius Tiraquelli, vt seclusis pactis, & conuentionibus aduocati partium, & vassalli dominorum, vnam & primã partem teneatur adiuuare, & pro alia adiuuanda præbere substitutũ. Imputet enim sibi, qui hæc non præuidit, *& tenet Rolandus Valle, consil. 44. num. 23. cum sequẽt.lib.2.* Et vt hæc euitarem semper quod memineram, cum partibus concordiam faciebam, vt priori parti salarium præbenti, si forte cum secunda litigaret, adiuuarem, & non secũdam, & sic nouiorem.

Que no puedan lleuar. Imò & pacta facta contra tassam huius legis non debent seruari, neque secundũ illa solui, sed secundũ nostri text. tassam, & moderationem, *vt inquit Afflictis, in constitutio. Sicil.lib.1.rubrica.82.numero 7. & tenent plures alij in hac materia loquentes.*

IN LEGEM XIX.

Lex Decimanona, est huius 18. declaratoria, & ideò non est necesse eam commentare. Solum vnum verbum ad eam est notãdum, dum dicit, *su salario entero*, quod si plus, vel minus meruerit, iudex tassabit, sicut in criminalibus fieri posse, inquit, l. 20. *sequens, in fin. verbis*, & hoc petente parte, *vt testatur gl.cien.l.14.tit.6.part.3.*

IN LEGEM VIGESIMAM.

1 *Aduocatus Episcoporum & dominorum potest ab eis maius extorquere salarium.*
2 *Aduocatus obligatus defendere causam, an vsque ad diffinitiuam tenebitur.*
3 *Aduocatus salariatus non tenetur pro parte exire prouinciam.*
4 *Aduocatus salarium promissum, an ad hæredes transmittat, & quomodo petatur per eos?*
5 *Aduocato mortuo ante litem cœptam, an hæredes petent salarium.*
6 *Labor & pecunia diuisionem recipiunt.*

SVMMARIVM.

In causis criminalibus, & quæ non recipiũt æstimationem, qualiter salaria soluenda sunt, & quibus terminis, lex nostra declarat.

C*Riminales.* Vbi de vita, & salute hominis tractatur. Quæ quidem causę criminales, cum inæstimabiles essent, neque salarium esset in eis aduocatis tassatum de iure ciuili, *secundum Bart. in l. si pater. §.1. ff. de donatio. relatum, per gl.cien. in l.14. titul.6. part.3.* licebat antea aduocato, & procuratori pacisci de excessiuo salario, *secundum Bald. in l. salarium ff. mandati, & de procuratore est glos. iuncta Baldi declaratione, in l. aduersus C. eod. tit. vbi etiam dicit ipse Bald. numero fin.* ideò illos, qui sunt aduocati Episcoporum, vel Abbatum
1 † pro statu dignitatis, etiam maximum salarium recipere posse, *& Auendaño, cap. 2. Prætorum numero 14. versic. nam licet, lib. 1. & in l. sequenti, alios idem tenentes allego*, quod ne excessiuum iam sit per text. nostrum tassatur & moderatur.

En grado de apelacion. De iure ciuili communis erat opinio, *secundum Ias. in l. ita demum, numero 8. C. de procurator.* quod aduocatus obligatus defendere † causam, non tenebatur defendere in 2
appellatione à diffinitiua, sed tantum ab interlocutoria, nisi appellatio ab interlocutoria esset ventilanda in loco remoto, *secundum eundem Ias. in l. inuitus, numero 4. C. de procurator. & traditur per Boërium, decis. 285. numero 11. & additio. Capellæ Tolosanæ, decis. 155. & in ipsamet decisione tractatur.* Per nostram tamen legem in pręsenti hęc iam decisa sunt, scilicet, quod si appellatio ab interlocutoria, vel diffinitiua sit tractanda in eodem loco, vbi fuit factum pactum de salario pro lite illa præstando, in omnibus instantijs debet ibidem partem adiuuare vsquequo causa finiatur, secus vero aliàs. *Ita per text. nostrum adnotauit Villalobos, in Antinomia sua litera A. numero 45. & in ærario, ead. litera A. numero 101. & Olanus, in concordia Antinomiarum, litera A. numero 67.* Et in procuratore quid esset declarat Quesada, *in quæstionibus suis, cap.31. numero 16. versi. tertio constituatur cum sequenti.*

Quando en los lugares donde se hizieren los tales conciertos. Nam exire prouinciam non tenetur, *secundum gl. in l. si qui desideria C. de suffrag.* Sed si prouinciam exierit sumptibus cliẽtuli sui exibit, & non pedestris, sed equestris, secundum qualitatem suæ personæ: *iuxta notata in l. idemque §. idem Labeo ff. mandati, & per Bal. in d. l. si qui desideria col. fi. & habetur per Host. & alios in c. veniens de iureiur.*

La quarta parte de todo lo que ouiere de auer luego. De iure ciuili si aliud non paciscebatur in fine causæ erat soluendum salarium, *prout communem testabatur Ias. in l. diem functo, numero 11. ff. de offi. assessorum*, ex lege tamẽ nostra, forma datur, & hoc quoties per sententiam negotium diffinitur, sed si per transactionem seruatur dispositio. l. 9. supra eo. circa tassationem & solutionem salarij. Et an salarium promissum ad hæredes transmittatur
† aduocati, cõmunem testatur, quod sic Curtius 4
Iunior, *in dicta l. diem functo, numero 53. & probat. l. titu. 8. part.3.* Et qualiter hæredes hoc petent salarium, dicendum est cum Oroscio, *in ea. l. diem functo, numero 11.* quod si salarium sit, siue pro lite aliqua, si annus, vel lis incepit currere, & in iudicio proponi pro toto anno, vel lite debetur, & peti potest, sicut, & in iudice statutum est cum veriori, & receptiori, & iure nostro approbata opinione, *vt per Oroscium, vbi supra, numero 5.6. & 7.* quamuis alij aliqui velint dicere pro rata temporis deberi. Quorum opinionem quoad aduocatos videmus iam approbari *per dictam l. 9.* nisi *secundum eam ibi* hæredes aduocati alium æque idoneum præberent aduocatum, qui litem illam perficeret, & finiret. Et hoc cũ pro lite salarium erat promissum procedit: sed si pro anno, tunc opiniones iuris Doctorum remanẽt in suo esse, neque *per dictam l. 9.* alterantur. Quid tamen si ante † ingressum officij, vel ante inceptũ annum 5
aduocationis, vel ante litem ceptam moriatur iudex, vel aduocatus, & tunc non debetur, nisi gerere cœpisset, *secundum communem assertam per Oroscium, vbi supra, quam opinionem dict. l. 9. approbatam dicit.* Quam quidem legem licet solum in

Regijs officialibus, & domus Regiæ, velit, procedere Villalobos, *in dicto ærario mille cõmun.opinio. verbo, ſalarium, numero* 2. communis tamen eſt *ſecundum eum ibi, & gl.d.l.*9. quod in omnibus poteſtatibus, & aduocatis intelligitur, prout communem, & in eis etiam teſtatur Oroſcius, *vbi ſupra.* Et pro ea dictam l. 9. conſiderat cum nulla congrua differentiæ ratio dari poſſit, quare aliud in vnis, quam in alijs dicendum ſit, cum omnes Regi ſeruiãt, & lex Partitarum ſemper in dubio cum iure ciuili concordat, neque corrigere illud vult. Et poſt hæc ſic vidi nouiſſimè aſſertum *cum dicta gl.l.*9. per Olanum, *in cõcordia Antinomiarum, litera S. numero* 1. *&* 2.

Que luego que el pleyto fuere comencado. Cum aduocatus ipſe patrocinium præſtat, iam quod non totum, partem tamen ſalarij debet percipere, *vt C.de iudi.l. properandum §. illud.* Nam ſi finem litis expectaremus, magis clientulo, quam aduocato laboranti faueretur, dareturq; clientulo occaſio ſubtrahẽdi ſalarium aduocato, quod eſſet incon-
6 ueniens. Labor enim & pecunia † diuiſionem recipiunt, *l. Seio.ff.de annuis lega.*

Pero ſi en fin del pleyto. Ex ijs declarantur etiam finalia verba. l.18. *ſupra eo.* totum ſalarium iubentis ſolui, vt, ſcilicet, ſi plus, vel minus iudex viderit deberi, id tantum iubeat ſolui, ſi pars petat, *vt diximus in ea l.*18. *in fine,* nam licet noſtra in criminalibus loquatur, ad ciuilia etiam debet extendi, cum nulla differentiæ ratio dari poſſit, & fortiora ſint criminalia, quam ciuilia, & propter vnumquodque tale, & illud magis, *in auth. multo magis, C.de ſacro.eccleſ.*

IN LEGEM VIGEſimam-primam.

1 *Aduocatis alio tempore exigua merces offerebatur.*

2 *Quis fuerit primus, qui aduocatis mercedem conſtituit, remiſſiue.*

3 *Aduocatus plus iuſto recipiens tenetur in conſcientia reſtituere.*

4 *Aduocatus penſata qualitate negotij, & litigantis poteſt vltra taſſam recipere.*

5 *Aduocatus etiam à ſponte offerente vltra iuſtum recipere non debet cum declaratione.*

9 *Aduocatus, an pro conſilio poſſit petere mercedem ſi libros non reuoluit?*

7 *Aduocatus in propria cauſa aduocans, an poſſit expenſas petere.*

SVMMARIVM.

Taſſantur per legem hanc ſalaria per aduocatos percipienda pro libellis, & petitionibus litis, cum de ſalario pro lite præſtando non eſt conuẽtum, & iubetur quod aduocatorum famuli nihil pro ſcribendis petitionibus recipiant, neque pro tranſcribendis.

Todos los dichos abogados y cada vno dellos. Notanda eſt dictio illa vniuerſalis, todos, quaſi nullus excludatur. Qui enim totum dicit nihil excludit, *c.ſi Romanorum* 19. *diſt.* maxime attenta illa alia dictione, dichos, quæ ad leges præcedentes refertur, & ad rubricam noſtram. In quibus de omnibus Regni aduocatis, tàm Curiæ cancellariarum, quàm etiam inferiorum tribunalium dictum eſt, vt ſic aduertant curiales aduocati, nullum firmius, neque maius priuilegium in percipiendis honorarijs mercedibus habere, quam habent inferiorum populorum aduocati, ſed omnes indiſtincte eadẽ linea & lance metiendos eſſe, & ex lege noſtra metiuntur. Et ſic ignoro, quo iure, quauè ratione curiales, ita immodica pro quolibet negotio, nec non dicam minima petitione facti etiam, ſalaria petunt, & recipiunt, vt audio, vt dictum videatur incredibile. Neque audienda ſunt eorum conuenticula, *vt ſingulariter inquit Soto lib.*5. *de iuſti. & iur.q.*8. *art.* 2. *col.pen.ad fi.pag.* 442. Aiunt enim nõ poſſe aliter ſuum ſtatutum ſuſtentare, cum tamen ſtatus eorum, & conditio non ipſorum iudicio ſint æſtimanda, qui illas ſibi vſurpant fauſtas ponpas. Si enim ſcribæ victu & veſtitu nobilitatem præferre contendant, & aduocati illuſtrium ſtatum, non debent illos ſplendores miſerorum ſumptibus ſuſtentare. Ideoque aduertent aduocati, ne dum ſtatum augent & diuitias cumulãt, animas damnent. Parum enim diuitiæ proſunt, ſi anima detrimentum patitur.

Dos reales. A Nerone olim factum fuit & ſtatutum, vt cauſarum patroni ſine mercede, aut muneribus cauſis adeſſent, quemadmodũ ſcriptum reliquit Alex.ab Alexã. *lib.*3. *dierum genialium, cap.* 5. prout refert Tiraq. *de nobilitate, cap.*29. *nu.* 31. & Menoch. *de arbitr.iudi.lib.*2. *centuria* 4. *caſu.*369. Et alio itidem tempore, *ſecundum Tiraq ibidem, nu.*3. ita exigua merces cauſidicis dabatur, † vt ne 1
ipſis quidẽ artificibus vix auderent dãtes offerre. Idque Romæ tempore Iuuenalis factum aſſerit ipſe Tiraquel. Hodiè tamen ſalarium, & honorarium aduocatis præſtari, tàm de antiqua conſuetudine, quam de iure, excepta pauperũ cauſa, conſtitutum habemus, & *ex lege noſtra* determinatur quantitas præſtanda pro quolibet libello & petitione: niſi aliud qualitas cauſæ & negotij dubietas patiantur. Nam tunc excedi poteſt noſtri tex.meta, *prout ex eo colligitur, ibi: Pero ſi acaeciere, & ex l.*14. *tit.*6. *part.*6. *itidem probatur.* Remota tamen hac qualitate, & negotij dubietate, regulariter nihil aliud quã taſſa noſtri tex. percipi poteſt, & de iure ciuili *ex l.*1. *§. licita ff. de var. & extraordi.cogni.approbata per d.l.*14. centũ aureos licebat pro lite recipere. Et cui menſurę adęquarentur iſti centum aurei, tradebant Alcia. *lib.*3. *diſpunctio.cap.*9. & latius Budæus, *lib.*5. *de aſſe, & partibus eius,* & gloſ. *cien.in d.l.* 14. Et quis fuerit, qui prius aduocatis † ſalarium cõſtituit, tradit Tira- 2
quel. *in dict.ca.*29. *n.*26. *cum aliquibus ſeq. & nu.*36. *cum ſequẽt.* Et an licitũ ſit pro patrocinio mercedem recipere tractat, & fundat quod ſic. Florent. *in* 3. *parte ſuæ ſummæ, tit.*6. *c.*2. *§.*4. & Soto *de iuſtitia & iure, l.*5. *q.*8. *art.*4. *& ex lege noſtra approbatur:* dum tamen iuſtũ ſit quod percipitur. Aliter enim † in 3
conſcientia tenebitur exceſſum reſtituere, *ſecundum Soto, vbi ſupra dicto, art.*4. *Tiraquel.d.num.*36. &

pre-

prædones, & canes rabidi nuncupari possent, *secundum eum ibi, num.7. & 8 & Cerdan. de Tablada, en la visita de curcel.c.27.nu.24. & tradit Didac. Per. l.2.titu.19.lib.2.ordi.col.663.qu.14.* Quamuis *secundum Sotum, vbi supra.* & Tiraq. & Sanctum Tho. relatos per Didac. Per. *vbi sup. col. 664.versi. Aduocatus præterea,* & Auend. *d.t.2. Præto.num.14.vers. nam licet cum sequent.lib.1.* & Nauar. *in Manuali c. 25. numero 30.* Possit aduocatus pensata qualitate
4 negotij † & litigantiũ possibilitate petere quod iustum videbitur pro libello, arbitrio boni viri moderandum, *prout diximus iam ex tex. nostro probari.* Et bonus vir erit tunc iudex: nam ipsemet aduocatus in causa sua malè posset arbitrari, licet quotidie arbitretur, propter magnum inconueniens resultans, si pro cuiuslibet libelli similis tassatione esset iudex adeundus. Consulo tamen, quod semper aduocatus contra se potius, quam contra partem arbitretur: cum restitutio immodaratæ summæ, vt vides incumbat ei, etiã si pars
5 ipsa † sponte offerat. Tum, quia hoc etiam recipi modo expresse lex nostra prohibet: tũ etiam, quia parti offerenti iustum videbitur, quod re vera iniustum est, & quia in parte nulla libera voluntas, sed potius coacta dari potest, *vt inquit Sot. vbi suprà, & facit bonus tex.in l. 1. C. de stratori. lib. 52. & ibi Platea,* probant quod cui non licet vltra taxatam quantitatẽ petere, non licet etiam ab spontibus dantibus recipere. Quem tex. & alios ad hoc allegat gl. *mandare l. 8.tit. 9.par.2. & ita teneo,* quamuis contrarium teneant relati per Tiraq.*d.cap.29.num.38. & seq.cum num.54.* & Didac. Per. *vbi supra, col.665.in prin.* vbi tex.nostrum pro opinione ipsius domini. de Soto. cõsiderat. *Et pro hac etiam opinione est text.in l.8.tit.6. libr.3. infra vbi & in gl. aunque, referemus iterum.* Et ita tenendum est, nisi daremus casum in quo ipse spõte offerens esset potens homo, qui quantitatem illam donare posset, & libera & spontanea volũtas in eo datur, & colligitur: puta si postquam obtulit sponte quantitatem illam, aduocatus renuit illam recipere, & nihilominus ipse litigator coegit aduocatum, vt illam reciperet etiã si sciebat excessiuum quid præstari. Ita quod conceptum fuit liberam adesse voluntatem donandi excessum illum, & libera etiam erat ipsius aduocati voluntas non recipiendi, nisi coactus per partem fuisset. Tunc enim tolerandum videtur recipi posse: quia scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus. Super quo conscientiam suam vnusquisque præuideat, & attendat quomodo liberam partis voluntatem coniecturatur, & considerat. Non tamen ita vilia & turpia salaria peti debent, vt vilipendatur aduocatorum officium, *secundum quod inquit Tiraq. vbi sup. nu.6.* quod intelligerem quoties vilia hæc salaria petuntur via, & modò acquirendi hac fama plura negotia, non verò si vt animæ consulatur, vel paupertati litigantium. Nam tunc nõ crederem vile aliquid committi, sed potiùs nobilissime, & Christianissime fieri, *prout post hæc reperi voluisse Aluarum Pelagium de planctu Ecclesiæ, lib.2. art. 33.* Sed
6 an si sine reuolutione librorum † consilium aduocatus præbeat, poterit peti salarium per aduocatum, & dicendum est quod sic, *secundum Tiraquel. vbi sup.num.32.* contra gloss. contrarium tenentem *in cap.non licet 11. quæst. 3.* Et Didacus Perez, *dict. col.665.* eam reprobatam dicit, & *Ias.in §. sed istæ quidem num. 113.instit de actio.* Non enim debent esse peioris conditionis docti, quam indocti. Posset tamẽ illa glos. in duobus casibus procedere, de quibus per Tiraq. *vbi sup.nu.34. & 35.* Vnum tamen notandum est, quod & iam alibi si bene memini diximus, scilicet, quod ab homine principali, vt Principe, Duce, Comite, vel Marchione, etiam vltra salarium licet aliquid recipere, *secundum Tiraq.vbi sup. num.37. & Baeç. de decima tuto.c.9.num.7.* Sed an si aduocatus in propria causa aduocat, liceat sibi petere † expensas 7
aduocati, quas ex parte sua fecisset, & debeantur ei, tradit Baeç. *de decima tutor. cap. 21.num.14.* & Rebuf. *in 3.tomo consti.tit.de expens. & inter. art. 5.gl. 1.num.27.* & optimè per Menochium. *de arbitrarijs iudicũ, lib.2.centuria.2.casu.154.* vbi & quid si in re communi cum alio aduocet: & nouissimè & optimè per Iosephum Ludouic. *decis. Perusina. 111.*

Que lo contrario hizziere. Damnatur hic cupiditas augendi salarium, cupiditas enim in acquirendo consistit, *vt dicit gl.l. 1.§. fi. de ædili.edicto,* & ex ea oritur postea auaritia, quæ facit humanos vsus peruertere. *11.q.3.cap.quatuor, de quo per Alberi. de Rosatis, in l. si quis in suo. C. de in offic. testamen.*

IN LEGEM VIGESIMAM-SECVNDAM.

1 *Aduocati cogi possunt patrocinium præstare & ibi quod non possunt deserere causam.*
2 *Medicus infirmum à se medicinari cœptum derelinquere non potest.*
3 *Infirmitatis, vel absentiæ causa potest iudex alium aduocatum subrogare.*
4 *Aduocatum si pars sine causa remouet, debet præbere ei salarium conuentum.*
5 *Aduocatus quando possit causam derelinquere nullo perdito salario.*

SVMMARIVM.

Aduocatus litem semel à se incœptam derelinquere non potest sub pœna.

D*Espues que començaren.* Similis text. l.10.tit. 10. lib. 1. fori. Imò & ad incipiendũ eam † possunt cogi ad petitionem partis, *ex.* 1
l.2, c.de proxi.sacrorum scrini.lib.10. & ex. l.prouidendum c. de postul. notat Ias.in l.inuitus, numero 2. C. de procurat. Abb.in rubr.de offic.iud. & ibi Felin. & Cassan.in consuet.Burgun.rubr.1.§.6.num.88. & probatur etiam ex.l.28.infra eod. Imò & ad consulendum iudici, per ipsummet iudicem, compelli possunt, *secundum gloss.in dict.l.2.c. de proxim.sacr. scri.lib. 12. quam ad hoc allegat Rebuf. in 1. tomo consti. Fran. tit. de sentent.executor.art.16.gloss. 13 pag. 421.* nisi *secundum Bart. in ead. l. 2.* Aduocatus quis sit in causa aliqua. Nam tunc cogi non potest in eadem causa consulere. Et tunc si aduocati voluntarij, vel compulsi per iudicem causam inceperint defendere, tenentur vsque ad finẽ persequi: neque delinquere eam possunt, *secundum text. nostrum & l. rem nouam §. patroni, & ibi Paul.num.7.c.de iud.*

Imò & dedecus eſſet, vt aduocatus ſemel litem à ſe inceptam derelinqueret. Aliter enim præſumptio eſſet contra eum, & contra partem ſuam, vel quod iniuſtam cauſam fouebat, vel cupiditate tentus, vt plus ei erogaretur pecuniæ cauſam vellet deſerere. Eodemque modo videmus
2 in medico † qui infirmum derelinquere non poteſt, *ſecundum text. in l. qua actione §. Proculus, cum l. ſequent. ff. ad l. Aquili.* Imo, & in veterinario ſtatutum reperimus; *per l. 9. tit. 15. part. 7.* qui non poteſt curam à ſe inceptam deſerere. Et ſi in ijs ita deciſum reperimus quanto maiori cum ratione lex noſtra procedit. Et hoc niſi ſecundum legem noſtram aliquam cauſam, & impedimentum daremus in aduocato, quo minus litem illam proſequi non valeret: putâ, quia apparet de cauſę iniuſtitia. Nam tunc derelinquere poteſt eam, *vt habetur in cap. breui. de iureiuran. & in l. 2. ſupra. eod.* Neque tunc tenebitur aduocatus reddere parti ſalarium vſque tunc receptum: ſed ſi ob aliam cauſam putà abſentiæ, vel infirmitatis cauſam defendere non poſſint, tunc aut debent reddere ſalarium, aut dare alium aduocatum, qui eam in finem vſque defendat. Et ita procedit textus noſter in ſecunda parte, ibi: *Si caſo fuere que dexaren las dichas cauſas.* Nam cauſa
3 † infirmitatis, vel abſentiæ poteſt iudex alium aduocatum ſubrogare, *ſecundum Didac. Per. l. 1. tit. 19. lib. 2. ordin. col. 658. in prin.* Deficiente vero aliqua dictarum cauſarum, vel ſimilium tenetur omnino aduocatus cauſam perficere. Aliàs vltra quod perdit ſalarium, tenetur parti ad damni reſtitutionem ob hoc contingentis, *ſecundum l. 10. tit. 10. lib. 1. fori.* Imo & *ex lege noſtra* ſoluet damnum cum duplo, & priuabitur aduocationis officio per ſex menſes. Sic & ſtipendiarius conductus, ſi recedit ante tempus, nihil habet, & in ædificatore promittente facere domum certæ formę ſi recedit ab opera nihil petere poteſt, & facit quod notatur *in l. item ſi vno §. item cum quidam ff. locati,* & quę notãtur de famulo ante tempus ſeruitij impletum recedente, *per Bal. in l. aduerſus C. de locats, & eund. Bal. in l. ædem. col. 4. C. locati.* Sicut & è contrario, ſi pars abſque cauſa
4 remouet & deſerit † aduocatum nihilominus debet ei ſoluere ſalarium, *ſecundum tex. in l. 2. tit. 10. lib. 1. fori. & l. ſi operas. ff. locati.* Vlterius & text. noſter in quantum probat aduocatum deſerentem litem ſine cauſa legitima teneri reddere ſalarium, intelligitur, quoties pro illa lite ſalariatus erat, vel pro tempore, quo lis illa duraret: tunc enim ſi deſerat eam teneatur reddere ſalariũ receptum: ſecus tamen ſi non dabatur ſalarium, ſed labor ſoluetur ſtatim, ita quod pro petitione & libello ſoluebatur merces taſſata per legem. Tunc enim quãuis cauſam deſereret ſine cauſa,
5 non tenebitur † reddere pro labore receptum: qui *vt dictum eſt ex. l. Seio. ff. de annuis lega.* labor & pecunia diuiſionem recipiunt. Ad quod dicendum itidem moueor, quia lex noſtra loquitur quoties conſtituitur ſalariũ pro lite, vel pro tempore: ita quod aduocatus ſuſcipit in ſe defenſionem litis, vt patet ex copulatiua noſtri tex. ibi: *Ayudaren en las cauſas, y las tomaren a ſu cargo.* Ponderando copulatiuam illam, *y tomarem*: quaſi non ſufficiat in cauſa patrocinari, niſi & in ſimul eius defenſionem aduocatus in ſe recipiat, quod fit ſi expreſſe dicatur, vel pro lite illa ſalarium conſtituatur. Et hic eſt meus ad iſtum tex. nouus intellectus ſub ſaniori conſilio: meo videri tenendus, præſertim, quia noſtra lex eſt pœnalis, & ſic reſtringenda.

Las tomaren a ſu cargo. Non intelligas, quod promittant victoriam in cauſa, vel in ſe pro quota litis ſuſcipiant periculum: quia hæc fieri non poſſunt, *ſecundum text. in l. 8. ſup. eod.* ſed quod tantum promittũt pro tali ſalario in lite illa patrocinari.

IN LEGEM VIGESIMAM-TERTIAM.

SVMMARIVM.

Iudices diligentes eſſe debent, vt aduocati obſeruent contenta in legibus ſupra proximis, & ordinem iudiciorum, ſecundum noſtri text. diſpoſitionem.

PRO exornatione huius legis notandũ eſt, quod iudices & officiales Regij negligentes executionẽ legum per noſtram legem declaratarum poterunt puniri de contẽptu, puta ſi admittunt aduocatos in cauſis cõtra leges noſtri tituli aduocantes, & iura percipientes. Nam dicuntur contemnere eas, ex quo nolunt ſubijci ordinationi noſtri textus facientes contra eum, *vt inquit Archid. in cap. quicumque 81. diſtin. & vide Felin. in c. cum quidam de iureiur. in 5. declaratione, quos allegando ſimili conſtitutione notat Afflict. in conſtitutione Siciliæ, lib. 1. rubr. 81. num. 25.*

IN LEGEM VIGESIMAM-QUARTAM.

SVMMARIVM.

Aduocati tenentur procuratorũ mandata ſignare & declarare eſſe ſufficientia: neque poſſunt articulos primæ inſtantiæ, in ſecunda proponere. Et tenentur itidem interrogatoria ſubſcribere, & in receptorijs ſunt inſerẽda interrogatoria ipſa, nullũq; admittẽdum intorrogatoriũ, quod nõ ſit ab aduocatis ſubſcriptũ ſub pœna noſtri text.

SEñalen. Et iſte erit vnus caſus vbi ſubſcriptio requiritur, addendus ad alios plures ſimiles ſubſcriptionem requirẽtes, relatos per Auend. *cap. 16. Pretor. num. 2. per totum lib. 2.*

La ley por nos hecha. Quæ eſt 4. & 5. *titu. 9. lib. 4.* vbi late dicemus fauente diuina gratia.

IN LEGEM VIGESIMAM-QUINTAM.

1 *Antiquitati in ordine ſedendi deferendum eſt.*

2 Senio-

2 *Seniores primo loco sedere debent, nume 2. vbi remissiue plura de senioribus.*

3 *Quæ ecclesiarum sunt nullius in bonis existunt, & quomodo intelligatur.*

4 *Aduocatus non descriptus in matricula non gaudet prærogatiua scriptorum in ea.*

SVMMARIVM.

Aduocati in audientijs, & locis iudiciorum per antiquitatem sedere debent, & quando loqui possint: & quomodo in facto veritatem dicere & narrare tenentur: & quod petitiones suo nomine signent sub pœnis, disponit lex nostra.

1 *Por su orden de antiguedad.* In ordine enim † sedendi antiquitati deferẽdum est, sicut & in multis alijs, quæ referunt relati per Boër. *in tracta. de Author. magni consily, numero* 132. & 133. Et hoc nullo habito respectu sitne aduocatus antiquior, iunior, vel senior. Licet enim 2 seniores † primo loco sedere debent, *secundum tex. in l. 2. C. de præfec præt. lib.* 10. & *alia iura allegata per Tiraquel. de primogenitura in præfatione, numero* 115. *vbi à numero* 79. *de senioribus præferendis plura dicit,* & licet itidem aduocati seniores sint quandoque minoris scientię, quam iuniores, pręferendi sunt propter longam practicam, & experientiam, *secundum Alberi. relatum per Rebuf. in 3. tomo, const. Franc. tit. de mater. possessor. art.* 13. *glos.* 1. *numero* 12. & 13. Tamen quoad nostrum propositum, quantumuis iuniores sint, præferuntur propter antiquitatem in sedilibus tribunalium & fori, & tex. noster ita probat. Quam ob rem & in sedibus, & sedilibus, sessionibus, & processionibus antiquitati, non ætati, defertur in ecclesia, scilicet, si prius *ibidẽ* canonicus receptus fuit, vel in aliam dignitatem, vel præbendã, prout in nostra vtitur Cathedrali ecclesia, & in omnibus alijs, & scholis, & vniuersitatibus vti credo. Imo & in ipsis ecclesijs antiquitas sedẽdi in aliquo earum loco allegari potest. Nam quamuis, quæ ecclesiarum 3 sunt, in nullius † bonis sint, verum est quoad proprietatẽ: quoad vsum verò bene esse possunt, vt quis & sui ibidem sepeliantur, & sedeant, vel præcedant primò in sedilibus & processionibus, *prout tenet expresse Oroscius in l. in tantum, numero* 14. *ff. de rerum diuis.* & *Sylvester in verbo, sepultura. numero* 3. Imo & *secundum tex. nostrum* quoad tribunalium sedilia non solum non attenditur senectus, sed antiquitas, verum neque gradus prærogatiua, & sic Baccalaureus Doctori etiam in gradu antiquiori in sede tamen antiquior præfertur: prout tex. noster cõsiderare voluit solum de antiquitate mentionem faciendo, & omnes Baccalaureos nominando. Et sic in hoc non habet locum gradus prærogatiua, licet in alijs habeat, *vt inquit Rebuf. in tract. de nominatio. q.* 21. *numero* 3. *cum sequent. aliquibus, qui ita debet declarari.* Sed an si antiquior aduocatus propter culpam amisit locum, quem alius intrauit, & post restitutus est, an intret eundem locum, vide dicta per Menochium, quem referre sufficiet, *in de recup. posses. remedio* 10. *numero* 101. *cum pluribus sequent.*

Ni se assienten en los estrados. Cum enim examinati tantum aduocati sedere debeant, quibus deficit qualitas illa examinis, non licet vti hac sedis prærogatiua: cum aduocatus non descriptus † in 4 numero aliorum non debet illorum prerogatiua gaudere, *prout in l.* 1. *in fine supra isto tit. diximus.* Et quia vbi certũ quid requiritur cum aliqua qualitate non est satisfactum iuri si interueniat illud requisitum absque qualitate illa, *ex iuribus allegatis per Ant. Gom. tomo* 3. *variarum c.* 1. *num.* 44. *facitq; tex. in c. Pisanis de restit. spoliat. & c. statutum iuncto. c. licet canon. de electi. in* 6. *Iacob. Arct. Cyn. & Bald. in d. l.* 2. *C. de postul. Bart. in l. denuntiasse §. quid tamen ff. de adulter. & in cons.* 100. *incip. accusatio fuit instituta, & in l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de ijs, qui not. infa.* Hic tamen requiritur quod sit aduocatus, & quod sit examinatus, vt sedere possit in sede aduocatorum examinatorum. Ergo si deficit qualitas illa examinis *ibidem* sedere non debet: nam debet esse ornatus vestimentis, & qualitatibus sedi ipsi conuenientibus, *secundum Boër. vbi supra numero* 42. ne dicatur illi, Amice cur huc intrasti non habens vestem nuptialẽ. Insuper notandum est *ex tex. nostro*, quod quamuis de iure ciuili aduocatus non sedebat, sed stabat coram iudice, *l. quisquis & ibi Doctores C. de postulan. l.* 7. *tit.* 6. *par.* 3. ex lege tamen nostra sedere potest, *secundum quod notat Olanus in concordia antinomiarũ, litera A. nu.* 75.

Y en el hecho no digan ni aleguen caso no verdadera. Nam nec in voce debet aduocatus allegare pro clientulo suo contra conscientiam suam, quia Dominus noster Iesus Christus docuit Christianos, vt non loquantur in ore, nisi secũdum quod cor, & conscientia dictat, vt expresse dicitur *in cap. & si Christus, de iure iur.* Vbi etiam dicit Bal. quod sal conscientię semper fuit in mente rationis humanæ. Et dixit maximus Propheta Isaias *vlti. cap.* quod vermis conscientiæ non morietur: tamen conscientia legis vincit conscientiam hominis, *vt dicit Bal. in c. clerici, de vita & honest. cleric. & refert in propositum Afflictus in constit. Sicil. lib.* 1. *rub.* 81. *nu.* 8. *notab.* 5.

IN LEGEM VIGESIMAM-OCTAVAM.

SVMMARIVM.

Reo dandus est terminus quærendi aduocatum, iudexq; compellere potest aduocatum, vt partem petentem adiuuet, sub pœna nostri textus.

T*ercero dia.* Similis, l. 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *fori.* Et iure ciuili arbitrarium erat tempus, *vt l. ab hostibus § sed quod simpliciter, & in l. ait prætor. §. fi. ff. ex quib. caus. maior* Et notandũ quod medio tempore ex causa dandæ sunt induciæ propter absentiam aduocati iusta de causa absentis, vel aliter impediti, sed si malitiose petãtur non sunt dandæ induciæ hæ, vt *in c.* 1. *vt lite non cont. glo. si aliquis & ibi Doctores in l. sed & si per prætorem ff. ex quib. causis maio. & not. in l.* 1. *C. de repu. bon. pos. & in l. velamento. C. de postulan.* vbi & probatur *maximè in dict. c.* 1. quod expectandus est aduocatus, quod

quod eſt verum ſi de proximo eſt reuerſurus: ſecus aliàs, quoniam tunc alius quærendus eſt aduocatus, *ſecundum Bart. in l. ſed ſi vnius §. quod autem ff. de iniur. & in l. prætor. ff. de vacati. mune.* Neque retractatur ſententia, etiam ſi tempore eius dicat quis, quod non habuit aduocatum, ſecundum tex. *in d. l. velamento, not. glo. in d. c.* 1. vbi limitatur hoc vltimum in fiſco, & eccleſia.

El juez apremie. Similis, *in l.* 13. *tit.* 9. *infra, libro ſequenti*, vt Deo volente dicemus aliqua.

In l. 29. ibi. *Ni albricias.* Vt diximus *in l.* 8. *glo.* 1. *ſupra eo.* & hæc pro hoc titulo.

TITVLVS XVIII.

De los Secretarios que libran con el Rey.

CVMQVE ſuperioribus titulis de aduocatis, & relatoribus dictum ſit, nunc de ſecretarijs Regis dicendum reſtat, qui & officiales Regij conſilij & cancellariarum dicuntur.

In cuius rubricæ declarationem ſolummodo notandum eſt, quod iſti ſecretarij latinè, quæſtores dicuntur, ſuntque illuſtris dignitatis, *prout ſupra, in tit. de los queſtores, lib.* 1. *dictum eſt.* Sed verius dic non eſſe idem, nam quæſtor eſt idem quod hodie cancellarius, *vt ibi dixi*, ſecretarius vero eſt differens officium, *vt patet ex l.* 7. *tit.* 9. *part.* 2. *& ibi gloſ.*

IN LEGEM PRIMAM.

SVMMARIVM.

Quæ ſint obſeruanda ab ijs ſecretarijs cameræ declarat lex noſtra.

A *Las pagar in foro conſcientiæ.* Cautè verba hęc adiecta fuerunt: nam aliàs etiam ſi ipſo iure pœna legalis per legem imponatur, non debetur per contra facientem ipſo iure in foro conſcientiæ, niſi prius facta declaratione, *prout in rubrica tit.* 1. *huius libri.* 2. *diximus*, debebitur tamen quoties lex ad id in conſcientia obligat *prout ibidem diximus.* Et ijs ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, eiuſque Beatiſſimæ Matris, & omnium Sanctorum finitur liber hic ſecundus.



LIBER



LIBER TERTIVS.

TITVLVS QVARTVS.

De los Adelantados, y Merinos.

ET quamuis de libro ad librum non sit ita necessaria cõtinuatio, sicut de rubrica ad rubricam, potest tamen liber ad præcedentem continuari hoc, videlicet, modo, quod cum superiori libro de legibus, & Regio consilio cancellarijsque Regijs, & eorum officialibus dictum sit, nunc continuatiuè, & immediate sequitur liber noster, vbi de alijs audiẽtijs Regijs, ministris, & officialibus earum, aliorumque populorum particularium, & residentijs officialium earum tractabitur. Et quoniã in primis titulis huius libri tertij quam plures leges apponuntur similes legibus, *tituli.4. supra, li.2.* vbi diximus aliqua, quæ hic repeti possent, ne bis eadem repetamus *ibidem* videbuntur: præsertim quod primi tituli huius libri locales videntur, & non egent commentatione. Ideò transfero me ad titulum.4 à quo vsque in finem libri huius nullum quasi titulum incõmentatum relinquemus Deo fauente.

Et quamuis titulus iste, & eius materia, & dispositio localis videatur, tamẽ ex quo Imperator inuinctissimus Carolus Quintus, & mater eius ijs iudicibus, *de adelantamientos de Castilla, de Burgos,* &c. rescripserũt, omnibus iudicibus in locis suis, & iurisdictionibus, vbi lex & casus contingens quadrare videtur, & diuersa ratio statuendi dari non potest, idem iussum censetur & statutum, argumento doctrinæ Bar. *in l. relegatorum §. fi. ff. de inter. & releg. num.3.* dicentis, quod si Imperator
1 † rescribit vni præsidi, ex hoc videtur rescriptũ omnibus. Imo & Epistola missa per Principem
2 † vel alium habentem potestatẽ legis condendæ ad vnum locum facit ius quoad alios in simili casu, *secundum Angel. relatum & secutum per Ias. in l. ciuitas num.7. ff. si cert. pet. & Felin. in c.1. col.4. vers. in text. ibi de probat. Bart. Socin. consil.44. num.5. lib.1.* Et ideo videmus, & audimus quotidie à vulgaribus dici. *Que dada vna prouision Real à vn pueblo, es visto darse para todos, donde semejante caso sea necessario proueerse.* Et sic quoad nostrum titulum idem dicẽdum est, vt & si localis titulus videatur, tamen ad omnes populos censetur missus & datus, vbi lex aliqua eius quadrare videatur, *ex dictis.* Et quia quotiescunque propter frequentiam actus
3 aliquid † disponitur in vno loco, in alio etiam loco censetur dispositum, in quo est idem casus, & eadem ratio, *secundũ Rebuf. in tract nomina. quæst. 5. nu.31. & Villalobos in ærario com. opinio. litera L. nu. 115. & 116.* & quod vni personæ conceditur alijs censetur concessum, *vt 4. dist. denique & 5. dist. c. si.* vbi gl. *quod vni,* id intelligit verum quoties de iure communi aliquid conceditur, secus vero si ex priuilegio, *vt 16. q.1.* hinc est, & cum ius commune in nostro titulo concedatur, & detur, ideo & in alijs populis vbi similis casus occurrerit legibus huius tituli vtendum est. Et in statuto alio allegans idem tenet Socinus *cons.8. num.11. volum. 2.* & sic leges, 25.32. & alię, quas commẽtauimus, generales dispositiones sunt ad omnes populos extendendæ, & sic de similibus.

IN LEGEM TRIGESIMAM-SECVNDAM.

1 *Parte executata debitum offerente executori facienti executionem, si nolit executor illud recipere, sed executionem prosequi nihil pro decima percipere potest.*

2 *Soluere obligatus debet realiter debitum offerre.*

3 *Creditore recusante recipere debitam pecuniam nulla consignatio, neque oblatio requiritur.*

4 *Oblato implemento facti promissi si per creditorem refutetur satisfecit promissor.*

5 *Partis realiter oblatæ an decimam capiet executor.*

6 *Creditore dicente se nolle recipere debitum oblatum per debitorem, & ob hoc depositatum, si appareat post non esse in deposito integrum debitum an satisfecerit debitor, vt saltim decima nõ debeatur ex executione facta, & prosecuta.*

SVMMARIVM.

Si pars contra quam petita est executio soluere debitum dum executio est in fieri, nulla soluenda est decima executionis, sed iura tamen in lege nostra declarata sub eius pœna.

No lleuen en los semejantes casos derechos de execuciõ. Nam cum pars ipsa executata tempore executionis, & dũ est in fieri soluit, & offert realiter debitum, iniustum est iura illa capi, quæ deberentur si in effectu & realiter effecta fuisset executio, ob non solutum debitum. Et cum hæc ratio, & dispositio nostræ legis etiam in alijs militet locis indistinctè, vbique seruari debet, prout hic Placentiæ pluries seruatum vidi: & sic lege generali dispositum est *in l. pen. tit. 21. infra lib. 4.* Sicque declaratur dictum Nunnez de Auenda. *in cap. 17. prætorum numero 9. lib. 1.* dicentis, quod statim facta executione debetur decima executori, *vt & inquit Didacus Perez in l. 21. tit. 14. li. 2. ord. gl. 1.* quoniã illud verum
1 est, nisi dum executio est in fieri † pars executanda realiter debitum offerat. Nam tunc si executor nolit illud recipere, sed hac non obstante oblatione fecerit executionem decima non debetur ex ea *ex tex. nostro hic, & ex d. l. pen.* quod & asserit obseruandum Rebuf. *in 1. to. consti. Fran. tit. de liter. obligat. art. 3. glos. 3. numero 2.* & Auiles *in t. 10. prætorum, glos. 2.* & tunc debet pecunia realiter
2 offerri: nã soluere obligatus debet realiter † offerre, *secundum Nebusan. de Fano. in tract. de pigno. 2. par. 3. membri. 5. partis prin. numero 1. fo. 134. in paruis, & Roland. Valle cons. 53. numero 34. cum sequent lib. 1.* Neq; sufficit illam quantitatem deponere, quia depositum non est solutio, *secundum Rolan. vbi supra numero 42.* sed est debitum realiter offerendum, & si tũc executor nolit recipere debet deponi & consignari, si ad diem certum est debitor executatus obligatus soluere, & debitum est liquidum, *prout inquit & asserit Bald. in l. acceptam numero 6 in fine, cum sequen. C. de vsuris.* Tunc enim si creditor vel executor nolit recipere debitum debet peti, vt deponatur, & consignetur, *secundum Boër. decisio. 124. nu. 29.* Si verò debitor non sit obligatus ad diem certum, si offert & recuset creditor vel executor recipere, non tenetur tunc debitor consignare pecuniam: imò neque tunc
3 † requiritur oblatio realis, si creditor vel executor dicant expresse se nolle recipere pecuniã, neque debitum oblatum, *secundũ Tiraq. de retract. conuention. glos. 6. §. 4. num. 21. vbi allegat Catali. Cota, hoc intelligentem isto modo.* Quam limitationẽ communem asserendo refert Nebusantius *vbi supra, num. 7. folio 135.* & Rolan. *vbi supra, nu. 26.* scilicet, *vt dictum est,* quoties debitum recusat, & non vult creditor recipere, imò expresse refutat solutionem. Quod & fortius procedit, videlicet, quod si factum promissum sit, cuius offertur facti imple-
4 mentum per promissorem † & creditor contradicat facti implementum, nihil amplius tenetur promissor facti facere, *secundum Alex. in l. si insulam, nu. 6. folio 58. ff. de verb. obligat.* Quod est optimum, quoties fideiussor pro aliquo facto, vel quantitate dandus est. Nam cum tunc realiter offerri debeat, *secundum Alex. l. si mora. n. 6. & 7. ff. sol. mat.* si verbaliter offeratur, creditorq; ipse dicat se nolle fideiussorem recipere, vel quod factũ impleatur, nihil amplius tenetur promissor facere, & satis dicitur satisfecisse ex parte sua. Imò quamuis in tempore habili ad moram purgandam non offeratur fideiussor realiter prout debet, offeratur tamen verbaliter & nõ acceptetur per creditorẽ, satisfactũ est per debitorem ex dicta cõmuni opinione. Neq; huic doctrinæ est cõtrarium id quod inquit Boërius *in d. decis. 124. nu. fin.* in quantum dicit quod debet tunc incontinenti post talis fideiussor offerri: nã in ijs verbis non loquitur in nostro casu, quãdo creditor expresse recusat recipere, sed loquitur retenta opinione Ioan. Imolæ *ibidem,* relati tenentis contra Alex. dũ dicebat, imo, quod cũ fideiussor dandus erat, sufficiebat illũ verbaliter offerri. Nam hoc si verum esset & tenẽdum, debet declarari *secundum Boër. ibi,* cum facta verbali oblatione in cõtinenti post realiter offertur, nos verò loquimur quoties facta quacunq; oblatione creditor recusat recipere fideiussorem, & expresse asserit se illũ nõ recepturum. Tunc enim nil necesse est statim post, neq; ex interuallo illum fideiussorẽ realiter offerre, sed satisfactũ est promissioni de dando fideiussorẽ. Imo & tũc inquit Bal. *in l. pen. C. de cõdi. inser. & in l. acceptam. q. 6. C. de vsur.* quod si semel creditor recusat recipere nõ potest amplius pœnitere. Si ergo vt ad nostrũ institutũ deueniamus creditor vel executor nolit recipere pecuniam debitam oblatam, sed potius recusat, & contradicit, quamuis tunc tantum deponatur, & non consignetur, nullas debet debitor executionis soluere expensas. Imò & plus affirmari potest, quod quamuis tantum certa pars † debiti offe- 5
ratur creditori, vel executori per debitorem executatũ, illius partis oblatæ non debetur decima, si dum est executio in fieri offeratur, *prout expresse probari videtur in l. 6. tit. 14. li. 6. infra quæ expresse ita disponit.* Sed in contrarium plura vrgentissima fundamenta afferti possunt, scilicet, quod creditor particularem solutionem non cogitur recipere, quia multa adfert incommoda: neque est compellendus creditor recipere nisi totum debitum, neque per oblationem partis censetur debitum, solutum, *vt latè dicemus, Deo volente, in l. 10. gl. 2. tit. 6. infra isto lib. 3.* Et *ex ibi dictis* assero hãc opinionem in puncto iuris non esse veram: sed potius quod si debitor non offerat totũ debitum tempore faciendæ executionis, sed partem illius, quam creditor vel executor recipere nõ vult, eo quod totum integrum debitũ nõ soluitur, quod illius partis oblatæ debet etiã solui decima executori, sicut de parte non oblata, tanquam de re non soluta. Neque obstat tex. *in d. l. 6. tit. 14. lib. 6. infra.* Nam specialis casus est, scilicet in solutione vectigalium, & tributorũ, & patrimonij Cęsaris, in quibus etiam si pars tantum tributi soluatur, illius partis, quę offertur non debet capi decima: vt potè quia Rex ipse, qui creditor est talis tributi, ita vult fieri: & volente creditore recipere partem debiti illius tantum partis solutio facta dicitur. Et sic pro illa nõ proceditur vlterius, sed pro residuo. Et in patrimonio hoc Cæsaris tenetur eius collector partẽ tributi oblatã recipere, & pro illa parte non debet fieri executio, secundũ Fano, *in tract. de pign. in 2. p. tertij membri. 5. partis prin. nu. 22. fo. 137. in paruis.* Vbi idẽ in emphyteota prædiorum Cæsaris dixit: secus tamen est in debitore alterius creditoris priuati, cui creditori inuito non licet partẽ debiti offerri, nisi totum offeratur. Et sic dict. l. *pen. tit. 21. lib. 4. infra* quæ similis est nostræ, & in debitore priuati alicuius loquitur, debitũ offerri, & solui iubet, vt decima non debeatur, neque cum parte debiti oblata

partem

partem satisfactam lex illa; neq; nostra disponit. Igitur remanet in dispositione iuris communis vt totum debitum offeratur, & non pars solum, nisi in casibus specialibus, vbi aliter prouisum est, prout in Cæsaris tributo lex illa. 6. prouisit. Volente tamẽ creditore, vel executore recipere partem debiti oblatam, tunc quia voluntate eorum id fieri potest, non soluetur illius partis decima, neque pro parte illa vlterius executio procedet: & sic de iure videbatur tenendum. In practica tamẽ receptũ videmus pluries, quod etiam respectu creditoris priuati oblata parte debiti, si pars vel executor eam non vult recipere depositatur iussu iudicis: & pro illa parte non solet iuberi decimam solui, sed de residuo tãtum. Et hoc potius ex æquitate introducta licet non scripta, sed non de iure, & rigore eius. In casu tamẽ quo teneremus soluendam decimam, ex parte debiti oblata priuato creditori vel executori, dum est executio in fieri, posset vnũ affirmari & dici, scilicet, quod si debitor compareret corã executore, vel creditore dũ executio est in fieri, & diceret,
6 quod totum † debitum volebat soluere, & quod illud afferebat in marsupio, quod reciperẽt illud, & creditor vel executor cõtradicerẽt, dicendo se nolle recipere: sed quod vlterius procederet executio, quas ob res petit debitor pecuniã deponi, & post appareat non fuisse integram pecuniam depositatam, nulla tunc decima soluenda est, *argumẽto dictæ communis doctrinæ Tiraq. & Nebusancij, vbi sup.* Eò quod iam constitit de voluntate ipsius creditoris, vel executoris nolẽtis recipere debitum oblatum. Neque ipse creditor vel executor dixerunt se velle illud recipere si totum offerebatur, sed indistincte refutauerũt oblationem, & per consequens communis illa doctrina locũ habet & procedit, & hæc illatio vera tunc erit. Nihilominus tamen cum casus occurrerit latius cogitabis. Pro conclusione tamen notandum est, quod habemus iam quoddã capitulum *de las Cortes de Madrid. anni* 1573. & est, 32. in ordine nouissimè disponens, quod si debitor soluat debitum intra 24. horas, & sic intra diem vnum naturalem numerandum ab hora factæ executionis, quam signandam per tabellionẽ disponit capitulum illud: tunc nulla decima soluenda est, & sic augetur tempus offerendi per illud cap. De quo latius dicemus, *in d. l. pen. tit. 21. infra lib. 4.* fauente diuina gratia.

IN LEGEM QVADRAgesimam-primam.

SVMMARIVM.

Si tertius se alicui opponit executioni pro interesse suo, vt mulier pro dote, via ordinaria procedendum est, & terminus ordinarius assignandus est ad probandum, etiã nulla præstita summaria informatione: neque sunt testes tunc compellendi personaliter comparere sub pœna.

P*OR via ordinaria.* Et sic quoad tertios oppositores cessat executiua, & sic in omnibus seruari tribunalibus videmus, & iuris est, *vt licet videre ex Auend. c. 16. prætorum, n. 6. in princip. l. 1. & Monterroso in practica in forma executionum, fol. 38. pag. 2. in medio, quos & tex. nostrum ad hoc allegat conciuis noster Doctor Gutierrez Canonicus Doctoralis ciuitatensis in repetitione, l. nemo potest, nu. 391. de legat. 1. pag. 119.* Debet tamen tunc tertius iste oppositor tẽpore oppositionis sũmariè saltim de iure suo docere, & iustificare oppositionem. Aliter enim præstita cautione per creditorẽ executio, & vltima eius subhastatio fiet: *prout ibidem ipsemet Doctor Gutierr. nu. 390. aduertit, & ante eum Ant. Gom. to. 2. var. nu. 39. col. 7. illius numeri in fine.* Ex lege tamen nostra in practica, etiam in hoc recepta nulla iam summaria petitur informatio: sed cum sola oppositoris petitione datur terminus ordinarius ad probandum. Et sic fieri video saltim in hac Placentiæ ciuitate.

IN LEGEM QVADRAgesimam-quintam.

1 *Literæ incitatiuæ in quantum fieri potest etiam per Dominos de consilio vitandæ sunt.*
2 *Aduocatio causarum maximè odiosa est, & prohibita de iure.*
3 *Iudex maior Dominorum inferiorum nõ potest causas corã locorũ ordinarijs cœptas ad se aduocare, vel inceptas corã se eis remittere nisi vt.*
4 *Iudices ordinarij villarum, & oppidorum non possunt per Dominos impediri in iurisdictione.*
5 *Iudex maior populorum de consuetudine acquisita potest in prima instantia cognoscere, & tunc cumulatiuè non priuatiuè, vt, numero 6.*
7 *Iudex maior de causis ad minorem spectantibus non potest se intromittere.*
8 *Duæ limitationes vbi iudex maior villarum habet iurisdictionem in ordinarios earum.*
9 *Propter accusationem de falso cõtra clericum in foro suo pendentem non impeditur lis cœpta coram seculari super principali negotio.*
10 *Clericus falsum coram seculari committens ad forum suum remittendus est.*

SVMMARIVM.

Iudices ij de adelãtamientos, nullas dent incitatiuas, vt causę aduocentur, si incitatiuæ non impleantur: neque partes ad probandum recipiãt cum prerogatione nouem dierum in alios nouem dies: sed in principio litis terminum competentem partibus assignent.

I*Ncitatiuas.* Quæ quidem † in plurimũ si fieri potest euitandæ sunt etiam à Dominis Regij consilij, *prout cauetur l. 32. titul. 4. lib. 2. supra, vbi diximus.*

Aduoquen a si las causas. Aduocatio enim causarum † maximè in iure odiosa est, & prohibita fieri, vtpotè quia prejudicialis ordinariæ iurisdictioni iudicũ ordinariorum, *prout inquiunt Contr.*

in pract. quæst. cap. 9. & Auendaño cap. 5. prætorum, nu. 12. & ca. 19. nu. 2. l. 1. Ex quo iam in facto consultus dixi, quod iudex maior, vulgo, *Alcalde mayor*
3 vocatus, † positus per Dominos temporales in locis & villis suis non potest causas inceptas coram iudicibus ordinarijs dictarũ villarum ad se aduocare, vel corã ipsius maioribus iudicibus pendentes ipsis ordinarijs remittere, cõpellendo eos præceptis, & mandatis pœnalibus, vt eas diffiniant, & determinent. Nam iudices ij ordinarij, vulgo, *Alcaldes ordinarios*, dictarũ villarum, adeò
4 firmam † iurisdictionem habent, quod etiã si ad plebis electionem constituantur, & per Dominũ ipsorum oppidorum confirmentur, nihilominus liberum non est Domino post electionem, & confirmationem eorum iurisdictionẽ impedire, aut tollere, *secũdum Couar. d. c. 9. nu.* 4. Et quamuis habeãt Dominus & eius *Alcalde mayor*, cognitio-
5 nem in prima † instantia ex consuetudine, vel priuilegio, prout possunt habere, *secundũ Auend. d. c. 5. prætorum, nu. 3. & 8. & Couar. in pract. c. 4. nu. 5. in fine* (nam aliàs consuetudine, vel priuilegio remotis cognitionẽ de iure in prima instantia non habent *secundum eum ibi*) tamen si aliqua harum duarum causarum, videlicet, ex cõsuetudine, vel priuilegio cognoscant in prima instantia Dominus villæ, & eius *Alcalde mayor*, cognoscẽt tãtum
6 accumulatiue, † non verò priuatiuè: ita quod inter eos, & iudices ordinarios erit locus præuentioni, *secundum Auend. vbi supra num.* 12. Et sic iudices ij in iurisdictione pares erũt. Imo & fortior erit de iure iurisdictio iudicũ ordinariorum, quam dicti iudicis maioris, qui quasi accidentaliter, vt ita dicam acquisiuit iurisdictionem. Et quamuis tunc eos dicamus pares & æquales in iurisdictione, meritò cum par in parem iurisdictionem non habeat, *ex iuribus vulgaribus*, quod negotium cœptum per iudicem maiorem, non possit ipse iudex maior dictis ordinarijs remittere, compellẽdo eos illud diffinire, velint, nolint, vel negotium cœptum coram ipsis ordinarijs ad
7 se aduocare: cum iudex maior de causis † ad minorem iudicem spectãtibus intromittere se non possit, *de offi. ord. c. cum ab ecclesiarum, & c. conquerẽte, & c. pastoralis §. 1. eo. tit. & notat Innoc. c. dilecto. nu. 3. de offi. archid. & de offi. deleg. c. 3.* Itẽ quia vt locum tenens possit delegare causam inter requisita est vnum principale, scilicet, quod ille in quem subdelegat sit eius subditus, ipseque locum tenens subdelegans in casu permisso habeat potestatem super illo, cui subdelegat, *secundum tex. l. 17. & 18. tit. 4. p. 3. & optimam l. 3. tit. 9. infra isto li. 3. vbi vide dicẽda super verbo, tiene iurisdicion.* Si ergo cum subdelegatio fit, hæc requiruntur, quanto magis requirentur cum per viam mandati, & præcepti. Hic tamen vt vides iudex ipse maior de iure non habet iurisdictionẽ in iudices ipsos ordinarios: ergo neq; ab eis potest causam aduocare, neque causam coram se pendentem eis remittere, & compellere, vt diffiniant. Id tamen duobus † limito modis, nisi primò, *vt dictum est*, ex priuilegio 8
aut consuetudine iudex ipse maior id facere posset, prout in aliquibus villis dominorum temporalium video fieri, vel secundò, nisi ipsius iudicis ordinarij iurisdictio originem ab ipso Domino villæ haberet. Nam tunc posset ipse Dominus, & eius *Alcalde mayor* locũ ipsius Domini tenens aduocare causas, & cõpellere iudices ordinarios, vt cœptas coram se diffiniant, *vt notat Hosten. de offi. deleg. volentes, & Archidia. 11. q. 1. c. de persona, & optimè Iason. cons. 144. vol. 2.* Vnde si clericus † contra laicum produxit coram iudice seculari 9
falsos testes in causa aliqua, & perinde accusatur de falso corã Episcopo, Episcopus propter pendentiam litis falsi non potest inhibere iudici seculari, ne fungatur partibus suis in lite, principali, quanquam accusatio falsi sit præiudicialis, & maior, quod accidit propter diuersitatem magistratuum, quorũ quilibet habet iurisdictionẽ principalem, & diuersi fori. Et si Episcopus ob hoc excõmunicaret iudicem secularem, excommunicatio esset nulla, cum incipiat à præcepto inualido: *de quibus per Bal. in l. non semper, col. fi. C. quo. & quando iud. quem referendo ita tenet Bonifacius in sua peregrina legum partitarum, verbo iudex, quæst. 5. in glo. officium*, & hanc tenet Couar. *in pract. c. 18. in fine.* Vbi & inquit quod ad effectum diffiniendi causam principalẽ, potest secularis ipse de falso cognoscere, & ita omnes tenere fatetur, & eo relato Clarius *lib. 5. receptarum sententiarum §. fi. quæst. 38. vers. sed hic.* Et dixi coram Episcopo, nam quoad punitionem falsi coram Episcopo vel vicario eius est talis clericus falsum committens
cõueniendus, † prout probatur *ex l. fi. tit. 16. p. 3.* 10
vbi glo. fi. hãc testatur communem opinionem, & Clarus *vbi supra*, vbi *in vers. quæro nunc*, decidit, quid erit in laico falsum coram ecclesiastico cõmittente? Et tandem præuentioni tunc erit locus, *secundũ eum ibi*, inter secularem, & ecclesiasticum iudices.

In l. 72. ad eam notandum est de iure secũdum veriorem opinionem, eius dispositionem seruatam quo ad hoc, vt etiam elapsis decem diebus oppositionis iuret actor de calumnia, vt *in tit. 21. infra lib. 4.* videbimus, & ita practicatur.

TITVLVS QVINTVS.

De los Assistentes, y Corregidores.

ET Cum titulis superioribus de iudicibus Regijs, concilij, & cancellariarum, & aliorum locorum dictum sit, nunc & consequenter tractatur, de correctoribus & iudicibus ciuitatum, villarum, & populorum particularium; quis dicatur corrector, tradit Auend. *c. 1. prætorum, numero 33. in fine lib. 1.*

IN

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Cupiditas radix omnium malorum est.*
2 *Honores peti non debent, sed offerri.*
3 *Ambitio honoris inordinatus appetitus est.*
4 *Bigamus dicitur duos Episcopatus vel Episcopatum cum Abbatia habens.*
5 *Ambitio, vt peccatum mortale fugienda est.*
6 *Episcopus ordinandus non debet se offerre, quia notaretur de ambitu.*
7 *Beatus Ambrosius, ne in antistitem eligeretur mulieres in cameram includebat.*
8 *Priuilegium per ambitionem petentium obtentum non est seruandum.*
9 *Rex correctores in ciuitates non mittit, nisi ciuitatibus petentibus.*
10 *Duplicato officio an duplex debeatur salarium.*
11 *Domini an populis non petentibus possint mittere correctores.*
12 *Agricultores vbi copia sapientium adest non sunt in iudices eligendi.*

SVMMARIVM.

Qualiter populis sit de correctore prouidendum declarat lex nostra.

1 *Cobdicia.* Quam radicem † omnium malorum testatur Paulus, *vt habetur transsumptiue, in c. nam concupiscentiã, de constit. optima. l. 4. & ibi gl. tit. 3. p. 2. de qua plura per Mantuanum lib. 2. obseruationum legalium c. 15 de Auaritia.*

De algunos ambiciosos. Quæ ambitio in petendis
2 officijs publicis consistit: honores † enim peti non debent, sed offerri, *tex. l. 1. §. 1. ff. de var. & extraor. cogn. l. si. C. de crimi. sacri. l. eos, in prin. ff. de decurio.* debent enim probitate officia, non pretio dari, *vt l. vni. C. de perfectissima dignitate, lib. 12. & ibi per Plat. & Lucam de Penna bonus tex. in l. si. C. ad. l. Iul. repet.* Omnes enim amantes, & desiderantes primos recubitus in synagoga. *vt dicit Dominus noster, Matth. 23. Luc. 11. Marc. 11.* potius reijci, quam admitti deberent, honoris enim augmentum non ambitione, sed labore ad vnumquemque, vt bene conueniens est, deuenire debet, secundum tex. *in l. cõtra remp. C. de re milit,* quem ad hoc plura exempla de Dominis & Regibus ambitiosis referendo allegat Mantuanus *vbi sup. lib. 7. c. 62. de ambitione*, qua de causa, inquit, quod cum hæc libido multa mala pariat, necessariũ & vtile fuit legem ferre, *vt patet in toto tit. ff. ad. l. Iul. de ambitu.* Idque permaximè deberet obseruari in officiorum publicorum prouisionibus iustitiæ administrationem concernentibus, vt non petentibus, sed nolentibus, & recusantibus accipere, & petere darentur: petentes enim, & desiderantes nancisci officia hæc magis volũtate & desiderio imperandi diuitiasque acquirendi, quam iustitiæ ministrandæ causa appetunt, & adipisci conantur. Et tales sunt, de quibus loquitur Imperator *in l. ad splendidioris priuilegia. C. de diuers. offi. lib. 12. quem tex. ad hoc alia in simili considerans, allegat Boe. in tract. de autho. magni cons. nu. 39.* Et cum officia hæc ambitionis officio adepti sunt, excæcatis cupiditate oculis, dũ meliora prouidisse putant, in peiora incidunt. Ambitio enim cũ sit honoris
3 inordinatus † appetitus, *teste Thom. relato per Florenti. in 3. p. suæ summæ, tit. 3. c. 5. §. 1. in prin.* ipsius honoris consequendi causa maiora, & suis viribus non competentia habere procurant, nulla præuia deliberatione, sintnè ipsis officijs gubernandis satis idonei & sufficientes. Hæc est enim ambitionis natura, vt ad omnia ambitiosus habilem se iudicet. Qui si interrogetur, num possit officium sibi iniungendum, & per eum satis appetitum gubernare, & exercere, statim inquit possum, sicut Zebedæi filij Christo respõderunt interrogãti eos, num possent calicem, quem ipse bibiturus erat, bibere. Responderunt, possumus, nulla facta cõsideratione & interrogatione, quis esset calix ille: tacti enim tunc fuerũt ambitionis morbo, per mediam matris personam, dextram, & sinistram Regni Dei petentes, propter quod & reprehensi ab ipso Domino fuere. Nescitis quid petatis: calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram, & sinistram non est meum dare vobis. A qua quidem respõsione, & in prouisione officiorum publicorum, maximè iustitiæ gubernationem concernentium, Reges, & Principes hæc prouidentes officia, doctrinam & exemplum sumere deberent, vt petentibus & officia hæc procurãtibus similem responsionem facerent, quod petentibus ea conferre, & dare non esset suũ, sed inuitis, & recusantibus petere, quod quam aliter fiat, aliorum sit iudicium. Et ideo & iustitia periclitatur & regimen populorum, & auaritia, & ambitio reginæ sunt, & pax annihilatur. Ambitiosus enim prodesse cupit, & non præesse, *secundum Bal. in l. si quanquam C. de Episcopis, & cler.* Qua de causa, inquit Boërius, *vbi supra* non solum non esse cõferenda officia similibus ambitiosis, verum in perpetuũ deneganda, & pœnis sacrilegiorum tales puniẽdos esse, quia locum maioris eis indebitum vsurpant. Ambitio enim excæcat oculos, *secundum tex. in c. quorundam, & in c. auaritiæ, de electio. & in clemen. 1. de regulari. vbi glossatores.* Et ideò ambitiosus cum cæcus sit, nihil boni facere potest: tum quia pauidus est, timet enim ne quid dicat, vel faciat, quod in oculis hominum displiceat. Tum etiam, quia ambitiosus honestatem mentitur, humilitatem simulat, cum superbiam habeat: cũctis adulatur, cunctis inclinat, omnium est seruus, & tributarius, grauem pugnam habet in se, dum iniquitas pulsat animũ, & ambitio continet ipsum. Ambitiosus nulli parcit, vt regnet: dominium enim socium non patitur. Et ob hoc Alexãder ille magnus vocatus dicere solebat, audiui mũdum duobus dominis esse paruum. Et propter hanc ambitionem Romulus fratri suo Remo non pepercit, neq; Absalon patri suo, *prout hæc & alia optimè tradit Florentinus, in d. c. 5. §. 2. Qui per omnes illos §§. à primo vsque ad vltimum videndus est: & Matienço in dialogo Relatoris 4. part. c. 9.* Vitiumque ambitionis permaxime tanquam pestis fugiendum. Beatus enim vocatur, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Et ideò inquit B. Bernardus *relatus per gl. verbo, ambitio, in extrauag. 1. de præben.*

præben. Ioan. XXII. O ambitio ambientium crux, idest, pœna, quomodo omnes torquēs omnibus places. Quod, *prout ex ipsa patet extrauaganti*, recedendum ab ambitione præsertim in Episcopatorum, & beneficiorum adeptione docet. In quibus quidē tanta, *vt inquit Rebuf. in praxi benefi. tit. de dispen. de non residendo, num. 78. pag. 465. in princ. in magnis*, ambitio adest, vt quis non contentus viuat vno Episcopatu, sed ne quidem centum, quin si cūctos haberet Episcopatus, & Abbatias totius Regni, nihilominus adhuc esuriret. Quod patere in multis *ibidem* testatur, qui deuorant Episcopatus, consumuntque Abbatias Regni, necnon aliorum, quos Deus optimus Maximus dignetur sua gratia illuminare, & ambitionem eorum compescere, de quibus dicitur per maledictionem Esaiæ *cap. 5.* secundum Rebuf. *in concordata tit. de Regia ad Prælat. nomin. faciē. §. 1. verbo. vnum in fine, pag. 91. in antiquis.* Væ vobis, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ. Quod si quis, *secundum Rebuf. ibi & iterum in praxi beneficiorum, tit. de commenda. nu. 23.* duos Episcopatus vel Episcopatum
4 † cum Abbatia habeat, bigamus dicitur, quia carnē suam diuisit in plures. Et sic asserit Paulum secundum Pontificem Maximum cuidam supplicanti pro filio Regis, vt ad duos Episcopatus secum dispēsaretur, dixisse, Absit inquit, quod in Ecclesia Dei ponam bigamiam. Quò ergo anima huius pluralis in beneficijs, & ambitiosi? Ex di-
5 ctis patet, & quia, vt peccatum mortale † ambitionem fugiendam esse asserit Cardi. *in clement. 1. 3. & 4. notab. de regulari.* & sic ij dum sunt in extremo hiatu, optant quod pauperiores status ecclesiastici fuissent, *vt inquit Probus, in addi. ad glos. prag. sanctio. in proœmio. §. nam ecclesiarum gl. quærunt, folio 36. in paruis.* Ex quibus Bald. dicebat *in l. si quemquam, numero primo, C. de Episcopis, & cleri.* quod
6 Episcopus ordinādus nō debet se offerre, † quia notaretur de ambitu, *& habetur in cap. in scripturis, 8. q. 1. & esset expellendus, vt inquit text. in l. 3. in fine, tit. 17. p. 1.* sed debet quodammodo inuitus meritis suffragantibus promoueri. Episcopatus enim in inuitum confertur, *secundum eundem Bal. in l. si. ad scribatum C. de appellatio.* Habemusque de Beato
7 Ambrosio, † & alijs *secundum Domini Soto lib. 4. de iust. & iure, quæst. 3. art. 3. pag. 271. col. 1. in princ.* quod ne eligeretur in Episcopum, fœminas in cubiculum suum inclusit, vt per illam infamiam eriperet se, ne in antistitem eligeretur? sed quem Ambrosium fœminas ob hāc causam includentem in cubiculum reperiemus hodie? manifestet qui scierit. Et an Episcopatum licitum sit appetere, & desiderare, tradit Florenti. *vbi supra §. 3. per totum*, & Soto *vbi supra, lib. 10. quæst. 2. artic. 1. col. 6.* Et an ambitiosus in Episcopum eligi possit, tradit Bertachi. *in tractat. de Episcopo, lib. 2.* & ex quibus præsumatur ambitio, tradit Abb. *in capit. licet, num. 12. de translati. Prælatorum.* Priuilegiumq;
8 per ambitionem † petentiū obtentum seruandum non esse testatur Guido Papæ *decisio. 393. nu. 2. & facit tex. in cap. si. de rescript. in 6.* Cumque ita odio ambitio habeatur, merito noster tex. iubet, correctores non nisi populis petētibus dandos, cumque dari deberent, eligendos esse bonos & probos viros, habita prius de probitate informatione: quod quam iustum, & sanctū esset seruari, omnibus patere potest. Ad quæ tā ex parte eligentium quam electorum esset maximè aduertendum.

Saluo pidiendolo todos los vezinos. Quamuis enim alius quam Rex correctores hos prouidere non possit in populis, *vt in l. 1. tit. 9. infra eod. lib.* ipse tamen Rex † nisi petitione populorum instante, 9
vel ligitima causa vrgente non debet salariatos correctores in ciuitates, & villas dirigere, secundum tex. nostrum, quem ad hoc allegat Auenda. *cap. 1. prætorum, nu. 7. in fine lib. 1.* & glos. 1. *in fi. in l. 2. tit. 4. par. 3.* Vbi inquit, quod si Rex ipse absque populorū petitione correctores salariatos ipsis populis mittat, Rex ipse soluet eis salarium, non verò populi ipsi. Et ideò ad ipsorū populorum petitionem, & supplicationem mittuntur, *secundum tex. nostrum.* Quod quidem quamuis *secundum Auenda. vbi supra, per cap. 11. de las Cortes de Madrid. anni. 1528.* immutatum videatur, tamen si bene capitulū illud inspiciatur nihil immutabat, neq; minus hodie immutabit, cum in hoc nostrę Recopilationis volumine transcriptum illud non reperiamus, & ideò nihil de eo curādum, & seruanda nostra lex est. Et quia *secundum l. 4. infra eo.* correctores non cēsentur prouisi nisi solum per tempus anni vnius, annoque illo elapso, si Rex alium prouidet correctorem, censetur ad populi petitionem prouidisse, maximè cum ex causa prouisus cēseatur, *vt patet ex dict. l. 4.* Item & quia *ex l. 5. infra, eo.* salaria horum correctorum de proprijs populorum, statutum est iam soluenda, aut ex bonis eorum, quorum occasione iudices dantur, prout, & inquit ipsemet Auenda. *cap. 10. prætorum, nu. 3. per totum lib. 2. & melius in cap. 2. nu. 7. in fine lib. 1.* Vbi & inquit, quod deficientibus proprijs populorum collecta per capita imponetur, Ibique *nu. 8.* alias describit personas, quibus datur salarium, *de quibus, & in dict. c. 10. num. 1. cum sequent. tractat. Vbi num. 3. examinat materiam, dict. l. 5. infra eo. cuius dispositionem, vt ibidem dicam, iustam & sanctam, testatur Couar. ibidem allegandus.* Et an duplicato officio duplex † debeatur sala- 10
rium, *vide per eund. Auenda. cap. 4. prætorum, nu. 46. in medio cum sequent. lib. 1.* Et an domini populorum possint † populis suis non petentibus, & 11
inuitis mittere correctores & iudices de prima instantia cognoscētes, *vide per Couarruuias in pract. quæstionibus, cap. 4. numero 5. ad finem.*

Mandaremos auer informacion primeramente. Quæ quidem informatio, & facienda etiam esset personæ ipsius ad simile officium prouidendæ, ex text. *in §. sed cum sit necessarium C. de nouo cod. compon.* secundum quem, nouilitas, prudētia, & fidelitas, & bona eligendorum conscientia consideranda sunt cū mentis integritate, & experientia rerum, *vt optimè inquit Auenda. cap. 19. prætorum, num. 16. vers. septimo debet, & num. 18. in priucip. & probant. l. 1. & 2. titul. 9. infra hoc lib.* Neque debent eligi agricultores, † vbi copia sapiētum adest, *secun-* 12
dum Rebuf. in l. vni. C. de sent. quæ pro eo quod int. profer. in continuatione rubricæ, nu. 74. neque pauperes infimi, aut viles personæ, *vt l. rescripto. §. 1. ff. de mun. & bono. & l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. notat Auenda, dict. cap. 19. nu. 17. in fine*, neque sunt mechanici eligendi ad regimen ciuitatis, *secundum Palat. Rub. in rubri. §. 5. n. 9. de donat. int.* nisi propter

bono-

bonorum defectum, *secundum Gomet. in regul. de trien.posses.quæst.28. in 116. casu negligentiæ, fol. 400.* Et qui dicantur viles, vltra Auenda. *in dictionario, verbo, viles,* vide Alciat. *de præsumptio. regul. 1. præsumpti. 48.nu.6.cũ sequent.* vbi *nu.10.* quid in tabernariam exercente, etiam per alium, *pagin. 129. in paruis, & vide optimam l.3.tit.14. par. 4. & ibi glos.* Interest enim reip. secundũ Rebuf. vbi sup. munera per ditiores, & multo magis per sapiẽtiores regi, prout in lege decima, infra eo. probatur.

IN LEGEM SECVNDAM.

1 *Iuramenta correctorum ponuntur remissiuè, & ibi de pœna se periurantis.*
2 *Non solum electoribus, verum, & officialibus eorum non licet promittere quid vt eligantur.*
3 *Simonia committitur etiam si familiaribus prælatorum aliquid donetur.*

SVMMARIVM.

Corrector prouisus solemnitatem nostræ legis adimplere debet.

1 No dioni prometio. Cont. text. optimus *in auth. vt iudices sine quoquo suf. §. sic igitur.* Aliaque iuramenta, † quæ correctores tenentur facere in principio, & ingressu officij, vide per Auenda. *cap.2.præto.nu. 3 cum pluribus sequent. & nu.7. & nu.14. cum alys lib.1.* vbi *in 3.vers. iuramentum autem,* ponit pœnam iudicis in aliquo eorum iuramentorum se periurantis. Et in tantum debẽt à donis, & promissionibus correctores ij abstinere, quod procedit non solum à dandis, & promittendis ipsis correctoribus, verum
2 & eorum officialibus, & familiaribus, † prout *ex verbo generali nostri text.* ibi. *A persona alguna,* colligitur. Sic & videmus committi simoniam,
3 † etiam si tãtum detur familiaribus, & ministris ipsorum prælatorum, *secundum Rebuf. in concordata, tit. de electi. deroga. verbo rei. pag. 62. in antiquis.*

IN LEGEM TERTIAM.

1 *Potestas creandorum magistratuum iure communi Romanorum Regi pertinet.*
2 *Iurisdictiones omnes principaliter sunt apud Principem.*
3 *Rex in omni genere iurisdictionis actiuè habet intentionem fundatam.*
4 *Reges Hispaniæ integrum habent dominium in suo Regno, & domini ipsius terræ vocantur.*
5 *Iudex Regius missus in terris dominorum pro iustitia exequenda, non tenetur prius commissionem monstrare.*
6 *Ius eligendi officiales iustitiæ foro, priuilegio, & consuetudine acquiritur:*
7 *Iurisdictionem ordinariam dat lex, populus, vniuersitas, vel consuetudo.*
8 *Rege negligente mittere iudices in populos, populi interim prouident.*
9 *Consuetudo eligendi iudices quanto tempore introducatur.*
10 *Titulum habens à principe super iurisdictione, exercendo illam quoad vnum, retinet quoad omnes.*
11 *Iurisdictio concessa ad beneplacitum, an expiret per mortem concedentis.*
12 *Declaratio volũtatis non trãsit ad successorem.*

SVMMARIVM.

Obseruandus, & custodiendus est populis vsus, forus, aut priuilegium eligendi officiales iustitiæ, nisi in casu in quo adsit defectus iustitiæ petaturuè foris: nam tunc Rex ipse prouidet de iudice idoneo & Regni naturali.

QVE *Los han por fuero, o por costũbre, priuilegios.* Licet Principi iure communi Romanorum † potestas creandorum magi-1
stratuum pertineat, & itidem iure nostro Regio. *vt in auth. de defensoribus ciuitatum §. nos igitur, coll.3. text. l.1. tit.9. infra lib.3. & alia iura, quæ ad hoc allegat Auenda. cap.1. prætorum, nu.1. lib.1. & Auiles eo. cap. 1. glo.1. & Couar. in pract. cap.4. nu.3.* & iudisdictio-
nes † principaliter sint apud Principẽ tanquam 2
apud fontem, à quo fluunt, & refluunt, sicut flumina ad mare, ita quod à Principe per concessiones, & confirmationes fluunt, & ad ipsum refluunt per nullitates, & appellationes, & querelas, de quibus cum Princeps cognoscit, cæteris impositum est silentium, *prout optime inquit Tho. Gram. decis. Neapol. 46. nu. 1. & singulariter Cassaneus in catalogo gloriæ mundi 5. part. considerat. 24. versic. 15.* & in Papa idem testatur ex communi sententia Franciscus Vargas, *de Episcoporum iurisdictione, & Pont. Maxi. author. confirmatio. 7. ad finem,* ita quod in omni genere iurisdictionis actiuæ Rex † ha-3
bet fundatã suam intentionem de iure communi Castellano, & Romanorum, *secundum Auend. vbi supra, nu.7. vers. idem probatur, & in c.4. præt. nu. 3. lib.1.* Reges enim Hispanię integrum † habent 4
dominium in suo regno & domini ipsius terræ vocantur, *secundum tex. in l.1. tit.11. par. 2.* Et ideò non subesse Imperatori hodierno die, probat glos. *cap. Adrianus 63. dist.* & reprobat Gallum quendam aliud asserentem Ioan. Parladorius *in libro suo rerum quotidianarum c.3. in princ. n.7.* & quicquid & male voluerit aliud dicere Carolus Grassalis *lib.1. Regal. Frã. in prin. pag.6.* cũ ex ipso pateat Regem Francię superioritatem remisisse Regi Hispaniæ. Imo & à Rege Hispanię Carolo Quinto Imperatore fuisse Regem Franciæ in bello captum, patet omnibus, & ex chronica ipsius Caroli. Ex quibus inquit *Boërius decis.8. n.fi.* quod iudex Regius † missus pro iustitia exe-5
quenda in terris Dominorum, non tenetur prius Baronem, vel eius iudicẽ requirere quã exequi. Si igitur iurisdictio Regni Castellæ Regis est, id quod suũ est absque facto eius ab eo auferri non potest, *per l. id quod nostrum, ff. de regulis iuris.* Ex quo iure partitarum, inquit Auend. *vbi sup. n.7.* quod non

non poterat merum Imperium præscriptione acquiri, licet iam iure nostro, *vt l.1.tit.de las prescripciones,li.4.infra*, bene possit præscribi. Nihilominus tamen quantumuis hæc omnia ita se habeant, foro, priuilegio, aut cõsuetudine acquiri,
6 permittit tex. noster, ius eligendi iudices † & officiales iustitiæ, & defensores, in quorũ defensorum locum, *secundum Auend. vbi supra, num.11. vers. & de iure communi in dict. cap. 1 præter.* correctores populorũ successerunt. Foro, vt in Regno Aragonis: cõsuetudine, vt in locis pluribus huius Regni habetur: priuilegio verò, cum priuilegio particulari per Principem cõcesso id licet. Nam aliàs non liceret, *secundum tex. hic per argumentum ab speciali, & per supra dicta in huius glossæ principio, & per text.optimum in l.17.tit.4.par.3. & l.1.tit. 9. infra hoc lib.3. & alia iura per Auend.in dict.num.7. allegata, in vers. & hac potissimũ ratione, vbi cum n.8. hoc optimè prosequitur.* Et nisi consuetudo, vt vides, daretur, aut priuilegium, aut forus, alij non licet iudices eligere, quam Principi, iurisdictionem
7 enim ordinariã † dat lex, populus, vniuersitas, consuetudo, *secundum glos. in l. & quia. ff. de iurisd. omnium iudi.* Vbi Oroscius *nu.10.col.560.* istud de consuetudine intelligit, si ab eo populo inducta sit, qui statuẽdo iurisdictionẽ concedere posset, quæ declaratio nimis coarctat verba nostri tex. Cumque populi in Regem omnem iurisdictionem transtulerint, *vt optimè per Couarru. in practic. capite 4. numero 3.* Difficulter daretur populus, in quo limitatio hæc & declaratio locum habere posset. Et verba nostri text. generalia eam non patiuntur: sed in quolibet populo similem consuetudinem habente, & introducente locum habebit noster tex. Et qualiter iurisdictio cõsuetudine, præscriptione, aut priuilegio acquiratur tradit glos. *in pragm. sanctio.2.tom. titul. de causis, §. statuit. primo, verbo, consuetudine, & verbo præscripta, & verbo, priuilegio, & ibi additio. & Pala Rub. in repetitione, cap. per vestras, §. sed est pulchra dubitatio, nu. 27. & sequent. folio 82. & suo in loco dicemus.* Idemq;
8 dicendũ est, si Rex negligeret aut omitteret † iudices & magistratus in ciuitates, aut populos mittere, & destinare. Tunc sanè donec Rex iudices ordinarios mittat, populus ipse, eiusq; nomine Decurionũ collegium iudices poterit in suo populo constituere, & creare, *secundum Couarru. in dict. capite 4. numero 3.* putà quando corrector populi moritur interim dum rex certioratur, & alium mittit, populus ipse, & eius nomine Decurionum collegiũ prouidet de iudice, prout pluries factum videmus. Et quæ consuetudo requi-
9 ratur, & quanti temporis: † crederem, quod eadem, quæ in prescriptione tempora requiruntur, requirentur, & in cõsuetudine hac introducenda, *prout ex l.1.tit.15.infra lib.4* deduci videtur, quæ generaliter in qualibet iurisdictione acquirenda loquitur. Sed iudices eligere nonne iurisdictionis est? Et negari non potest, igitur sub illa *l.1.* comprehenditur: & sic quod tẽpus illius legis ad nostram consuetudinem introducendam requiratur, *prout tenere videtur Auend. cap.1.num.21. vers. tertio deducitur.* Et an scientia Principis in introducenda hac consuetudine requiratur, dicemus Deo volente, *in l.fin.titul.1.infra lib.4.* Habes tamen notare, quod quando quis habet à Prin-
10 cipe titulum † super iurisdictione, tunc exercendo illam, contra vnum, vel duos, retinet eam contra omnes alios in eadẽ iurisdictionis specie. *Secundum Auend. dict. cap.1.numero 25. lib.1. & Boer. decis.227.numero 4.* Sed an si priuilegio aliquo per Principem concedatur alicui iurisdictio † ad be- 11
neplacitum ipsius Principis, mortuo Principe concedente, expirabit cõcessio, & iurisdictio illa, vel ius iudicẽ eligendi in populo aliquo? Et inquit Capitius *decisio Neapol.116.numero tertio*, quod non expirat vsque ad successoris aduentum. De cuius dicto dubitandum videtur, eò quod quotiescunque voluntas ponitur ad durationem, & perseuerãtiam alicuius actus, semper illa voluntas cessat, & finitur morte, *text. in l.4. ff. locati, & in l.certè ff. de precario*, declaratioq; voluntatis non transit ad successorem, † *prout ex dictis iuribus com-* 12
munem testatur, Antonius Gomez tomo 2.cap.11.nu.41. licet ipse ibidem, & in tomo 3.cap.8.num.5.contra velit tenere. Nisi dicamus, quod eò quod in Principis voluntate ponitur, sit idem ac si in volũtate personæ publicæ poneretur, quo casu non expirat morte, *secundum Antonium Gomez d.nu.5. in responsione ad argumenta pro contraria parte adducta:* & quia vsque ad successoris aduentum non videtur prędecessor desinere esse, vsque tunc prædecessoris volũtas durabit, alia in huius legis propositum, diximus *in l.2.tit.3.lib.2.supra.*

IN LEGEM QVARTAM.

1 *In reformatione & re electione officialis alicuius, omnes eligere debẽtes interessentes re electioni debent consentire, neq; sufficit maior pars.*

SVMMARIVM.

Quoto tempore prouidẽdi sunt assistentes, & correctores declaratur.

POR *Tiempo de vn año.* Notandum quod officia secularia debent esse annalia. *Facit text. in authen. de defensori. ciuit. in fine.* Ex quo licet extra propositum videatur, quia tamẽ singulare est, notandum existimo, quod vbi officia aliqua prouidentur, & eliguntur per populum & decurionum collegium, scilicet, quod quamuis factum à maiori parte regulariter † firmum sit, & 1
valeat, *vt in l. quod maior. ff. ad municipa.* fallit tamen, vbi tractaretur de reformatione, & reelectione alicuius officialis. Tunc enim non est sufficiens maior pars, sed nemine discrepante interessentium debet reeligi, *ex text. in auth. de defensoribus ciuit. §. fin. quem ad hoc singularizat Corser. sing. 386. verbo, vniuersitas, & Ias. in l. & suum §.1. nu. 8. limit.5. ff. de pact. & Roman. consil. 352. col.2. & in singul. incip. electio. & iterum in sing. incipi. iudex fuit interrogatus. Felin. in cap. cum omnes, nu.18. versiculo quarto fallit, de constitutio. & in cap. fi. num. 5. de iudi. Bar. in l. omnes populi, nu.16. in fi. ff. de iust. & iure vbi Oroscius col.59. in princ. & col. 824. vers. 20. communem hanc testatur opinionem.*

Mas de por otro año. Etiã si populus aliud petat, & supplicet, *secundum tex. in l.1.tit.7. infra ipso libro.*

IN

IN LEGEM QVINTAM.

1 *Collecta communis fit pro solutione salarij correctoris, & officialium, vbi desinunt pro principali.*

2 *Expensis iudicis negligentis punire delicta mittitur iudex pesquesidor.*

SVMMARIVM.

Salarium Correctorum, & aliorum officialium cuius expensis soluatur.

SE *Paguen de los proprios*. Idque moribus receptum dicit Goua. *in pract. c. 4. nume. 5. post medium*, sanctissimeque hoc fierit asserit propter commune bonum, & Oroscius *in l. fin. ff. de offi. assessorum, num. 9. & 10. col. 521.* Vbi ipse inquit, quod si propria populi deficient pro solutione huius salarij fiet collecta † communis inter eos, qui tributa conferre solent: collectamque hanc per singulorum capita faciendam, ibidem inquit ipse Oroscius, & Auen. *c. 2. prætorum, num. 7. in fine, lib. 1.* Et ponderanda sunt illa verba nostri text. ibi. *Que los paguen los que suelen pagar en todas las cosas que son en pro del Concejo, ô del lugar.* Quod ex ijs verbis, vt notat Oroscius *vbi supra*, in hac collecta, non tenebuntur aliàs à collectis exempti, & sic clerici & nobiles. Et nisi text. nostrum haberemus sic decidentem, quilibet responderet contrarium. Nam cum correctorum prouisio resultet in commodum tam exemptorum, quam non exemptorum, cum per eorum prouisionem omnes in tranquillitate viuant, & custodiantur, etiam exemptos contribuere debere videbatur dicendum, *argum. text. & ibi per me dictorum in l. 11. tit. 3. lib. 1. supr.* Tamen quia collecta hæc respicit vniuersos non vt singulos, sed vt vniuersos, & tãquam collecta, *concejal*, vt Hispanè loquamur, ideò ad eam soluendam illi solum, iubet tex. noster, quod contribuant, qui in similibus solent contribuere.

Alos que ansi hallaren culpados. Delictum enim particularium delinquentium, contra quos ob culpam eorum mittitur iudex pesquisidor non debet redundare in damnum populi; vt populi ipsius expensis mittatur, sed illorum, qui deliquerunt, *vt probatur in l. 7. & ibi glo. 1. tit. 17. par. 3.* Vel supple iudicis illius, propter cuius negligentiam † iudex ipse pesquisidor mittitur à Rege, *secundum tex. in l. 2. tit. 1. lib. 8. infra.* Nam nisi propter iudicis ordinarij negligentiã, vel delicti enormitatem, vel ob aliam vrgentem causam non debet talis iudex promoueri, *secundum tex. in l. 10. tit. 9. infra isto tit. & in tit. de los pesquisidores par. 7. & infra lib. 8. tit. 1.*

IN LEGEM SEXTAM.

1 *Correctores pro tempore tantum, quo in officio resident possunt salaria percipere.*

2 *Beneficium datur propter officium.*

3 *Industria correctoris prouisi censetur electa maximè adiecta clausula, Confiando de vos.*

4 *Industria personæ electæ non potest per substitutum seruiri, & ibi ampliatur, & limitatur.*

5 *Inquisitores hæreticæ prauitatis per se non verò per substitutum seruire possunt.*

6 *Assessor vel corrector, quamuis infirmetur non recedat sine licentia.*

6 *Salarium non denegatur officiali infirmo.*

7 *Infirmitas proprie, quæ sit. 8. & 9. quod appellatione infirmitatis de propria intelligitur.*

10 *Senectus an sit iusta causa se absentandi ab officio.*

11 *Infirmitatis nonaginta priuilegia remissiue.*

12 *Ex causa iusta non solum cognitio, verum, & punitio & executio mandari possint.*

SVMMARIVM.

Nullus Corrector potest esse absens ab officio, & populo, vbi præsidet, neque deseruire per substitutum sine licẽtia expressa, nisi in casibus nostra in lege declaratis, & sub eius pœnis.

SE *Ausentan*. Contra text. *in l. illud ff. de offi. præsid.* dicentem, qui prouinciam regit, fines eius non excedat, ne auxilij latio cum opus fuerit ciuibus desit, vt inquit Rebuf. *in concordata, titul. de collatio. §. 1. verbo, residentiæ, versi. quæro, an theologus, pag. 27. partis secundæ.* Vbi inquit sic in more fuisse Heduis, vt qui summum gereret Imperium finibus excedere non posset, nec tribuno plebis, diem integrum ab vrbe abesse licebat, *teste Alex. lib. 1. genialium, cap. 3.* Vigente tamen peste inquit *ibi* Rebuf. quod poterũt discedere etiam facultate non petita, nec obtenta à Principe: à curia tamen inquit *ibi* quod eam habere debent, de quo infrà.

No puedan lleuar salario, saluo por el tiempo que siruieren. Pro tempore enim residẽtiæ † tantum correctores salaria percipere possunt, vt per Auiles alia dicentem *in c. 1. prætorum, verbo, salario, num. 12.* Beneficium enim datur propter † officium, *secundum tex. in c. fi. de reseri. in 6.* & ideò priuatus officio, censetur priuatus beneficio, cum sit eius sequela *secundum gl. in d. c. fi. verbo, datur, & gl. officio in c. fi. de of. del. in 6. in c. 1. de reiud. in 6. & in c. pastoralis §. fi. de appel. & in c. fi. de of. vica. & in c. studeat 50. dist. & in c. præter. 32. dist. & in clem. cupientes, in gl. magna ad fi. de pœnis, Archi. & Præposi. in c. presbyt. 28. dist. cõtra glo. ibi, & tenet Abb. in c. latores, de cler. excom. vbi etiam bona glo. & Fel. in c. cum illorum, de senten. excom. Tiraque de cessante causa, verbo, beneficij, num. 47.* Cumque salariũ detur propter officium & eius gubernationem, & administrationem, si corrector non deseruit officio, debet carere salario ipsi officio constituto, *prout in proposito, inquit Rebuf. in 3. to. const. Franc. tit. de salar. taxat. prouidende processu, gl. 1. art. 1. n. 10.* Nam sicut qui ad onus eligitur repelli nõ debet à mercede, *sec. text. in c. cum sec. Apostolũ de præben.* ità & qui capere vult mercedem ipsam, onus ad quod eligitur, & propterquod merces constituta est, adimplere tenetur, & ei deseruire. Tu enim, commoda qui sentis, iungas onus emolumentis: *prout inquit optimè gloss. in dict. capitulo cum secundum*. Nam commodum

modum sentiens sentire debet onus, & è contra, *cap. qui sentit, de regulis iuris in 6.* Non enim est ferendus, qui lucrum amplectitur onus autē subire causat *secundum text. in l. vnica. §. pro secundo. C. de caducis tollen.* Et ideò quem honoro grauare possum, *vt. l. ab eo. C. de fideicom.* Item & quia, *vt inquit glossator Salmantinus in l. 10. tit. 16. lib. 2. ord. col. 631.* censetur electa industria personæ ipsius correctoris ad administrationem ipsius officij, ideò nimirum si ab eo recedere non possit absq; iusta causa, vel Principis licentia, 2 *tex. in c. si. de offi. del. c. is cui eo. tit. in 6* maximè si in prouisione adsunt verba, quę solēt quotidie apponi, *Confiando de vos que soys tal persona*, vt *in glo. seq.* dicemus.

Por substituto. Nam cum *vt proxima glossa diximus* 3 electa sit industria personæ † presertim si apposita sunt verba illa, confiando de vos, per quæ sola electam industriam esse demonstratur *secundum Auend. d. c. 3. præt. num. 5. vers. corrector. & c. 1. num. 25. in fine cum principio sequentis, lib. 1.* ideò nimium si per substitutum seruire non possit corrector talis, *prout nostro text. probatur, & l. 4. titu. 9. infra isto libro.* Nam per electionem industriæ adimitur potestas † seruiendi per substitutum, *secundum text. & ibi Docto. res in l. inter artifices ff. de solutio*, adeò, vt neque tunc defuncti factum, per hæredē eius impleri possit, *secundum Ias. in l. si sic. num. 18. fo. 186. ff. de verb. obligatio. & Ant. Gomez tomo. 2. c. 11. nu. 13. in medio, in 2. ampli.* Sed an tunc per filium deseruiri possit, vide dicta *in l. 1. glo. 2. tit. 3. lib. 2. supra*, per nos. Et quando per substitutum aliquid fieri non possit alios allegando tradit Auend. *cap. 4. præt. num. 43. lib. 1.* Et ijs de causis neque locum tenentem possunt correctores nominare nec ponere, nisi data eis & cōcessa sit licentia nominādi in prouisionibus Regijs, pout quotidie dari videmus, *secundum Auend. dict. c. 3. prætorum, num. 1. ad finem, & probari videtur in l. 10. inf. titu. proximo, ibi. Y mandamos que quando.* Quæ quidem lex. 10. non corrigitur per *l. 4. eiusdē tit. proximé sequen.* prout *in ea l. 4.* dicemus, quicquid voluerit Auiles *cap. 4. prætorum, verbo, iustitia, nu. 1. & iterum in verbo, escoja.* Eodemque modo & 5 inquisitores hæreticæ † prauitatis per se, non vero per substitutos deseruire debent, *secundum Simancas de institutio. Catholi. tit. 41. numero 35.*

Con justa causa, y licencia de los oficiales de concejo. Pondero copulatiuam illam, y, quasi justa causa absque licentia non sufficiat, neque licentia sine iusta causa: sed ambæ, & justa causa & licentia insimul debent concurrere, vt corrector absens salarium percipere possit, & pœnæ nostri tex. excusentur. Et sic inquit optimè Paris de Puteo, *de syndicatu, verbo, salarium, cap. 6. incipi, si officialis decedat, num. 2. fo. 400.* quod assessor licet infirme- 6 metur, & velit † ad domum propriam causam se medicinandi accedere, sit cautus, vt cum licentia recedat aliàs perdet salarium. Et sic debent alia verba nostri tex. limitari & intelligi, dum dicit, *Ocupado contiuuamēte por enfermedad*, scilicet, vt tunc infirmitas illa sufficiat, cum à loco ipso corrector talis cum licentia infirmus recedit. Tunc enim talis iufirmitas sufficiet, vt abesse possit etiā vltra nonaginta dies à seruitio ipsius officij, *vt & voluit Puteus vbi supra, cap. 3. numero 3.* Neque censenda est hæc maxima suppletio ad text. nostrum licentiam requirentem, cum per nonaginta dies debet abesse corrector, & excipit casum infirmitatis, in qua licentia requirere nō videtur: nam nulla suppletio, vis, neque violētia sit nostri tex. verbis, sed potius vna per alia verba declarātur. Si etenim disposuit supra text. noster, quod & cum iusta adest causa licentia concilij requiratur, ergo & cum infirmitas adest continua si salarium vult percipere corrector talis infirmus, debet esse cum licentia. Neque verba illa, *ni tampoco quando estuuiere*, sunt exceptiua, sunt potius copulatiua, & implicatiua precedentium verborum: nam dictio, nec, copulatiua est, & implicat, *vt alio in loco dicemus.* Item, quia lex præsupponit in principio adesse debere licentiam cum iusta causa: igitur quātumuis post dicat esse idem in infirmitate continua, debet intelligi cum præsupposito illo, quod licentia adsit. Neque dicendum est superfluè, text. nostrum processisse, eò quod infirmitas est iusta causa: igitur non erat necesse exprimere eam, cum de iusta anteà dixerit causa. Nam quia in infirmitate cōtinua erat maius dubium, an corrector absens perciperet salarium, quia inutile videbatur eius ministerium, si continua infirmitate laborabat, ideo text. noster expressit eam, neque superfluè processit.

Nouenta dias. Quod si per maius abfuerit tempus etiam cum concilij licentia perdet salarium, & insuper soluet pœnam duplæ, de qua in nostra lege: quamuis ipse corrector à concilio licentiam talem dante, repetere possit, id quod perdidit, & soluit, *secundum Auiles cap. 1. prætorum verbo, salario, num. 14. & 15. & Auend. in Dictionario, verbo, licencia.* Nam licentia inualida non excusat à pœna, *secundum Felinū in cap. cum causa, nu. 7. de offic. del. & alios allegatos per Mexiam in pragmat. del. pan, conclusione 1. num. 25.* Imo & tunc si præstiterint in absentia correctores *secundum legem sequentem* amplius officijs illis vti non possunt, neque vt iudices sunt habendi, nisi in casibus hic exceptis, & cum licentia.

Por enfermedad. Officiali enim infirmo † non 7 denegatur salarium, *secundum Puteum de syndicatu, verbo, salarium, cap. 3. nu. 3. & ante eum per Bart. in l. hi qui §. tandiu, ff. ex qui. cau. maio. & Iass. in l. diem functo, num. 48. ff. de offi. assessorum.* Et ideò *secundum Barto. vbi supra.* si Ambassiator infirmatur in ambassiata, debet ei solui salarium quoad redeat. Quod tamen Paris Puteus *vbi supra*, si vera est eius limitatio, limitat, nisi culpa ipsius correctoris prouenerit infirmitas, quasi tunc ei non prosit, quod tamē non credo ita indistincte verum. Nam & pauperibus culpa sua in paupertatem obuenientibus, vel carceratis subueniēdum est, *prout est cōmunis opinio, teste Couarruuia in lib. 2. Variarum, cap. 16. num. 9.* Nisi intelligamus ipsum Paridem de Puteo, quoties culpa illa fuit ordinata ad casum, putà, quia infirmitas hęc correctoris fuit ordinata, vt abesse posset ab officio. Tunc enim tanquam remedium procuratū nihil prodest, sed nocet potius, *ex. l. non omne ff. de statu lib. & in l. penult. ff. de iure dotium, & notat Couarruuias vbi supra, versic. secundo illud adnotandum*, & nisi sic limitationē Putei intelligas, falsam iudica. Item & secundo, verba nostri text. intelligēda sunt de vera infirmitate, & duratura. Nam verba in proprio, & potiori significato sunt accipienda, & in-

& intelligenda, neque ab ipsis recedere licet in dubio, *secundum tex. in l. 1. §. si is qui nauem, vers. in re igitur ff. de exercitor. l. non aliter, de legat. tertio,* & cum effectu sunt intelligenda. *l. 1. §. secundo ff. quod quisque iur.* Vera tamen, & propria infirmitas est
8 illa, † quæ ex humorũ excessu causatur, ex quibus succedit febris, *vt tradunt moderni Auinionenses, in tractat. legali, de peste in principio.* Et propriè de illo infirmo, qui in lecto iacet, & febre corripitur debent intelligi, *argumento eorum, quæ dicit Bart. in l. 1. §. hoc interdictum per tex. ibi. ff. de fonte, & Rebuffum in cõcordata Frãciæ, rubrica de collat. §. 1. verbo, impedimento in principio, pag. 3. & Felinum in reporto. suo, verbo, infirmitas est sufficiens causa, fol. 60.* Et sic inquit text. noster, *continuamente.* Nam si continuò grauis est infirmitas: & appellatione
9 infirmitatis † de graui est intelligendum, *secundum Gometium in regula cancellariæ, de infirmis resignan. quæst. 28. Et ita in simili declarat Oroscius in l. prima num. 11. col. 496. ff. de offi. eius cui man. est iur. & facit text. & ibi tradunt Bart. & Doctores in l. quæsitum, ff. de re iudica.* Tertio noster text. limitatur in casu in quo loquitur, scilicet, quoties abesse ab officio & ciuitate vellet Corrector, secus si in ciuitate etiã infirmus permaneret, tunc enim posset sustinere interim durante infirmitate, & percipere salarium officij. Et an infirmitas suorũ sufficeret, vt abesse posset, tradit Oroscius *vbi suprà.* Sed quid erit in senectute, an erit in iusta causa
10 senectus absentandi se ab officio, † & videtur dicendum, quod sic, quia ipsa senectus morbus est, vt inquit text. *in cap. magnæ, extra de voto,* vbi Abb. infert ad statutum disponens aliquid causa senectutis, *prout & refert Alcia. de præsumptio. regula prima præsump. 53. & nouissimè Baeça de debitore inope. cap. 7. nu. 11. & sequent.* Quoad nostrum tamen propositũ contrarium tenendum est: imo quod senectus non sufficiat: nam senectus propriè loquendo, non est infirmitas, sed debilitas corporis, secundum Felinum *in cap. quoniam frequenter. colum. penult. vt lite non cont.* & Alciat. *vbi sup. & facit text. in cap. 1. & in cap. nisi §. propter debilitatẽ, de renuntiat.* notant moderni *in cap. si propter debilitatem de offic. del. & in cap. si qui testimonium, de testibus*; quæ iura allegat Gometius *in dict. regula de infirm. relig. quæstio. 7. pag. 7. in paruis, versi. sed prædictis non obstantibus.* vbi ita in proprosítum voluit tenere, & probat tex. *in l. cui dens. ff. de ædili. edicto,* vbi text. dicit, quod carens dentibus non est infirmus, aliàs nullus senex esset sanus. Et quamuis senes proximiores morti dicantur quam iuuenes, non autem sunt ita proximi, quin non spem vitæ quinquennalis ex iuris præsumptione eis polliceatur, *vt inquit Alexand. in l. hereditatum. ff. ad legem falci.* vel saltim sperent per annum viuere, *vt inquit Roman. consil. 363 petit à me. column. prima, & ante ipsum Diuus Hieronymus 2. parte Epistolarum suarum, tit. 3. Epistol. 4. & tradit Gom. vbi sup. & in §. item si quis in fraudem, num. 25. instit. de actio,* & imputet sibi senex, qui dum esset talis officium iudicandi acceptauit, & de se, & non de alio conqueratur. Imò & potiùs officium simile iudicandi, & gubernandi senes & prouecti habere debent, & exercere, quam iuuenes, vt potè in senibus maior experientia, & præsumptio rectæ iustitiæ dari potest, tanquam morti proximioribus. Et quia cũ text. noster de propria infirmitate sit intelligendus, vt dictum est, non potest intelligi de senectute, vt potè, quia *secundum Alciat. vbi supra, ex l. 1. §. sciendum. ff. de ædili. edicto,* infirmitas dicitur esse actus cuiuscumque corporis contra naturam, senectus tamen contra naturam non est: igitur de ea non est intelligendus noster text. Quamuis si vltra senectutem adesset infirmitas esset iustior causa dandi licentiam absentandi, quam daretur iuueni infirmo. Et sic ex dictis habes vnum infirmitatis priuilegium. Alia quam plura infirmitatis priuilegia
† vide per Gomet. *in d. reg. Cancel. de infirmis re-* 11
signan. q. 9. per totam: & quomodo probetur infirmitas, tradit Héricus Bote. *in tracta. de sinodo Episcopi. 2. part. num. 59.*

O estuuiere en nuestra Corte. Cum licentia tamen Regis, vt infra dicitur, ibi: *Y con nuestra licencia.* Et an ex causa absentiæ non solum cognitio, sed & punitio † & executio mandari possit, & vide 12
Oroscium, *super ff. vet. col. 495. in fine cum sequen. super l. 1. ff. de offic. eius, cui man. est iur.*

Y mandamos que demas. Verba hæc determinant anxietatem, & dubitationem Francisci Auiles. *c. 1. Prætor. verbo, salario, num. 12. in prin.* dubitantis, num in casu, in quo esset absenti correctori imponenda pœna amissionis salarij pro tempore absentiæ, imponenda itidem esset pœna duplæ pro quolibet absentiæ die contra nostri text. dispositionem factæ, & ex ijs verbis probatur clarissimè quod sic.

IN LEGEM septimam.

1 *Priuatus officio censetur etiã priuatus beneficio.*
2 *Officialis iustitiæ nõ potest cum salario, vel, sine eo curiam adire pro negotijs ciuitatis vel populi, vbi, præest.*
3 *Corrector quantumuis pro proprijs negotijs existat in curia non potest salarium pro negotijs ciuitatis, quibus incumbit, percipere.*

SVMMARIVM.

Augmentatur pœna correctoris ab officio sine licentia, & causa iusta absentis, & quod non possit Corrector, vel eius officialis curiam vel cancellariam aliquam adire pro negotijs suæ ciuitatis expediẽdis cum salario, vel sine illo.

No vsen de los dichos oficios. Hic est tex. iũcto, vers. *Ni les acudan con salario alguno.* Probans, quod priuatus officio † censetur 1
priuatus beneficio. Et sic mercede pro officio constituta, cum sit officij sequela (nam beneficium datur propter officium, *vt lege supra proxima dictum est*) neque expressio hæc. Ni les acudan consalario alguno, aliquid plus debet operari, quam operaretur, sic tacite inesset, cum non apponatur aliter quam insit, nè dicamus propter expressionem hanc esse text. *hic*, contrariam regulam probantem.

Le ten-

Le tengan por nuestro Corregidor. Iuncto versic. *No vsen de los dichos oficios.* Ex ijs verbis notandum est legem suprà proximam, & eius pœnam ampliari, *per text. nostrum. prout ex eius summario patet,* scilicet, quod si vltra terminum ibidem determinatum iudex abfuerit à ciuitate sine licentia & iusta causa, vltra amissionem salaria illius temporis, quo abfuerit, amittat etiam in totum officium iustitiæ illius populi.

Ni les acudan con salario alguno. Intellige ex quo priuatus est officio *per text. nostrum*, & sic lapsis nonaginta diebus, *de quibus in lege suprà proxima.*

Que vsen el dicho oficio con los oficiales que el dicho Corregidor tuuiere puestos. Nisi verba hæc apponerentur in lege nostra, cum vacat officium Correctoriæ, etiam horum officialium officia vacāt: & tunc interim quod Rex prouidebat de Correctore & officialibus, concilium ciuitatis eos omnes eligeret, & nominaret, prout in alijs vacationibus diximus *in hoc titulo* fieri.

Con salario. Ex ijs verbis notat Auend. *capit. 2. Prætor. num. 9. in fin. lib. 1.* quod si Corrector, vel eius locum tenens adirent Regis curiam expositum negotia ciuitatis quam regunt, & administrant, non debent habere salarium pro negotiatione hac & pro tempore, quo in ea extiterint. Et quamuis Auend. *ibi* dicat, quod fuit *per tex. nostrum* prouisum, anno, 1544. fallitur, nam non fuit, nisi in anno 1535. Impressa tamen fuit lex nostra, in dicto anno. 1544. prout ipse *ibi* dicit. In eo tamen quod Auend. ibidē sentit, quod absque salario adire possent Correctores & Iudices curiam Regis, vel cancellariam pro negocijs suæ ciuitatis, est contra tex. nostrum, nullo modo permittentem hoc fieri, ibi: *Con salario, ni fin el.* Et sic potius sumenda est conclusio, scili-
2 cet, quod Corrector ciuitatis, neque alius † eius officialis non possunt adire curiam, vel cancellariam Regis pro negotijs suæ ciuitatis expediendis cum salario, vel sine illo: quod adeò verum crederem, quod quamuis pro suismet negotijs expediendis cum licentia Regis adeat ipse Corrector, vel eius officialis curiam vel cancellariam cum licētia Regis vel concilij ciuitatis, per tempus à lege suprà proxima permissum, & Decuriones ciuitatis pro expeditione negotiorū ipsius ciuitatis salarium ipsi Correctori, vel officiali iustitiæ constituerint, id quod pro salario tali eis soluetur, de suo Decuriones ipsi condemnandi sunt, vt soluant non verò de proprijs ciuitatis, vel populi. Et insuper Corrector ipse, vel officialis tale percipiens salarium in pœnis nostrę legis condemnari debent, gratis tamen bene posset Corrector intromittere se in expeditione negotiorum suæ ciuitatis, dum est in curia, vel cancellaria residens in expeditione propria, & hoc textus noster non prohibet.

IN LEGEM OCTAVAM.

SVMMARIVM.

Correctores in locis, ad quos prouisi sunt, instrumenta, & processus tenentur conficere & ordinare coram tabellionibus numeri loci illius, & non coram alijs.

E *Scriuano.* Alios tamen officiales iustitiæ secum portare poterunt, prout sunt Alguazeli, *secundum Auend. eam sic ponderantem in cap. 1. Prætorum, num. 11. vers. item ex dispositione, lib. 1.* Dum tamen non sit locum tenens suum: hunc enim absque præuia Regis licentia ponere non potest, *secundum quod dixi in l. 6. sup. eod.* Si tamen licentiam ad hoc habeat, prout iam hodie, *vt ibi diximus*, in prouisionibus datur, & conceditur, tunc etiam locum tenentem secum portare poterit, & eligere, dum tamen naturalem populi illius non eligat. Imo neque aliquem suorum officialium poterit naturalē nominare. Ex quibus est inferendum, quod neque ad formandam residentiam & capiendam poterit nominare alium tabellionem, quam de numero ciuitatis, nisi aliud in prouisione permittatur, *vt ex text. nostro probatur. & ex. l. 26. titul. infra proximo, vbi limitatur hoc vno modo.*

IN LEGEM nonam.

1 *Quando prouidendis processibus, & pro assessorijs iura capi possint.*
2 *Casus vbi Iudex priuatur officio.*
3 *Pœnæ priuationis non est locus, nisi in casibus à iure expressis.*

SVMMARIVM.

Correctores, & officiales salariati assessorias pro videndis processibus capere non possunt, etiam si per commissionem specialem Regis procedant, & literati non sint. Sed si literati sunt, quamuis nullum percipiant salarium nullas possunt capere assessorias, nisi tantum iura à legibus permissa, sub pœnis nostri textus.

A *Ssessorias, ni vistas de processos.* Gratis enim iudices iustitiam ministrare tenētur. *c. cum ab omni, de vita & honesta. clerico. l. iusta ff. ad l. Iuli. repet. tradit late † in propositum Auend.* 1
cap. 10. Prætorum, num. 6. lib. 2. & latius Auiles cap. 9. Prætorum, gloss. 1. & gl. por comission, & gl. ley. Idemque seruandum iubetur per iudices gabellarum, quamuis salariati nō sint, *secundum tex. in l. 12. tit. 7. lib. 9. inf. & est similis tex. nostro in l. 9. inf. tit. proxi. quæ secundum nostram est intelligēda, vt ibi dico.* Et vide optime gl. *in pragma. sanct. titu. de electio. c. sicut §. notarijs, verbo, scripserint:* vbi id ampliat etiam si fuerint iuris ignari, si tamen ad sciendum obligati sunt. Et cauendum est à dicto Auend. *in d. c. 10. nu. 6.* dum *ibi* allegat. *l. fin. tit. 21. par. 3.* ad probandum, quod iudices non salariati possunt ab vtraque parte recipere salarium assessoriarum nomine, *prout & voluit gl. deuen. in l. pen. tit. 21. part. 3.* Nam lex illa hoc non probat: sed tantū loquitur quoad assessorias prestandas consultoribus iudicum ipsorum. Has enim, si iudices ipsi non sunt literati, neq; salariati partes soluere tenētur: sed vt sibi ipsis iudices capiant, nullo modo. Nam

aut

aut iudices non salariati iurium ignari ex suo capite volunt processus determinare, & non possunt assessorias, quæ pro consilio quęrendo dantur percipere: aut consultorem & assessorem volunt assumere, & non sibi sed assessori soluendæ sunt. Et quoad iudices ipsos lex nostra omnino seruanda est, *secundum gl. in d. l. pen. verbo, deuen,* & sic aut Auend. & Gregor. *vbi supra*, malè loquuntur. Aut intelligendi sunt, vt loquantur in assessorijs soluendis consultoribus iudicum illiteratorum, & non habentium salarium. Itidemque caute legenda sunt dicta per Patrē Fratrem Antonium de Cordoua, *in summa & tractatu de casos de consciencia. q.* 110 Nam quamuis localiter in illa quæstione, aliud esset informatio consuetudinis, de qua *ibi* quærenda quam ibidem asseritur. Consuetudo enim, de qua *ibi* fortassis est inducta impressione, & oppressione dominorum prout regulariter est credendum, *ex dictis per Guidonem Papæ, consi.* 1. & quia contra nostras leges Regias, contra quas nulla est dominis in terris suis, & dominijs attributa potestas statuendi, vel excludendi eas, vt *in tit.* 1. *sup. lib.* 2. dictum est late. Et ideò cautè vnusquisque iudicum se habeat circa doctrinā illius summi patris, etiam in terris & locis, in quibus ipse loquitur, ex nostra lege, & ex alijs, quæ adduci possent, & quæ breuitatis causa omitto: videat ille, cuius res agitur. Alibi fortassis latius considerabuntur.

Pierda el oficio. Hic est vnus casus, vbi iudex of-
2 ficio priuatur, alios refert Auiles † *in d. verbo, ley*. Et habes notare, quod pœnę priuationis non
3 est locus, nisi in casibus à iure expressis, † *prout dictum est in l. 2. gl. 10. in 10. regula & casu, tit.* 1. *lib.* 2 *sup.* Sunt tamen, & alij casus in iure expressi, vbi est locus priuationi, de quibus per Ias. *in l. fin. C. de fideicom. & in l.* 17. *infra eod.* alius est casus, & *in l.* 23. *tit.* 25. *inf. lib.* 4. alios plures referemus.

IN LEGEM DECIMam, & vndecimam.

1 *Locum tenentes Correctorum iurisdictionem habent ordinariam.*

2 *Iure nostro Regio sicut canonico locum tenentes exercent, quæ sunt meri & misti imperij.*

3 *Vice rector electus ab eo, qui rectorem eligit, æqualis est ipsi rectori.*

4 *A locum tenente non ad Correctorem eius, sed ad Regem appellatur.*

5 *Iurisdictio correctoris, & locum tenentis par est, vbi & an auocari causæ ab eo possint per Correctorem à locum tenente, & an ei inhibere.* 6.

7 *Resistentia facta locum tenenti, punitur sicut facta Correctori.*

8 *Iudex potest cognoscere de iniuria ei facta quoties pœna est in iure determinata.*

9 *De ordinaria iurisdictione non oportet fidem facere sicut de legata.*

SVMMARIVM.

Qualitates Correctorum, & eorum locum tenentium, & salaria ipsorum in præsenti lege declarantur, & moderantur, & in quibus locis locum tenentes Correctorum antequam ingrediantur officium sunt in Regio consilio præsentādi, & hoc pro summario harum legum sufficiat.

SEan *suficientes*. Quorum qualitates, *vt dixi in l. 1. in glo. fin. supra eod.* in eorum electionibus inspiciendæ sunt.

Tenientes letrados. Non esset hoc parui momēti, si ita fieret, vereor tamen ne tales nominentur per Correctores, & ob id à Rege essent nominandi, *prout ex text. in l.* 22. *tit.* 9. *par.* 2. *notat ibi gl. les deue*. De quibus locum tenentibus facit vnum capitulum Auendano, *cap.* 3. *Prætorum, lib.* 1. vbi *num.* 2. inquit hos locum tenentes † iurisdictio- 1
nem habere ordinariam, *prout prius tenuit Maranta, in sua practica.* 4. *par. dist.* 5. *num.* 18. *pag.* 122. *in paruis*. Et sic quamuis iure ciuili ea, quæ sunt meri Imperij locum tenentes ij exercere non possent: alius enim quam à Rege electus sententias dicere non poterat iure ciuili, *& etiam l.* 18. *tit.* 4. *part.* 3. iure tamen nostro Regio in hoc concordante cum iure † canonico possunt optimè. Nam *vt* 2
inquit Maranta, vbi sup. & ex text. nostro probatur, in versic. y mandamos, prout. l. 6. *supra. eod. dixi* à Rege ipso cēsentur electi, cum in prouisionibus Correctorum, eis iniugatur, vt locum tenentes habeant sufficientes, & literatos: sed si permittit Rex nominari, cum omnia nostra faciamus (inquit Rex) quibus authoritatem nostram impartimur, meritò si locum ipsi tenentes iurisdictionem habeāt ordinariam, & si talem, quod omnia meri, & misti Imperij exercere possint, prout quotidie videmus, quod exercerent, *& tenebat Bar. relatus & secutus per Cassaneum, in consuet Burgund. rubr. des iustices rubr.* 1. *num.* 81. *col.* 19. *& nouissimè Olanus, in concordia Antinomiarum, in tracta correctionum legum Partitarum in* 3. *par. num.* 24. *in correctione dict. l.* 18. Pro quo, & facit, nam vice rector æqualis est correctori, † quoties eligitur ab eo, 3
à quo Corrector ipse, *secundum quod notat Bart. in l.* 1. §. 2. *de legat.* 3. *& Guido Papæ, decis.* 234. *& ibi additio. Quos ad hoc allegat Carolus Grasallis, lib.* 1. *Regalium Fraciæ iure.* 11. *pag. penul. in fine, cum sequent. & Boërius. de authori. magni consily, num.* 67. *& iterum decis.* 151. *num.* 4. Et tunc cum à Rege sit iste locū-tenens deputatus & æqualis Correctori poterit ea exercere, quæ sunt meri & misti Imperij, sicut ipse Corrector posset, *secundum Cassaneum, vbi sup. num.* 33. *ita declarantem, & sic declarabis etiam. l.* 4. *tit.* 9. *infra isto libr. vbi in l.* 1. *illius tituli alia de ijs dicentur*. Ex quibus deducitur, & infertur, nō posse à sententia horum locum tenentium appellari † ad Correctorem, sed ad Regem esse appellan- 4
dum, *secundum Auen. d. nu.* 2. *& Maranta, vbi sup. num.* 27. *pag.* 125. Infertur & secundo cum Auendano, *vbi sup. num.* 3. *versic. sexto, deducitur*, quod est par iurisdictio Correctoris † & locū tenen- 5
tis eius, & inter eos est locus præuentioni. Quāuis *secundū eundē Auend.* ibidem possit Corrector quandocūq; voluerit se intromittere, & cognoscere de eadē causa, de qua ipse locūtenens cognoscit: quia vicarius & locū tenēs est iudex subalternus: & sic poterit Corrector iubere suo locū tenēti, ne de causa cognoscat, reseruādo eam sibi.

Imo

Imo & aduocare poterit causas ab eo, *secundum Auiles, capit. 1. Prætorum, verbo, fiel, num. 42. fol. 32.* de qua tamen maximè dubito. Nam si paris iurisdictionis locũ tenens est cum Correctore suo, vt dictum est, quomodo potest par in parem Imperium habere contra iuris regulam? Nisi dicamus, *prout inquit Auiles, vbi sup.* quod potest Corrector hoc facere: quia sibi in prouisione officij datur & conceditur licentia remouendi locum tenentem, & reuocandi. Et si in totum hoc facere potest, *secundum Auiles, vbi sup. & Auen. d. c. 3. num. 2.* à fortiori poterit inhibere, & aduocare causas ab eo, quod minus est. Quod tamen intelligerem, iusta existente causa inhibẽdi, vel aduocandi, non verò aliàs. Nam sicut absque causa non posset locumtenentem semel positum, Corrector ipse reuocare: nam verba prouisionis quantumcumq; generalia de habilitate sunt restringenda, & declaranda, *secundum text. in l. vt gradatim. §. 1. ff. de mun. & honoribus*: sic neque sine
6 causa poterit † inhibere Corrector, vel ab eo causas aduocare. Nam verba etiam ad arbitrium & voluntatẽ posita arbitrio boni viri sunt regulanda, *vt l. 1. de legat. 2. l. si libertus ita. ff. de oper. lib.* Et ita sine causa, teneo Correctorem non posse locum tenentem suum reuocare, neque ei in causis inhibere, vel ab eo causas aduocare: cum pares sint in iurisdictione, & vterque ordinariã à Principe habeat, *vt supra diximus*. Sic enim & videmus, quod Vicatius Episcopi confirmatus à Papa, non potest per Episcopum remoueri, *secundum Ripam in cap. 1. num. 44. de iudi.* beneficiumq; Principis decet esse mansurum, *vt capit. decet. de regu. iur. in 6. & facit gl. in Clem. dudum. §. & si idem. de sepult. & ibi Card. q. 6.* Ex quibus & tertio infertur, *secundum Auen. d. c. 3. num. 4. illatio. 10.* quod idem honor debetur locum tenenti, sicut Rector quando vtrique ab eodem sunt constituti, *vt sup.*
7 *dictum remanet*: & ideò resistentia, † quę fit locum tenenti, punitur, sicut illa, quæ fit Correctori, *secundum text. in l. 5. tit. 22. lib. 8. infra.* Imò & *secundum eundem Auen. vbi sup. per quandam legem ordi. quam ibi allegat, & iam est l. 7. tit. 1. li. 7. inf.* ipsemet iudex, cui facta est resistentia, potest esse iudex in causa ipsius resistentiæ, prout quotidie fit, & à fortiori in facta suis officialibus. Et quãuis illa lex non ita clare hoc assumptum probet, *prout ipse Auend. opinatur*, de iure tamen, cum *in d. l. 5. tit. 22. lib. 8. infra* sit pœna contra resistẽtes determinata, iure potest ipse iudex, cui resistitur, in ipsamet resistẽtia ei facta iudicare, & cognos-
8 cere. Nam cum pro delicto notorio † iudici facto pœna est in iure determinata, bene potest ipse iudex in eadem causa iudicare, *vt per Bal. & DD. in authen. qua in prouincia, C. vbi de crimi. agi oportet, & Felin. in cap. cum venissent, num. 4. & ibi Abb. extra, de iudic. & tenet Anchar. in c. 1. de pœnis in 6.* Vbi inquit Anchar. quod tunc, si iniuria est occulta, & pœna arbitraria capiat delinquentẽ habita prius informatione, & remittat superiori, quod & alios referendo tenet Auendano, *cap. 5. Prætorum, nu. 8. lib. 1.* Hoc tamen quod iudex propriæ iniuriæ iudex esse possit, si pœna tunc in iure determinata reperiatur, intelligo verum, quoties ille aliàs esset competens iudex ad cognoscendum in prima instantia. Quia si non esset, putà, quia tantum in gradu appellationis cognosceret, vt in iudicibus dominorum temporalium, qui de iure non cognoscunt, nisi in secunda instantia, & sic in appellationis gradu, *secundum Auend. c. 6. Prætorum, num. 2. & 3. lib. 1.* tunc non poterit iste talis iudex de resistentia, vel iniuria ei facta cognoscere, quia de prima instãtia iudex non est: sed debet conqueri de hoc coram eius superiore, *secundum Auen. d. c. 5. Prætorum, num. 8. lib. 1.* in quantum *ibi* cõsiderat, quod in casu, quo dominus vel eius iudex habeant primam instantiam cognoscunt de iniuria sibi facta, quasi secus si non cognoscunt, vel nisi de consuetudine haberent cognoscendi de propria iniuria. Quod & clarius tenuit & voluit ipsemet Auẽda. *c. 11. Prætorum, num. 5. lib. 1.* Et in casu quo iudex talis non haberet de hoc cognoscere, cõsulerem, vt informationem de iniuria faceret, & facta caperet delinquentem, & sic captum cum informatione & processu superiori remitteret, & *ibi* conquereretur de eo. Tunc enim non potest dici se in primam intromittere instantiam, quandoquidem remittit causam superiori, quilibetq; etiam priuatus potest in fraganti delicto capere delinquẽtem, & iudici suo præsentare intra 24. horas, *vt l. capite quinto ff. de adulter.* Et quia si forte sic non fecisset aufugisset reus, essetque dedecus ipsi iudici maiori conqueri se coram inferioribus eius, & sic coram illis, qui de prima instantia in loco illo haberent cognoscerẽ, & à quibus ad ipsum appellatur. Cogita tamẽ quia noua & singularia, & iuridica censeo. Vlterius infero quod quamuis iudici delegato non credatur, nisi de commissione eius constet. *Vt per Guid. Pap. decis. 322.* cum tamen ij locum tenentes ordinariã habeant iurisdictionem, eis, quamuis commissionem non demonstrẽt, creditur. Et videmus quotidie credi etiam extra territorium: nam de ordinaria 9
† iurisdictione non oportet fidem facere, sicut de delegata, *secundum Bal. & eius addit. in l. ea quidem, num. 14. C. de accusatio.* Alia de ijs locum tenentibus vltra Auend. dict. *c. 3. lib. 1.* tradit Auiles, *cap. 4. Prætorum, verbo, tierra, & verbo, que les diere, & verbo, iustitia*, quæ per ipsum videri possunt. Inibique tradit qualiter debent esse literati, & bonis moribus præditi, & qui esse nõ possunt locum tenentes *ibidem* declarat, de quo & per Auen. *d. c. 3. in tribus finalibus col.* Et vtinã cum omnibus populis seruaretur lex nostra 11. fortassis enim populi aliter gubernarentur, & negotia expedirentur, & aliquando existimo faciendum fauente Deo, non enim aliud negotia patiũtur.

Y mandamos, que quando fueren. Non corrigitur versiculus hic *per. l. 4. infra tituli proximi*, prout *ibidem* dicemus volente Deo.

IN LEGEM DVODECIMAM.

1 *Nemo debet in officio refirmari, nisi prius fuerit syndicatus.*

2 *Suspensus ab officio non potest pendente appellatione ad nouum eligi honorem.*

3 *In spiritualibus suspẽsus ab officio nõ suspẽdit sententiã suspensionis per appellationẽ interpositã vt in sententia excomunicationis, & interdicti.*

4 *Sententia propriè illa dicitur, quæ transit in rem iudicatam.*

SVM-

SVMMARIVM.

Prius videnda est, & Regi consulenda exequendaque residentia capta, quam syndicatus iudex nouum possit assumere officium, idque in iudicibus, de quibus in præsenti procedit.

H*Asta tanto que su residencia sea vista, consultada, y executada.* Reos enim criminis postulatos nouos honores appetere non debere antequam purgauerint innocentiam suam, *probat text. optimus in l. vnica. C. de re.* §.
1 *postulat lib.* 10. Nemo † enim debet in officio refirmari, nisi prius fuerit syndicatus, secundum Bart. *per text. ibi in l. neminem C. de suscep. præposit. & arca. lib.* 10. tradit Affli. *libr.* 1. *constit. Sicil. rub.* 29. *n.* 29. & Auiles, *cap. iudicum syndicatus, verbo, suspenda. in fin. fol.* 273. vbi dictam l. vnicã allegando, inquit, quod
2 qui suspenditur ab officio * non potest pendente appellatione vocari ad nouum honorem, *& vt tenet Maranta, in pract.* 6. *part. tit. de appellat. numer.* 193. *par.* 593. *in paruis.* Quod intelligo prout ipse loquitur, scilicet, quotiescumque in syndicatu quis suspenditur propter delictum in eo commissum, secus si extra syndicatus instantiam condemnaretur quis in suspensione habiti officij. Nam tunc in temporalibus suspenditur per appellationem suspensio ab officio illo imposita, *secundum Auend. c.* 19. *Prætorum, nu.* 25. *fol.* 124. *lib.* 1. *vt Deo volente dicemus in l.* 2. *titul.* 7. *& l.* 14. *eod. tit.* 7. *infra eod. in gl.* 2. *Fundaturque ex l. non tantum ff. de appellatio.* In spiri-
3 tualibus vero suspensus ab officio, † non suspendit sententiam suspensionis per appellationem interpositam ab illa sententia, nisi sententiam ipsam præcedat appellatio, sicut in sententia excommunicationis, & interdicti dispositũ est, *ex text. optimo in cap. is cui de sentent. excommu. in* 6. *tradit Sylues. in summa, verbo, suspensio, num.* 3. Et hoc nisi suspensio in vim pœnæ imponeretur. Quia tunc etiã in spiritualibus talis suspensio in vim pœnæ imposita suspenderetur per appellationem post interpositã, prout attentari posse, inquit Abb. *in c. sæpè, nu.* 16. *de appellat.* quem *ibidem* sequitur Præposi. *num.* 38. *fol.* 48. & idem Præpositus, *in cap. verum, nu.* 16. *fol.* 59. *de appellat. extra*, inquit, quod non esset sacrilegium tenere cum illo dicto Abbatis. Verumtamẽ, quoniam text. *in d. c. is cui*, generaliter loquitur, aliæque quam plures rationes, quam medicina animæ: quare appellatio post interposita non suspẽdit suspensionis sententiam in spiritualibus, dãtur per Abb. & præposit. *num.* 12. *cum pluribus seq.* 7. *in d. c. verum*, quæ & in doctrina Abb. militare possunt, & in concernentibus animam, quod certius est tenere debemus. Non consulerem, etiam vbi suspẽsio officij imponitur in pœnam officium in spiritualibus exerceri posse, propter solum dictũ Abb. nisi præcedente licentia iudicis, a quo, vel ad quẽ, qui faciliter fortassis concedent propter Abbatis dictum, maximè existente iustitia pro appellante. Quoad nostrum tamẽ propositum, si pœna suspẽsionis syndicatu etiam in tẽporalibus apponatur, non suspenditur per appellationem ab ea interpositã, licet extra syndicatus instantiam in temporalibus, *vt dictum est* suspenderetur, *secundum Auend: vbi supr.*. Et sic lata sententia suspensionis in syndicatu, non debet suspensus officio veterem honorem exercere, neque ad nouum aspirare vsque dũ reuocetur sententia per superiorem & sententia syndicatus sit consultata, & executata, *secundum text. nostrum.* Et si interim pateretur se ad nouum eligi officium puniri posset pœnis statutis contra assumentes officia, ad quæ de iure inhabiles sunt: *de quibus per Auend. cap.* 19. *prætor. num.* 22. *lib.* 1. *& Suarez allegatione* 12. *in antiquis, fol.* 148. *pagin.* 1. *in fine, optimè per Abb. in cap sciscitatus, num.* 14. *de rescriptis, vbi eius additio literis G. & H. alia de ijs pœnis dicit.* Supradictam tamen intelligo conclusionem, quoties finito iam officio syndicantur iudices, secus si durante officio syndicarẽtur, quo finito syndicatu in eodem officio remanere debebãt. Tunc enim, si per sententiam suspenderentur ab officij exercitio, interposita appellatione à tali sẽtentia optimè posset officium exerceri, ex ijs, quæ, fauente Deo, dicemus *in l.* 2. *maximè in l.* 14. *in gl.* 7. *tit.* 7. *infra isto lib.* Adeoque vlterius nõ debet promoueri ad nouum officiũ non syndicatus de veteri, quod lapso tẽpore duorum annorum, in quibus quis officium exercuit etiam petente populo non potest *ibidem* ad illudmet officium promoueri, vsque dum illorum duorum annorũ residentiam faciat, *secundum text in l.* 1. *tit.* 7. *infra illo libro.*

Que los tenientes de Merinos. Imò & ij locum tenentes Merinorum & Alguazeli maiores, quãuis residentia eorũ visa fuerit, & sententia terminata, adhuc non poterunt ad illud officium promoueri, donec post transierint tres anni, *secundum tex. in l.* 26. *tit.* 23. *lib.* 4. *infra, quæ iuncta cum hac lege nostra, ita probat, & per illam nostra in hoc declarabitur, & ampliabitur dicto modo.*

Sean vistas. Non videbuntur tamen in Regio consilio, nisi prius doceatur aliã residentiam, si quę ante illã capta fuerat, fuisse iam visam & executatam, secundum quod in prin. huius l. nostræ dictũ est in Regijs alijs iudicibus, quam istis Merinis, & eorum locũ tenẽtibus. Quoad quos sufficiet probare primã residentiam visam fuisse, & prouisum circa eã, quod iudicibus supremis visũ fuerat prouidendum *ex text. in l.* 39. *tit.* 4. *lib.* 2. *supra.*

Esten sentenciadas. Sed an sufficiet, quod in prima syndicatus instantia sententiatæ sint, pendeat tamen earum appellatio, & quantumuis quibusdam videretur quod sic, non est verum, neque hoc sufficiet: sed requiritur etiam quod in gradu appellationis sint reuisæ, & determinatæ, & in rem lapsę iudicatam: cum propriè illa † dicatur sentẽ- 4
tia, quæ in rem transiuit iudicatam, & à qua vlterius appellari non potest: ex tunc enim pro veritate accipitur, *secundum text. in l. res iudicata ff. de re iudi. Quam ita intelligit Sylues. in summa, verbo, sententia, nu.* 10. & ita tenendum est, quamuis aliud, & malè fieri audio in locis dominorum.

IN LEGEM DECIMAM-TERTIAM.

1 *De fideiussoribus iudicum, remissiue.*
2 *Fideiussores iudicum in eo, quod iudices*

non soluere possunt censetur fideiubere: & ideò excussio requiritur etiam si eius beneficio renuntietur. & 3.

4 *Debitore notorie existente non soluendo nulla requiritur excussio.*

5 *Fideiussoribus quatuor pro iudice obligatis vnusquisque pro parte tenetur.*

6 *Iudex, an possit esse fideiussor alterius?*

7 *Fideiussores iudicum, an possint ante syndicatum se liberare à fideiussione?*

8 *Timens pro altero grauari potest de remedio iudicem implorare.*

SVMMARIVM.

Assistentes, & Correctores intra triginta dies postquam ad officia recepti fuerint, tenentur fideiussores præstare legales & sufficientes, non vero prohibitos fideiubere, sub pœna.

A *Dar fianças.* De ijs iudicum fideiussionibus, quomodo & qualiter sint præstandæ
1 † tradit Amædeus de Castello, *in tract. syndica. nu. 206.* & Paris. *de syndica. verbo, fideiussor, officialium, fol. 206. l. 6. tit. 4. part. 3.* & è nostris Auend. *cap. 2. Prætorum nu. 15. cum 3. sequentib. li. 1.* vbi inquit, quod latè debet capi fideiussio hæc, & quomodo, & Auiles, *cap. 3. syndicatus, nu. 19. cum sequent. glos. 1. fol. 266.* In quorum fideiussorum proposito vnum perpetuo notandũ est, scilicet, quod cum fideiussores ij, nisi aliud appareat ex fideiussione, ad quam attendendum dicit Auend. *vbi supra*, fide iubere pro magistratu censentur in eo
2 quod deerit ex eius † facultatibus, *secundum text. in l. 3. § fin. ibi postquam res ab eo. ff. de administ. rerũ ad ciui. perti. quem ad hoc famosum dicit Suarez in tit. de los emplacamientos, §. quæritur vlterius, num. 11. pagina, mihi 398.* Et sic nullo modo poterunt conueniri, *secundum eund. Suarez, ibi num. 8.* & Auiles, *cap. 10. iudicum syndicatu gl. 1, nu. 4. fol. 274.* ante ex-
3 cussionem factam in bonis talis * Magistratus, pro quo fideiusserunt, etiam si ab eis renuntiatum sit beneficio excussionis: cum renuntiatio hæc non possit tollere fideiussionis naturã, *secundum Suarez, vbi supra, num. 8.* Et natura fideiussionis indẽnitatis, vel quantominus à debitore consequi possit, hæc est, vt conueniri fideiussor non possit, nisi prius facta excussione in bonis principalis, *secundum Suarez, vbi supra, numer. 7. pag. 397. & Ant. Gom. tom. 2. c. 13. num. 3. vbi corruptè allegat Suarez & Ias. in l. decem, num. 7. & 9. ff. de verb. oblig. & in l. si ita stipulatus fuero, te sisti. §. 1. num. fin. fol. 128. ff. de verbor. oblig. Bart. ante eos, in l. 1. nu. 2. Cod. de conueni. fisci debi. lib. 10. & ibi Additio litera A.* Et propriè tunc talis fideiussor expromissor dicetur, *secundum Ant. Gom. vbi supra, & Afflictis, decis. Neap. 318.* Et quia hoc casu excussio requiritur pro complemento conditionis illius, si à debitore exigi nõ possit, neque recuperari, non vero ex beneficio fideiussoribus concesso, *secundum text. vbi glo. & Doctores in l. fin. ff. si certum peta. Et hanc communem testatur Ant. Gom. vbi supra, & Duenas, regul. 335. ampli. 2.* etiam si talis fideiussio sit iurata, *secundum Ias. in d. l. pen. num. 2. ff. si cert. pet.* Imo & Duen. *lib. 20.* in simplici etiam fideiussione plures allegat idem tenentes, quia iuramentum non alterat naturam contractus, vel obligationis, sed fortificat eam: Et si renuntiatio expressa beneficij excussionis nihil hoc casu operatur, quanto minus operabitur tacita, quæ per iuramentum induci posset. *De quo tamen vide nouissime conciuem nostrum Doct. Gutier. in suo perutili tracta. de iura. confir. 1. par. c. 23. nu. 26.* Limitari tamen debet hæc communis opinio, primo, nisi notorium * es- 4
set iudicem talẽ non esse soluendo, quia tunc nulla requiritur excussio, *secundum Afflict. vbi supr.* Et quia in hoc casu regulare est, vt licet aliàs requiratur tunc minime, *secundum glo. in l. 14. in 14. limi. ti. 13. part. 5. & Ant. Gom. d. c. 13. num. 14. & Villalobos in arario mille com. opi. litera F. num. 111.* putà, quia publicata sunt omnia bona Magistratus. Tunc enim nulla excussio requiritur, *secundum Dueñas, vbi supra, limi. 15.* Item & secundo limitatur dicta communis, nisi fideiussio talis esset ample, & late capta, secundum Auend. *vbi supra*, & dicam Deo *volente in l. 23. gl. pen. tit. 27. infra isto lib.* Vbi, *& in gl. presos*, dicemus num sufficiet iuratoria cautio si fideiussores talis corrector non reperiat. Vlterius notandũ est, quod in ijs fideiussoribus officialium iustitiæ, inquit Castillo *in l. 16. Tauri, nu. 5. fol. 161.* quod quatuor † fideiussoribus syndicatus obliga- 5
tis etiam in solidum, vnusquisq; eorum tantum tenetur pro parte quarta, & non pro alijs. Et ita dicit vidisse pronunciatum in Regio consilio. Quod est optimum si verum est: quia licet fideiussores in solidum obligati iure ciuili haberent beneficium diuisionis, iure tamen Regio non, secundum Villalobos, *in Antino. iuris ciuilis, & Regij litera. F. num. 13.* & dicemus annuente Deo *in l. 1. tit. 16. lib. 5. inf.* quæ pro hac opinione facere videbatur. Et esset iuris Regij hæc maxima limitatio si in practica obtineretur pro ea. Sed an ipsemet iudex poterit † es- 6
se fideiussor alterius, putà in terminis legis de Toledo, vel de iudicio sisti, & iudicato soluẽdo, *tradit Auiles c. 3. syndicatus, n. 23. fol. 266.* Dubiũ tamẽ optimum est in propositũ, num si à iudice dum est in
syndicatu † fideiussores eius petant, vt iudex syn- 7
dicandus præbeat alios in fideiussores, vt ipsi liberentur à fideiussione illa, aliàs eo renuente dare alios, capiatur & incarceretur, admittetur talis petitio? & videtur dicendũ quod sic. Nam isti sunt obligati per instrumentũ guarentigiũ, & sic condẽnari cẽsentur. Ergò statim agere possunt, vt liberẽtur à fideiussione, *arg. dictorũ per Ant. Gom. d. c. n. 10. & per glossatorẽ Salmantinum, in l. fin. in fine, tit. 8. lib. 3. ord. col. 1112. vers. quæro de quæstione*: & quia timẽs
* pro debito alterius grauari potest iudicis offi- 8
ciũ implorare, vt inhibeat ne id fiat, *secund. Suar. allegati. 4. col. penu. in medio, per text. in l. 3. C. qui bon. ced. pos. & per dicta per Guidon. decis. 117. nu. 2.* Nihilominus tamen in nostro casu contrarium determinat Auiles. *d. n. 22.* imo quod hæc petitio dictorum fideiussorũ audienda nõ sit, prout pluries non audiri vidi. Tum quia doctrina illa relata per glossa, Samãt. *vbi sup.* non vsquequaq; vera & tuta est, *secund. Ant. Gom. vbi sup.* Item & quia fideiussores ij, vsque dum syndicatus instãtia finiatur, nõ sunt obligati, igitur antequã obligati sint nõ possunt petere se eximi ab obligatione, & fideiussione *ex dict.*

per

per Ant. Gom. d. nu. 10. & ex gl. in l. Græcè. ff. de fideiussor. quam commendat Auend. c. 2. Prætor. nu. 16. in princip. lib. 1. Ex qua glo. desumitur regula, scilicet, quod non liberatur persona, quæ se aliquo tempore debet in aliquo opere exercere, nisi per omne illud tempus se exerceat, ex causa tamen peti potest vt datæ renouarentur cautiones, *secund. Rebuff. 1. tom. constit. Fran. tit. de sentent. executor. art. 1. gl. 16. nu. 28. cum aliquibus sequent.*

IN LEGEM DECIMAM-QVARTAM.

1 *Commendatarij sancti Ioannis verè religiosi sunt, & num. 2.*

3 *Commendatarij S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ militiarum laicis magis quam clericis assimilantur: & ideò possunt officia secularia exercere, quod tamen commendatarij sancti Ioannis non possunt, vt ibi.*

4 *Milites sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, an gaudeant priuilegio fori?*

5 *Milites sancti Ioannis sunt veri milites, & priuilegijs militaribus gaudent.*

SVMMARIVM.

Milites solum sancti Jacobi de Spata, Calatrauæ, vel Alcantarensis ordinum possunt officia iustitiæ exercere, & administrare.

TRaxere habito de la Orden, Religiosis enim prohibitum est negotia secularia tractare, *prout diximus in l. 15. titul. 16. lib. 2. supra.*

De san Iuan, o otro algun religioso. Ex ijs verbis
1 clare colligitur & infertur commendatarios * hos sancti Ioannis esse vere religiosos, ponderando dictionem illam, *o otro algun religioso*. Quæ quidem dictio, *otro*, est repetitiua similium, *secundum Bal. in l. conuenticulam. C. de Episc. & cleri.* & cum verbum, *religioso*, sequatur, manifestè patet, hos sancti Ioannis commendatarios, de quibus præfatũ est, religiosos esse, & vt tales non possunt esse vxorati, imo sunt ex constitutione sui ordinis verè professi, & religiosi voto adstricti, & possunt dici fratres: licet causa militiæ contra Turcas & Saracenos arma non deposuerint, secundum Cassa. & alios relatos per Auen. *c. 26. Præto. num. 11. lib. 2.* & Duesi. *regu. 55. lim. 4.* Qui & *in reg. 103 lim 6.* quærit, an succedant in feudis, & *in reg. 100. ampli. 5.* quærit, an sint immunes à collectis & contributionibus. Ij enim sancti Ioannis religiosi omnia tria vota sicut aliorum ordinum religiosi profitentur: cõmẽdatores tamẽ S. Iacobi de Spata, Calatrauę,
3 * & Alcantarẽsis militiarum, quãuis votum etiam castitatis faciant, ex permissione vero Pauli 3. Pontificis maximi votum castitatis, reductum est ad castitatẽ cõiugalem: quantũuis enim vxorati sint, in castitate tamen viuere dicuntur, *text. in cap. hæc scripsimus. 30. dist. c. Nicena 31. dist.* Et sic non ex toto religiosi sunt, sed potius laicis magis, quã clericis & religiosis assimilãtur, secundũ Auen. *vbi sup. nu. 11. & Mont. ibi per eum allegatũ, & Soto, relatum per Cou. in 4. p. 2. c. 3. §. 1. n. 18. fol. 28. & gl. magnam in l. 1. tit. 7. par. 1.* & nouissimè Doctor Molina, *de primogenijs Hisp. lib. 1. c. 13. nu. 98.* vbi ex hoc inquit in maioratu etiã iurisdictionem annexã habẽte succedere posse hos trium posteriorũ ordinum supra relatorum cõmendatores, quantũuis religiosi exclusi sint per fundatorẽ, nisi expresse religiosi militiarũ ordinũ excludãtur, *vt ibi per eum*: cumq; laicis magis assimilentur, nimirũ si ex nostri text. permissione possint hæc officia secularia exercere. Quamuis Didac. Per. *l. 10. tit. 11. lib. 4. ordi. col. 1530.* aliud velit. Cuius opinio posset procedere in ijs, qui sunt intra claustra monasterij seruitio illius deputati in habitu clericorum, ordinibusq; saltim subdiaconatus initiati: vnũ tamen inquit Did. Per. *hic sub l. 12 tit. 6. lib. 2. ordi. col. 633. in prin.* scilicet, quod Princeps expresse derogando nostræ legi posset facere & permittere, quod prohibiti officia hæc secularia exercere, prout sunt illi sancti Ioannis commendatarij, possent illa obtinere & acceptare. Non enim tenetur Princeps legẽ sibi imponere, à qua recedere nõ liceat, *l. si quis, in princ. de leg. 3.* Et tunc dicit cessare cõtra talẽ dispensationẽ vitiũ obreptionis, & subreptionis, & dicit etiã facere rationẽ *l. fin. C. de crimi. sacril.* Quod tamen apud me dubium est circa hos S. Ioan. religiosos, eò quod verè religiosi sũt, neque secularibus negotijs se debẽt immiscere, vltra quã instituti regula permittit. *Et ita voluit Mincha. de succes. creatio. §. 26. nu. 76. hanc rationẽ tex. nostro assignare.* Non. n. *sec. eum* dicendũ est, eos, qui hoc sęculũ, orbẽ, hominumq; cõmertia, vt ad diuini numinis cultũ se conferrẽt derelinquunt, rursum ad res humanas aspirare, varios incõstantesq; reuolare, *prout & iterũ repetit ipse Mincha. in §. 30. n. 334.* Cumq; ita sit, Principis licentiã quoad hos S. Ioannis cõmendatores nõ sufficere arbitror, *prout Did. Per. arbitrabatur*, nisi & superioris eorũ licẽtia & sanctissimi Pontificis interueniret, quæ quidem maxima nõ interueniente causa minime daretur, neque cõcedi deberet. Sed an & milites ij S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ militiarum saltim † in 4
criminalibus priuilegio fori gaudebũt, vel sui ordinis tangit late gl. magna *in d. l. 1. tit. 7. part. 1.* & in duobus militibus Alcantarensis, videlicet, & Calatrauę militiarũ criminaliter accusatos vidi & audiui à iurisdictione seculari exẽptos, & pro punitione remissos ad superiores sui ordinis, & in militibus S. Iacobi concordia sic esse decisum inquit gl. illa *in d. l. 1.* Notandum etiam est, quod ij cõmẽdatores Rhodi, qui nũc S. Ioannis vocãtur, & qui pro Christiana republica contra Turcas & infideles pugnant, & quotidie sunt in habitu & potentia pugnandi, sunt veri * milites, & qui priuilegijs mi- 5
litaribus gaudent, *secũdum Did. Per. in l. 1. col. 1319. tit. 1. lib. 4. ordi. & in col. 1326. allegat Albe. in l. licet. C. locati. col. 2. melius quam alium tractantem*, qui sint milites, & qui priuilegijs militaribus gaudere debeant, quorum requisita *ibidem* ipse Didac. Per. *col. 1318.* posuit.

IN LEGEM DECIMAM-SEXTAM.

1 *Limites & confinia per lapides erectos probantur.*

2 *Limites in instrumento signati probant dominium inter partes enuntiantes, & illis statur.*

3 *Limitum diuersitas, an faciat præsumi rem esse diuersam.*

4 *Limites debet personaliter Corrector visitare, & lapsos erigere & punire mutantes eos.*

5 *Vbi agitur de publica vtilitate non debet recedi à persona nominata.*

6 *Proconsul est generalis visitator & circuitor totius prouinciæ.*

7 *Limitum & terminorum quis fuit primus inuentor, & an eorum amotor gaudeat libertate Ecclesiæ.*

8 *Singuli de vniuersitate, an possint esse testes in causis limitum & terminorum.*

9 *Sententia terminorum lata cum aliquo ex vassallis an prosit, vel noceat domino.*

SVMMARIVM.

Correctores tenentur ponere & reparare limites, & signa inter hoc Regnum & extraneum, vel cum alijs territorijs Regni confinantia.

1 PO*ner hitos y señales*. Hic est vnus modus † probandi limites & confinia locorum, scilicet, per lapides erectos, *secundum text. in l.1.§.qui in rebus ff.de falsis, l. qui tabulas, in princ.ff. de furtis*, & ad cognoscendos fines fundorum dicit ponendos esse limites, *text.l.fin.titu.15. part.6. quam allegauit ad hoc Auend.cap.4. Prætor. num.19. & 20.lib.1.vbi alios probandi modos refert, de quibus & per Auiles c.6.Præt.verbo, terminos, & verbo, ley de Toledo, n.14.cum aliquibus seqq. Et quasi per totum illud capitulum plura de limitibus ijs refert, quæ licet inordinatim posita videantur, vtilia tamen sunt.* Habemusque similem tex nostro *in l.6.tit.6. infra isto lib. facitque text.in l. si irruptione.§. ad officium. ff. finium regum*. Vbi dicitur, quod ad officium iudicis pertinet de finibus cognoscere, & mensorē mittere: & quod ille debet esse præsens si oportuerit, monendo partes ad interessendum finium constitutioni & erectioni, *secundum eund. Auiles, vbi supra, gl.2.num.4.* Et quid sit limes vulgo *mojon*, habemus optimam l. *fin tit.14.part.7.* Et notandū,
2 quod confinia in instrumento posita * præsertim in facto antiquo, probant dominium inter partes enuntiantes, & illis statur: quia quilibet præsumitur scire confines rei suæ, *secundum Matt. Affl. in decis. 81. nu.2.* Et an confinium diuersitas faciat
3 præsumere † rem esse diuersam, videndus est idem *Affl. decis. 22. nu. 1.* Et de practica procedendi in causa confinium, vide per Fel. *vltra supradictos in c. quia indicante circa finem col. 1. vers. ad. 7. q. de præscripti.* & per Firmarium *in reperto. suo. verbo, confines.* Ex quibus cum iudex confinia regni visitare teneatur, tenetur & quilibet Corrector in suo ter-
4 ritorio personaliter † visitare confinia, & reficere & erigere ea, si lapsa sint, vel immutata & punire mutantes ea, *secundum Auen.d.c.4. Preto. nu.43. lib.1.* fundantem se ex eo, quod in persona visitatio villarum & populorum territorij sui pertinet Correctori, *secundum tex. in l. 6. titul. 6. infra eod. lib.* Quoniā quādo agitur de publica vtilitate, vt est de visitatione terminorū, non debet recedi à persona † nominata, *secund. Bal. quē ipse Auen. ibidem refert,* 5
in d.n.43. vers. nimirū. Et ideò neque per suū locum tenentē posset corrector terminos territorij sui visitare. Quod tamē non placet, neq; verū credo, tū *ex tex. nostro*, ibi: *Y juezes*: sed locū tenens iudex est, & par ipsi Correctori, *vt l.10. Huius tituli, diximus, quam ex d.l.6. ibi: O por sus tenientes, quæ clara est ad hoc, & ita tenebat Auiles c.6. Præt. gl. en persona*, & ita tenendū credo: ipse tamē Corrector, si potuerit, cū ei hoc principaliter iniungatur, per suā personam visitet terminos, nisi iusta causa detineatur. Nam tunc per locū tenentē suū officio propositū ordinarie poterit optime visitare: nam proconsul † est 6
generalis visitator & circuitor totius prouinciæ, & debet visitare loca publica, *secundum Bald. in l. si in aliquam per text. ibi ff. de offi. proconf. & lega.* Et quis fuerit primus * inuentor terminorū & confinium, 7
& qualiter terminorū amotor non gaudet priuilegio ecclesiæ l. *Regia Partitarū*. Et quæ actiones intentari possint contra terminorū motores, vltra supradictos breuiter & succincte, & melius omniū tradit Oros. *in l. ex hoc iure, verbo agris termini positi, nu.26. cum 7. seq. col.3. ff. de iust. & iur.* & an singuli de vniuersitate possint † esse testes in causa vni- 8
uersitatis, putà, si de terminis agatur, vel de pastu, tradit Cou. *in pract.c.18.nu.4. & gl.l.18.tit. 16.part. & Villal. in ærario mille comm. opinio. litera T. nu.107. cum seqq aliquibus.* Et an sententia terminorū * la- 9
ta cum aliquo ex vassallis noceat, vel prosit domino suo, tradit optimè Auen. *c.5. Præt. n.9. & 10. lib.1.*

IN LEGEM DECIMAM-OCTAVAM.

SVMMARIVM.

Pœnæ per Correctores, aut iudices alios applicatæ operibus publicis consummendæ sunt cum interuentu, & consilio concilij ciuitatis.

I*Nterueniendo en ello el regimiento*. Allegat eam Auen. *c.10. Prætor. nu.16. in fin. & in c.24. in fin. lib.2.* Et secundum hanc nostram declaranda, & intelligenda est l. 35. tituli sequentis, quæ antiquior lege nostra est, in quantum *ibi* disponebatur condemnationes pecuniarias operi publico vel pio applicatas per tabellionem concilij esse expendendas, in opus illud, ad quod applicabantur. Nam lex illa debet secundum nostram intelligi, scilicet, interueniente concilio ciuitatis. Aliter enim lex illa 35. per nostram corrigeretur, nisi sic declares eam, & suppleas ex nostra: cum non sit nouum leges posteriores per priores, & è contra intelligi, suppleri, & declarari: præsertim, vt euitetur iurium correctio. Et ita voluit sentire & declarare copilator huius Regiæ recopilationis, dū in marginali additione super l. nostra, illius l. 35. corruptè eam allegando meminit.

IN LEGEM DECIMAM-NONAM.

SVMMARIVM.

Electus & receptus in populi Correctorem & iudicem, ingressus officium statim iubeat præconizari, vt omnes pondera & mensuras intra terminum conuenientem mensurentur, & corrigant: aliter enim hoc non facto, nullas pœnas falsi ponderis, aut mensuræ percipere poterit.

Y *Que antes de lo auer hecho.* Notanda sunt verba hæc ad intellectum & declarationē l. 1. & sequentium, *tit.13.lib.5.infra* pœnas falsi ponderis, falsæque mensuræ describentium. Et debēt iudices ad hæc præmaximè aduertere: expedit enim Reip. ne falsis ponderibus, & mensuris merces vendantur, & ne impuniti remaneant falsum committentes. Nummularij enim, vel mercatores falsi aliquid agētes in professione sua, vel technas, summoueri à iudice ad tēpus, aut in perpetuum possunt, & pœnis affici legalibus, *l.moris ff.de pœnis, text.l.1.§.præterea curare. ff.de offic. præf. vrb.* Et alia multa, quæ iudex potest corrigere, describit Auendan. *cap.19. Prætor. num.30. lib.1.*

Por las leyes de nuestros Reynos. Non ergo poterunt puniri pœnis legum *dicti tit.13. infra lib.5.* falsis ponderibus, vel mensuris vtentes, si præconiū, *de quo in tex. nostro* non fuerit datum. Et in hoc casu non erunt correctæ pœnæ impositæ de iure antiquo contra tales falsa pondera & mensuras habentes & eis vtentes. Vel saltim & melius poterit in tali casu procedi ad fractionem talium ponderum & mensurarum fallarum, quibus cum merces venditæ sunt, & ad restitutionem damnorum proximis illatorum ex talibus mensuris & falsis ponderibus

IN LEGEM VIGESIMAM-SECVNDAM.

1 *Eligendi sunt ad officia tales, qui valeant, & possint ea exercere.*
2 *Negligentia pro maximo delicto reputatur.*
3 *Propter negligentiam dominorum potest Rex iurisdictionem eis auferre.*
4 *Negligentia qualiter probetur, remissiue.*
5 *Propter iudicum negligentiam solent dari literæ incitatiuæ,*
6 *Propter potentiam licet multa permittantur, quoad administrationem vero iustitiæ potentia odio habetur.*

SVMMARIVM.

Iustitiæ officia potentioribus & alijs hic declaratis danda non sunt, nisi secundum quod in lege nostra disponitur.

A *Caualleros hombres poderosos ni priuados.* Ad officia enim illi preficiendi † & eligendi sunt, qui ea administrare, & exercere possint, & valeant, scientiamque, & experientiam habeant. Eleuati enim potentia, & superbia sua, & de sua confidentes potestate, maximè negligentes erunt in administratione iustitiæ, & ex magna potentia prorumpunt in illicita, *vt inquit glossa, nobles, in l.2. titul.9. part.2.* Quę quidem negligentia, & in iudicibus, & in prælato abhorretur à iure, & eam ipsi fugare tenentur, *secund. Car. in Clemen. 2. §.1. de sepult.* Et in iudice negligentia maximū * delictum reputatur, *secundum Puteū, de syndicatu, verbo, negligentia,* & ob negligentiā ministrandæ iustitiæ, licitum est parti ius sibi dicere, *l.nullus C. de Iudæis,* prout hæc & alia de nogligētia refert Auen. *c.1. Præt.n.31. vers. decima causa, lib.1.* Imò & propter dominorum negligentiam † potest Rex iurisdictionem ab eis auferre. *secundum eundem Auend. lib.1. Præt. c.5. nu.4. in prin. & n.12. vers. & eodem cum sequen. & gl. por in l.2. tit.1. par.2.* Et qualiter probetur negligentia † *in d.c.1. nu.31.* refert ipsemet Auen. & Auiles. *cap.1. Præt. gl. fiel. nu.37.* & Lanfran. de Oriano. *c. quoniam contra, verbo, testium depositio, nu. fin.* & Bar. *cons. 102. charissime Domine isti nostri.* Et ob hanc negligentiam, *secundum Auen. in d. n.31. vers. quæ negligentia,* dantur mandata † quæ vocantur literæ incitatiuæ contra dominos vassallorum, vt administrent iustitiā, quibus negligentibus administratio deuoluitur ad superiorē. Et cum negligentiā hanc in potentibus damus, & ad oculū videmus, nō sunt eis ministrāda officia iustitię. Et sic licet propter potētiā * multa in iure permittantur, quæ alias nō permitterentur, *secund. Auen. c.4. Præt. nu.14. vers. cum igitur, lib.1.* tamen quoad administrationē iustitiæ potētes odio habētur. Et sic ab iis officijs per text. nostrū excludātur, quē ad hoc allegauit Auen. *c.19. Præt. n.19. vers. nobilitas igitur, lib.1.* vbi declarat quis potens dicatur: & ad hoc allegat quādam ordinamenti legē, *quæ est l.9. tit.10. lib.9. infra: & idē Auē. c.12. Præt. nu.13. in medio, lib.2.* Et quoad nostrā legem priuatus Regis potēns dicitur, qui in d.l.9. nō erat pro tali habitus. *Idemque prouidetur per text. in l.5. tit.4. supra isto lib. en los adelantamientos de Leon, &c.* Non tamen omnes numeratos *in d.l.9.* quoad nostrum propositum potentes iudicarem, sed illos tantum, qui milites & nobiles, & de titulo dicuntur, & in vulgi opinione pro talibus reputantur. Tēpore tamen nostri inuictissimi Philippi Regis Christianissimi solus ipse & non alius potens vocari potest. Et sic potentes, qui vocabantur in administratione iustitiæ æquales sunt impotentibus, & æqua lance omnes iustitia metiuntur.

De lege 23. vide quasi similem legem *5. titul. 6. infra eod. lib.* vbi videbis aliqua.

De lege 24. vide etiam text. similem *in l.7. in fine, infra tit. proximo.*

IN LEGEM VIGESIMAM-QVINTAM.

SVMMARIVM.

Correctores adimpleant id, quod per leges Regias statutum est circa custodiendā registra tabellionum mortuorum.

I Bi, *Las leyes.* De quibus in *l.24. tit.25. lib.4. sup.* vbi diximus.

TITVLVS SEXTVS,

De la instruccion y leyes, de lo que han de hazer los Assistentes, Gouernadores, Corregidores, y Iuezes de residencia del Reyno.

CVm superioribus titulis præsertim in supra proximo dictum sit, de iudicibus pluribus Regni, & de Assistentibus, Correctoribus populorum & eorum officijs, qui nisi haberent leges & instructiones, quibus gubernarentur faciliter errare possent: ideò subsequitur noster titulus instructionem ijs præbens, docēnsque qualiter in officijs, & iudicum syndicatibus se debeant habere. Et in huius tituli declarationem, sicut & aliorum à nostris perlectis doctoribus succincte eos referendo procedemus.

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Iurisdictionem sibi propria assumentes authoritate, qua pœna puniantur.*
2 *Officij desertione crimen læsæ maiestatis committitur: & ibi declaratio.*
3 *Gerens se pro aduocato, vel Comite, vel assumens nomen alterius, falsitatem cōmittit. 4.*
5 *Administratio non conceditur ante ingressum officij, & quando officium ingrediatur.*
6 *Iurisdictio, an testibus, vel scriptura probari possit.*
7 *Mandatum seruandum est, vt sonat, & ampliationes, & restrictiones. 8. & 9.*
10 *Mandata Regia adimplenda, nisi subsit causa, & tunc secunda iussio expectatur.*
11 *Mandatum superioris non implentes, qualiter punientur.*
12 *Iuramenta faciēda per Correctores, remissiue.*
13 *Ignorans non punitur, & sic receptans delinquentem vel præstans ferramenta.*
14 *Ignorantia facti, quod quis indagare tenetur non præsumitur.*
15 *Corrector tenetur se informare de vita suorum officialium, & pro eis tenetur.*
16 *Opera malorum hominum vtens culpæ reus est.*
17 *Iudices puris manibus essent, neque præter salaria recipere: etiam si sit poculentum, vel esculentum in modica quantitate. 18.*
19 *Iudex neque vt iustam sententiam ferat licet ei vltra salarium accipere.*
20 *Iudicem indemnem seruare, an liceat fouenti iustam causam, & an liceat repetere datum pro iusta sententia, in n. 19. dicitur.*
21 *Alguazeli non possunt aliquid à carceratis recipere, nisi vt ibi.*
22 *Donatio causa remunerationis, an possit iudici fieri.*
23 *Iudici non licet quid promitti, vel acceptari ab eo finito officio recipiendum.*
24 *Barateriam tentans, & non perficiens an puniatur.*
25 *Iudex restituens male acceptum, an euitabit pœnam infamiæ.*
26 *Barateriæ crimen atrocissimum, & simile crimini læsæ maiestatis.*
27 *Libellus barateriæ qualiter formetur.*
28 *Iudex tenetur ob dona tradita familiæ suæ si ad eius peruenerunt manus.*
29 *Dona relicta in pariete tacente iudice, & recipiente punitur ac si manu caperet.*

SVMMARIVM.

Iudices ad officium iustitiæ administrādæ admissi contenta in lege nostra obseruare tenentur, & adimplere.

POr *nuestros Assistentes.* Superijs verbis Auiles in præsenti *in cap. 1. Prætorum, gloss. 1. fol. 19.* exorditur materiam qualiter potestas eligendi officiales in Regno pertinet Regi, de quo *supra in l. 3 tituli præcedentis diximus, & itidem in l. 1. tit. 1. lib. 4. infra,* quaque pœna puniantur * assumentes sibi propria authoritate iurisdictionem, tradunt plures relati per Auend. *cap. 1. Prætor. num. 33. ad fin. lib. 1.* & Auiles, *in d. glo. 1. num. 6.* vbi inquit, quod crimen læsæ maiestatis committūt si dolo malo & scienter id fecerint, quod tamen intelligi potest, quotiescumque exercitium huius assumptę propria authoritate iurisdictionis per aliquod durauit tempus, ex quo præiudicium magnum fuit generatum, secus vero si per paruum tempus, paruumque, aut nullum damnum ex hoc resultauit. Tunc enim non ita grauissimè pœna dictæ læsæ maiestatis deberent puniri, 1

puniri. Videmus etenim, quod quamuis per de-
2 sertionem officij, ex qua desertione * crimen læsæ maiestatis committitur, non committitur si paruum fuit illatum ex desertione præiudicium, *secũdum glossam, dexa, in l.1. tit.2. part. 7.* Igitur, & eodem modo dicendum est, cum per exercitium: licet acriter, & tunc deberet puniri. Imo & falsita-
3 tem committit gerens se pro iudice qui non est, † *secundum gloss. en talle, per text. ibi in l.2. tit. 7. part. 7.*
4 itidemque sumens nomen alterius, * vel etiam abradens nomen alienum suum apponendo, *secundum Alexan. post Bart. in l. à Titio ff. ad muni. per l.1. §. qui in rationibus, & ibi Alex. ff. de falsis,* vel scribens instrumentum nomine alterius absque eius consensu, & licentia. *l. qui veluti Cod. de falsis.* Nam & alienum signum sumens falsum cõmittit, *secundum Auend. cap. 19. Prætorum, nu. 32. in princ. lib. 1. & Gometium Leon. in Centuria infor. iuris. cap. 65.* Falsariusque etiam iudicatur asserens se nobilem cum non sit, vel procurans, vt non apponatur in libro *del padron*, secundum Auend. *c. 14. Prætorum, num. 23. lib. 2.*

Las cartas de poder que lleuan. Auiles hic in verbo, cartas, fol. 22. prosequitur qualiter literas commissionis debet iudex ostendere in concilio ciuitatis, ad quam administrandam electus est. Et ante earum præsentationem nullam iurisdictionẽ habet, neque exercitium eius, quia administratio nõ
5 conceditur ante * ingressum officij. *l. obseruare § fi. ff. de offic. proconsul. Paul. l. absenti, num. 2. ff. de donatio.* Ingreditur autem officium cum literæ præsentantur, & iuramenta, *de qua hic & alibi* facta sunt, non ante. Iusuperque ipse Auiles *hic num. 4.* inquit quod mandatum hoc, & sic iurisdictionis commissio *ex text. nostro* scriptura, & non testibus
6 * probandum est. Quod tamen est intelligendum *secundum Auendaño, dicto cap. 1. num. 30. lib. 1.* quotiescumque agitur de probando priuilegio ad cõferendum alteri iurisdictionem: nam tale priuilegium scriptura debet probari. Temporalis tamen iurisdictio ordinaria etiam testibus probari potest, *secundum Auendaño, dicto numero 30. & iterum num. 10.* Nam & delegata iurisdictio, *secundum eundem Auend. ibidem* solo verbo datur Regis iure nostro Regio. Et nimirum. Nam si consuetudine acquiri potest iurisdictio, *vt probatur l. 3. supr. titul. proximo*, imo & tolerantia est causa attribuẽdæ iurisdictionis, *secundum Auend. vbi supra:* ergo scriptura pro iurisdictionis temporalis probatione non requiritur: nam si requireretur supra dicta videbantur non sufficere ad iurisdictionem acquirendam & exercendam. Hæc tamen difficultate non carent: Nam & ipse Auend. contrarium videtur tenere *in tit. de las excepciones, num. 3 in prin. & late & optime Caro. de Grassall. lib. 1. regal. Fran. iure 8. pagi. 124. in paruis.*

Mandado. Hic exorditur Auiles materiam mandati, num vt sonat obseruandum sit? Et res-
7 pondendum est affirmatiuè * pro regula quod sic, *ex text. in l. quicunque Cod. de exact. tribut. lib. 12. cap. cum dilectus. de rescript. l. diligenter ff. mandati*, tradit Abb. *in c. quoad consultationem de re iud. num. 24. Hippol. cons. 1. num. 39. cum seqq. Alciat. l. 1. § si stipulanti, num. 6. ff. de verbor oblig. Ias. l. qui quartam, num. 4. de legat 1. Socin. regul. 252.* & optimè per Ias. *in l. si procurator. Cod. de procur.* vbi refert quatuor casus, in quibus licet mandati fines excedere. *Et Segu. & eius additio. in l. si ex legati causa, num. 125. ff. de verbor. oblig.* Quod adeò verum est, quod etiam si in melius * & in Domini vtilitatẽ excedatur nõ 8
valet quod actũ est, & punitur procurator, *secundũ Auiles vbi supra, num. 8. & Hippoll. in pract. §. successiue, num. 5. cum 4. sequent.* Quia omne factum præter formam mandati est nullum ipso iure, *secundum text. in l. item eorum. §. sed si ita ff. quod cuiusque vni. nomi.* Contra quod tamen videtur id quod inquit Ias. *in d. l. qui quartam num. 4.* scilicet, quod si pinguius adimpletur mandatum non vitiatur actum. Nisi dicamus, quod dictum Hippo. & Auiles procedat, cum substantialiter fit disgressio mandati, secus vero si superficialiter, *secundũ Suarez. l. post rem. q. 6. incip. quia supra visum est, nu. 12.* Nam si superficialiter secundum eum, non vitiatur actus, putà, si tu procurator, cui mandaui, vt vendas rem meam, vendis vt tuam propriam, & promittis de euictione: quia tunc non excedis fines mandati: & si quid præstas nomine euictionis poteris recuperare à me, *secundum Ias. in l. si ita quis §. Scia. nu. 5. fol 190. ff. de verb. oblig.* Satis enim dicitur mandatũ seruari * quando mandatarius, vel 9
iũdex faciunt actum propinquum, seu vicinum mandato, secundum Abb. *in c. causa, col. 2. versicul. oppo. contra text. & ibi* Feli. *vers. actus contiguus de re iud.* vbi ipse Felin. *num. 5.* declarat quis dicetur actus contiguus. *Idem Felin. in c. cum dilecta, vers. limita. secundo. de rescrip.* vel si mandans, idem dixisset, *secundum Suarez vbi supra*, satis etiam dicuntur seruari fines mandati si obseruantur per æquipollens, *secundum Ias. in d. §. si stipulanti, numer. 9. & Auend. c. 2. Prætor. nu. 14. vers. sufficit tamen libr. 1. & Auiles hic glo. mandado, num. 9. fol. 24. pro quo est text. in l. cum controuersia. §. mandati ff. manda. quem ad hoc dixit singularem Ias. in l. 2. num. 16. ff. de liberis & posth. & Deci. in l. 2. §. creditum, num. 16. ff. si certum petat.* Notandum itidem est, quod si quid mãdatur alicui per modum magis periculosum, censetur & mandatum per minus periculosum, *secundum Suarez. d. l. post rem. d. q. 6. num. 12. pagi. 342. vbi ex nu. 15. exempla huius dicti colliges.* Et an mãdatarius qui habuit mandatum ad recipiendam pecuniam, prout sibi videbitur & placebit ad interesse, teneatur probare, vel nominare personas, quibus ipse soluit ad effectum, vt mandans illas possit repetere, vide bonam decisionem 91. Matthæi Afflict. Et vnam optimam limitationem ad dicta, quod fines mandati non debent excedi, ponit si vera est, Ias. *in l. 1. §. si procurator. num. 3. fol. 92. ff. si quis ius dicen. non obtemper.*

Officio. An quis duo officia possit obtinere, tractat Auiles *in præsenti:* quia extra materiam omittam, sufficit scire, quod duo officia incompatibilia habere quis non potest: compatibilia tamen posset.

Y fiel. De iudicis fidelitate plura tradit *hic* Auiles, & omitto ea. Notorium est enim omnibus iudicibus, in tales ideò esse electos, quia de eorum fidelitate Rex confidit. Quam si non seruauerint, inuehitur contra eos text. *in cap. cum æterni tribunal. de re iud. in 6.* Quam plures tamen fidelitatem hanc frangunt, & infideles sunt iustitiæ & iuri, & tamen non puniuntur, fortassis quia Regias non tangit aures infidelitas eorum.

Mandamientos. Mandata Regia * adimplenda 10
esse, vltra Auiles, *hic* prosequitur Auend. *c. Prat.*

num.14.versic.item iurant, cum aliquibus sequentibus fol.29.lib.1.& videnda est.l.11.& ibi glo.& l.16.& ibi glo.titul.13.part.2. Ex iusta tamen causa poterunt non exequi, vt *ibi* per Auend.causam inserentem. Ex quo Auiles *hic* inuehitur *in nu.2.fol.48.* contra miseros Prælatos,& Rectores ciuitatum, inconsiderate ad implentes mandata, quæ aliquando non tenẽtur adimplere, sed expectare secundam iussionem, *prout in l.14.tit.3.lib.1.supra diximus.* Putà, si sunt contra ius,& in præiudicium iuris quæsiti tertio alicui, *vt constat ex l.1.& sequentibus.tit.de las prouisiones, infra lib.sequenti, vbi videbimus*, & tenet Matth. Afflict.*in constit.Sicil.lib.1.rubr.93.nu.* 17. vbi & inquit, quod ad hoc vt officialis dicatur, circa mandata commisisse defectum, requiritur quod defectus ille sit perperam & fraudulenter
11 commissus. Et qualiter puniatur non implens * superioris mandatum, vide Thom. Grammat. *decis. Neapolit.40.num.20.cum sequenti.* & alios relatos per Auend.*vbi supra, versic.hic adde,& d.l.11.& 16. tit.13.part.2.* maximè l. illam 16. ponentem pœnã non obedientibus Regum mandatis: & pœnam non obedientium prouisiones senatus, ponit text. *in l.29.tit.4.lib.2.supra.* Et si emanant ab aliqua ex cancellarijs, vide pœnam impositã non obedienti, *per l.71.tit.5.lib.2.supra.* Et pœnam personarum Ecclesiasticarũ non venientium ad Regis iussum, & vocationem, vide per text.*in l.13.tit.3.lib 4.infra.*

Aunque esten ausentes. Nouior est *l.44.tit.4.lib.2.supra.* Et quamuis l. 21. *infra isto tit.& libro* contrarium disponat, tamen lex nostra, & illa. 44. tanquam nouiores seruandæ sunt, *vt in illa 21. dicemus.*

12 *Iuramento.* Quæ tenentur correctores * iurare, vide per Auend.*c.2.Præto.nu.1.2.& 3.lib.1.* vbi & de pœna contrauenientis iuramento.

Ni lleuaran, ni consentiran lleuar mas derechos. Verba hæc declarat late Auiles *hic.* Et quæ iura essent statuta iure communi & Regio pro sportulis, vide late per Auend.*d.c.2.Præt.n.14.versi.in eo vero, cum aliquibus seq.fol.27.lib.1.* Quæ iura quoad tãbelliones aucta sunt *por aranzel nueuo.*

Puestos, & in verbo, seteuas, vltra Auiles *hic* hæc verba declarantem de septenis videnda sunt dicenda. *in l.7.infra eod.*

No lo supieren. Plura de ignorantia referri possent, vltra Auiles *hic* plura referentem: paucis tamen nos expediemus. Notandúque est quod licet
13 ignorãtia facti regulariter nõ puniatur, † & sic ignoranter receptans fures & delinquentes, nõ punitur, *secund.Bar.in l.omnes, num.2.C.de agricol.& censi.lib.11.* Imo & receptans illũ, qui cõmuniter nõ reputabatur delinquens non tenetur, *secundum Hippol.in pract.§.aggredior.nu.34.cum seqq.pluribus.* Item & præstanti ferramenta ignoranter alicui, quibus cum delinquit, parcitur *secundum Bal.in l. quicunque nu.22.& 23.C.de seruis fugit.tradit optime gl.O los encubrieren, in l.18.tit.14.partit.7.& Anton. Gom.de delictis c.3.nu.50.per totum.* Quia ex animo delinquens punitur, non vero carens eo, ignorantiaque in dubio præsumitur nisi scientia probetur, *per regulam,& glo.& Doct.in l.error. Cod.de iu.& fac. ig.optimè per Ias.l.si res, nu.35.cum sequent.de legat.1.* hæc tamen licet ita se habeant, Corrector tamen tenetur de delictis suorum officialium, etiam si ig-
14 norans sit. In facto enim * alieno, quod quis indagare tenetur non præsumitur ignorantia, *secundum Abb.in c.innotuit, nu.9.de elect.Ias.in d.l.si res, nu.40.* Corrector verò tenetur indagare, & se informare de vita * suorum officialium, & moribus 15
eorum, teneturque pro ijs quæ in officio male gesserunt, *secundum Puteum de syndicatu, verbo, iudices ad syndicatum qui sint, c.2.incip. an si potestas condemnauit, nu.20.fol.133.& in verbo, familiaris, seu familia potestatis, c.3.an ex eo quod, num.2.3.9.10.& 15.cum 5.sequent.fol.250.& Cataldinus. de syndicatu, nu.20.& 22.& Amadeus, in eod.tract.de syndicatu, nu.108.& 196.cum sequent. pluribus* eos tamen exhibendo satisfacit, *secundum Catal.vbi supr.nu.156.& text.in l.4.in fine, infra isto tit.& lib. vbi & dicemus alia circa hoc.* Intellige tamen, quod tenetur Corrector pro eis, quos secum duxit, prouisis tamen ab eo, secus si à Rege prouideantur, *secund. Bald.in addit.ad Spec.tit.de accusatore, col.pen.* Item tenetur pro eis de commissis in officio, non vero si extra. Item tenetur pro eis cõdemnationem soluere, quoties illi de familia condemnati sunt legitime, ita quod sententia valeat: secus vero si nulla sit sententia illa: quoniam tunc non tenebitur iudex pro eis, *secundum Deci.cons.7.nu.9.* Item tenetur pro pecuniaria condemnatione, non vero pro corporali, *vt in d.l.4.infra eo.dicemus.* Si ergo tenetur Corrector pro male gestis officialium suorum in officio delinquentiũ, nimirum, quod ignorantia eum non excuset. Culpæ namque reus est * 16
vtens opera malorum hominum, *secundum text.in §.si inst.de obli.quæ ex quasi delic.nas.l.si seruus seruũ§. Proculus ff.ad l.Aquil.& ff.nautæ caup.stab.l.1.in prin.optima.l.7.tit.14.part.7.* Et illius, quem quis præfecit ad aliquod officium conditiones & qualitates scire præsumitur, *arg.l.si patronatus, in fine. ff.de confir.tuto.& ibi notat Iacob.de Aten.& Bal.in margarita verbo, Electio, vers.14.quos allegat Rochus. de iure patronatus, verbo, honorificũ, n.17.* Et in factis domesticorum familiarium,& consanguineorum scientia præsumitur, *secundum Bar.in d.l quicunque num.3.* & in culpa fuit eos eligendo, *prout in proposito tenet Rebuf.in 1.tomo constitut.Franciæ, titul. de sentent.execut.gl.15.art.7.num.fi.pag.382.& Additio.Capellæ, Tolo.174.& melius 95.& Thom.Gram. decis.3.n.12.* & lex casus vbi ignorãtia nõ præsumitur, vide per Bald. *in l.si tutor petitus.Co.de pericu.tutorũ.*

Dadiua. Similis text.*in l.8.infra eo.& l.5.titul. 9.infra isto lib.* idem in iudice delegato probãs. Iudices * enim ciuiles administrationes habentes ab 17
omni datione alieni, & puris manibus debent esse, solum stipendijs suis contenti. *Textus est in auth. vt iudi.sine quoquo suffra.§.cogitatio, & in auth. de mandatis principũ.§.1.text.in c.non licet.11.q.3.* quod late prosequitur hic Auiles & Auen.*d.c.2.Prætor. nu.4.5.& 7.lib.1.& late etiam Matth.de Affli.in constit.Sicil.libr.1.rubr.42.num.7.cum pluribus seqq.* & Rebuf.*in 3.tom.constit.Franciæ, tit.de salar.tassatio prouisi.proces.art.1.glos.vnica, per totam,* vbi optima in propositum dicit: quæ, si mei esset instituti, transplantare hic possem,& tacere authorẽ, prout aliqui faciũt. Itidemq; ex sacra scriptura hæc iudicibus prohibẽtur, *vt licet videre ex Simancas, de inst. Cath.tit.34.nu.42.cum seqq.& Florentino, in 3.par. suæ summæ tit.9.c.1.§.2.* Sufficit tamẽ scire receptissimũ esse ne quid præter iura taxata licet accipere, l. *iubemus,& l.sancimus, C.ad l.Iuliam, repe.* & probato crimine, officio, quãuis nondum finito priuari potest, *secund.text.in l.iudices, Cod.de dignit.lib.12.*

Imo

Imo si finito officio fugiat, iuramento partis hæc probari possunt, *secundum gl. in d. auth. vt iudi. sine quo suffra. §. necessitatē, de qua in l. 6. tit. 9. infra eod. dicetur.* Grauiter enim culpandi & puniendi sunt iudices, qui ob administrandam iustitiam aliquid muneris recipiunt. *ex l. 52. tit. 14. part. 5.* quibus pœna imponitur *per l. 5. tit. 9. infra isto lib. & per Auen. traditur in d. c. 2. num. 6. & Puteum de syndicatu, verbo, Barateria, & Couarr. in cap. peccatum 2 par. §. 3. num. 1. vbi quid in conscientia.* Et nouissime de pœna iudicis Barateriam committentis, vide per Olanum, *in concordia Antinomiarum, litera B. num. 36. vsque ad 44.* Hæcque adeò vera sunt, quod neque esculenta, aut poculenta recipere possunt modo salarium sufficiat, *secundum text. in dict. auth. vt iud. sine quo suffr. §. fin. licet per l. plebiscito ff. de offic. præsi. aliud permitteretur*: quod tamen hodie non permittitur etiam in minima quantitate, *ex text. nostro, & in dict. l. 5. tit. 9. infra eo. & melius & sanctius, vt inquit Simancas, vbi supra, num. 44. & Auend. d. c. 2. num. 44. explosa quadam lege ordinamenti veteris, quæ aliud permittebat.* In delictis enim, & sic in criminalibus minima considerantur, *secundum Abb. & eius additi. in c. cum te, num. 6. de re iudi.* Et hoc *vt dixi*, siue delegati, siue ordinarij tales iudices sint, *prout patet ex d. l. 5. tit. 9. infra eod.* Et quamuis iure Pontificio, *ex cap. statutum, §. insuper de re, crip. in 6.* in modica quantitate licet delegato esculenta, vel poculenta recipere, consultius tamē faciet, si nihil recipiat, *secundum gl. prag. sanct. 1. tom. tit. de elect. c. sicut §. & vt omnia, verbo, recipere*, iure nostro non licere videmus. Itidemque inquisitoribus hæreticæ prauitatis id prohibitum repetimus: *vt licet videre ex Arelatensi, de hæreti. q. 8. num. 8. & 9.* Procedunt vlterius hæc vt à promissione cuiuslibet doni, & muneris abstinere debent, *vt in gl. sequente*
19 *videmus*: & neque vt iustam sententiam ferat, * *secundum Puteum de syndicatu, verbo, corruptio. cap. 1. num. 10. Et Cataldinum, de syndicatu, num. 52. fol. 21. & iterum fol. 16. q. 37. & q. 98.* hoc ampliat etiam, vt neque causa breuiter litem expediendi licet aliquid recipere, neque ei dari, *secundum Boer. decis. 153 nu. 2.* Quamuis tunc pecuniā dans non videtur iudicem corrumpere voluisse, ideoque repetere poterit: & ita frequentius esse asserit Couar. relatus per Clarum *lib. 5. pract. crim. §. fi. q. 73. col. 2.* Et an soluens pecuniam iudici, vt iustam ferat sententiam possit illam repetere, vide Cataldi. *d. q. 98.* vbi *in quæst. 99. num. 52.* an sit licitum soluenti
20 iustam causam † iudicem indemnem seruare, *de quo & per Oroscium, in l. solent. ff. de offic. proconsul. n. 8. col. 419. in prin. & Minchac. controuersi. vsufructuēti lib. 2. c. 37. nu. 24. & 25. & Altamirano, in tract. de visitatione, in verbo, etiam qualitercumque num. 29. fol. 279. in paruis: & sequente glossa dicam.* Vlterius, & hęc vera sunt, quod neque Alguazelis licet à car-
21 ceratis aliquid † esculenti, aut poculenti recipere *secundum text. in l. 9. tit. 23. lib. 4. infra* licet ab alijs personis res comestibiles in modica quantitate bene licet Alguazelis recipere, *secundum text. in l. 21. tit. 23, infra libro. 4.* & in custodibus carcerum, vide *l. 5. tit. 24. infra lib. 4.* Et an ex causa remunerationis possit iudici donari † crebriorem opinionem
22 testatur Orosc. *in d. l. solent. num. 7. col. 418.* quod sic. Imo & tentantes corrumpere iudicem donis & muneribus puniuntur, *secundum text. in d. l. 26. tit. 22. partit. 3.* falsitatemque committunt, *secundum text. in l. 1. in fin. tit. 7. part. 7. & Puteum de syndicatu verbo, corruptio. Promessa.* Similis est text. *in l. 6. tit. 4. part. 3.* & Auiles plura de promissione dicit. Quoad hoc tamen nostrum propositum scire sufficit, pacisci non posse cum iudice, † neque ei promitti, 23
quòd post finitum officium certum quid ei dabitur, ac donabitur, neque similes promissiones recipere possunt: sed potius similis pactio, & promissio nullæ sunt, *secundum glo. in l. iuris gentium § prætor. ait verbo, plebiscito. ff. de pactis, cui Odof. & omnes conueniunt, teste Oroscio in l. plebiscito, col. 473. vers. 4. & 5. ff. de offi. præsidis, & tenet Matth. Affli. in constit. Sicil. lib. 1. rubr. 41. num. 25. cum sequent.* Extensiua enim verba merito quis appellare debet, quibus Iustinianus *in l. 1. §. sed si addita ff. ad Tertul.* iubet & monet sæpissimè iudices, puras manus vt habeant, vt & ad promissiones hæc extendamus, & recipientes eas, & acceptantes puniantur pœnis, *de quibus in l. 5. tit. 9. infra eod.* Imò & noxioré iudicarem similem promissionem, quam dationē statim factam. In hac enim cum iam donans pœnitere non possit, liberius iudex sententiam feret, & iustitiam faciet, in illa vero promissione cum animus & voluntas iudicis ab ea pendeat, & à promittentis voluntate timidius procedet, nè quid dicat aut faciat, quod promittenti displiceat, & sic à promissione pœniteat. Potest tamen iudex, *secundum Auiles hic num. 10. & in glo. supra proxima, nu. 20. in transitu dixi*, licite capere conseruationem indemnitatis pro exequendo officio in causa aliqua, secundum Catal. *de syndicatu. quæst. 99. fol. 22.* vbi *in q. 96. & 97.* quærit an videatur corruptus qui à fœneratore gratis pecuniam accepit, *de quo & per Auiles hic, verbo, donacion. nu. 25. & Amedæum de syndicatu. nu. 66. dicentem quod corruptus dici potest.* Quod verum credo si propter pecuniam illam gratis à fœneratore acceptā iudex ille pro mutuāte sententiam ferat, præsertim attentis verbis nostrarum legum. Et ideò neque à litigante pecuniā mutuo acciperem, neque cōseruationem illā indēnitatis. An autem officialis tentans † barateriā, 24
& non perficiens puniatur, tradit Amædeus *de syndicatu. num. 167.* Et an si iudex ante condemnationem contra eum pro barateria ab ipso cōmissa factam, pœniteat † & restituat acceptum excu- 25
sabitur ab infamia, videbatur dicendum, quod nō excusaretur: nam in barateria non habet locum pœnitentia, *secundum Catal. de syndicatu. numie. 67. fol. 24. & Puteum de syndicatu, verbo, barateria, ca. 1. n. 24.* Contrarium tamen imò quod tūc excusetur, tenent Bart. *in l. infamem. num. 12. ff. de pub. iud. Ang. in §. fin. Instit. & perp. & tem. act. & ibi Faber. & Ias. in l. iusiurand. & ad pecunias. §. fin. ff. de iure iurād. Socin. in regu. infamis. Cœpol. cautela. 12. Boeri. decisi. 206. num. 3. Abb. in cap. cum te. num. 5. de re iudi. & ibi optime Felin. num. 4. cum 3. sequentib. hoc limitans quatuor modis, Auiles hic, verbo, donacion, num. 45. Et fundantur supra dict. Doct. ex text. in l. si reus paratus, ff. de procurato. & text. in d. §. fin. institu. de perpet. & temp. acti.* & tunc licet *secundum Bar. & commu. Doctores, teste Ias. vbi supra* sententia ferenda debeat esse absolutoria ab obseruatione iudicij, obtinet tamen in hoc casu vim diffinitiuæ, quia imponit finem controuersiæ, prout testatur Bart. relatus per Angel. *vbi supra.* Et hanc dicit veritatem Alex. *in dict. l. iusiurandum, & ad pecunias. §. cum res.* quod est optimum *ad l. 5. tit. 9. inf. eo. lib.*

ponen-

ponentem pœnam contra iudices barateriam cõmittentes. A pœna tamen propter barateriam incursa non excusaretur, *secundum Bald. in l. ea quæ C. de condi. ind. quem sequitur Ang. vbi sup.* & Bald. ibi inquit quod boni assessoris esset in enormibus seuerè vindicare simile delictum per iudicem cõmissum, etiam si ante condemnationem restituat, quod & sequitur Alex. *cons. 206. nu. 13. & 14. vol. 2.* & Boer. *decis. 153. num. 22.* & Roma. & additio. *in singu. 332.* iudex capiens, eò quod animus delinquendi iam apparuit, & quod fortassis non restitueret, nisi accusaretur. Et ne sit incentiuum alijs delinquendi remissio pœnæ, nullo modo debet talis iudex impunitus relinqui, cum delictum cõmiserit, & nõ steterit per eũ. Et quantumuis propter restitutionem ante condẽnationem factã vellemus hunc aliquantulum excusare iudicem, non tamen à tota sed à quota pœna esset excusandus. Et cum à pœna ordinaria propter hanc causam excusetur nimirũ si ab infamia in totũ excusatus censeatur, *ex regula text. in l. & si seuerior, cum similibus. Cod. de ijs, qui not. infam.* Et si quæ iura in contrariũ adduci poterant ad probandum in totum à pœna excusari, sunt intelligenda à pœna ordinaria non tamen ab extraordinaria imponenda, attẽta qualitate negotij & personarum, & alijs consideratis circunstantijs. Itaque quantumuis excusemus eum ab infamia, non tamen ab extraordinaria pœna. Notandumque est quod crimen barateriæ est de
26 atrocissimis, † *secundum Auendañum d. capit. 2. prætorum, nu. 18. lib. 1. & Catald. de syndi. num. 121. in fine, fol. 75.* Et iure antiquo, si tanta malitia reperiebatur in iudice baratatore flagellari poterat, *secũdum text. in l. quilibet. C. de decurio. lib. 10. & ibi glo. & Bar. & text. in l. 2. Cod. de delator. lib. 10. & Auend. vbi supra, nu. 3.* Et dicitur causa barateriæ capitalis, *secundum Bald. de syndi. nu. 6.* & est simile delicto læsæ maiestatis, *secundum Puteum de syndicatu verbo, corruptio, ca. 1. nu. 1. fol. 220.* & de barateria tractatur per Catald. *vbi sup. q. 30. & 31.* & Amædeũ *vbi supr. fo. 3. in paruis cum seq.* Et quemodo in ea formetur
27 † libellus tractat Auiles *hic nu. 39.* & Puteus *vbi supra, verbo, libellus. c. 2. num. 3. & 11.* & Amædeus *vbi supr. num. 19. fol. 59.* vbi optime illum format.

Mugeres ni hijos. Nam *vt in hac lege dictum remanet* pro familia sua tenetur. Est tamen intelligendũ iudicẽ teneri pro datis vxori vel familiæ suæ, quo-
28 tiescunque dona illa resultarent † in commodum ipsorum iudicum, & in eorum manus peruenirent non aliàs, *prout ex text nostro patet ibi.*

Aya de venir a el y a su prouecho. Nam si ad iudicum manus peruenerint ipsimet tenebuntur, cum tunc fraus dicatur facta de manu ad manum, & sic de persona ad personam. Quæ quidem fraus nemini debet patrocinari. Et ideò *secund. Auiles, hic verbo, de cuya mano, nu. 9.* quãuis dona à iudicibus non recipiãtur in propria manu, si relinquã-
29 tur in pariete * vel sub lecto, vel alio in loco, si iudex capit ea, & tacet, punitur ac si propria caperet manu. Fraus enim fit multis modis, *sec. Auiles hic, verbo, de cuya mano, vbi allegat in nu. 11. Lucã de Penna, ponentẽ plures modos, quibus fraus præsumitur.*

Mas de su salario. Receptissimum enim est ne quid præter salariũ, & iura debita accipi possit. *l. iubemus, & l. sancimus. C. ad l. Iul. rep.* dicitur enim *Ioã. 3.* neminem concutiatis, neque calumniã faciatis, estote contenti stipendijs vestris. *23. q. 3. paratus, in fine, & c. militare, in fine, & c. non satis 76. dist.* Consueta enim salaria accipienda sunt, vt per Auend. *d. c. 2. prat. num. 7. lib. 1.* vbi *in vers. plures alij num. 8.* inquit, quod si vltra salariũ aliquid recipiatur, non solum iure fori, sed & iure poli debet restitui. Cætera materiã nostri text. concernentia per glossatores *hic* videri possunt, & per Matienço *in dialogo Relatoris. 3. par. cap. 24. 25. 26. 32. & 33.*

IN LEGEM SECVNDAM.

1 *Coadunatio gentis non est punibilis nisi dolose, & appensatè facta sit.*

2 *Congregatio gentium in dubio casualiter facta censetur, & ideo tunc vnusquisque tenebitur tantum pro eo, quod fecit, non vero pro toto.*

4 *Coadunati an possint à coadunatore damnum ex hoc illi secutum repetere.*

5 *Coadunatio gẽtis statim fieri potest pro recuperanda re ablata.*

6 *Omnis confederatio sine superioris authoritate facta in dubio ad malum facta censetur, etiã si sub colore sanctimoniæ alicuius fiat.*

7 *Fraternitas fustigatorum, quia ad bonum finem facta permissa publice est, numer. 8. an laicalis vel Ecclesiastica iudicabitur, & à collectis immunis.*

9 *Contrahere iudices in suo territorio an possint, num. 10. & 13.*

11 *Iudices perpetui vel originarij contrahere poterunt, & itidem pascuis publicis vti. 12.*

SVMMARIVM.

Iudices partiales esse, domos vel rura emere, vel ædificare in iurisdictione sua, vel pecora in pascuis eius publicis habere, ex lege nostra, & sub eius pœna prohibẽtur.

IVntaran. Auiles hic prosequitur materiã coadunationis gẽtium contra ciuitatẽ. Quæ quia nõ est principalis eius materia ipsũ referre sufficiet, sequẽtibus scitis, sc. quo de facientibus coadunationem gentium cũ armis, videnda est *l. 2. tit. 10. part. 7. & ibi glos.* alias leges allegans. Et notãdum quod coadunatio gentis non est punibilis † 1
nisi fuerit facta dolosè, & appensatè ad malum, non verò si casu aliter facta fuit. *l. 2. §. homines. ff. de vi bon. rapt.* Quia coadunatio gentis dolosa punitur non vero alia, *secundum Bart. in l. præt. la. 2. §. si quis aduentu. ff. de vi bonorum rap.* in dubio tamen casualiter † congregatio facta censetur, & homi- 2
nes congregatos fuisse, *secundum Ant. Gom. to. 3. cap. 3. nu. 49. & glo. magnam in fine. l. 15. tit. 15. part. 7. & Hippol. in pract. §. constante, num. 61. & in l. 1. num. 87. Cod. de raptu. virginum.* Imò & neque præsumitur quod quis communicauerit delictum cum aliquo, nisi sit sibi intimus & fidelissimus amicus, *secundum Hippoll. consi. 74. numer. 15. vol. 1.* vel indicia aliqua alia adsint in ijs casibus. Et hęc vera sunt & procedunt, vt quis tanquam de coadunatione puniatur: sed, vt puniatur de de-

licto

licto commisso non est necesse probare, quod appensate fuit commissum delictum. Nam licet casualiter tãtum committatur punietur de eo, quod probatum fuerit vnumquemlibet fecisse, *secund. glo.d.l.15.& Hippo.in d.§ constante n.46.* Imo & tũc qui est inter coadunatos tantum de eo, quod fecit tenebitur, *secundum Bart.& eius addition. in d.l. 2.§.si quis nõ homines ff.de vi.bon.rap.* licet *secundum*
4 *eum ibi* à coadunatore † totum repeti potest, *vt & per Doct.in l.quoniam multa Cod ad l. Iulia. de vi.* Ex quibus iure optimo iudices in ingressu officij proclamare faciũt ne homines vltra tres de nocte coadunati per ciuitatem ambulent, vulgo *en quadrilla*, secundum Auiles *hic nu.1.* propter scandala vitanda, & multi vocantur quatuor, *secundum text. in l.46.tit.18.p.3.*& turba decem & supra, secundũ Boer. *decis.173.nu.8.*& additio Bar.*in l.prat.in prin. ff.de vi bonorum rap.* vbi & quot homines faciant gentem & parochiam. Potest tamen coadunatio
5 gentiũ † fieri statim re ablata pro ea recuperanda, *secundum Bar.in l.hostes 4.col.vers.hoc præmisso ff. de capt. & Bal. in l. licet, in fine, Cod. de exceptio. Maranta in disputa.1.num.27.& 39. Faciunt dicta per Doctores in l.vt vim.ff.de iust. & iure*, si tamen iudicis copia haberi potest similem euita coadunationem propter scandala inde prouenire solita.

Confederacion. Omissis dictis per Auiles *hic*, notandum est, quod omnis confederatio seu colli-
6 gatio * est illicita, quæ nõ fit authoritate superioris, *vt per totum titulum.ff.de colleg. illicit.vbi Bart.& alij, & Innoc.in c.dilecta de excessi. Prælat. & per totũ tit.14.lib.8.infra.* Quod adeò verum est, quod *secundum l.3.dict.tit.14.lib.8.infr.* etiam si in aduocationem confederationis assumatur nomen alicuius sancti, vel sanctę non possunt fieri similes congregationes, & hominum confederationes absq; Principis, vel prę sulis licentia: *prout latius Diuino fauente auxilio dicemus, in tit.13. quæst.1. infra isto lib.* Et hæc quidem confederatio tunc demum per Principem vel prælatum approbabitur, quoties ad pios vsus congregatur, & fit. Et hac ratione fra-
7 ternitas fustigatorum * Hispanè, de los disciplinãtes, nuncupata, cum ad piam causam, & in memoriam & recordationẽ passionis Domini nostri Iesu Christi facta sit, communiter, & publicè toleratur in omnibus ferè Hispaniæ locis, quam pluraque priuilegia & indulgentiæ per summos Pontifices illi concessa sunt. Sed est quæstionis, num tales fraternitates fustigatorum, & similes de iure permis-
8 sæ dicantur laicales * an vero ecclesiasticæ, & corã quo iudice conuenienter, late videbimus *in l.10. tit.1.glo.1.infra lib.4.* Et an bona harũ fraternitatũ sint immunia à collectis, vide per Auend. *cap.14. prætorum nu.32.lib.2.*

Parcialidad. De qua vltra Auiles *hic*, & Auen. *cap.2.prator. num.20.& 21.lib.1.* diximus *in l.1.tit. 7.lib.1.* suprà.

Ninguno. Et ibi, *personas*, & ibi, *tales pueblos*, & ibi, *y gualmente*, & ibi, *en justicia*, &, *ni edifiquen.* Declarabis verba hæc, vt per Auiles *hic* super eisdem verbis: ipsum referre sufficiet.

Trato de mercaderia. Iudicibus enim contractus
9 * prohibentur, *secundum Orosium, per text. ibi, in l.solent.nu.6 col.418.ff.de offic. proconsul.* Quod prosequitur *hic* Auiles, & Afflictis *in constit. Sicil.lib.1. rubr.87.per totam*, vbi quærit an in locum tenentibus idem sit, & an acquirere etiam per vltimam voluntatem prohibeantur iudices, & in hoc Doct. maximè Iaso. *in l. principalibus.ff.si cert. pet.* dicunt, quod hæredes institui poterunt, licet negotiari nõ possint, neque contrahere, prout & in Francia statutum est, vt licet videre ex Rebuffo *in 2. tom. constit.Fran. titul. de mercatoribus, gloss.14.pagin.205.* Vbi & glo.*15.pagin.206.* inquit, quod neque per se
† neque per alium negotiare poterunt, neque ad- 10
iungere se mercaturæ alicui etiam in minima quãtitate. Et de hac materia traditur etiam per Auen. *d.cap.2.prator.nu.22.lib.1.* vbi hoc inquit intelligẽdum in iudicibus temporalibus, non verò in perpetuis. Quia perpetui * negotiare poterunt sicut 11
& domos emere, & ędificare, & alia patrimonialia acquirere. Ex quo ipse infert, quod iudicibus originarijs, putà, *en alcades de aldeas*, vel populorũ aliorum, vbi de consuetudine ciues in iudices originarios eliguntur, non procedit nostri text. dispositio, *& ibi hanc ex Ias. testatur communem opinionem*, etiam si temporales sint, *secundum Rol. Valle consi.83.num.9.vol.2. Et glo.in l.5. verbo, juez, titul.5. part.5.magis communem & practicatam testatur opinionem*, quod neque in iudicibus perpetuis lex nostra procedat. Et sic talis iudex originarius vel perpetuus in pascuis † publicis poterit anima- 12
lia, & pecora sua pascere, *secundum Auiles hic, verbo, ganados, nu.4.fol.82.* & ideo in Francia non practicatur. *l.1.Cod.de cont.iud.l. quisquis ff. si cert. pet. l.1.Cod.si rector prouinciæ, & similes*, quia sunt perpetui officiales, & sic contrahere possunt, & in ius vocari, *non obstante l.2.ff.de in ius voc. secundum Fab. in dictis iuribus & Guid. decis.195. & Carol. Grassal. lib.1. Regalium Fran. iure 7.vers.pen.* Quamuis Villalobos inducens correctionem, *prout sæpissimè fatit, in ærario mille comm.opin.verbo, iudex, num.154. velit, per d.l.5.partitarum*, communem illam corrigi opinionem. Sed fallitur meo iudicio, nam leges partitarum in plurimum concordant cum iure communi & cum per ius commune declarari possunt, declarãdæ sunt, vt correctio euitetur. Neque per generalem dispositionem, dict. l.5. partitarum censendum est casus speciales corrigi, sed potius per speciem genus declarari, *ex iuris regula.* Sed num & alios contractus prohibentur iudices facere, & glo. *comprar, in ead.l.5.tit.5.part.5.* inquit, quod sic, & quod iuramento tales contractus non confirmabuntur, *secundum eandem gl. ibi, in verbo, para*, & hoc dum tamen, *secundum Auen.d.c.2.nu. 22.in fin. lib.1.* per viam mercantiæ contrahant, prout *ex text.nostro* probari videtur, ibi, *de mercaderia.* Tunc enim & prohibentur alios contractus etiam facere, quam contentos *in d.l.5.* Sed si causa mercantiæ hæc non agant, poterunt contrahere, dumtamen domos vel hæreditates non emant, *secundum dict. l.5.* Eo quod eius limitata dispositio loquens in emptione domorum & prædiorum, & nostra etiam per viam mercantiæ tractans tantum, limitatos producant effectus, & sic quòd domos & prædia prohibeantur emere *per illam l.5. & per nostram* quoslibet contractus facere per viam mercantiæ & negotiationis tantum. Et videtur hic literalis & iuridicus intellectus ad ista iura. Sed quia limitatio posita *in dict. l.5. partitarum*, ibi, *Fueras ende las cosas, que no podia excusar*, firmat regulam in contrarium, ideò ab omni contractus specie abstine, dum iudex fueris, nisi vbi vrget necessitas. Et sic consti-

constituo regulam, scilicet, quod nullum contra-
13 ctum iudices † in iurisdictione sua, neque mercantiam facere & exercere possunt, neque emere alia quam ad victum & vestitum necessaria, quam regulam desumo *ex dict. l. partitarum, & ex nostra*. Et amplia eam etiam si palam & bona fide faciant, imò & quamuis cum alterius iudicis decreto & authoritate, *secundum gloss. comprar. in d. l. 5. tit. 5. part. 5.* imo & quantumuis iuramentum interueniret, *secundum glo. para. in d. l. 5.* non tamen procedet regula hæc in officialibus perpetuis, vel originarijs, *secundum quod supradictum est in hac glo.* Neque procedet si extra viam mercantiæ contractus fiant, dum tamen non emantur domus vel prædia. Et hæc limitatio est secundum meam consideationem supra dictam, quam & videtur sensisse Auend. *d. num. 22. in fine*, quamuis contra dictam l. part. videatur & contra dicta per glo. *ibi in verbo comprar.* ad omnes contractus eam extendentem, nulla mercantiæ facta declaratione, vel suppletione: non procedet vlterius dicta regula, contra vendentem rem aliquam in tali iurisdictione (ante ingressum officij quoquo modo acquisitam.) Nam illam durante officio vendere poterit, *secundum dict. l. 5. vbi gl. fin. notandum dicit*, neque iure communi alibi reperisse ita dispositum, neque procedet quoad capiendum legatum, vel hæreditatem in testamento relictam, *secundum Doct. maximè Ias. in d. l. principalibus, & gloss. para. in d. l. 5.* Alias limitationes videre poteris per Soci. *in regu. 341. officiali*, & Auiles *hic, verbo. de mercaderia, per totam gloss. fol. 79.* & per Ias. & Doct. *in d. l. principalibus.* Cætera materiam nostri text. concernentia videre poteris per Auiles *hic*, & per Matienco *in dialogo relatoris 3. part. c. 27. 28. 29. 30. & 31.* vbi plura consimilia adducit.

IN LEGEM TERTIAM.

SVMMARIVM.

Aduocati procuratores, iudices, & eorum officiales esse non possunt in territorio suo, neque aliquam partium in lite adiuuare, nisi iurisdictionem suam defendendo vel bonum publicum: & tunc gratis id facere debent.

A *Brogados.* De hac lege videre sufficiet dicta per Auiles *cap. 3. prætor.* & per Auend. *cap. 2. præt. num. 23. lib. 1.* vbi annectit materiam prevaricationis, de qua suo in loco dictum remanet.

No lleuando por ello dinero. Istum text. sup. *in l. 3. titul. 16. lib. 2.* consideraui pro doctrina Auend. in *cap. 2. prætor. num. 33. versic. fin. & num. 26. lib. 1.* dicentis quod licet iudex possit in secunda aduocare instantia pro sententia sua defendenda, illud tamen verum si gratis faciat, non vero aliàs. Pro quo optimè faciunt quæ *in d. l. 13.* diximus, vbi est text, expressus pro doctrina illa.

IN LEGEM QVARTAM.

1 *Corrector locum tenentem eligere non potest, nisi id in Regia prouisione permittatur.*
2 *Omnia censentur apposita in instrumētis, quæ de consuetudine solent apponi.*
3 *Vicinus quis dicatur, remissiuè.*
4 *Ortus in prouincia non potest officium iustitiæ ibi exercere, nisi ad modicum tempus, nu. 5.*
6 *Iudex debet esse moribus, virtuteque, & nobilitate splendidus.*
7 *Computatio graduum, quomodo & secundum quod ius fieri debeat*
8 *In incestu & incestis nuptijs attenditur in graduum computatione ius canonicum,*
9 *Corrector non exhibens officiales, an tantum ad pœnas ciuiles teneatur.*
10 *Negligentia in iudicibus dolus est, & criminaliter propter eam poterunt puniri.*

SVMMARIVM.

Correctoribus, quos in officiales suos habere & recipere, prohibitum sit, declarat lex nostra.

NI *Tinientes.* De quorum locum tenentium iurisdictione, & prærogatiua dictum remanet *in l. 10. supra titul. proximo.* Et notandum est quòd quamuis Auiles, *capit. 4 prætorum, verbo, escoja, & verbo, justicia, nu. 1.* velit, per text. nostrum permittentem correctores habere locum tenentes, quem ad hoc etiam notauit Auend. *cap. 3. prætor. lib. 1.* corrigi legem *10.* dictam, non permittentem absque regis licentia correctores ponere substitutos, & sic quòd per text. nostrum permissum iam sit locum tenentem suū nominare correctorem, absque dicta licentia, in veritate tamen nulla correctio induci potest, neque est inducēda ex nostra l. ad illam 10. in hoc. Imò text. noster intelligitur, secundum illam. l. *10.* cum non sit nouum leges posteriores per priores & è contra intelligi, scilicet, quod tunc permittitur locum tenētes habere & nominari posse † per 1
correctores in iurisdictione sua, quotiescunque id in Regia prouisione officij permittitur & iubetur, prout semper permittēdum & inscribendū iubet lex illa *10.* Et sub illo presupposito, quod apponi & inscribi debet, legem nostram loqui intelligendum est, & per consequens nullam ex ea ad illam *10.* induci correctionem. Imò & quod plus est tentari posset, quod quamuis in prouisione regia officij prouisi correctori alicuius districtus non esset data licentia ipsi correctori nominandi & eligendi locum tenentem, posset vtique nominare, & censetur ad hoc licentia concessa, quoniam sic consuetum fieri. Et in scripturis semper * censentur apposita, quæ de con- 2
suetudine apponi solent, *secundum textum in l. final. §. sin autem duorum. Cod. de iure emphyt.* Et quia Brocardicū hoc non est vsquequaque firmū,

consu-

consulerem vtique, vt in casu in quo non esset in prouisione concessa licentia nominandi locũ tenentem, obtineres eam, ne in conflictu opinionum esses si aliud faceres.

3 *Vezinos.* Quis dicatur vicinus † tradit in propositum Auend. *c.3. prætorum. nu. 5. versi. dicitur autem. lib.* 1. & latè Burgos de Paz in *l.3 Tauri. verbo, vicinos,* vbi latissimè de vicinitatibus agit, & nos iã egimus in quadã causa, & iuris allegatione, quæ cum longa sint & extra materiam missa facio.

Ni naturales. Qui enim ortus est in prouincia
4 † non potest ibi officium iustitiæ exercere, *secundum text. & ibi glo. in l. hiqui. ff. ex qui, causis maior.* tradit Auiles *in præsenti, verbo, tierra, fol.* 99. & Auenda. *c.3. prætorum, versi. item si iudex, lib.* 1. Vbi *in versi. dicitur autem* declarat quis dicatur naturalis, & legem quandam partitarum, ad hoc allegat, omisit tamen allegare aliam similem, *scilicet. l.* 32. *ti.* 2. *par.* 3. *& tradit idem Auiles cap.* 17. *prætorum, in prin. col.* 1. *fol.* 159. *& tradit etiam Burgos de Paz vbi supra, & Capit. decisio. Neapol.* 162. *num.* 16. *&* 17. *& Afflictis decisio.* 384. *per totam & ibi eius additio. & Thom. Gram. decis. Neapolit.* 103. *num.* 111. Et leges has, quod naturalis non sit sui iudex loci, sanctissimas appellat Gometi. *in reg. cancellariæ de idiomate, quæstio.* 1. *pag.* 4. Et idem apud Francos statutum, & in plerisque Italiæ locis seruatum asserit, & quòd si Regna Valẽtiæ Hispaniarum seruarent hoc, non tot discordiæ processissent. *Et de ijs plura dixit Afflictis in constitut. Sicil. lib.* 1. *rubric.* 49. *per totam, & Carolus de Grassallis libr.* 2. *Regalium Frãc. iure.* 8. *pagin. antepenultim. in paruis.* Imò & sacrilegium committit naturalis prætendens officium aliquod habere in patria sua *secundum textum in l.* 11. *titul.* 18. *part.* 1 Per
5 modicum tamen tempus † *secundum Auenda. & Auiles vbi supra,* bene permittitur naturalem iudicem habere: & sic videmus fieri & permitti quotidie. Et ita potest intelligi, & declarari. dict. l. 11. *titul.* 18. *partit.* 1. vt procedat si ad longum non vero si ad modicum tempus quis in patria sua iudex fiat: *prout eã reperio declarasse Orosium in l. si eadem prouincia, numero* 7. & 8. *column.* 512. *ff. de offic. assessorum.* Vlterius *ex tex. nostro in ijs verbis* licet notare casum, vbi quis locum tenens esse non potest, scilicet, cum est vicinus, vel naturalis loci illius, quem & alios similes casus prosequitur Auendañ. *vbi supra, & per tex. nostrũ si bene inspiciatur probantur.*

Para los cargos que les diere. Iudex enim, & præses debet esse moribus, virtute, & nobilitate splendidus, *prout hic prosequitur Auiles, & alio in loco dictum memini & dicetur infra in tit.* 9.

Parientes. Quorum graduum computatio fiet secundum ius ciuile, *secundum Auend cap.* 3. *præt. num.* 5. *vers. item consanguinei, lib.* 1. Et hoc quia, *secundum nostrum Couar. in* 4. *cap.* 6. §. 6. *num.* 8. *fol.* 67. *de sponsal.* in hæreditatibus & successio-
7 nibus vtroque foro legalem † computationem esse aduertendam iuris est, in alijs autem contractibus, actibusque cæteris, quælibet computatio in suo foro est seruanda quanuis quoad matrimonium, *secundum eum ibi* in vtroque foro secundum ius canonicum fiet computatio. Et ideo *secundum glos. in l.* 1. *tit.* 18. *p.* 7. in incestu fiet
8 computatio, & in incestis nuptijs † secundum ius canonicum, *secundum Couarr. vbi sup.* §. 8. *nu.* 18. *& Dec. cons.* 158. *vol.* 1. *& Alciat. in cap. cum contingat. num.* 16. *de iure iurand. quos & alios allegat hanc cõmunem dicentes.* Item, & quia vbi lex est fauorabilis, potius debet lex ampliari, quam restringi. Et secundum ius ciuile ampliatur, secundum verò ius canonicum restringitur gradus computatio, ergo nimirum si attento iure ciuili in nostro proposito computatio fiat, quia lex nostra fauorabilis est, & publicum bonum concernens.

La prematica. Quæ est. l. 2. *titul.* 9. *infra isto lib.* Et iste est tertius casus in quo quis non potest esse locum tenẽs, *quem notat Auenda. dict. capit.* 3. *numero.* 5. *versic. penult. lib.* 1. *& Auiles hic fol.* 101. *qui de. d. l.* 2 *meminerunt, & Didacus Perez libr.* 2. *ordin. column.* 699. *cum sequen. & idem Auiles in proœmio, capit. prætorum, verbo, qualesquier, numero.* 7. *folio.* 11. Et Deo annuente *in dict. l.* 2. aliqua dicemus, quæ vtinam ad literam seruarentur. Dolendum est enim, quod contra legem illam. 2. eliguntur in locum tenentes per correctores, nouelli, & inscij homines, & qui vix primas instituriones perlegerunt.

Satisfazer. Corrector enim tenetur pro officialibus, quos secum duxit, & ipse nominauit in tales, *prout in l.* 1. *huius tituli dictum est, in glos. nolo supieron.* Quanuis si *secundum textum nostrum* eos exhibeant, satisfaciunt Correctores ipsi, *prout ibidem dixi, ex Cataldino, & aliis, & optimè Additio Capellæ Tolosan.* 154. *hæc declarans, & tenet gloss. in l. obseruãdum.* §. *proficisci. ff. de offic. proconsu. optima. l.* 1. *titul.* 16. *part.* 3. Bartol. *&* Bald. *in l. familia. ff. de public. & vecti.* Paul. *in l.* 1. §. *quid nouissimè. ff. eod. titul.* Felin. *in capi. cum Petrus n.* 8. *cum sequentib. de homicid. per Beroium in quæstione familia.* 39. *nu.* 3. *Vbi id vno & optimo modo declarat, de quo infra dicemus. Et glos. in pragm. sancti.* 1. *tomo, titul. de collatio.* § *frustra verbo familiæ. fol.* 188. Qui duo posteriores Doctores, id optimè intelligunt in habẽtibus officium publicum, *prout intelligit addition. Cappellæ Tolosan. decis.* 164. *&* 195. Habentes namque officium priuatum, putà, hospitium, tenentur vtique pro famulo: & potest tunc optimè agi contra Dominum vel famulum. Et sic officium habens publicum exhibendo officiales liberatur, *secundum dictos, & Auenda*ño *capitul.* 3. *Prætorum, n.* 5. *libr.* 1. Nã & fideiussor iudicialis principalem præsentans, etiam post moram liberatur à pœna, *vt per Thomam Grammaticum, optimè decisione Neapolitan.* 95. Item & secundò intellige dicta, nisi Corrector ipse delictum sui officialis in officio commissum ratificauerit, vel etiam pecunia corruptè & malè accepta ad manus eius peruenerit, tunc enim non liberatur exhibendo eum, sed ipse tenetur, *secundum Puteum de syndicatu, verbo, familiaris, siue famil. potestatis, cap.* 5. *nu.* 1. *fo.* 254. *& Beroius vbi sup. nu.* 4. Si verò eos non exhibeat indistinctè tenetur pro eis in ijs in quibus in officio deliquerunt, non verò si extra officium, *secundum Puteum vbi sup. in verbo potestas. c.* 1. *numero* 3. *& Bal. in rubric. numero* 16. *C. de pœna iud. qui male iudi. & eund. Puteum vbi sup. in verbo, iudices ad syndicatum qui sint, cap.* 2. *numero* 20. Et Amædeus *de syndicatu. numero* 196. *& num.* 197. ponit cautelam, vt pro officiali suo in officio delinquente corrector non teneatur, quamuis

eum non exhibeat. Et tunc sufficit, quandocunque eos exhibere: dummodo ante condemnationis executionem, *vt dictũ est, & tenet Auend. in d. c. 3. in fine.* Item intellige teneri si eos non exhibeant pro cõmissis per eos in officijs, quo-
9 ad pecuniarias pœnas † non vero quoad corporales, *secundum Auenda. d. numero 5. versi. corrector autem.*

Hizieron. Idem si neglexerint, quia negligen-
10 tia in iudicibus † dolus est, *secundum Auend. d. c. numero 6 libr. 1.* Imò & criminaliter ad pœnam corporalem puniri potest iudex negligens, *secundum Additio. Bart. in l. duos numero fin. C. de suscepto. lib. 10.* Punirique potest talis culpa, acsi in faciendo esset commissa, *secundum Auend. d. cap. 3. numero 6. lib. 1. & Caldi. de syndic. quæst. 265.* Quamuis Auiles. *cap. 1. præto. glo. fiel. numero 28. fol. 29.* velit, tantum ad interesse negligentem iudicem condemnandum. Fallitur tamen, nam tanta posset esse negligentia quod criminaliter puniretur. Imo & propter negligentiam potest iudex ab officio remoueri, *secundum Auenda. vbi supra, & Cataldinum de synd. numero 171. quæst. 256. & Puteum, eo tract. de synd. verbo, negligentia. c. fin. numero 8. fol. mihi. 334.* Nunquam tamen alicui negligentia imputatur, nisi vbi diligentia proficeret, *secundum text. in l. pen. §. si ea. ff. ad l. Rhodi. de iactu, quem ad hoc allegat decisio capellæ Tolos. 256. in fin.* Et sic hodie officiales non syndicantur, de negligentia leui, vel leuissima, nisi tantum de lata & per consequens de dolo proxima, *secundum Clarum libro 5. selectarum sent. in practic. crimin. §. fin. quæstione. 73. versicul. item iudex.*

Saluo en caso. Nam tunc non tenetur, *vt in hac lege dictum remanet & declaratum.*

IN LEGEM quintam.

SVMMARIVM.

Correctores & iudices non permittant alios quam ipsos, & eorum officiales vti officijs, ad quæ ipsi electi sunt.

QVE OTRO LOS TENGA NI VSE DELLOS. hic ex tex. probans quod per ingressum & assecutionem officiorum per officiales nouos receptorum suspenduntur veteres officiales officia illa anteà exercentes, in quorum locum noui officiales inducti sunt, prout Auiles *hic in glo. 1.* inquit semper in ipsis prouisionibus officialium nouorum inseri & iuberi, *facitque tex. in l. 23. sup. tit. proximo.*

IN LEGEM sextam.

SVMMARIVM.

Tenentur iudices terminos sui territorij visitare, & occupata ab alijs, populis ipsis à quibus ablata fuere, restitui facere, terramque semel in anno visitare, & dum in visitatione extiterint, causas ciuiles non habent determinare.

OTROSI LES MANDAMOS. De hac lege plura *hic* prosequitur Auil. qui tanquam extranea ab eius materia omittam ea. Et de visitatione terminorum vltra Auiles *hic*, videndus est, & de terminis & terris publicis, Auendaño latè tractans, *in cap. 4. prætor. per totum lib. 1. & in l. 16. titul. supra proxima aliqua diximus.* Et de iis terminis, & montibus publicis tractat idem Auendaño *capit. 12. prætor. lib. 1. & cap. 10. numero 1. cum sequent. aliquibus, lib. 2.* Et de pascuis publicis, vide Couarruu. *in practic. capit. trigesimoseptimo.*

La ley de Toledo. Quæ est. 3. *titul. 7. libr. 7. infr.* cuius materiam *hic* examinat Auiles. Et de ea apparatum quendam fecit Ponce de Leon Mexia. Vbi circa eius materiam informationem quandam iuris in effectu fecit super lite in facti contingentia habita. Ibidem tamen nos Deo fauente dicemus aliqua, quia nunc non est materiæ nostræ. Et de illa lege. 7. tractauit etiam Auend. *c. 4. Præt. numero 9. versi. facta autem, cum pluribus sequent. lib. 1.*

No se embarace en negocios ciuiles. Vide de hoc Auen. *c. 4. Præt. numero 44. vers. item Corrector, lib. 1.* imo *capit. 27. de las Cortes de Madrid, anni. 1570.* statutum est, quod Correctores non visitent territoria, & districtus in mensibus Iunij, Iulij, & Augusti, in quibus Rustici intenti sunt colligendo panem, & quod in Regio consilio circa hoc dentur prouisiones necessariæ, & iustè & sanctè fuit statutum.

O por sus tinientes. Hæc dictio, ò, in aliquibus libris anteà ponebatur copulatiuè, & sic per dictionem, è, & corruptè, nam disiunctiue apponenda erat, prout nunc apponitur. Et per consequens hac litera attenta, locum tenens Correctoris potest optimè vicos & loca suæ iurisdictionis solus visitare, prout asserebat Auend. *cap. 4. Prætor. numero 44. versic. quæ supradicta sunt lib. 1. & in l. 16. tit. supra proximi diximus.*

IN LEGEM septimam.

1 *Concessa salaria capienda sunt per officiales iustitiæ, & tabelliones, dum tamen non sint maiora quam tassæ Regiæ.*
2 *Casus, vbi de iure imponitur pœna septupli, remissiuè.*
3 *In septuplo, vel quadruplo qualiter habeatur consideratio ad excessum. 3.*
4 *Iudices neque lucra possunt cum tabellionibus diuidere.*

SVMMARIVM.

In auditorio, & publico loco iudices affixi faciant tabulam iurium officialium suorum, neque iura duplicata capere permittant.

CON LAS TASSAS ANTIGVAS. Consueta † enim salaria recipienda esse asserit
1 Auend. *c. 2. Præt. numero 7. lib. 1.* Dum minora sint, quam à legibus Regiis tassata. Nam quoad maiora valida erit hæc consuetudo, non verò quoad maiora salaria, *secundum Auend. vbi sup. numero 14. vers. & præmaximè, vbi & in versi. in eo verò, alia proponit in nostri text. declarationem.*

Con las setenas. De quibus septenis videndus est Auend. *c. 2 Præt. numero 10. lib. 1.* vbi *in versi. hodiè*, declarat qualiter hæc pœna diuidenda sit, & quod hoc casu velo leuato proceditur. Et *numero 11.* enumerat casus vbi, † de iure pœna sep-
2 tupli imponitur. Et *num. 12. vers. Aduertendum* declarat, qualiter in septuplo, vel quadruplo †
3 habeatur cõsideratio ad excessum, scilicet, eius quod capi poterat iustè, non verò totius quantitatis.

Escriuanos. Idem in simili disponit. *l. 24. sup. tit. proximo, & allegat nostram legem in hoc Auend. c. 2. Prætor. numero 14. vers. item olim cum sequent. fol. 28. lib. 1.*

Ni hagan partido. Adeò, vt neque lucra † pos-
4 sint diuidere cum tabellionibus, *secundum Boeri. decis. 258. num. 12.*

IN LEGEM octauam.

1 *Iudices donata etiam à ciuitatibus, & populis recipere non possunt.*
2 *Medicina ab infirmo, neque iudex à parte etiam sponte offerrẽte aliquid non recipiãt.*
3 *Iudices officialium suspensorum salaria non percipiant.*
4 *Corrector priuat hospitia gratis recipere non potest.*
5 *Asinus rustici potest pro exequenda iustitia capi, soluta tamen iusta mercede.*

SVMMARIVM.

Dona etiam ab ipsis ciuitatibus iudices non capiant, & iustam mercedem pro hospitijs & suppellectilibus soluant, quacunque consuetudine contraria non obstante, sub quadrupli pœna.

DADIVAS. De quibus *in l. 1. verbo, dadiua, & promessa*, diximus plura. Et *ex lege nostra* lex illa ampliatur, scilicet, quod dona hæc non solum recipienda non sunt à particularibus
1 personis, verùm, nec ab ipsis populis, † ciuitatibus & concilijs eorum ijs omnibus quantumuis consentientibus, & consuetudine qualibet contraria non obstante.

Aunque se lo quieran dar. Facit text. *in l. 1. C. de salgamo hospi. nõ præst. & tex. in l. deuotum. C. de meta. & epedimet. lib. 12.* Facit etiam, nam neque me-
2 dici † salarium debent aliquod recipere ab infirmo, etiam si vltro infirmi donent, *vt notatur in l. Archiatri. C. de profes. & med. lib. 10. tenet Felin. in c. tua nos, ad finem. de homi.* sed Angel. & Platea *in d. l. Archiatri*, contra tenent in medicis. Nisi intellgas Felini oponionem quando in conuentione cum medico facta scriptum fuit, quod nihil amplius recipere posset, secus si nihil tale sit scriptum, quoniam tũc procedet opinio Ang. & Plat. *secundum quod inquit Rip. de peste, tit. de remedio ad curan. pestem. n. 113. fo. 28. & Dec. in l. inuitus. §. si. numero 7. ff. de regul. iur.* Quoad hostrum tamen propositum corrector & iudex, quilibet salariatus de publico etiam ab sponte dãtibus nihil recipere potest, sicut & neque aduocatus vltra salarium, *secundum quod inquit tex. vbi dixi in l. 21. tit. 16. lib. 2. sup.* Postquam tamẽ infirmus, sanauit bene, licet medico ab eo sponte donata recipere, *secundum Rip. vbi sup. num. 114. cum sequent. aliquibus.*

Que pues estan suspendidos. Quid velit tex. noster in ijs verbis disponere decerps, ex Auend. *c. 4. Præt. nu. 47. lib. 1.* scilicet, quòd cum correctores plerunque locum tenentem, vel alium ex officialibus non habentes salarium eorum sibimetipsis correctores applicare & percipere volebant, ne sub hac occasione ijs officialibus destituta sint officia, & ciuitates, dum suspensa & improuisa hæc haberẽt correctores ad effectum eorum percipiendi salaria. Ideò iubet text. noster, vt talium officialium suspensorum salaria correctores ipsi non percipiant, † *prout optimè* 3
inquit & declarat Auend. vbi sup. cum secundum. l. 5. sup. eod. Omnia officia antiqua per ingressum & aduentum nouorum officialium suspẽsa sint, & nè in hac durent suspensione prouidet noster tex. quod si suspensa extiterint, salaria eorum correctores non percipiant.

Saluo por sus dineros. Corrector enim priuata † hospitia, vel domos occupare non debet, quia 4
grauantur subditi huiusmodi hospitiis contra notata per Plateam relatum per Auend. *cap. 4. præto. nu. 45. in prin. lib. 1.* & quia si militibus salgamum præstari, gratis non debet, *vt per totum de salga. hospi. non præs. lib. 10.* Quanto minus iudicibus priuata hospitia gratis non sunt præstanda, prout optimè & sanctè disponit tex. noster. Nã, etsi asinus rustici capiatur † pro iustitia exequẽ- 5
da, prout capi potest, *secundum Bar. in l. 1. C. ne operæ à colla. exig. lib. 10. & Maranta in practi. 6. par. 3. actu, de executi. sent. nu. 26. pag. 656. in paruis*, debet tamen pretium pro ipso asino & eius detẽtione solui, *secundũ Catal. de syndi. q. 269. fol. 45. & Ant. Gom. cap. 14. de delictis, nu. 7. fol. 104. & Amædeum de syndica. nu. 248. fol. 102. in paruis, & Suarez allegati. 11. in prin. vbi in alio casu hoc ampliat, & Rebuf. optimè in 1. tomo, constit. Frãn. art. 6. glos. 2. nu. 22. sub tit. de literis obligato.* & cum hęc in iustitia exequẽda, in executione cuius vertitur publicus fauor, ita se habeant: à fortiori idem est asserendum, vt pretium pro hospitiis & domibus correctores & iudices soluant, prout & asserebat Bal. *in l. obseruare in pretio. ff. de off. proconsul.* & prosequitur Auiles *hic verbo, dineros.*

IN LEGEM nonam.

1 *Iudices salariati assessorias pro processu recipere non possunt.*

2 *Assessoriam, quæ partium soluere teneatur, vbi soluenda & danda est.*

3 *Commissione data iudici ordinario an alterata videatur eius iurisdictio.*

4 *Compromitti an liceat in ordinarium iudicem, & quomodo, & num. 5. an in delegatum.*

SVMMARIVM.

Correctores nullo permittant modo officiales suos assessorias capere pro videndis processibus, & super ijs iurare faciant eos, neque compromissa acceptent, nec recipiant.

ASSESSORIAS. Similis est text. vbi remissiuè diximus *in l. 9. sup. tit. proximo*, secundum quem debet noster intelligi, scilicet, quoties ta-
1 les iudices & officiales † salariati sunt, vel literati, saltim si salarium non percipiunt. Sed si salarium congruum non esset, tunc pro laboris compensatione possent aliquid honestum recipere, dum tamen prius taxaretur, prout optimè inquit Rebuf. *in 3. tomo constit. Franc. tit. de salar. taxa. prouid. processf. glos. vna, art. 1. num. 13. cum sequent.* Cuius opinio nullatenus placet. Nam si salariatus competenter non est, officium non acceptet, & si acceptat sibi imputet, quia congruum salarium non petijt, vel in totum omittat salarium, vt iustè assessorias recipiat, ne incidamus in opinionem patris Antonij de Cordoua, *de qua in d. l. 9. mentionem fecimus.* Nisi ex necessitate, & compulsus compellàtur officium acceptare. Tunc enim si salarium non sufficit, possunt assessorias capere, prout *in alcaldes ordinarios de lugares de señorio, o de aldeas*, qui compulsi eliguntur. Et licet habeant salarium est ita paruum, quod non debet haberi in consideratione, & est acsi nullũ haberent salarium. Tunc enim tanquam non salariati assessorias petunt, & hoc si ex antiquissima consuetudine id habeant, non verò alias. Et à qua partium in casu
2 in quo assessoria † debetur pro processu, præstanda sit, tradit optimè Oroscius *in l. fi. num. 6. & 7. volum. 520. ff. de offi. assessorum.*

Por comision. Hæc bene prosequitur verba Auiles *in præsenti. fol. 136.* vbi *num. 2.* eius rationem assignat, scilicet, quia quando vnam causam, vel vniuersalitatem causarum certarum per legem Rex, vel Imperator commisit præsidi alicui habenti iurisdictionem, ordinarium eum facere non verò delegatum censetur, *secundum gl. in l. diuinæ C. ne li. potenti.* De quo tamen vltra per eum allegatos, quando per commissionem
3 causæ alicuius † iudici aliàs ordinario missam, censeatur iurisdictioni ordinarię derogatum, videndus est Alex. *in l. 1. §. si quis simpliciter num. 10. ff. de verb. obli.* & Paul. *in l. ius ciuile ff. de iust. & iur.* & Boer. *decis. 151. nu. 5. & 6.* Vbi dicunt, quod cum additur vel detrahitur aliquid iurisdictioni ordinariæ, delegata iurisdictio data censetur, & sic ordinariæ derogatum, aliàs secus est, *de quo est optimum Decij consilium relatum per Bene enutum in tract. de mercatura, tit. quomo proced. in causis merca. nu. 46. fol. 428. & ibi, ipse ita etiam declarat.*

Compromissos. Vltra dicta per Auiles *hic*, notãdum est, quod de iure canonico † licebat in or- 4
dinarium iudicem compromitti, de iure verò ciuili non, *per text. in l. sed & si in seruum §. si iudex ff. de arbit. quem ad hoc adnotauit* Bar. *& ibi glo. conuentum, in auth. vt differ. iud. in prin. & probat tex. in l. 24. ad fi. tit. 4. par. 3. vbi glo. ita notat.* Et hanc differentiam inter ius canonicum & ciuile constituit Abb. *in c. cum tempore, nu. 5. extra de arbi.* vbi circa hoc tres referebat opiniones. Vera tamen & communis erat opinio iure ciuili, quod compromitti in ordinarium tanquam in arbitrum non poterat, tanquam in arbitratorem verò sic. Et istam communem testatus est opinionem Villalo. *in erario mille camm. opi. verbo, compromitti, n. 172.* Vbi & itidem communem testatur, quod de iure canonico potest in iudicem compromitti. Inquit tamen ipse *ibidem* illam commun ẽ opinionem iuris ciuilis, & lege illa. 24. partitarum approbatam, in quantum disponebant tanquam in arbitratorem compromitti posse, esse correctam per generalitatem nostri text. & sic quod neq; vt in arbitratorem licet iam in ordinarium compromitti. Et allegat ad hoc Petrum de Auend. & ipsum sequitur nouissimè Olanus *in concordia Antinomiarum, verbo, iudex, nu. 64.* Ego tamen salua eorum pace, crederem dictam partitarum & communem illam iuris ciuilis in nihilo esse correctam per tex. nostrum, arg. celebris doctrinæ, *glo. in l. 1. C. de silentiarijs, lib. 10.* dicentis, quod quoties lex antiqua prouidet in casu quodam speciali, non censetur derogata per legem nouã generalẽ contrariam. Imo lex noua debet intelligi, & limitari per antiquam. Dicta autem lex partitarũ prouidet, cum cõmuni iuris ciuilis opinione, quod in ordinarium tanquam in arbitratorem possit compromitti. Ergo per nostrã generaliter prohibentem compromissa fieri in ordinarium, non est censendum casum illũ specialem correctum: sed potius legis nostræ dispotio est limitãda, & declaranda dispositione illius l. 24. part. attenta. Neq; obstant dicta in contrarium per doctores correctionem inducentes. Nã verbum hoc, *compromisos, si prometimiento de auenencia* significat, verbum *auenencia*, & verbum, *auenidores*, propriè non arbitratorem & amicabilem compositorem comprehendunt, sed tantum arbitrum iuris, *secundum tex. in prin. eius, in l. 23. tit. 4. p. 3.* Et si ita est, prout est, & firmat ipse Auen. *in dictionario, verbo, aluedriadores, in prin.* ergo tex. noster in hoc verbo, *compromissos*, arbitrum, non vero arbitratorem comprehendit: & verba in potiori & propriori significato sunt capienda pręsertim ad euitandã iurium correctionẽ & rationem differẽtiæ percipere poteris, *ex gl. assi. in d. l. 24. tit. 4. p. 3. Quæ hanc videtur tenere opinionem, prout & voluit eã asserere. Couar. lib. 2. vari. 12. col. 4. in prin.* Et hæc mihi vera videntur. Neq; obstat, si quis dicat legẽ nostrã esse superfluam, quãdoquidem idẽ per legẽ illã 24. partitarũ videbatur dispositũ. Nam argumentũ superfluitatis faciliter tollitur, quoties per legẽ aliquid aliud additur vel disponitur, *prout hic.* Itẽ, & quia in hoc titulo tractatur de instructione danda iudicibus, quę quidẽ perfectè dari debet, ita vt nihil omittatur.

tatur. Et ideò lex nosta circa hoc prouisit, & cõsequenter nulla superfluitas in ea datur. Et an in delegatum † possit compromitti, vide additio. Abb. *in cap. cum tempore, numero 5. de arbitris, & glo. antep. l. 24. tit. 4. par. 3.*

IN LEGEM decimam.

1 *Examinatur opinio de Auendaño circa decimam executionis, & nu. sequent.*
2 *Solutum vel perfectum non dicitur id, quod in parte fit.*
3 *Executor petita & facta executione, an in bonis debitoris habeat aliquod ius pro decima sua.*
4 *Executor respectu decimæ suæ creditor dicitur, & executatus eius debitor.*
5 *Creditor propriè quis dicatur.*
6 *Executor statim executione facta potest pignora capere pro decima sua.*
7 *Executor transmittat ad hæredes ius decimæ competens ex executione, & ibi ampli.*
8 *Non est in potestate contrahentium tollere ius quæsitum tertio ex contractu.*
9 *Emphyteota quamuis reemat rem alienatam non euitat commissum.*
10 *Quantitas, pro qua fit executio attendenda est ad decimam consequendam.*
11 *Hæres occultans bona hæreditaria perdit beneficium inuentarij.*
12 *Hæres conueniens se cum creditore hæreditario perdit beneficium inuentarij.*
13 *Alguazelus vel executor si non facit executionem ei mandatam puniri potest.*

SVMMARIVM.

Qualiter, & quando, & quoties iura executionis per executorem capiẽda sunt, declarat lex nostra.

HASTA QVE EL DVENO DE LA DEVDA SEA PAGADO. Per tex. hic, & per similem *in l. 7. titul. 21. infra. lib. 4.* reprobatur quædam opinio Petri Nuñ. de Auend. *in d. c. 17. præt. numero 10. vers. vnum tamen lib. 1.* asserentis, quod si debitor non habet tantum in bonis quod possit solutio fieri tam debiti principalis ipsi credi-
1 tori, quam decimæ executori, iuxta id, † quod soluitur creditori debet executor habere decimam, & iura eius et competẽtia, eò quod *secundum eum ibi* non dicitur esse in bonis debitoris, nisi quod superest deductis expensis Contra quẽ considero tex. nostrum expressum, & dictam. l. 7. ei similem. Quia si decima & iura executori soluenda non sunt, nisi tunc cum debitum solutum est, si ex repertis bonis debitoris debito soluendo non sufficientibus, debita decima executori esset soluenda, ante debitum solutum executor decimam caperet, quod tamen est contra text. nostrum, & similes, igitur habemus intentum. Non enim dicitur solutum, quod in totum solutum non est, † neque dicitur perfectum, quod 2
est in parte factũ, prout ad sensum rationis clarissimè patet, & probatur *ex tex. in l. 2. ff. de origine iur.* ibi, *qui ipsi animaduertunt aliquid deesse.* Et perfectum dicitur cui nihil addi potest, *secundum Bal. in tract. schismatis, colu. fi.* Et solutio non perfectè facta habetur pro non facta. *l. Mæuius. §. in fundo. & ibi Bar. de leg. 2.* Nihil enim videtur factum, cum aliquid restat faciendum. *l. pen. in fine. C. de ijs, quib. vt indig. c. 1. de baptismo.* Et sic nihil videtur soluisse, qui totum non soluit. *ff. de fami. hærcis. l. hæredes § in illa*: neque videtur edidisse, qui totum non edidit. *ff. de interrog. act. si defensor. ff. iudi. solui, ex clausula. Quos tex. ad hoc allegat. Specul. 2. p. tit. de insti. editi. §. dicto de impugnatione. nu. 6.* Et ideò non liberatur debitor, qui debet cẽtum si quinquaginta offerat in iudicio, *prout ex text. in l. qui decem. ff. de solutio. tex. l. acceptam, & ibi Bal. n. 11. 6. & 7. oppo. C. de vsuris. Bart. in l. sed si alia. ff. de constit. pecu.* Et oblatio debiti debet esse integra, & realis, *secundum Nebus. in tract. de pig. 2. p. 3. membri. 5. p. prin. num. 17. fol. 137. in paruis, & cum aliquibus sequenti. hoc limitat. & Tiraq. de retract. conuentionali. gloss. 6. §. 5. nu. 24. cum sequent. aliquibus, pag. 723.* Neque mora purgatur, *secundum supradictos*, nisi is qui debet centum tota centum offerat, & soluat, *prout tenent Bar. & Doct. in l. interdum § fi. ff. verb. obli.* Imò & oblatio, vt liberet debet fieri cum interesse, *secundum eosdem, & Alex. in l. si insulam, n. 9. ff. de verbo, obli. Soci. cons. 199. in causa facta. vol. 2.* Si ergo, *prout ex supradictis patet*, solutio in dicto casu non dicitur perfecta, neque facta, quomodo potest executor capere decimam ex bonis illis captis per creditorem in solutionem partis debiti, contra nostri tex. dispositionem, & contra omnia dicta, imò & contra id, quod ipsemet Auendaño *in eod. c. 17. n. 8. in fi. vers. & exigit* fatetur, dum inquit executorem capere decimam & executionis iura non posse, antequã creditori soluatur, cui quidem non soluitur interim, quod de omni debito non est satisfactus. Igitur Auend. suomet gladio se iugulat. Et quanuis statim petita & facta executione quæratur ius executori pro decima, non ita censetur quęsitum, quoad præiudicium ipsius creditoris exequentis, quod ex bonis ei adiudicatis pro solutione debiti, debeat capere decimam executor ipse, aliter enim creditor non dicetur satisfactus. Item & pro hac mea contra Auendañi opinionem vltra dicta considero optimũ & singularem tex. *in l. 8. tit. 21. lib. 4. inf.* in quantum *ibidem* disponitur, vt nullæ debeantur expensę excutori, nisi prius creditore satisfacto de debito, & expensis. Si ergo de expensis etiam prius creditor est satisfaciendus quam executor iura executionis capiat, à fortiori & de toto debito, neque quid extrahendum est pro decima de bonis creditori datis in solutionem partis debiti, vel in totius debiti satisfactionem & non plus. Et ita absque dubio teneo contra Auend. imo quod nihil sit extrahendum pro decimæ solutione ex bonis à creditore captis pro debito

suo, & etiam pro expensis ei debitis. Aliter enim esset prius soluere creditori decimam quam creditor esset satisfactus. Et sic contra Auendaño in iudicando & consulendo est intrepide tenendum, & sic quotidie practicatur. Neque obstat fundamentum ipsius Auendañi, scilicet, quod nihil dicitur esse in bonis, nisi deductis expensis. Quia respondeo, quod hæc regula procedit quoties expensæ illæ debentur ratione rei, & propter rem, ex qua debiti solutio fit, puta si res illa venderetur, vt ex nummis venditionis solueretur debitum: tunc expensæ factæ in venditione rei illius, putà in proxenetis & preconiis & gabellis soluendæ sunt antequam debitum creditori, & quod superest expensis ijs deductis, dicitur bona debitoris esse. In nostro verò casu expensæ, & sic decima non debetur executori ratione rei ipsius, & propter rem, sed propter laborem, & diligentiam, & vt debitores tædio expensarum affecti satisfaciant creditoribus. Et labor hic & debitoris tædium, & molestia, respectu rei creditori pro debito adiudicatæ, non venit nomine expensarum ipsius rei, sed ratione executionis petitæ. Igitur fundamentum Auendañi nihil pro eius opinione, neque contra nostram facit. Item & quantumuis vellemus fateri, eius fundamentum etiam nostro proposito applicari posse, habemus leges contrarium disponentes, igitur in nostra quæstione & casu esset omnino regula illa excludenda. Notandum etiam est quod executione facta statim executor acquirit ius pro deci-
3 ma sua. † Quod manifestissimè probatur se-
quentibus, eo quod executor respectu decimæ
4 † creditor dicitur *prout inquit Auend. d. cap.* 17. *Prætorum. numero* 9 *& Didacus Perez l.* 21. *glo.* 1. *tit.*
5 14. *lib.* 2. *ord.* Is enim propriè dicitur creditor, † cui aliquid dilatione interueniente soluendum est, *secundum Cæpolam in l. creditores. ff. de verbo. signifi. per text. in l.* 1. *ff. si cer. pet.* quasi hoc significet verbum *credere*, quod est confidere de debitore solutionem. Ille verò, cui statim soluēdum est, non est creditor, quia nihil de debitore confidit neque credit. Igitur executor verus creditor est, & si talis statim petita executione acquirit ius pro decima sua. Item statim petita & fa-
6 cta executione † potest pro decima executor ipse pignora extrahere à debitore, *secundum tex. in l.* 7. *titul.* 21. *infra lib.* 4. Ergo statim acquirit ius & creditor dicitur: alij enim quam creditori & habenti ius pignora dari non solent, neque alius ea tradere illi quā debitor. Item & creditorem illum appellamus, qui ab aliquo habet aliquid petere, vel recipere, vel rem aliquam recuperare ratione alicuius iuris: & debitorem illum vocamus, qui obligatus est soluere debitū, vel rem aliquam *secundum text. in l.* 10. *titul.* 33. *p.* 7. Executor tamen talis est, habet enim recuperare decimam à debitore, & bonis eius, & debitor tenetur eam ei soluere. Ergo respectu executati executor creditor est, & executatus eius debitor: & executione facta ius acquiritur executori pro decima. Adeò, vt ius istud percipiendi decimam executione facta executor ipse ad hæredes suos
7 transmittat † *secundum Auend. dict. cap.* 17. *nu.* 9. sicut cętera bona hęreditaria. Et sic quantumuis alius succedat executor hæres primi executoris, qui executionis illius decimā percipiet, neq; tenetur eam cōmunicare cū successore executore, quamuis, secundus hic executor perficiat, & finiat executionem, *argum. tex. in l. verum. §. si seruo. commu. ff. pro socio*, ibi. Neque oportet id communicari, quod quis non propter societatem, sed propter suam partem acquisiuit, *tex. in l. quæcunq; actiones. ff. de actio. & oblig. & in l. is qui in Puteum. §. qui postea. ff. quod vi aut clam.* Quæ iura quasi in ijs terminis allegat Iaso. *in l. more maiorum. ff. de iur. omn. iud. & hanc dicit communem opinionem Auenda. dict. cap.* 17. *Prætorum n.* 10. *post princip. vbi à n.* 9. *incepit, lib.* 1. licet in aliquibus partibus de consuetudine diuidatur decima per medium inter successorem & hæredes primi executoris. Si ergo, vt ad propositum reuertamur, executor hic creditor dicitur facta executione, statim pro iuribus suis, & decima ius illi acquiritur. Ex quo infertur, quod iuri huic iam perfectè quæsito per partium concordiam, executantem, scilicet, & executatum, præiudicari non potest, *argum. tex. in l. vero procuratori ff. de solutio.* ibi. Quia certā conditionem habuit stipulatio, quam mutare non potuit stipulator, *& argum. tex. singularis in l. fin. ff. de pactis*, ibi. Sed verius est semel acquisitā fideiussori exceptionem vlterius eo inuito extorqueri non posse, *& facit etiam tex. in l. habere licere. ff. de euictio. & ex regula, id quod nostrum est, &c.* Item & ex alio, videlicet, quia quando ex cōtractu initio † cum tertio resultat effectus res- 8
pectu alterius tertij, non est in potestate contrahentium tollere illud ius, *secundum Auend. vbi supra dict. num.* 8. Nam & donatio facta alicui ea conditione, vt post certum tempus acquiratur alteri tertio, nō potest reuocari donatio illa, vel grauamen illud restitutionis in præiudiciū tertij illius, etiam ex consensu & voluntate donatarij & donatoris, *secundum communem opinionem contra Bart. de qua alibi latius*, sicut in Emphyteota vendente rem Emphyteoticariam absque domini consensu, propter quod res illa incidit in cōmissum. Nam licet emphyteota rem † reemat, 9
non euitat commissum, pro quo ius iam domino erat acquisitum, *prout communem testatur Ias. in l. fin. numero* 135. *C. de iure emphyteoti.* Et sic itidem quoad executorem dicendum est, vt ei semel iure perfectè & irreuocabiliter quæsito pro decima non possit præiudicari per partium concordiam. Et in transitu notandum, quod ad consequendam decimam quantitas pro † qua 10
fit executio attendi debet, *secundum Bart. in l. cum quidam. §. quoties. ff. de iur. omn. iud. optimam. l.* 196. *styli, quam ad hoc allegauit Didacus Perez in l.* 21. *titul. decimoquarto, libro secundo. Ordin. gloss.* 1. Et hoc quoties tota dicta quantitas petita debita erat, secus verò alias, quia tunc tantum ex verè debito soluenda est decima, per debitorem, *secundum text. in l.* 9. *tit.* 21. *lib.* 4. *infra.* Adeoque vlterius supra dicta vera sunt, quod etiam hæredes debitoris executati tenentur ad solutionem decimæ huius executori, *secundum text. in l.* 4. *titul.* 20. *libr.* 3. *fori. not. Baeçā. de debitore inope. capit.* 6. *numero septimo.* Actiones enim ab hæredibus & contra hæredes incipiūt, *vt per totum. C. de hæred. acti.* Et tenebuntur hæredes tales debitoris executati in totum, & vltra vires hæreditarias, si probatum fuerit

†bona

11 † bona hæreditatis occultasse, *secundum textum in l. 9. & 10. titu. 6. par. 6. quas miror non allegasse Baeçam de debito. inope. capit. 6. num.* 18. Vel si hæres ipse debitoris fecit pactum & concordiam cum hærede executoris, vel cum ipso executore, quoniam & tunc perdit beneficium inuentarij, quoniam non conuenitur ex vi aditæ hæreditatis, sed ex vi concordiæ, & pacti initi, quo casu non
12 gaudet beneficio † illo, *secundum Angelum relatum, & secutum per glos. in l. 7. tit. 6. p. 6.* & pro hac doctrina solebam plura iura considerare: sed quia nimis prolongauimus materiam, missa hæc iura faciam. Sufficit scire doctrinam Angeli veram esse.

Se diere por contento. Quia, siue verè siue fictè hæc solutio iudicatur *ex l. solutionis, verbo. ff. de verbo. signifi. cum similibus, & notat Auend. d. c.* 17. *lib.* 1. *prætor.* intellige tamen tunc decimam deberi, quando partes executione facta & decima vendicata se concordant, vel creditor se asserit contentum, vel dilationem concedit, *vt hic probatur*, quoties executio ritè & rectè facta fuit, ita quod si sententia super ea pronuntiaretur, vltima subhastatio, & sic remate facienda erat. Aliter enim si pro nulla erat, viso processu, iudicanda executio, nulla decima tunc debebitur neque peti potest. Tum, quia verba nostri tex. quantumlibet generalia de habilitate sunt restringēda, scilicet, rite & recte facta executione, tum etiam quia lex nostra disponit super præsupposito vero, quod executio locum habeat, & ritè & rectè facta sit. Quoniam *ex l. fi. tit.* 21. *lib.* 4. *infra*, ob hoc iubetur *ibidem* iudices debere inspicere contractus tempore petitæ executionis an sint exequibiles nec ne, vt nulla executio fiat, nisi de iure locum habeat. Item, & quia ex executione nulla, nulla iura debentur, *secundum quod alibi dicemus latè*: & de iure clarum est, & id quod nullū est effectum producere non potest. Et partium se concordantium animus non est validare executionem, sed à lite discedere: & vltra eorum intentionem, non est actus intelligendus, neque quod voluerint id quod nullum est valere: præsertim vbi non est in potestate eorum. Et sic hic intellectus iuri consonus mihi videtur, præsertim ad amputandam cupiditatem horum executorum, & sedandam sitim nummorum. Notandum finaliter est, quòd Alguazelus incipiens fa-
13 cere executionem † contra aliquem debitorem, vel habens mandatum ad faciendam eam, si non facit, puniri potest, *secundū Auend. c.* 22. *præt. lib.* 2.

Por vna deuda. Declara eam per *l.* 7. *tit.* 21. *lib.* 4. *inf.* & per me *ibidem* dicenda.

Et de materia huius l. plura vide per Auiles *in præsenti*, & Auend. *c.* 17. *præt. lib.* 1. & *in tit. de las entregas y executiones, inf. lib.* 4. plura dicemus ideò breuiter hic procedimus.

IN LEGEM VNdecimam.

1 *Custos prætorum, & defensarum, an possit pœnas absque sententia capere.*

2 *Iudex appellatione pendente à condemnatione, an possit se cum parte condemnata concordare.*

3 *Pœnas cameræ Regiæ an possit iudex capere etiam sententia lapsa in rem iudicatam.*

4 *Iudices an ex septenarum condemnatione aliquid capere possint, & ibi pœna.*

5 *Intellectus. l.* 14. *tit.* 23. *lib.* 4. *infra.*

6 *Resolutio circa nostri tex. materiam, & aliarum legum Regiarum.*

SVMMARIVM.

Correctores & iustitiæ administratores percipere pœnas aliquas ab aliquibus incursas nulla præcedente super eis sententia, non possunt, neq; super eis compositionem, vel concordiam facere, sub pœna, septenæque semper cameræ Regiæ applicandæ sunt, & ex eis nullam partem iustitiarij capere possunt sub quadrupli pœna.

QVE NO LLEVEN PENAS. Scilicet, correctores, & iustitiæ administratores, quibus cū titulus noster loquitur, & de hac lege videndi sunt Auend. *c.* 18. *præt. maximè, nu.* 4. *vers. & facta. lib.* 1. *& in c.* 24. *in fi. lib.* 2. *& Auil. c.* 11. *&* 12. *&* 49. *prætor.* Sed an in custode prætorum & defensarum, text. noster procedat, vt scilicet, pœnas propter pastum comestum incursas † percipere ante sententiam non possit, tradit idem Auend. 1
cap. 1. *præt. num.* 14. *lib.* 1. *vbi, & de materia legis nostræ tractauit.* Et an in terris dominorum idem seruandum sit, vide per eund. Auend. *c.* 7. *præt. n.* 6. *vers.* 2. *& c.* 18. *num.* 1. *in fi. lib.* 1. & faciunt dicta *supra in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. vbi satis probauimus leges nostras Regias in terris dominorum seruandas.

Por sentencia passada en cosa juzgada. Supple, vel præcepto pręcedente, *secund. Auen. d. c.* 18. *præt. nu.* 3. *versi. item quod lib.* 1. *ex quibus habes hic tex. & tex. in l.* 1. *&* 2. *titul. fin. lib.* 8. *inf.* Quos text. licet corrupte copilator nostræ Regiæ Recopilationis *hic in additione marginali* allegauit, cōtra Auēda. *in eo num.* 3. *in princ.* asserentem posse iudicem super parte † ex condemnatione ei proueniente cum condemnato se concordare etiam si appellatum sit. Nam si appellatum est nonne sententia manet in suspenso? neque in rem iudicatam transire dici potest. Et si ita est, prout est, quomodo potest iudex partem suam, etiam per concordiam ex tali condemnatione recipere. Neque obstat, quod *ibidem* ipse Auen. *in eo. n.* 3. *vers. quod fallit*, voluerit, quod procederet hoc (*quadam pragm. Reg. attenta, & transcripta sub l.* 14. *titu.* 23. *inf. li.* 4.) quotiescunq; concordia hæc fieret, per iudices super septenis. Super eis enim etiam lata sententia non licebat concordiam facere. Nam licet intellectus hic in se verus sit, & *ex l. illa.* 14. *& ex nostra* itidem probetur, conclusionem tamen eius, scilicet, quod super alijs pœnis, & calumnijs possit iudex concordiam facere cum partibus super parte iudici ipsi ex pœnis illis proueniente lata sententia licet appellatione 2

suspensa falsam reputo, ex text. nostro loquente in quibuslibet pœnis & calumnijs & in eis probante nullo modo licere iudici super parte ex illis proueniente se cum condemnato concordare, etiam lata sententia nondum tamen lapsa in rem iudicatam. Nam super septuplarum pœna, *secundum tex. nostrum, & l.14. tit. 23. inf. lib. 4.* nulla concordia neq; remissio fieri potest, etiam lapsa condemnatione in rem iudicatam. Neque partem aliquam earum licet iudici capere. Et ita contra Auend. *d. nu. 3. in prin.* contrarium tenentem in alijs pœnis quam septenarum tenendum est. Nisi ipsum intelligis vno modo secundũ quẽ dictum suum cõtineret veritatem, scilicet, quod sententia lata & appellatione suspensa, licet iudici pro parte sua dictam concordiam facere, dũ tamen id, quod pro parte sua capiendum cõcordauit, non recipiat ipse, neq; alius pro eo, sed in potestate ipsius condemnati & dominio remaneat, sicut antea. Vt si sententia illa condẽnatoria illius pœnæ confirmata fuerit, & in rem iudicatam transierit, detur ipsi officiali, id quod pro sua parte pactum & cõcordatum fuit, si vero reuocata fuerit condemnatio nihil detur, partiq; ipsi saluum hoc modo remanet ius suum appellationem prosequendi. Aliàs enim nullo modo licet iudici vel officiali supradictam cõcordiam facere, & esset cõtra nostrum textum, & eius dispositionem, & crederem tunc si aliud fieret nostri tex. pœnam incurri, & cauendum esse ab illa contraria doctrina Auendañi, quæ fortassis tribuit ansam iudicibus iniustas sententias ferẽdi, & rigorosas, vt partes odio litium stante appellatione se componerent cum parte, neq; verba sequentia nostri tex. ibi. *antes de la sentencia*, debẽt à cõtrario sensu capi, vt post sententiam id liceret, etiã interposita appellatione. Resultat enim iniquitas & occasio perperam iudicandi & molestandi partes, & sic cessat argu. contrarium. Item verba, *de dar sentencia de vltima*, & sic de lapsa in rem iudicatam, sunt intelligenda, tanquam potioris significati.

Sin que. Imò & quantumuis in rem iudicatam transierint, non possunt Correctores nec iudices alij eas capere pœnas, quæ cameræ Regię applicantur, vel partem earum sub pœna septupli, *secundum textum l. 35. infra isto titul.* neque operibus publicis applicatas expendere, nisi secundum formam illius met. l. 35.

Antes de dar la sentencia. Imò & videtur quod neque post sententiam, *secundum text. in l. 14. titul. 23. lib. 4. infra.* Sed non est hoc dicendum, quoniam lex illa. 14. in septenarum pœnis loquitur, in quibus neq; post sententiam licet aliquid iudicem recipere. Nos verò loquimur in calumnijs alijs & pœnis, quarum iudici de iure aut statuto vel consuetudine pars aliqua applicatur. In ijs enim lata sententia & in rem iudicatam lapsa, licet iudici partem suam recipere. Et sic noster tex. in quantum de septenis loquitur, *in 2. eius parte, ibi, y que las setenas, vsque in finem* declarandus est.

So pena que lo paguen con las setenas. Quam quidem pœnam ad quemlibet casum & dispositionem nostri tex. credo referendã, ex duobus illis casibus pręcedentibus in prima parte nostri tex. propositis. Cuius prima pars est vsq; ibi, *Y que las setenas*, & abinde incipit secunda pars. Itaq; si iudex partem ante condemnationem perceperit, vel compositionem & concordiam fecerit cum septenis reddat: sed si ex septenis partem aliquam ceperit reddat cum quadruplo, *prout in 2. parte nostri text. disponitur.*

Con el quatrotanto. Idem disponitur quoad iudices Curiæ *in l. 10. tit. 6. lib. 2. sup.* Ita quod nulli iudices † ex septenis possunt aliquid capere sub pœna quadrupli, *secundum textum nostrum in prin. & tex. l. 35. infra, eod.* in alijs verò pœnis est septupli, *ex dictis legibus, quas ita declarat Auendañ, c. 24. prætorum in fine lib. 2.* & videtur ad has leges verus intellectus. Sed oppono *ex tex. in l. 14. tit. 23. lib. 4. infra*, vbi etiã in septenis imponitur pœna septupli iudici cõtra illius legis dispositionẽ facienti. Et nisi attente & cautè legem illam & nostrã legeris & verba earũ scrutatus fueris, cõtrariissimæ videntur: si tamen pedetentim consideraueris verba earum, nullã habent difficultatem. Nã lex nostra pœnam quadrupli imponens intelligitur imponere eam † iudici aliquã partẽ ex septenis capienti, ibi. *Y no lleuen ellos ni sus oficiales.* Lex verò illa. 14. loquitur & procedit in Alguazelis quorumq; iudicum vel ipsis iudicibus super septenis condemnatis, vel condẽnandis concordiã, & cõpositionẽ facientibus, in casibus in quibus ex nõ solutione ipsarum septenarum pœna corporalis est imponẽda. Tunc enim in septuplũ condemnantur eius, quod pro cõcordia ceperunt, & cõcordiæ ipsæ nullæ sunt. Ex quibus omnibus resolutiuè habes † quod si iudex pœnas quaslibet per legem, vel per ipsum iudicem camerę Regię applicatas, vel alteri operi pio sibi perceperit antequã partes audiantur, & sentẽtia super eis lata transierit in rẽ iudicatã, vel super eisdem pœnis ante sententiam vel post eã appellatione tamen suspensam, secundũ eam opinionem, cõpositionem aliquã fecerit, etiam super partem ipsi iudici applicatã, in septuplo condẽnandus est iudex talis, *secundum tex. nostrum in prima eius parte, vsque ad versy las setenas.* Et idem si iudex hic pœnas cameræ regiæ, vel publico aut pio operi applicatas consumpserit, dicendum est, *ex l. 75. inf. isto tit. & lib.* sed si iudex etiã si sit curiæ ex septenis alicui pro pœna impositis, quibus non solutis non erat pœna corporalis imponenda, aliquid perceperit pœna quadrupli punitur, *secundum tex. nostrum in 2. p. & tex. d. l. 10. tit. 6. lib. 2. sup.* Si verò septenis non solutis pœna corporalis est imponẽda condemnato, tunc cõpositione aliqua super eis facta per alguazelum aut quamlibet aliam personã, septuplum eius quod pro concordia captũ est, reddet cameræ, & concordiæ nullæ sunt, *secundum tex. in d. l. 14. tit. 23. lib. 4 inf.* Et ita supradictæ leges & pœnæ sunt intelligendæ & conciliandæ, ne contrarietatem inducant. Et eas sic voluit declarare Auend. *cap. 18. prætor. numero 4. versi. quæ autem lib. 1.*

Pero que los dichos juezes y alguaziles puedan lleuar para si las penas o parte dellas. Ne intelligeremus per verba præcedentia Alguazelis & iudicibus omnino prohiberi recipere partem pœnarum eis à iure applicatarum, verba hæc sunt apposita: dum tamen in receptionem earum non contraueniant legis nostræ dispositioni.

IN LE-

IN LEGEM duodecimam.

1 *Pœna septenarum semper cameræ Regiæ applicanda est.*
2 *Materia iurium homicidij vulgo, de omezillos, remissiuè.*
3 *An pœnæ & calumniæ homicidij dominis competant de iure in terris suis.*
4 *Episcopi fiscum habent, applicatum eorum fisco in pios vsus debet conuerti.* 5.
6 *Omnes habentes merum & mistum imperium habent ius calumnias percipiendi.*
7 *An pœnæ hæ & calumniæ per Dominos remitti possint.*
8 *Dominus an in percipiendis ijs calumnijs pinguius ius, quam pars, habeant.*
9 *Ius homicidij percipi propter noxam non potest.*
10 *Ius homicidij quando percipi possit.*

SVMMARIVM.

Correctores tenentur gabellarum leges obseruare, & gratis exequi eas, & præbere conductoribus earum schedulam dictam, recudimiento, sub pœna, sub qua neque homicidij iura capere possint nisi in casu mortis, vel vbi inculpatus mortis pœnam meretur.

MANDAMOS QVE GVARDEN. De materia huius legis videndus est Auiles *cap.*13.*cap.* 14.*cap.* 15. *prætorum.*

Con las se tenas. Sed cui applicabuntur, dic quòd cameræ Regiæ, *vt in lege supra proxima probatur, regulam generalem ponente*, scilicet, quòd
1 pœna septenarum † semper regiæ cameræ applicatur, si aliud per legem permissum non reperitur, *& ita aduertit Auend. in proposit. nost. tex. in cap.*2.*prat. numero* 13. *in prin. lib.*1.

Derechos de homizillos. De quorum iurium materia latè † tradit Auiles *hic verbo, homezillos, fol.* 152. Et verbo, *muerte*, ponit casus vbi pœna mortis incurritur. Et de ijs etiam iuribus, vide per
2 Auen. *c.*18.*prat.nu.*5. *vers.item ad vnum, lib.*1. vbi de expositione nostræ legis, & duarum sequentium tractat. Et an pœnæ hæ & calumniæ competant dominis † vassallorum, vide per eund.
3 Auen. *c.*7.*prat. lib.*1. Vbi *num.*1. idem in Episcopis dicit, quod in dominis temporalibus. Nam *secundum eund. ibi. nu.*13. *& Pal. Rub. in rub.* § 39.
4 *nu.*7. cameram & fiscum habent. * Quamuis ipse Pal. Rub. *ibi* asserat hoc in episcopis non procedere. Nam fiscum, neq; cameram habent, neq; possunt talequid camerę suæ applicare, & si applicauerint, in pauperum vsus tenentur applica-
5 ta erogare, † si aliàs commodè possint viuere. Et hoc tutius est, & honestius pro euitãda suspicione cupiditatis, *secundum Henri. Bo. hic, in c. irrefragabili.* §. 1. 1. *dist. de off. ord. vbi in hoc contra prælatos à iud facientes allegabat, & Bote. in tract. de synodo Episcopi.* 3.*par. artic.* 1. *n.*123.*&* 124.*cum* 4. *sequent.* Et sic concilio prouinciali Compostellanensi Salmanticæ celebrato, anno 1565. *actione* 3.*cap.*7. prouisum est, quod in vsum pium conuertitur si quid fisco Episcopi applicatur. Omnes tamẽ alij habentes merum & mistum Imperium † ex pri- 6
uilegio, vel cõcessione superioris percipiunt has condẽnationes, *secundum Auen. d. n.*13. *& Anton. de Fano, de pignori.*4. *membro.* 2. *partis prin. nu.* 14. *fol.*48. *in paruis.* Et pœnæ hæ remitti an possint † 7
per dominos particulares, tradit idem Auend. *d. cap.* 7. de qua remissione videnda sunt tradita per Andr. de Isernia relatum per eundem Auen. *d.c.*18.*nu.*3 *vers.remittere, lib.*1. vbi *in versi. & nota*, inquit, in percipiendis ijs calumnijs † pinguius 8
ius habet dominus quam pars in debito percipiendo. Quod an verum sit nunc non examino, quia alibi latius dicendum est. Duos tamẽ casus in quibus dominus particularis nõ percipit has condemnationes & calumnias, in suo territorio factas, vide per Auend. *d.cap.*18.*nu.*2. & *in d.c.*7. *n.*4. *in fine, cum* 2. *sequent.* ponit alios duos.

De hombre, o muger. Quasi secus sit si animalis alicuius mortui: nam propter noxam * non da- 9
tur ius hoc homicidij, *secundum Auen. d. cap.*18. *nu,*6. *per tex. quem voluit allegare, in l. fi. tit.* 7. *infra.* Et notandum quod ius hoc homicidij in casibus, vbi percipi potest intelligitur procedendo
* contra absentes, delinquentes, & contumaces, 10
*vt per Auend. ibidem, d.nu.*6. dum tamen seruata sit in procedendo forma, *l.* 3. *tit.* 10. *infra lib.* 4. Ea tamen non seruata nulla iura debentur, vt *ibidem* videmus.

IN LEGEM DECIMAMTERTIAM.

1 *Corrector ponit carcerum custodes.*

SVMMARIVM.

Correctores, & administratores iustitiæ officia sub eorum iurisdictione prouidenda locare non possunt sub nostri text. pœna.

NO ARRIENDEN. Vide *hic* Auiles, *sub cap.*16. *Prætor. fol.* 152. inuehentem contra Correctores, & iudices, pessimè dispositionem nostræ legis seruantes, propter commoda, & exactiones pecuniarũ ex similibus locationibus obuenientia, in maximam Reip. perniciem, iustaque & sancta est, & *per text. in l.*4. *tit.*25. *infra lib.*4. ad officia tabellionum ampliata, & extensa, & *in cap.*44. *curiarum de Madrid, anni.*1573. ad tabellionatus *del numero* extenditur in effectu.

Ni carcel. Hic videtur probari, quod Corrector ponit carcerum custodes, *vt aduertit Auend. capit.*1. *Prætorum, numero* 11. *vers. si vero creantur lib.*1. nisi in populis vbi ex particulari Regis mandato & prouisione aliud habetur, prout hic Placentiæ.

Ni placos.

Ni plazos. Quid sit hoc, vide eund. Auend. c.18. *Prætorum, numero* 3. *vers. & pœna lib.* 1.

IN LEGEM DECIMAM quartam.

1 *Bona non vero mala statuta permittenda sunt.*
2 *Populi possunt statuta municipalia in sua iurisdictione condere.*
3 *Populi non possunt contra ius Regium statuere, sicut neq; consuetudinem inducere.*
4 *Populus iurisdictionem habens solus ipse potest statuere.*
5 *Populus habens limitatam iurisdictionem quatenus limitatio patitur statuit.*
6 *Populus omni carens iurisdictione quoad quæ statuat, &* 8.
7 *Quæ res dicantur bonam* Reip. *administrationem concernere.*
9 *Populus iurisdictione carens pœnam imponere non potest.*
10 *Confirmatio Regia, an ad obseruantiam statutorum requiratur.*
11 *Reformatio antiquorum statutorum, vel noua eorum conditio iudicis arbitrio commissa est cum consilio Rectorum.*
12 *Collegio decurionum, & Correctori, vel Episcopo, & capitulo si aliquid committatur votandum, quæ tunc erit maior pars, &* 13.
14 *Condemnato concilio & Correctore in quantitate aliqua pro meditate tenetur.*
15 *Princeps, an possit reuocare concessionem de statutis condendis populo factam.*
16 *Tassa in rebus ciuitatis imponenda cumulatiue ad Correctorem intelligitur.*
17 *Tassam impositam tenetur quilibet in foro conscientiæ etiam seruare.*
18 *Contra vendentes merces vltra tassam potest procedi vt contra pacis violatores.*

SVMMARIVM.

Quæ circa obseruantiam, & reformationem statutorum, & populi gubernationem Correctores tenentur obseruare, declarat lex nostra.

IN cuius legis declarationem Auiles *hic sub cap.*17. *Prætorum* plura tractat, quæ ab eius materia extranea, & aliena videntur, quæ per ipsum videri possunt. Tractat etiam de eius materia, Auend. *cap.*19. *Prætorum, lib.* 1. & *à num.* 1. *ad quartum, vsque* de statutis populorum disserit, & *abinde cum pluribus sequentibus numeris* de electione officialium, qualiter & qui sint eligendi, & de eius requisitis, & *à nu.* 30. *cum sequentibus,* quæ teneantur, & possint correctores facere, in commodum & gubernationem ciuitatis, & boni communis, qualiterque merces corruptas proijci, & concremari possunt per iudices, & tassam in rebus imponi, & puniri occupantes vias publicas, de quibus, & per Doctor, *in l.* 1. §. *cura carnis ff. de offi. præf. vrbis.*

Buenas. Aliter enim permitti † non debent, neque fieri, sicut neque lex mala permitteretur, secundum Henri. de Botis, *in tracta. de Synodo Episcop.* 3. *part. artic.* 1. *conclusio.* 7. vbi inquit arbitrio iudicis relinqui quæ dicantur bona statuta. 1

Las haran de nueuo con acuerdo del regimiento. In propositum horum verborum & eorum declarationem nunc quærendum, & examinandum existimo: num scilicet populi statuta facere possint, & an factis addere pœnam, vel an vti eis liceat sine præuia Regis confirmatione.

Et quoad primum punctum, num populi statuere possint per conclusiones procedemus.

Prima sit igitur conclusio. Populi † possunt municipalia statuta in suis oppidis, & iurisdictione condere, *prout omnes Doctores tenent in l. omnes populi. ff. de Insti. & iure. & Auend. cap.* 19. *Prætorum, numero* 5. *lib.* 1. *& Afflict. in prælud. ad constit. Sicil. quæst.* 3. *cum* 3. *sequent. & magis communem testatur glos. sobre las gentes, in l.* 12. *tit.* 1. *part.* 1. siue populi ij habeant iurisdictionem separatam, siue non, prout frequentiores etiam Pontificios tenere affirmat Oroscius *in d. l. omnes, numero* 5. *vers. populus.* Et hoc dummodo talia statuta non sint contra ius diuinum, vel Regium. Nam sicut contra Regium ius non possunt consuetudinem populi introducere, *prout diximus in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *supra.* Ita neque statuere 3
† *secundum Villalobos, in sua Antinomia iuris ciuilis & Regij, cap.* 1. *numero* 7. *fol.* 1. *& gl. d. l.* 12. *limitat.* 3. *& Burgos de Paz, in l.* 1. *Tauri, numer.* 347. *&* 348. de quo an inferior à Principe possit facere statutum, vel inducere consuetudinem ad litem decidendam contra ius ciuile Regium, vel canonicum, per conclusiones declarat Afflict. *vbi supra, q.* 12. Sed an & tunc cum populus statuit Principis requiretur authoritas sit secun- 4
da conclusio. Populus † iurisdictionem habens siue à Principe concessam, siue consuetudine, aut præscriptione quæsitam sicut solus ipse potest consuetudines inducere, ita & solus statuta facere, in quo omnes conuenire asseuerat glos. *d. l.* 12. *tit.* 1. *part.* 1. & Auend. *d. numero* 5. *in prin.* & Oros. *vbi supra, num.* 9. Imo & pœnalia statuta tunc facere possunt super omnibus ad iurisdictionem pertinentibus, *secundum Afflict. vbi supra, q.* 3. *numero* 2. *vbi & q.* 7. *optimam in proposito annectit quæstionem.* 5

Tertia conclusio. Populus † habẽs limitatam iurisdictionẽ quatenus limitatio patitur statuit, vltra verò non, quam & omnes tenere affirmat Oroscius *vbi supra.* 6

Quarta conclusio. Populus † carens omni iurisdictione potest absque superioris authoritate statuta condere quoad administrationem rerũ, & bonam Reip. gubernationem: dummodo rationabilia, & non ambitiosa, & per gratiã facta sint, *secundũ gl. in d. l.* 12. *tit.* 1. *part.* 1. *& Auen. d. c.* 19.

Præter.

Prætor. numero 5. versic. apud nos tamen libro primo, Afflictis, in consti. Soci. in præludijs q. 3. numero 7. fol. 5. lib. 1. & Burgos de Paz in d. l. 1. Tauri, numero 350. & est communis & vera conclusio, vt patet ex Oroscio, vbi supra quam pertext. nostrum fundant.

Dubium tamen apud supradictos existit, quæ
7 res dicentur concernere administrationem † & bonam Reip. gubernationem? Et in hoc glos. *d. l. 12.* inquit quod solummodo res in nostra lege expressæ, & non aliæ. Eius tamen salua pace, contra supradictam conclusionem, vt in eis solum dicatur inclusa bona administratio, & gubernatio populorum, & non in alijs. Nam & in alijs similibus idem erit iudicandum: & sic in tassa ponenda officialibus, ne carius iusto pretio res vendant, neque opera faciant: item, ne regatarij emant victualia ad reuendendum, vsque ad talem horam, & vt empta per eos intra triduum post emptionem præconizari faciant publicè, vt si quis ex vicinis pro tanto eas vel earum partem voluerint, possint petere, & quam plura alia similia, quæ ex Auendaño, *vbi supra*, decerpi possunt. Quæ quidem quamuis in lege nostra expressa non sint, bonam tamen Reip. gubernationem, & administrationem respiciũt. Ita quod & in eis sicut in declaratis hic locum habebit nostra quarta conclusio: prout & exemplificat, & tenet Afflictis, *in d. q. 3. num. 7. & 8.* Quinimo, & hæc omnia in effectu in lege nostra sunt comprehensa sub verbo, *al bien comun.* Neque exempla nostri text. debent dictam regulam, & conclusionem ita arctare, quod & in similibus locum non habeat, sed potius habebunt locum in similibus. Exempla enim, solemus dicere regulam non arctare, *prout & voluit Auendaño in d. cap. 19. numero 30. versic. septimo infertur, cum 2. sequent. versiculis & numeris.*

8 Quinta conclusio. Populus † iurisdictione carens potest etiam absque superioris authoritate statuere circa ea, quæ causarum decisionem respiciunt, cum hoc permissionis magis, quam iurisdictionis dicatur, *secundum Suarez l. quoniam in prioribus 10. ampli. numero 17. de inoffi. testam.* prout frequentiores etiam Pontificios contra Bart. & alios eum sequentes tenere testatur Oroscius, *vbi supra, numero 15. & 16.* contra gl. *in d. l. 12.* Dum tamen pœnam prædicto casu non imponatur. Populus enim iurisdictione carens
9 † eam imponere non potest ijs, qui statuta supradicto casu facta violauerint. Impositio enim pœnæ tantum pertinet ad eum, qui iurisdictionem habet, *secundum gl. d. l. 12. vbi alios refert idem tenentes, & Afflict. vbi supra, q. 6. & Burgos de Paz, in d. l. 1. Tauri, numero 353.* Et sic quod inquit Auend. *cap. 19. Prætor. numero 5. vers. quinimo dico, lib. 1.* scilicet, quod possint ij adijcere pœnam, intelligendum est, vel in populo iurisdictionem habente, vel cum populus iurisdictionem non habens, habet de consuetudine pœnas adijcere contra statutorum violatores, prout ipse Auen. *ibidem* dicit, de consuetudine haberi iam in omnibus populis etiam iurisdictione carentibus, licet de iure id fieri non posset per supradicta, *secundum Bellugam ibi, per eum allegatum,* vel quoties populus iurisdictione carens habet potestatem statuendi ab illo, qui iurisdictionem habet. Nam tunc pœnã adijcere poterit, prout *ex lege nostra* iam omnibus populis concessum videtur ab eius conditore, & sic Rege, vt statuere possint. Et sic videmus pœnas populos iurisdictione carentes contra violatores statutorum adijcere. Vel, nisi vniuersitas ipsa ad obseruantiam statutorum (*prout potest secundum gloss. firmitatem, in cap. cum in aliquibus, de rescrip. in 6.*) se obligauerit, *prout asserunt Oroscius, in d. l. omnes populi, nu. 9. & gl. in d. l. 12.* Non procedit vero hæc nostra conclusio, cum Princeps illo in loco præsens est, *secundum Orosc. vbi supra, nu. 17. & gl. d. l. 12. vers. retuli in specie.* Notandum itidem est quod statuta ciuitatis in territorio eius obseruanda sunt, *secundum Barbat. cons. 4. col. 7. vol. 1. & plures idem tenentes refert Menoch. de arbitrarijs iudicum, q. 99. lib. 1. nu. 25. cum sequent.* Nam & ciuium appellatione veniunt non solum de ciuitate, sed & de territorio, *secundum tex. in l. qui ex vico. ff. ad municip. ad hoc allegatum per Abb. in cap. Rodulph. nu. 6. & ibi additio. de rescrip.* Adeò, vt si conditis statutis aliquis populus ab eius iurisdictione liberetur, etiam in illo talia statuta obseruanda sunt, *secundum Dec. cons. 429. num. 6. vol. 3. fol. 78.* Et an priuilegium ciuitati concessum censeatur etiam concessum locis ciuitati illi subiectis, vide Ias. *in §. rursus, num. 40. & ibi Gomet. num. 19. inst. de actio. & Balbum optime in tracta. præscrip. 3. part. 5. part. principa. q. 2. num. 2. Et vide Menochium, vbi supra, de ijs differentem.*

Quoad secundum punctũ, num scilicet con-
firmatio Regia ad obseruantiam † prędictorum 10
statutorum requiratur, videbatur dicendũ quod sic, per tex. nostrum, ibi: *Y embie a nos el traslado dellas, para que nos las mandemos ver, y proueer sobre ellos.* Ergo Regia requiritur confirmatio, *prout ex tex. nostro asserebat Auiles, hic verbo, proueer, fol. 172. & voluit gl. d. l. 12. & nouissime Mencha. controuersiarum illustrium, lib. 1. cap. 102. nu. 10. & noster doctor Gutierrez ciuitatensis canonicus, in tracta. de iuramento confir. 1. par. c. 38. num. 1. & 2.* Pro quo & videtur melior text. *in l. 8. tit. 1. lib. 7. infra* vbi in statutis à populis factis, sic requiri videtur confirmationem. Et quia, ex quo ciuitates, & castra Regni non habent iurisdictionem, nam omnem in Regem transtulerunt, *vt. l. 1. ff. de origine iur.* non valent statuta à populis facta, nisi regia adsit confirmatio, quatenus concernunt magis præiudicium aliorum quam ipsorum, de vniuersitate, *secundum Afflictis, vbi supra, q. 3. nu. 5.* nihilominus tamen, imo quod confirmatio non requiratur, tenuit Auend. *d. c. 19. Prætor. num. 5. in prin. & in vers. apud nos, & vers. supradicta conclus. per tex. nostrum in præsenti,* ibi: *Y las guardaran, y haran guardar.* Et in hãc videtur se inclinare partem Oroscius, *in d. l. omnes populi, num. 19. in fine,* vbi inuehit contra eos, qui aliàs nimium proruptè & durè Regiam licentiam, & confirmationem in hoc casu exigunt. *Et hanc secundam opinionem veriorem testatur Benuenutus, in tracta. de mercatura, titul. quomodo in causis merca. proceditur. 1. par. quæstio. 1. numero 9. & 50.* & hanc secundam tenendo opinionem, scilicet, quod interim quod non infirmantur obseruanda sint talia statuta, responderi potest ad tex. nostrum *in finalibus verbis*: quem pro prima opinione ponderaui, scilicet, quod non ex eo quod in text. nostro disponitur,

vt statuta

vt ſtatuta facta Regi mittantur, eſt intelligendum Regiam confirmationem requiri, vt obſeruari poſſint, & abſque ea non obſeruanda. Seruabuntur etenim interim quod nõ infirmantur. Regi tamen mittuntur, vt ea videat, an ſint honeſta, rationabilia, & Reip. conuenientia, & an in eis ſtatuatur aliquid in detrimentum Reip. Regis vel regni. Interim tamen quod Rex aliud non declarat obſeruanda ſunt: neque hoc text. noſter prohibet, ſed permittit potius in illis verbis, *las guardaran, y haran guardar.* Aliter enim ſi ſtatuta eſſent maxime conuenientia Reip. & ex eorum obſeruantia commodum, & bonum conſeruaretur, & ex contrario detrimentũ imminerет, peteretur quare eſſet differenda executio, & obſeruatio, quod interim Rex confirmat? Item lex noſtra ſolum vult, quod ſtatuta ſint honeſta, & rationabilia, vt eis vti poſſit. Igitur neq; nos aliud requirere debemus. Item lex noſtra ſtatuta iam facta honeſta & rationabilia ſeruanda iubet, neque eorum confirmationem requirit: ergo neque aliorum de nouo ſtatutorum ſi rationabilia ſint & honeſta, licet requirat quod Regi mittantur. Neq; obſtat etiam tex. *in d. l.* 8. pro prima opinione allegata. Nam loquitur & procedit quoties talia ſtatuta licet populi gubernationem reſpiciant, facta tamen ſunt reſpectu certarum perſonarum: quæ quidem perſonę pro intereſſe ſuo contradixerunt ea, & appellauerunt ab eis. Tunc enim, quia ambitioſa videri poſſent, ipſiſque perſonis præiudicialia, prius debet informari Rex, & cũ contradictione ad eum mitti ſtatuta hæc. Secundũ quod *in d. l.* 8. dicitur, interimq; non debent obſeruari vſque dum Regis iuſſus & voluntas declaretur. Nos verò loquimur quoties ſtatuta non ſunt ambitioſa, neque ab eis aliquis appellauit, neq; contradixit ea. Tunc enim, licet mittantur, interim tamen quod per eum non infirmantur, ſeruanda ſunt: maxime (*vt inquit Auen. vbi ſupra, d. num.* 5. *verſic. ſecundo limitatur*) ſi ſtatuta hæc populi facerent, & ordinarent, pro rebus ſuis proprijs conſeruandis, & vſu & commodo communi & publico, niſi *ſecundum eundem Auen. ibidem*, in populo, vbi talia ſtatuta fiunt, regulariter reſidet Regis curia. Nam tunc cum illa facere non poſſint, quia Rex *ibidem* exiſtit, *vt ſupra dixi*, nimirum ſi fecerint de facto, quòd eis vti non poſſint ante Regiam confirmationem. Taſſatio enim victualium in curia, *ſecundum Auen. ibidem*, fit per Regios prætores, & non ex ordinatione vel ſtatuto populi, vbi reſidet curia, & ideò tunc Regia confirmatio requiritur. Vel ſecundo requiritur, quoties tale ſtatutum ſuperioris tangeret authoritatem, *ſecundum eund. Auen. d. nu.* 5. *verſi. apud nos tamen.* Niſi talia ſtatuta vſu eſſent approbata, & vſitata in curia illa: tunc enim nulla requireretur confirmatio, *arg. dictorum in l.* 1. *Tauri per text. ibi & per noſtrum Guterrium, in d. tract. de iuramen. confirma.* 1. *par. c.* 38. *n.* 8. *& Minchacam vbi ſupra.* Et hæc notanda ſunt, quamuis meritò hæc confirmatione conſideranda, & cogitanda ſunt, quoniam difficilia. Et lex illa. 8. multum vrget pro prima opinione: & conſuetudo, & vſus in populis circa hęc obſeruata plurimum operarentur pro eligenda vna earum opinione.

Las haran de nueuo con acuerdo. Ex ijs verbis maximè ex fine legis noſtræ Auen. *hic ſub d. c.* 19. *numero* 5. *verſ. tertio limitatur*, colligit quod reformatio antiquorum † ſtatutorum, vel conditio eorum de nouo non pendet ex poteſtate Rectorum populi, ſed iudicis, vel Correctoris ipſius vniuerſitatis & concilij. Eius enim arbitrio hęc committuntur cum conſilio Rectorum ipſius populi; iudexque tunc arbitrabitur, vt bonus vir, an expediat reformare antiqua ſtatuta, vel alia de nouo facere. Ita quod propoſitio faciendorum ſtatutorum, *ſecundum Auen. ibidem, numero* 6. vel reformandorum à iudice debet fieri: ipſa tamen ſtatuta reformari, vel fieri de nouo debent per iudicem conſilio rectorum adhibito: & iudex cum eis, & ipſi cùm iudice, & differentibus Rectoribus cum iudice, Rex adiri debet, *ſecundum eund. Auen. d. num.* 6. *in fine*: & *numero* 7. inquit quod in dubio votum maioris partis præualebit, & ibi hoc optime proſequitur. Dubitat tamen *ibi* ipſe Auend. *in verſ. maior autem pars*, quæ in tali caſu maior pars dicetur. Cumque *ibidem* ipſe dicat, reſpectu Rectorum maiorum partem conſiderandam, intelligo voluiſſe tenere, quod maior † pars dicetur, ſi in ſimul cum iudice adſit maiorum Rectorum pars, vel ex contrario. Licet enim, *ſecundum eum ibi*, illud collectiuum, *con acuerdo del regimiento*, pro vna perſona in dimidia parte reputetur, & verbum Correctori directum alteram perſonam in dimidia parte repræſentet, *ſecundum Angel. per eum ibi allegatum, & per Ripam in l. re coniuncti, numero* 104. *de leg.* 3. *fol.* 7. Quoad votandum tamen non diceretur maiorem partem concurrere, ſi vnus ex rectoribus voto ipſius Correctoris adhæreat, ſed vt maior pars dicatur, rectorum maior pars debet cum voto ipſius Correctoris, vel per contrarium concurrere, *ſecundum quod notant Doctor. maximè Oroſcius in l. quod maior. ff. quod cuiuſque vni. nomi.* Si enim capitulo † & Epiſcopo committatur electio aliqua, non ſufficit cum voto Epiſcopi vota duorum capituli concurrere, vt maior illa pars dicatur: ſed debet concurrere cum Epiſcopo maior capituli pars, tunc inter eſſentis, ſecundum Iaſ. *in l. & ſuum §. hodie, numero* 9. *cum ſequen. fol.* 164. *ff. de pactis.* & Abb. *in cap. Paſtoralis, numero fi. de reſcrip. & in cap. poſtulaſti, de conceſsi. praben.* & eundem Iaſ. *in l. ſi pater. la.* 1. *numero* 6. *ff. de vulgari.* & Roma. *in conſ.* 119. & Abb. *conſ.* 57. *vol.* 1. *& conſil.* 37. *vol.* 2. *Seluam, de beneficio.* 2. *part. q.* 17. *Domini. optime in cap. à collatione, numero* 4. *de appellat. in* 6. qui omnes tenent contra Hoſtiquem communiter reprobatum dicunt. Contra quem & communiter reprobari aſſerens tenet etiam Rochus, *de iure patro. verbo, ipſe vel is, nu.* 7. Quoad alia tamen putà, ſi Corrector & concilium ciuitatis condemnatur † in aliqua quantitate, vel ſumma tantam partem repræſentabit Corrector, quantam concilium, quantumuis concilij plures ſint, & adſint rectores, *ſecundum doctrinam Angeli, quam ſupradicti Doctores ſequuntur.* Ex quo in facto dixi, quod cum quidam particulares & populi concilium condemnati eſſent in certa ſumma pecuniæ alicui præſtanda, dixi dimidium pœnæ incumbere ſoluere concilio, & dimidium aliud particularibus concilij,

ex dicta

ex dicta Angel. doctrina per dictos doctores relata, & ex Bald. ita tenente, in l. quoniam iudices, C. de appellat. & in auth. causa quæ, num. 5. C. de Episc. & cleric. quod secus quoad vota reddenda, vt dictum est. Sed an Princeps possit reuocare concessionem de condendis statutis, alicui populo factam, vide Afflictis, *decis. Neapol. 392. num. 17.*

Sin parcialidad, De ijs verbis tradit Auend. *40. dicto cap. 19. num. 13. lib. 1.*

Y otros oficiales, De ijs tractat Auendaño, *in eod. c. 19, num. 28. vers. procedo vlterius, libro 1.* & Auiles *hic, verbo, menestrales, fol. 165.*

Bien bastecida de carnes y pescado. Hoc enim publicæ conuenit vtilitati: & ideò solet cōcilium vecarias, & piscaria locare, & obligationes alicui obliganti se ad bastimenta hæc constituere, secūdum Mexiam, *in pragm. del pan, conclus. 4. n. 19.* vbi *per totam illam conclusionem* plura dicit de vtilitate publica: & de ijs tractatur per Doctores *in l. 1. § cura carnis, ff. de offic. præf. vrbi*, & Auendaño *dicto c. 19. num. 33 cum sequent.*

A razonables precios. Circa hæc verba qualiter tassa rebus imponi possit, vide Auend. *d. cap. 19. nu. 33 cum seq. pluribus*, & *n. 37.* inquit, quod tassa hæc
16 intelligitur cumulatiuè ad Correctorem: * qui quidem poterit tassam hanc sicut rectores facere, traditque alia in propositum Auil. *hic super ijs verbis, fol. 167.* per ipsum videnda. Et tassam hanc in foro
17 conscientiæ * tenentur illi, quibus imposita est seruare, secundum Didac. Perez *l. 6. tit. 1. lib. 2. ordin. col. 332. cum seq. & col. 712. cum sequent.* vbi & declarat qualiter tassa in rebus imponi potest. Et cōtra
18 vendentes * carius alimenta quàm tassatum est debet iudex procedere tanquam contra pacis violatores, secundum Alberic. *relatum per Auendaño d. c. 19. Prætorum, num. 36. in fine.*

Que las calles. De ijs verbis tradit Auend. *d. cap. 19. num. 38. lib. 1*, & Auiles *hic, verbo, esten limpias, fol. 170*, per quem alia circa nostri text. declarationem videri possunt.

IN LEGEM DECIMAM QVINTAM.

1 *Prætoria, & domos publicas, publico vsui vendicandas esse.*

2 *In domibus & prætorijs publicis, non in priuatis iudicandum est.*

3 *Domus publicæ cuius expensis fieri debeant, & 8.*

4 *Vecaria & pescaderia cuius expensis fiant.*

5 *Possessio alicuius populi cum capitur sufficit ingredi domum concilij.*

6 *Opera publica expensis communibus extruuntur.*

7 *Actus parui præiudicij extra domum publicam fieri possunt.*

9 *Carcer iure nostro regio sicut canonico, etiam ad pœnam inuentus est.*

10 *Carcer & custodia nobilium, & ignobilium diuitum, vel pauperum virorum, vel mulierū differre debent.*

11 *Nobilis blasphemans in domo sua potest carcerari, attende vt 13.*

12 *Nobilis semel fugiens à carcere, vel confessus delictum, in eo detinendus est.*

13 *Carcer dicitur palatium vbi quis custoditur, & carceratur, qui ad libitum exire non potest.*

14 *Blasphemus non sufficit quod sit in carcere, nisi & vincula habeat, neque quod vincula habeat, nisi sit in carcere.*

15 *Instrumenta recondita in arca publica, quam fidem faciunt.*

SVMMARIVM.

Iudices, si in loco, vbi præfecti sunt, domos concilij & carceris, cathenas et ligamina facta non repererint, fieri faciant, insimul & arcam, vbi protocolla & instrumenta populi collocētur, cuius tres sint claues personis hic numeratis tradendæ, à qua quidem arca, si aliquod extrahendum fuerit instrumentum, forma legis nostræ seruetur.

C*Asa de concejo.* Prętoria enim & domos publicas oportet publico iuri † & vsui esse dicatas, *secundum text. in. l. Prætoria. C. de oper. publi.* Quæ quidem Prætoria quātumuis iudices deserere vellent non possent, neque in domibus * priuatis iudicare, *secūdum tex. in. l. nulli. C. de offic. recto. quos tex. ad hoc allegat Auēd. in cap. 20. Prætor. nu. 1. cum seque. lib. 1. & Auiles. c. 18. & 19. Prætor. de materia huius legis tractantes.* Cuiusq; expensis † debeant hæc opera fieri cum publica sint, & publico vsui conuenientia, videndus est idem Auend. *c. 13. Prætor. in princ. lib. 2. & in d. cap. 20. nu 1. in fine cum sequent.* Vbi inquit, quod iure nostro Regio absque dubio redditibus populorum fieri & construi debent, & ad hoc allegat corrupte quandam legem Partitarum, nam debuit, & voluit allegare. *20. tit. 32. part. 3.* quam ipsemet allegauit *in cap. 10. Prætor. nu. 6. in fin. lib. 2.* Vbi *num. 7.* idem inquit de vecaria, & de domo pro piscibus vendendis constituenda quæ vocantur, *carnicerias y pescaderias.* vt ex pensis * communibus construēda sint. Patetq; & probatur *ex. l. 1. tit. 1. lib. 7. infra* dum *ibidem* iubetur ipsis ciuitatibus & villis, vt faciant, & extruant domos *de ayūtamiento*. Ergo expensis ipsarum fieri debent: nam quando aliquid alicui iniungitur faciendum, expensis suis regulariter id facere tenetur. Item & quia domus hæc concilij caput populi dicitur, & sic quoties possessio populi accipitur alicuius, * sufficit si in domo illa concilij capiatur, *secundum Auen. d. c. 20. col. 3.* Cum ergo caput populi dicatur, & consequenter publicum opus, opera publica * expensis communibus extruuntur, *secundum text. in l. 24. infra isto tit. & lib. & probatur in. l. nominationem. C. de sacros. eccles. & per totum. ff. de oper. publi. tradit. Auen. d. c. 13. col. 1. lib. 2.* Ergo & domus hæc concilij expēsis publicis fiet, cum domus publica, & opus publicum

blicum dicatur. Est tamen notandum, *secundum Auen. d.c.20.nu.3. lib.1.* quod domus *del ayũtamiento*, non adeò est necessaria, quòd si actus extra eam
7 fiant, non valeant. Valent etenim, † prout quotidie videmus. Quod tamen intelligo in actu qui debet fieri statim non expectata concilij congregatione: & sic in actu modici præiudicij, puta in relegenda quadam epistola concilio missa, vel pro eligendo iudice aliquo ex rectoribus in locum absentis electi in causis, in quibus concilium cognoscere potest: veluti per viam recusationis in criminalibus causis, vel appellationis in causis ciuilibus decem mille morapetinorum. Alij vero actus prejudiciales fieri non possunt extra domos publicas, *de ayuntamiento*. Nam congregatio concilij nõ potest haberi, nisi in loco publico, & consuero, tex. *l.2.C.de decurio. lib. 10. & ibi* Bart. & Plat. quos refert Curia Pisana. *in.1.par.c.5.* vbi inquit, quod antiquitus Senatus consultum non poterat congregari, neque concilium fieri, nisi in loco per Augures constituto, quod templum appellaretur. Sed si bona non adessent communia, ex quibus domus
8 hæ † construerentur, habitatores ciuitatis & populi tenentur contribuere, *secundum tex. in d.l. 20.* Et tunc solummodo commorantes in loco debent collectari *secundum Auend.c.14. Prætor. numero 21 lib. 2*, nisi & exteri illo eodem ædificio egerent, quoniam tunc, & populi conuicini tenerentur cõtribuere, *secundum eundem Auend. cap. 2 Prætorum 8 & 9, lib. 2.*

Carcel, Auiles *cap. 18 Prætorum*, super his verbis declarare conatur, num ad custodiam, vel ad pœnam carcer sit factus. In quo sufficit scire iure ciuili ad custodiam solum, iure verò canonico, & ad custodiam, & ad pœnam esse carcerem introductũ, & hodie iure Regio tam ad custodiam, quàm ad
9 pœnam, * prout iure canonico determinatum erat, imponi carcerem, *vt optimè inquit Villalobos, in Antinomia iuris ciuilis & Regij, verbo, carcer.* Quotidieque in sententijs videmus, quod carcer imponitur in partem pœnæ, & sic apud Persas, apud Syracusas, apud Messenios, & apud Romanos obseruatum aliquando fuit, vt loco capitalis pœnæ in teterrimum carcerem conijceretur reus: *prout scriptum reliquit Alex. ab Alex. lib.3 dierum genial. cap. 5, relatus per Menoch. de arbit. iudicum, lib.1, qu.89.* Alia de carceris custodibus prosequitur hic Auiles, quæ suis declarabuntur in locis. Et cuius expẽsis carcer fiat, & custodia carceratorum, tradit Auend. *cap.20 Prætorum, num.4, lib.1, & cap.10 nu.6. in fin. lib.2*, cuius dicta in hoc de carcere construendo non ex toto mihi applaudunt. Et sic post hæc reperi, ipsum Auend. referẽdo, se vidisse super hoc in facto dubitari, & in multis seruari locis contra opinionem de Auend. Iulium Clarum *in pract. crimin. lib.5, § fin. q.46, num.3.* Et quis primus inuenerit carceres, & vincula ad clericos coërcendos, vide Duarenum, *de sacris ecclesiæ minist. lib.1 cap. 4.* Et Tablada, *in sua visita de carcel, cap. 2.*

Qual conuenga. In propositum horum verborum aliqua dixit Auiles *capit. 18 Prætorum, verbo, qual conuenga, fol. 180.* Et verba hæc debent intelligi respectu personarum in carcere custodiendarum, vt alius sit carcer virorum, alius mulierum, & horum alius nobilibus, alius ignobilibus, vel pauperibus deputatus. In custodiendis enim ijs
10 personis magna debet adesse differentia, † *vt inquit tex. in l.4, titul.29, part.7*, quam ad hoc allegat Anton. Gom. *tom.3 cap.9, num.6*, & Suarez *de fideiussore in causa crim. vers. sed ad vnum proderit, folio 104 in antiquis, pag.1 in medio, & pag.2, vers. plus probat, & est tex. in l.11, tit.2, lib.6 infra.* Et ideo inquit Auend. *cap.5. Prætor. numero 22 in medio lib.2*, nobilem blasphemantem * non esse incarcerandum in 11
domo publica, sed in domo sua posse trentanariũ implere. Pro quo faciunt dicta per Tho. Gramm. *decis.14.n.4.* & tenet Auiles, *c.25. Prat. gl. fin. nu.5. fol.205.* idem in literatis dicens, quia nobiles iudicantur, *vt alibi diximus.* Imo & in diuitibus idem dicendum videtur, quamuis nobiles non sint, *attentis verbis. d.l.4. tit.29. par.7.* Diuitiæ enim nobilitant homines, & per eas honorantur, & honorandi sunt, *vt per plura tradit Palac. Rub. relatus per Auend.c.19. Prætor. nu.17. lib.1. & Pala. Rub. in rubr. §. 9. n.13. & 17. de donat. inter.* dum tamen talis diues non ignominiose se tractet. Est tamẽ verum, quod si nobilis * fuit iam semel incarceratus, qualitate 12
sua attenta, vel fuit confessus crimen, & aufugit à carcere: vel timetur de fuga, acrius est incarcerandus & arctiori detinendus carcere, *vt probatur ex. l. 6. tit.29. part.7. & faciunt dicta per Hippolyt. in pract. §. examinanda, nu.18. & §. postquam, num.33. & §. attingam, nu. 4. & Suar. vbi supra. §.2. post prin. fol. 104. col.1. in fine.* Et an diuitiæ nobilitent, latè tradit Tiraq. *de nobilitate. cap.3. per totum.* Quo ad hoc tamen de blasphemia in contrarium vrget text. *in. l. 20. infra isto titu. ibi.*

Sin acepcion de personas. Et quia nobiles blasphemantes grauius puniri deberent quam ignobiles. Nisi dicamus, quod legum illarum dispositiones ad quas se refert d. l. 20, satis impletæ dicantur, si domus sua ipsis nobilibus pro carcere assignetur, secũdum supradicta, cùm & palatium in quo quis
* custoditur, carcer dicatur, & carceratus, qui ad li- 13
bitum exire non potest, *secundum Boeri. decis. 215, num.15, & Auend. cap.5 Prætorum, num. 22 in medio, lib. 2.* Tu tamen in carcere publico nobilibus deputato, non verò in domo sua pro blasphemia, vel delicto alio graui, detine nobilem, ne pro ipso pœnam trentanarij luas, & cum cathenis & ligaminibus. Sic & mulieribus carcer diuisus à viris deputandus est ob adulteria, fornicaria & alia vitanda, secundum suprà dictos.

Y prisiones. Quis eas inuenerit, tradit Auil. *d.c.18 Prætorum, fol.183 in fine.* Et notandum quod cùm in plurali verbum prisiones ponatur, item & prius de carcere lex nostra loquatur, de vinculis, verbum prisiones, & de ligaminibus & cathenis intelligendum est, *secundum Auend. d.c.20, num.8, versic. addit quoque, lib.1.* Si enim in singulari loqueretur nõ præposito, verbo, carcer, pro carcere ipso intelligendum esset, prout intelligitur *in l.6. tit.20, par.7*, secundum eundem Auend. *vbi supra, num.9. & iterum in cap.5, num.23, lib.2.* Ex quo *in d. num.9* infert ipse Auend. ad pragmaticam & leges *de los blasphemos*, disponentes, quod blasphemans stet in carcere detentus per triginta dies, & cum cathenis, vt patet *in l.5, tit.4, lib.8. infra*, ibi: *Sea preso, y este en prisiones*, quod non sufficit, * quod sit in carcere, nisi & 14
vincula habeat, & non sufficit vincula habere, nisi & sit in carcere: copula enim vtrumque copulatum requirit verificari. Imò & cum in plurali per verbũ, *prisiones*, lex loquatur duo vincula & ligamina debet habere. Et sic videmus quod blasphemans

mans in carcere detinetur, & duobus vinculis ligatus, neque vnum vinculum sufficeret, aliàs de negligentia iudex punietur, *secundum quod in l. 20. infra isto tit. dicitur.*

Arca. Quod dicitur Chartophylatium, seu armarium, *secundum Auiles cap.19 Prætorum glos.1.* & 15 quam fidem faciant instrumenta † reperta in arca publica vltra Auiles *d.c.10.gloss.2.fol.* 184. tradit Auend.*c.21 Prætor.num.1.lib.* 1.

Uno de los Regidores. Apud seniorem, scilicet in officio, secundum Auiles *hic, d.cap. 19. super ijs verbis, fol.*187.& Auend.*d.cap.21. Prætor. num. 1, lib.* 1. vbi Ripam allegat optimè tractantes, & secũdum meam impressionem corruptè eum allegat: nam est *in folio* 22. *num.* 188. Antiquior enim consiliarius, vel canonicus, qui primo receptus est, dicitur, quamuis sit minor ætate, secundum Rebuff. *in concordata regni Franc. in tract. de nominationibus ibidem inserto, q.21.num.5.in antiquis & in nouis, numero 6 & 7. inter tractatus suos.* Sic & seniori filio pater clauem & annulum custodiæ causa tradere debet, secundum Tiraquel. *plures allegantem, de primogenitura, in præfatione, num.*137. vbi *à num.* 73 *cum pluribus sequentibus*, plura de senectute priuilegia enumerat. Et hoc nisi aliud de consuetudine, vel particulari prærogatiua habeatur, vt clauis detur insigni alicui personæ concilij, quamuis non sit in concilio prius receptus, prout hic Placentiæ factum fuisse videmus. *Ley veinte y tres.* Aliàs est 25. vbi videbimus.

IN LEGEM DECIMAM-SEXTAM.

1 *Iudices seculares & ecclesiastici tenentur se ad inuicem iuuare.*

2 *Ecclesiastici nõ debent mittere manum in messem alienam.*

3 *Iudex secularis absque metu pœnæ potest iudici ecclesiastico remittere delinquentem immunitate Ecclesiæ gaudentem.*

SVMMARIVM.

Iudices omni posse tenentur Regiam iurisdictionem defendere, & hoc pro summario sufficiat.

De las quales resulte. Ponderanda sunt verba hæc, quasi dixerit è cõtrario legislator, quod si ex literis iudicum Ecclesiasticorum impedimentum aliquod regiæ iurisdictioni non resultauerit, non debent impedire, ne eis notificentur literæ iudices regij tales, quamuis, vt notificentur procurare non debent. Imò si procurauerint, punientur, *secundum text. vbi diximus in l. 2. tit. 3. lib.*1. Et statutum, si quod fieret in contrarium esset nullum, & facientes illud, & fieri cõsulentes punirentur pœnis, *de quibus in l. 1. eod.tit. & lib.* & insuper essent excommunicati, *vt ibidem diximus.* Et sic intelligere & declarare voluit Auiles, *in cap.20.Prætorum, gloss.1.fol:* 189. Et in talibus literis non solum non debent seculares iudices impedire ne eis notificentur, verùm & tenentur impartiri brachium suum ad petitionem iudicis Ecclesiastici: debent enim se * inuicem iuuare, non 1 autem contendere, neque perturbare, *cap. si Imperator, 96.dist.prout prosequitur hic Auiles, d.c.20.n.2. cum aliquibus seq. gloss.2. & probatur in l. fin. tit.* 1. *infra lib.* 4.

Y que no les pertenece. Non enim debent mittere manum in messem alienam, * *prout probatur in l.* 4. 2 *tit.*1.*infra l.* 4.*vbi dicemus.* Sed si negotij cognitio iudici Ecclesiastico pertineret, non debet per secularem impediri Ecclesiasticus, quo minus de eo cognoscat, *prout ex textu nostro in ijs verbis à contrario sumpto argumento probatur.* Ex quo semel iam consideraui tex. pro dicto Felini relati per Auend. *cap.*22. *Prætorum, num* 2, *lib.*1.dicentis, quod vbi ex processu constat captum à seculari iudice, * esse re- 3 mittendum Ecclesiastico, vel Ecclesiæ, à qua per secularem iniustè extractus fuit, non tenetur secularis expectare, vt excommunicetur: imo statim potest, & debet illum remittere: *prout & tenet Nauarro in manuali, cap.* 25. *num.* 24. Et sic vidi plures per iudices seculares fieri, & consului. Non enim Rex vult iniustis litibus iurisdictionem suam tueri: non est enim hoc defendere eam, sed perdere. Et sic vidi iam in expensis condemnatum iudicem quendam secularem per Regiam cancellariam, in gradu de fuerça cognoscentem super quodam ecclesiastico processu, eo quod iudici ecclesiastico non remisit clericum quendam, quem captum habebat: cùm per processum appareret eum omnino ecclesiastico remittẽdum. Lite tamen apparente iusta tenetur iudex secularis defendere suam iurisdictionem regiam, aliter enim graue facinus perpetraret, & puniretur grauiter, *vt per Auend.cap.22.num.1 in princ.lib.1.*

Nos lo hagan saber. Quod si iudex facere neglexerit, negligentia hæc dolo comparatur, *vt in cap. ab eo, & ibi gloss. de appellation. in 6.* Negligentia enim in iudicibus delictum est, *& notatur in l. mancipia, C.de seruis fugit. & in l.eos, §.fin.de appellat. Paris de Puteo, de syndicatu, verbo negligentia, de qua & in l.*14.*gl fin.tit. isto supra alia diximus.*

Que no consientan. Idque si iudex aliter fecerit dissimulatione quadam hæc omittẽdo, in grauem culpam incideret, sicut in alijs custodibus reperitur expressum per Ioan. de Platea *in l.*1. *C. de fund. & sal. rei domi. lib.*11, *& in l. frumenta. C.de susceptori. & auar. lib.* 11. *& in l. placet, C. de excus. mun. lib.* 10.

IN LEGEM DECIMAM-SEPTIMAM.

SVMMARIVM.

Correctores & Iudices quoad iustitiam attinet, rogitus, epistolas, petitionesque cuiuslibet personæ acceptare non debent, imò his non obstantibus iustitiam administrare tenentur, & mittere Regi literas ipsas, vel epistolas.

NO *accepten rnego ni carta.* Libera enim debet esse iustitiæ administratio, nulla acceptatione personarum facta, nullo rogitu procerum & dominorum potentium, vel aliorum attento, neque amicorum importunitate. Quorum quidem aliquãndo respectu & dum amicis placere contendimus iudicium peruerti videmus: *prout inquit Florenti. in 3. part. sua summa, tit. 9. c. 1. §. 2.* Ideò maxime ad hæc iudices aduertere debent, ne fortè aliquando conquerantur, sicut alium conquestum reperimus, quod medici abstulerunt sibi corpus, amici vero animam, *prout refert Ludolphus relatus per Nauarrum, in tractatu de beneficijs, quæstio. 5. corollario 5. in princip. fol. 141. in paruis.* Et de materia huius text. *vltra Auiles in præsenti,* videndus est Auend. *cap. 1. Prætorum, lib. 2.*

IN LEGEM DECIMAM-OCTAVAM

1 *Ædificia antiqua domorum fortium an reparari possint absque Regis licentia?*
2 *Domus aliquæ, an ad æmulationem fieri præsumantur?*
3 *Fortalitia, vel domus fortes indistinctè ædificari prohibentur per ius nostrum.*
4 *Reip. interest ne vrbs ruinis deformetur.*
5 *Pons cuius expensis fiat.*
6 *Pontes, an liceat supra flumina ædificare, & ligare in solo alieno?*
7 *Pontium & fontium reparatio, cuius expensis fiat.*
8 *Vicinus si vsui pontium vel fontium renuntiet, an nihilominus teneatur contribuere.*

SVMMARIVM.

Domos fortes, fortalitiaque absq; Regis licentia iudices fieri non permittant, & si ex nouiter factis damnum aliquod resultat, aut pax populi turbatur, Regem certiorent, murosque & vias publicas, & alia in præsenti contenta reparari faciant, vbi opus fuerit.

SE *hagan sin nuestra licentia torres.* Similis est text. *in l. 8. titu. 5. lib. 6. infra.* Sed num & antiqua reparari * & reficiabsque Regia licentia poterunt? Et in hoc iure ciuili distinguendum erat: quod aut illud reparandum erat funditus destructum, & tunc non licebat, quia erat idẽ ac si de nouo fieret, tuncque nuntiatio noui operis locum habebat, *secundum Boer. decis. 44. nu. 5. & Burgos Pacensis, in quæstionibus suis quæst. 7. nu. 21. & 22.* Si verò non erat funditus destructum, sed reparatione, nê destrueretur, indigebat, tunc si reficiens & raparans illa esset tyrãnus, vel notoriè iniustus possessor non poterat hoc facere, *secundum Abb. per text. ibi in cap. Pisanis in fin. de restitutio. spolia.* Vel & si reparans hic tyrãnus, aut iniustus possessor, faciebat tamen ad æmulationem alterius, *secundum Abb. ibi,* tunc enim neque reparare licebat, *vt probatur in l. 1. §. denique ff. de aqua pluuia. arcenda, notat glossa in cap. Vulterana de electio.* & an præsumeretur * ad æmulationem, fieri tradit illustris. Menesius *in l. altius, nu. 22. C. de seruit. & aqua.* Si vero non esset tyrãnus, aut iniustus possessor, neque ad emulationem faceret alterius, sed ad domus & honoris, vel patrimonij conseruationem, tunc licebat reficere, quia prohibitus ædificare non censebatur prohibitus reficere, *secundum Auendaño, capit. 2. Prætorum num. 3. lib. 2. & Boeri. vbi supra, num. 4, & Matth. Afflictis, in constitutio. Siciliæ, lib. 3, rubrica. 29. de nouis ædificijs nu. 5.* Hodie tamen *per tex. nostrum & l. 6. tit. 7. lib. 5. infra qua erat 46. Tauri, & l. 8, tit. 5. lib. 6, infra & l. 32, titu. 18, part. 2, & ibi gloss. 1,* indistinctè omnes prohibentur ædificare * fortalitia, vel domos fortes, siue fiat ad iniuriam, & æmulationem, siue non: siue de nouo fiant: quia destructa, siue reparentur, quia reparatione indigent, nullomodo absque Regia licentia fieri possunt, neque reparari: prout quasi leges nostras videret, dixit in simili statuto Matthæus Afflict. *decis. 392. nu. 14.* & Villalobos, *in Antinomia iuris ciuilis, & Regij litera E. num. 1. & idem Afflictis, in consti. Siciliæ, lib. 3, d. rubr. 29. nu. 4,* & Olanus, *in concordia Antinomiarum, litera. E. nu. 4.* Quamuis si fortalitium antiquum, aut turris, aut fortis domus minaretur ruinã, ita quod statim reparatione egeret, ne corrueret, reparari posset interim quod Regia afferebatur licentia, *ex dictis per Felin. in cap. 1, nu. 50. de constitutio. & per Mexiam in pragmatica tassæ panis, conclusione 1, in glos. 1, nu. 62. fol. 21. & & nu. 63. quod est optimum ad l. 25. infra eod.* Et sic posset procedere, quod inquit Anto. Gom. *l. 46. Tauri, num. 16.* vbi *num.* 15 tractauit de intellectu illius l. Tauri, vt non obstaret eius doctrinæ. Et de materia nostri text. *vltra Auiles capit. 22. Prætorum,* videndus est Auendañ. *dicto capit. Prætorum, lib. 2. & in capit. 4, numero 1, 2, 3 & 4. lib. 1. & text. in l. opus, & ibi gloss. & Bartol. ff. de operi. publ. cum similibus, allegatis per Ias. in l. ex hoc iure, col. 1. ad finem, cum sequentibus. vers. limita, secundum Bart. ff. de iustit. & iure, & omnes Doctores l. 46. Tauri,* & Didacum Perez *in l. 7 & 8, titul. 7, lib. 4. ordinam.*

Que vean como estan reparadas. Interest enim Reipub. ne vrbs ruinis deformetur, † *vt per Rebuf. in l. 1, C. de sent. quæ pro eo quod int. in præfatione, numero septuagesimo-secundo, fol. 352.* Et pro declaratione horum & sequentium verborum nostri text. *vltra Auiles capit. 23. Prætorum,* videndus est Auendaño, *capit. 3. Prætorum, libro 2.* Et quid sit reficere & reparare, vide per Boeri. *decis. 44 in princ.*

Y las puentes. Et cuius expensis * fiat pons, vide per Auend. *d. c. 3 Prætor. n. 8. lib. 2.* Et an pontes liceat supra flumina ædificare, & ligare eos in solo alieno ex vtraque parte, vide per eund. Auendaño *c. 12 Prætor. num. 13. in medio, lib. 1.* Et de reparatione * viarum & fontium cuius fiat expẽsis, vide per Auend. *in d. num. 8. d. c. 3. Prætor. lib. 2. versi. ad fabricam, & in c. 19, n. 39. lib. 1.* Et an si aliqui vicini loci, vbi pons fieri debet, vsui eius renuntiẽt, teneantur in extructione ejus contribuere sicut alij, qui non renun-

renunciant, * vide per eund. Auend. *ibidem*, & optime Cæpola. *de seruitutibus vrbanorum c. 47. nu. 4. pagi. 143. in parui*, vbi & de fonte dicit, & cuius expensis fiat. *de quo & traditur per eund. Auend. d. cap. 3. nu. 9. & in c. 14. nu. 21. eod. lib. 2.* Et in muorum, pontium, & fontium reparatione clerici contribuere teneantur supra, *lib. 1. tit. 3. l. 11.* diximus.

IN LEGEM DECIMAM-NONAM.

DE cuius quidem legis materia, cum satis *vltra Auiles in præsenti, sub cap. 24. Prætorum fol. 200. cum aliquibus sequent.* egerit Auenda. *c. 4 Prætor. lib. 2.* ipsos referre sufficiet.

IN LEGEM VIGESIMAM.

CVius quidem legis materiam sat erit videre declaratam per Auiles. *c. 26. & 27. Prætorum, & Auend. c. 5. & 7. Prætorum lib. 2.* Et de blasphemijs suo loco dicemus, ne materias legum à terminis suis abstrahamus.

IN LEGEM VIGESIMAM-PRIMAM.

SVMMARIVM.

Iudices hospitia, & domos hospitandi visitent, & perspiciant: ita vt in eis abundet omnium necessariorum prouisio, prohibeantque ludos vetitos, & contra ludentes pœnas legum exequantur.

L*Os mesones y ventas.* Ad curam enim Regis, & suorum iudicum pertinet, vt publica erigantur, & construantur officia in populis, *secundum tex. in l. 1. tit. 11. part. 2.* Interestq; Reip. vt, forenses mansiones inueniant. Cogiturque similia hospitia habens, aduenas hospitari, simul atque officium hospitandi acceptauerit, *secundum text. in l. 1. in fine ff. furt. aduersus nautas: tradit Auiles, hic c. 28. verbo, acogidos, & Auen. c. 8. Prætor. nu. 2. lib. 2.* Imo & tenentur de rebus in tali hospitio furatis domini ipsius hospitij, vt per Auen. *ibi, n. 4. & 5.* qui pro declaratione nostræ legis videndus est. Ibi enim *in illo c. 8. & in c. 9. sequenti, lib. 2.* eam declarat, & Auiles *c. 28. & 29. Prætor.* Et quia secunda legis nostræ pars, in qua de ludentibus & eorum pœnis, locum habet ordinarium, ad *ibi* dicenda Deo volente te remito.

IN LEGEM VIGESIMAM-SECVNDAM.

1 *Regi pertinet videre qualiter bona populorum expenduntur,*
2 *Qualiter reddendæ, exigendæq; sunt rationes per administratores.*
3 *Ratio semel reddita, an exequi possit. 4. & 5.*
4 *Error calculi non admittitur rationibus à partibus approbatis vel per sententiam.*
5 *Sententia lata per calculatores nõ transit in rem iudicatam, nisi*
6 *Resp. intra 20. annos potest contra officialem in patria sua de errore calculi agere.*
7 *In rationibus reddendis computantur promissa data vt emptores alliciantur ad maius pretium offerendum, nam Rectores promissa dare possunt.*
8 *Quatuor quæ debet continere liber rationum.*
9 *Sententia qua quis condemnatur: vt reddat computum censetur condemnatus, vt reliquum soluat.*
10 *Computus finalis signatus per dominum, an exequi possit.*
11 *Officialis syndicandus rationem bonorum sui temporis publicorum tenetur reddere.*
12 *Officiales sibi appropriantes aliquid ex bonis communibus ad quid tenentur.*

SVMMARIVM.

Rationes bonorum ciuitatis iudices sumere debent, & totius territorij vbi præsunt, secundum quod in lege nostra disponitur, & forma datur, neque permittere bona communia in ludibrijs consumi, neq; in potu & esu, gallinas, perdices, & similia diuidere inter se, & ciuitatis Rectores non debent sub pœna nostri tex.

S*Epan si son tomadas y fenecidas las cuentas de las rentas de los proprios.* Ad Regem * enim pertinet videre qualiter bona populorum consumuntur, & erogantur, *secundum text. in l. 9. tit. 19. par. 3. ad hoc allegatum per Auendañio, cap. 9. Prætor. nu. 1. lib. 1.* Cumq; Rex ipse hæc facere non possit, suis officialibus & ministris eius personam representantibus iniungit: hoc enim modo, & ipse Rex facere videtur. Et pro declaratione huius legis videndi sunt Auiles, *cap. 30. Prætor.* & melius & clarius Auen. *c. 10. Prætor. lib 2.* vbi optimè declarat & distinguit bona communia ciuitatum & villarum duplicis esse generis, qualiterque eroganda & expendenda: illorumque omnium quomodo sit exigenda ratio *à num. 30. cum sequen.* Et generaliter de exigendis rationibus, & qualiter per administratores † reddendæ sunt, late tractat Castillo, *in l. 27. Tauri, nu. 17. cum sequen.* & Baeça, *in de decima tutorum, cap. 2. nu. 152. vsque ad 186.* plura de ratione reddenda tractat & cumulat. Et an ratio semel reddita † exequi possit, tradit Castillo, *vbi supra in similibus verbis.* Et inquit, quod data ratione administrationis, & per iudicem approbata post quam partibus notificata est, statim pro residuo exequi potest: neque tunc admittitur appellatio ad effectum impediendæ executionis, *secundum Auiles c. 30. Prætorum, gloss. 1. nu. 3. & Auend. d. c. 10. n. 30.* Cum enim per partes compu-

computatores, & calculatores positi sint, quædam concordia, & transactio facta videtur: factaque computatione in concordia computatorũ, & sententia iudicis approbata statim mandabitur executioni. Adeò vt *secundum Castillo, vbi supra, num. 17. in 10. parte*, non admittetur tunc error calculi,
4 cum rationes † redditæ & factæ, approbatæ sint per partium compromissum corã tabellione factũ, vel per iudicis sententiam. Aliter enim si aliquod horum deficiat, vel compromissum. vel sententia iudicis in rem iudicatam lapsa, toties quoties erratum fuerit, & de errore allegatum, reuidendæ sunt rationes. Et *ibi.* ipse Castillo hãc testatur commu-
5 nem opinionem. Nam sententia lata * per calculatores nunquam transit in rem iudicatam, *secundũ Orosium, super ff. ver. col. 667. n. 4.* nisi iudicis sententia, & partium cõsensu sint approbatę rationes: & tũc nullo modo licet amplius ab eis resilire. Pro quo considero textum optimum, *in. l. cum putarem ff. fami. herc.* iuncto communi eius intellectu: vbi probatur, quod diuisio hæreditatis, etiam cum hærede putatiuo facta nõ retractatur prætextu etiam erroris. Et hoc ideo est, quia sententia iudicis fuit diuisio illa approbata: prout communem hunc illius text. intellectum testatur Menesius. *in. l. si post diuisionem, nu. 4. C. de iur. & fac. ignor.* Vbi tamen hoc limitat, nisi aliqua ex partibus esset minor, & remedio restitutionis peteret rationes reuideri, quia errorem continebant. Si ergo in casu illius tex. sententia iudicis hoc operatur, nimirum si in nostro text. rationes redditæ sententia iudicis approbatę exequantur, quãtumque ab illis sit, per partem, contra quam executãtur, appellatum data cautione legis de Toledo, si sententia, & calculatio reuocata fuerit. Et ideo factis calculationibus calculatores præsentant eas coram iudice & iurant, quod recte factæ sunt: & tunc iudex iubet, vt partibus notificentur, vt videãt si velint allegare grauamina contra eas. Et si in termino quinque dierum non allegãt, iudex approbat eas & assignat terminum ad soluendum reliquum, vulgo, el alcãce. Et si termino illo elapso non soluitur, tũc optime exequi potest directe. Aliter enim si terminus non sit assignatus per calculatores, vel iudices, tunc directe exequi non possunt rationes, sed iubetur, vt intra certum terminum soluat residuum pars, cui incumbit sub executionis cõminatione: & si non soluit, accusata cõtumacia per partem fit executio, non obstante quacumque appellatione,
6 vel grauamine tunc allegato. Et hæc est practica, quæ in ijs haberi solet. Contra officialem * tamen iustitię potest Respu. in patria sua intra viginti annos de errore calculationũ agere, *secũdum Auend.*
7 *cap. 9. prætorum. nu. 2. lib. 1.* Et an in talibus rationibus reddendis bonorum ciuitatis debeant † pro exoneratione admmitti promissa data, vt locatores, vel emptores allicerẽtur ad maius pretium offerendum? dicendum est, quod sic: quia Rectores ciuitatis promissa hęc dare & concedere possunt,
8 *secundũ Auend. c. 12. prætor. nu. 12. verfic. circa. quod, lib. 2.* Quatuorq; † continere debet rationum edendarum liber, & cõditio. *secundum Bald. in. l. cũ testamento. col. 2. C. de testamẽt. man. quẽ sequitur Baeça. de decima tuto. cap. 2. n. 176. & Benuenutus, in tracta. de mercatura, part. 2. nu. 66. cum sequent. pluribus*, scilicet, codices edi, calculum poni, reliqua solui cul-
9 pam purgari. Vlterius notandũ est, quod per sententiam, in qua quis condemnatur, * vt reddat rationes, censetur etiam condemnatus, quod soluat reliquum, vulgo, *el alcance*, absque alia condẽnatione, *secundum Matthæum de Afflictis, decision. 157.* 10
Et an cõputus finalis, hoc est, el finiquito, per dominum signatus possit exequi, videnda est optima decisio Boer. 295. quam allegat & sequitur Rebuf. *1. tom. cõstitu. Franci. titul. de lit. obligat. articu. 6. gloss. 3. num. 37.* Semelque reddita ratione, & apocha de finiquito amplius reddi non debet, *secundum text. in. l. semel. C. de apochis publi. libr.* 10. In locoque publico ratio reddenda est, *secundum Auendañum, capitu. 9. Prætorum. numero. 4. lib. 1. & in dicto capit. 10. nu. 30. in fine, libro. 2.*

Las tomen. Quas quidem rationes officialis syndicandus reddere tenetur, *vt optime inquit Paris, de synd. verbo, redditio rationũ, c. 1. &. 2. fol. 392. & Auẽ. d. c. 10. nu. 35. cum sequent. lib. 2.* Neq; sucessor in officio tenetur pro debitis prædecessoris, *secundũ tex. in. l. 2. in fine. C. de fund. rei priua. lib. 11.* 11

Solamente. Non excludit alios casus, in quibus tanta vel maior insit ratio, *secundum Auend. dicto cap. 10. Prætorum, nu. 20. versic. & ista, lib. 2.*

Y no en interesses. Qualiter autem punitur. Rectores, † vel alij officiales concilij ciuitatis, aliquid 12
ex bonis communibus ciuitatis, vel villæ, aut populi sibi appropriantes, vel nummos communes in suos vsus conuertentes, vltra hoc quod in conscientia tenentur, *secundum Auend. cap. 24. Pretorum. n. 3. in medio, lib. 2.* quia aliena sibi capiunt, & fructum ex eis recipiunt, insimulque periuri sunt, *secundum Capol. consil. crim. 39. nu. 61. &. 62. & nouissime Mexia, in pragmatica, de la tassa del pan. conclusio. 1. glo. 1. nu. 67. &. 68.* alijs pœnis affici possunt temporalibus quibus puniuntur susceptores publici, pecunias publicas, & vsui publico deputatas in suos vsus conuertentes, *de quibus per Capolam, vbi supra.* Et habemus optimum tex. *in. l. fin. C. de condi. in publi. hor. lib. 10.* Vbi probatur quod si hortreaticas species cui contigerit vsurpare, deportationis pœnæ subiectus, totius substantiæ subeat iacturam. Si autem ex pecunijs deputatis ad frumenta comparanda pro boni communis sustentatione, *como es en las alhondigas y alholies de los pueblos y depositos del pan*, sibi aliquis vsurpauerit summam, vel quantitatem aliquam, vel in suos vsus conuerterit, punitur pœna. l. *fin. C. de frumen. vrb. const. lib. 10. De quo optimè per Ripam, in tracta. de peste, tit. de remedijs ad conseruan. vber. nu. 14. cum 2. sequen.* Vbi inquit esse notandum contra officiales, qui de pecunia cõmunitatis, & de frumẽto faciũt mercantias. Nam contra tales durissime inquit *ibi* Ripa, *nu. 16.* agunt iura: & acriter sunt castigandi, *vt l. 2. C. de ijs, qui ex publi. col. lib. 10.* Et vltra criminales pœnas etiam Reipubl. tenetur in quadruplum, vel saltim in duplum, *secundum iura, ibi per eum allegata. De quo habemus nos textum in. l. 14. & ibi glos. & in. l. 18. & ibi glos. mientra, cum sequent. titu. 14. part. 7. quas allegauit ad hoc Auendaño, dicto capit. 10. num. 34. lib. 2. traditq; Puteus, de syndicatu, verbo, iudices, cap. 3. folio mihi. 119.* Et an lucrum per tales thesaurarios, & œconomos ex publica pecunia acquisitum debeat ab alijs auferri, & communitati applicari, tradit optime Ripa. *vbi supra, n. 17.* Et de ijs habemus optimũ consiliũ Decij sextũ, qui *in n. fin.* ponit tres casus, quibus tota materia elucidatur Ideoque ad hæc maximè thesaurarij, & œconomi ci-

mi ciuitatum, & depositorum frumenti communis aduertere debent, & iudices ab eis rationes sumentes. Quod quàm male per vnos, & alios fiat aliorum sit iudicium.

Y que no consientan. De ijs verbis videndus est Auiles, *cap.* 31. *Prætorum*: & Auendaño, *capit.* 11. *Prætorum lib.* 2. Et notandum, quod pœna septupli huius versiculi finalis ad ipsum versiculum referenda est, & non ad precedentia: tum quia circa præcedentia remanet iam statuta pœna.

Paguen de sus bienes. Tum etiam, quia ab isto versiculo, *y que no consientan*, vsq; ad finẽ legis, erat capitulum 31. *de corregidores*, separatim in antiquis positum. Et ideò ad aliud tantum pœna hæc referenda est, non vero ad omnia alia præcedentia. Item & *ex dictis per Abb. in capitulo causamque, numer.* 5. *de rescript. & ibi additio. plura allegat*, quando clausula in fine posita ad præcedentia referatur. *De quo & per Doctores maxime Dec. in cap secundo requiris de appellation. & Doctor. maxime Ias. ponentem regulam & fallentias, in l.* 1. *C. de liber. præter. & Rebuf. in repetitione l. vnicæ C. de senten. quæ pro eo quod inter prof. gloss. & non ex quibusdam pag.* 453.

IN LEGEM VIGESIMAM. TERTIAM.

SVMMARIVM.

Quid iudices agere & aduertere teneantur in locandis proprijs ciuitatum & villarum, quibus præsunt, declarat lex nostra.

DE cuius materia videndus est Auiles *capit.* 32. *Prætorum* & Auenda. *cap.* 12. *Prætorum lib.* 2 de quibus suo loco *in l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 7. *infra* dicemus Deo volente. Et quibus personis prohibitum sit locare bona hæc publica ciuitatum & bonorum communium populi, disponit & declarat *l.* 3. *titulo* 5. *libro* 7. *infra*. Redditus tamen, & gabellę Regis quibus locanda non sint, vide per text. *in l.* 2. *&* 9. *tit.* 10. *lib.* 9. *infra* vbi declaratur quæ persona potens dicatur.

IN LEGEM VIGESIMAM. QVARTAM.

SVMMARIVM.

Quid circa fabricationem operum publicorum expensis ciuitatis, aut ex pœnis faciendorum, et constituendorum, aduertere debent iudices, hic declaratur.

PRo istius l. materia, & declaratione videndi sunt Auiles. *c.* 33. *Prætor.* & Auend. *cap.* 13. *Prætorum, lib.* 2. vbi tractat quibus expensis sint construenda opera publica: *de qua in l.* 15. *supra eo. diximus*. Et an opus publicum posit per alium; quam per illum, qui se ad illud construendum obligauit, perfici, *ibidem* tractat ipse Auenda. *nu.* 4. vbi & declarat, quando & quomodo de vitio operis teneatur obligatus construere. Officialibus ijs opera publica suscipientibus ad construendum ea, non competit remedium. *l.* 2. *C. de rescinden. vend.* secundum text. *in l.* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *infra*. Et notandum, quod Rectores ciuitatum non possunt percipere salarium ob hoc quòd operibus publicis construendis, vel reficiendis adsistant, quoties intra, vel prope ciuitatem opera talia publica construuntur: secus si extra & longè, *secundum Mexiam in pragm. tassæ panis, conclus.* 1. *glos.* 1. *num.* 69. *&* 70.

IN LEGEM VIGESIMAM. QVINTAM.

1 *Ius collectandi cui competat, &* 2.
2 *Ius collectandi qualiter forensibus imponi possit.*
4 *Collectam populo impositam teneturnè soluere Ecclesia forensis ibi bona possidens.*
5 *Ius collectandi, an saltim immemoriali consuetudine acquiri possit.*
6 *Dominus solus familiæ debet poni in æstimo non eius filij, vt vnã tantum collectam soluat.*
7 *Collectas remissas pauperi vel exempto an alij soluere teneantur.*
8 *Collecta per ordinem imponenda est, ne vnus grauetur, & alter exoneretur.*

SVMMARIVM.

Collectas indicere ciuitates, vel populi non possunt, nisi secundum quod per leges regias statutum, conceßum est, non obstante allegatione cuiuscunque contrariæ consuetudinis: et tunc imponenda est, et diuidenda secundum quod hic dicitur.

NI *hagan derramas*. Desumpta fuit eius dispositio ab authen. *de collatori. §. ciuitatum versi. sed neque, secundum Auenda. capit.* 9. *Prætorum num.* 3. *in fin. lib.* 1. Et quis habeat ius collectandi * tradit idem Auenda. 1
vbi de materia huius legis latè tractat *in cap.* 14. *Prætorum lib.* 2. & Auiles, *cap.* 34. *Prætorum, verbo, sin nuestra, fol.* 221. & secundum Auend. *dict.* 14. *num.* 1. collectandi ius de regalibus * est. Ideò alij 2
quam Regi non permittitur & ijs, quibus ipse permiserit. Qualiterque ius hoc collectæ, † seu talliæ 3
forensibus imponi posit, vide Boeri. *decis.* 260. *n.* 11. & Auend. *d. c.* 14. *n.* 20. *in princ. & Felin. & eius additio. in c. quoniam de offic. ordi. Et vide in propositũ Responsum* 16. *ipsius Auend.* Et an collectam populo impositam teneatur soluere * Ecclesia forensis bo- 4
na *ibidem* posidens tradit Cardi. *in Clemen.* 1. *ad fi. de immuni. eccles.* Et an collectas & sisas Ecclesiasticæ personæ soluere teneantur diximus *in l.* 11. *titu.* 3. *lib.* 1. *supra*. Et an consuetudine saltim immemoriali posit acquiri * ius hoc collectandi, 5
dicemus Deo volente *in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *infra*. Limitatur tamen noster tex. & eius dispositio, vt non proce-

procedat in collecta imposita pro soluendis custodibus defensarum, & montium publicorum: nam illa optimè imponi potest, & permittitur imponi, *ex l. 15. titu. 7. lib. 7. infra*. Item & secundo eodemmodo limitatur, vt non procedat in collecta inter vicinos imposita pro suis particularibus commodis, vt pro custodiendis vineis, pro reficiendo puteo vel fonte, secundum Guid. *decis. 444.* quem vide & aliquid per Cæpol. *de seruit. vrb. tit. de puteo, & de fonte.* Item & tertio non procedit in collecta imposita pro necessitatibus ciuitatum, & populorum, dum tamen non excedat summam trium millium morapetinorum, *secundum text. in l. 1. tit. 6. lib. 7. infra. Prout ibi disponitur.* In Francia tamen nulla collecta ciuibus imponi potest absque consensu Regis, etiam pro necessitatibus populorum, *secundum Rebuff. in 1. tom. consti. Fran. tit. de liter obligator. art. 2. glos. 1. num. 80. & 81. & Carol. de Grassal. lib. 1. Regal. Franc. iure fin. versic. ius indicendi subsidia pag. 300. in paruis.* Et hæc vera sunt, nisi maxima vrgeret imminens necessitas, ita quod non posset expectari Regia licentia: nam tunc absque ea fieri posset, & post adipisci confirmatio, *secundum Mexiam in pragmat. del pan, conclusio 1. glos. 1. num. 63. fol. 21. quod est optimum ad l. 18. supra isto titul. & ad l. 1. titul. 6. lib. 7. infra.*

Que estan en costumbre. Etiam immemoriali: nam reprobata consuetudine etiam immemorialis reprobata censetur, *secundum quod diximus, in l. 3. tit. 1 lib. 2. supra.*

Saluo donde la tierra. Declara hoc, vt per Auend. *cap. 14. Pratorum nu. 10. lib. 2.*

Por su parte. Quid si vici soluunt duas partes & ciuitas vnam ex statuti forma, an procedente tempore possint vici petere, ne hoc modo diuisio fiat? Vide glos. *por lo in l. 20. titu. fin. par. 3.* Et nota quod solummodo dominus familiæ debet
6 poni in æstimo,* vt vnam collectam soluat: & sic pater, non filij, soluet, secundum Auiles *in forma synd. c. 8. verbo. ley, fol. 273. pag. 2.* vbi hoc declarat: *& cap. 17. syndicatus, fol. 277. col. 1.* Et an illud,
7 quod pauperi, vel alij † priuilegiatæ personæ remittitur de collectis alij teneantur soluere, tradit Bart. *in l. 2. C. de Apoch. publ. lib. 10. & ibi eius addition. remittit se ad Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. Et dicit quod cum Bar. ibi transeunt alij excepto domino suo, & tradit Ias. in ea. l. 4. in princ. num. 21. col. 4. & optime Gerardus, singula. 73. & Anto. Gom. tom. 1. cap. 12. num. 44.* vbi inquit veram esse, & communem opinionem, & tenendam, quod tenentur omnes alij totum illud onus & tributum soluere: *pro quo est text. in l. 1. C. de omni agro deser. lib. 1. quem ad hoc allegat Bart. in d. §. si actor. Et hæc optima sunt ad l. 3. titu. 14. lib. 6. infra.* Et quid si aliquis est descriptus in æstimo communi, & velit alienare prædia, an debeat extrahi de æstimo? Vide Gerardum de Petra sancta. *singu. decimo.*

Ni consientan que carguen. Collecta enim per or-
8 dinem † imponenda est, ita quod vnus non releuetur & alius oneretur, *secundum Lucam de Penna relatum per Auenda. alias per Auiles d. capit. 34. verbo, relieuen, fol. 223.* & verba hæc declarantur per Auenda. *d. c. 14. Pratorum nu. 10. ver. in secunda parte, libr. 2.* vbi optime loquitur, *vsque in finem capituli* & distinguit inter onera realia & personalia, qualiter diuidenda sunt. Et notandum quod non potest imponi collecta ciuibus per potestates terrarum, nisi prius referant ad priores ciuitatis: & tunc confirmant si viderint confirmandam, *secundum Plateam per text. ibi in l. placet. C. de exeus. mun. lib. 10.* in diuisione tamen regalium tributorum vide tex. *in l. 3. & 4. tit. 14. lib. 6. infra. En las leyes. 1. tit. 6. lib. 7. infra & l. 16. tit. 8. lib. 9. vbi dicemus aliqua.*

IN LEGEM VIGESIMAM-SEXTAM.

1 *Accusationum criminalium informatio, & inquisitio fieri potest coram Regio tabellione, dum tamen post tabellionibus del numero remittatur.*

2 *Processus omnes tàm ciuiles, quam criminales tabelliones penes se retinent, & custodiunt.*

SVMMARIVM.

Coram quibus tabellionibus acta iudicialia, ciuilia vel criminalia tenentur iudices facere, declarat lex nostra, & vt in carcere deponatur arca, in qua criminales processus custodiantur, & liber, vbi memoria eorum inscribatur.

Los hagan todos. Coram quibus tabellionibus debent ordinari, & fieri acta iudicialia traditur etiam, *in l. 8. tit. 5. supra isto lib. & in l. 1. & 2. tit. 25. infra lib. 4. vbi & Deo annuente dicemus aliqua.*

Se remita. Ijs & præcedentibus verbis attentis semel in facti contingentia consultus respondi, vt etiam existentibus in loco tabellionibus publicis del numero possent informationes querelarum & accusationum criminalium coram Regio *tabel- 1
lione fieri, vel corã tabellione concilij, dum tamen tali informatione facta processus remittatur alicui tabellioni del numero, vel ad alium tabellionem coram quo querelæ, & accusationes criminales proponendæ sunt. Dum tamen Regius hic tabellio, quem vocamus, *escriuano real*, factas habuerit diligentias, *per l. 22. titu. 25. infra lib. 4.* requisitas vt officio tali possit vti: & fuerit approbatus, & examinatus in Regio consilio, *secundum quod disponitur in l. 2. eod. tit. 25. & lib. 4. infra.*

Estè vn arca en que se guarden los dichos processos. Processit dictum hoc *ex dictis per Ioan. And. & modernos in capit. quoniam contra de probatio referente ibidem Areti. in col. 2. in 12. notab.* Dicebant etenim, quod in curijs Episcoporum, item & magistratuum regentium ciuitates, notarij curię non retinent originalia penes se, sed relinquunt in archiuo publico. Et pro hac consuetudine allegat Aret. *ibi* text. *in cap. ad audientiam de præscriptio.* Sibi tamen placere inquit Ioan. And. quod originalia duplicentur: & sic vnum penes notarium, alium in arca illa. Et vides

text. hic approbantem Ioan. Andr. & modern. dicta quoad processus criminales, nunquam tamen vidi in tribunalibus secularibus, quæ vsque nunc vidi, hæc seruari; sed penes tabelliones tam ciuiles, quàm criminales processus originaliter retinentur, * quod processisse credo ex tex. *in l. 16. tit. 25, infra lib. 4.* disponente, quod tabelliones sint diligentes in custodiendis processibus coram eis agitatis. Aliter enim magna esset confusio si omnes criminales processus essent in vna arca custodiendi, præsertim in locis magnis: & vbi quotidie plures creantur similes processus, & faciliter furari possent, & abscondi.

IN LEGEM VIGESIMAM-SEPTIMAM.

1 *Diuisio text. in quatuor partes fit.*
2 *Petitio aliqualis requiritur pro fundamento processus in causis maioris summæ 400. morapetinorum.*
3 *Pœna extraordinaria, vbi ex causa est imponenda, an erit corporalis, vel pecuniaria.*

SVMMARIVM.

Quia longa est lex hæc, breuiter summari non potest. Pro summario tamen sufficit, quod ponitur forma faciendi, inscribendique processus, & acta iudicialia per iudices, & tabelliones, & aduocatos, & quod iudices in sententijs non dispensent contra ius.

DE huius legis materia videndus est Auiles *cap. 36 Prætorum, per totum*, & Auenda. *capit. 16 Prætorum lib. 2*, vbi diuidit eius materiam, & contexturam in quatuor partes. * Primam constituit in prin. vbi instruuntur iudices, & tabelliones circa processum, formam & constructionem, & hanc partem prosequitur ipse Auend. à numero primo ad secundum vsque, & à numero secundo prosequitur secundam partem, in qua iudices instruuntur in subscribendis sententijs cum tabellionibus ipsis vsque ad numerum 3. Et abinde vsque ad 23 inclusiuè prosequitur ipse Auend. tertiam nostri textus partem, in qua iudicibus præcipitur, ne à forma legum Regni discedant, neque dispensent contra eam, nisi in casibus à iure permissis, quos ipse Auenda. ibidem prosequitur referendo causas, ex quibus pœna ordinaria minui potest, *de quibus & per Puteum de syndic. verbo, pœna, capit. 2, 355* & Lucam de Penna, *in l. si apparitor, C. de cohortali. lib. 11*, & Tiraquell. *de minorandis pœnis, per totum*, & Iulium Clarum, *lib. 5 selectarum sententiarum. § fin. quæst. 60 per totam, in num fin.* Prosequitur ipse Auend. quartam & finalem nostri text. partem, in qua iubetur, quod acta iudicialia inscribantur, & in scriptis fiant, & vt in causis summarijs legitimæ exceptiones & probationes admittantur & fiant, quod vltimum de scribendis actibus iudicialibus optimè ipse Auend. ibi inquit esse limitatum *per capit. 60 curiarum anni 1534, situatum pro lege 19 tit. 9 infra isto lib.* vt non procedat in causis breuibus, & summarijs morapetinorum quatuorcentum, quæ non tangunt municipalia statuta. In illis enim non requiritur quod acta in scriptis fiant, *secundum l. illam 10*, quod an in criminalibus procedat ibidem dico. In alijs autem causis maioris valoris quatuorcentum illorum morapetinorum aliqualis † petitio requiritur, *secundum Auiles in præsenti verbo, summarias, num. 1, fol. 227.* & Didacum Perez *lib. 3 ordin. col. 752 in princ.* Sufficiet tamen petitionem tunc per modum actus in processu apponi, neque requiritur per modum libelli præsentari, nisi aliud iudex velit, prout dispositum est hodie *per l. fin. tit. 17. infra lib. 4.* vbi fauente Deo dicemus latè. Sed in supradictorum & nostri text. propositum est dubium, an in casibus in quibus de iure licet pœnam ordinariam corporalem minuere aliqua de causis per dictos Doctores relatis, pœna extraordinariè imponenda erit corporalis minor, † an verò pecuniaria. Et in hoc Abb. *in capit. 2. num. 4 de delict. puerorum*, & Hippol. *in pract. § quoniam, nu. 96*, dicunt quod quoties pœna ordinaria corporalis ex aliqua causa minuitur, extraordinaria pœna tunc imponenda non debet esse corporalis, sed pecuniaria. Videturque pro hac opinione facere tex. *in l. 22, titul. 1, partit. 7.* Vbi probatur *secundum intellectum communem Doctorum*, quod si accusator desistat ab accusatione, & remittat iniuriam & delictum delinquenti, non debet tunc accusato imponi pœna corporalis, ergo sic & quoties ex aliqua alia causa receditur à pœna ordinaria delicti, non imponetur corporalis minor, sed pecuniaria, *vt itidem tenet idem Hippol. consil. 24 num. 36, & consil. 25, num. 55. & consil. 30, num. 19. & cons. 29, num. 38, & cons. 47. num. 13.* Et ita vti video: quamuis Auend. *d. cap. 16, num. 17. lib. 2.* & crudeles iudices eum sequentes aliquando dicant quod & tunc cum ex causa minuitur ordinaria pœna, debere imponi aliam minorem, corporalem tamen. Et Bal. quem Auend. pro se allegat, aut ego illum corruptum habeo, aut defectiuum, aut malè pro se illum considerat, cùm potius faciat contra ipsum & pro Abbatis & Hippol. opinione, quam & tenuit Thom. Gram. *in decis. Neapol. 2, num. 13.* Neque itidem obstat tex. *l. 9, ti. 1, p. 7*, quæ pro Auend. facere videbatur. Ibi enim dicitur, quod cum minori venit imponenda pœna corporalis, non debet esse in corpore ita grauis, sicut cum maiori imponitur: ergo debet esse minor, corporalis tamen. Nam ex lege illa non est sumendum argumentum hoc à contrario, vbi resultaret inconueniens destruendi doctrinam Abbat. & sequacium. Imò & dicta *l. 22. titul. 1. part. 7.* item lex illa nona licet dispositiuè procedere videatur, non tamen prohibitiuè, vt scilicet, non liceat pecuniariam pœnam imponere, sed corporalē minorem. Nam si bene inspiciatur, etiam de pecuniaria loquitur pœna, ita quod secundum delicti qualitatem liceat vnam ex eis eligere pœnam. Nam si delictum sit ex atrocissimis, prout in parricidio & assasinio exemplificat gloss. magna, *in d. l. 22.* tunc quamuis ex causa pœna minoretur,

notetur imponi poterit minor corporalis pœna. Si verò delictum non sit de atrocibus, tunc omnino imponenda sit pecuniaria, nõ verò corporalis. Et sic vidi pluries practicari, præsertim apud equos & misericordiæ amicos iudices, prout omnes esse debent. Nulla enim de virtutibus generosior misericordia, vel admirabilior clementia: nec per aliud proprius Deo accedere potes, quam, vt salutem conferas hommibus, vel dando si eguerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicauerint, *vt habetur Prouerbiorum 20. c.* Et sic paganus Demosthenes ad Alexandrum dixit, non habes Rex, vel fortuna tua maius quam vt possis, vel natura tua melius, quàm vt velis seruare plurimos, *prout refert in propositum Grammaticus, d. decisio. 23. nu. 16. & 17.* Et sic dicitur iudicium sine misericordia fiet illi qui misericordiam non fecit.

No dispensen. Quod si fecerint qualiter puniantur, vide latè Tiraquel. *de minorandis pœnis in proœmio.* Et nota quod vbi pœna imponitur ipso iure non licet eam minuere, *secundum Repertorium Inquisitorum, verbo, pœna, versic. nota. quod vbi pœna.* Quod tamen si subsit causa minuendi legitima non placet ita generaliter & indistinctè. Et sic etiam si ipso iure pœna imponatur possit minui ex causa tenuit alios allegandos Tiraquel. *in d. præfatione, de minorandis pœnis nu. 24.*

IN LEGEM VIGESIMAM-OCTAVAM.

1 *Examinatio testium in ciuilibus arduis, & in criminalibus an committatur,*
2 *In causis nobilitatum vocantur testes neque committitur examinatio.*
3 *Testes in alieno degentes territorio, an cogentur venire, vel committetur examinatio.*
4 *Consuetudo vel stylus potens est vt testium examinatio committatur.*
5 *Examinatio testium in matrimonialibus non committitur nisi de consensu partium.*
6 *Examinatio testium si committatur vbi non debet committi, an erit nulla.*

SVMMARIVM.

In causis ciuilibus arduis, & in causis criminalibus tenentur iudices per se testes examinare, neq; possunt examinationem tabellionibus committere sub pœnis, de quibus hic.

EN *los processos criminales* Similis videtur tex. *in l. apud eloquentissimum. C. de fide instrument. & tex. in l. 3. §. diuus. ff. de testi.* & in pluribus alijs iuribus idem probatur, *& & de hoc facit regulam & fallentias, Bern. Diaz regula. 748. & 457. & Felin. in c. cum causam, de testi. & optimè Matth. Afflictis in constituti. Siciliæ, lib. 2. rubr. 29. per totam, fol. 61. & nouissimè, & benè Menochius de recuperanda possess. remed. 15. num. 344. vsque ad 363.* & de iure ciuili, in causis ciuilibus communis * erat opinio, quod poterat committi 1
testium examinatio in criminalibus verò non, *secundum Lanfrancum in c. quoniam contra, de testibus depos. nu. 19. extra de probatio. Vbi hanc communem testatur quem refert Villalobos in arario, com. opinion. litera. T. nu. 194. probat l. 27. tit. 16. p. 3.* Cuius ratio poterat esse, quia in ciuilibus, cum testis præstito iuramento asserit se aliter dixisse testimonium, quam scriptum sit à tabellione, tabellioni potius, quam testi credendum est. In criminalibus verò ex iurata asseueratione testis, vacillat tabellionis fides, *secundum Socin. in regula. 421. & Coua. lib. 2. var. c. 13. nu. 10.* Ideò nimirum, si in ciuilibus posset committi testium examinatio, in criminalibus verò non. Et quoniam ciuiles arduæ causæ criminalibus æquiparantur: vt si super patrimonio alicuius, vel graui aut opulenta hereditate lis agitetur, cum patrimonium & pecunia, alterum esse & secundum sanguinem, dicantur. Et ita pro defendendis rebus, sicut pro defendenda persona vim vi repellere licet, *secundum tex. & Doct. in l. vt vim ff. de iust. & iure.* Ideo in nostro text. disponitur, vt idẽ sit in causis ciuilibus arduis, sicut in criminalibus. Qua de causa in causis nobilitatum * & apud 2
suprema Regia tribunalia non dantur receptores, qui faciant probationes, sed testes vocantur, *secundum Couar. vbi sup.* & de iure sic erat dispositum, *secundum glos. 1. in l. 27. tit. 16. p. 3.* Testium tamen repetitio bene cõmittitur in causa ijs, in quibus eorum examinatio committi non potest, *secundum Clarum in l. 5. selectarum, pract. crimi. §. fin. q. 45. nu. 13.* Quod tamen ego intelligerem, si examinatio talium testium repetendorũ primo facta, coram ipso iudice facta fuit. Tum enim repetitio committi potest, secus vero aliàs: quoniam tunc faciliter & semper legis nostræ dispositio eliderentur Sed quid si testes degunt & habitant in alieno territorio an cogentur venire? Et dicendum est quod non: sed mittendæ * sunt literæ requisitoriæ iudici 3
illius alieni territorij vt eos faciat examinari, examinationesq; & dicta eorum ipsi iudici requirenti remittantur, *secundum glo. in d. auth. apud eloquentissimum C. de fide inst. tex. in c. cum causam, de testi. l. 4. §. si. ff. de testi. l. si quis ex litigatoribus ff. quemad. tes. aper.* ex necessitate enim fit licitum quod aliàs illicitum erat, *vt c. si quis propter, de furtis l. 1. §. 1. ff. de offi. eius cui man. est iur. latè per Decis. capellæ Tolos. 256. & Tiraq. de ret. linagiel. §. 26. gloss. 1. num. 16. cum sequent. pluribus, vbi plura de necessitate referunt.* Et licet iudex possit testes in longinquo existentes ad se aduocare, secundum iuris formam, & ea seruata, & melius hoc esset, *secundum Lanfrancum, vbi suprà,* remissionem tamen hanc tenetur facere si petatur, *secundum Dec. in c. quoniã nu 4. de testibus, hanc communem opinionem asserentem, quam & tenet Cyn. & alij relati per Auend. c. 17. prator. nu. 2. lib. 2. & Auiles c. 37. præt. glos. 1. nu. 7. fol. 232. vbi Bald. allegat asserentem ita de consuetudine seruari. Et ita scribentes asserere testatur Clarus in lib. 5. senten. pract. crimi. §. fin. quæst. 26. num. 3. & asserit etiam Feli. in d. c. cum causam, num. 25.* Nam & consuetudo, vel stylus valet vt in criminalibus † examinatio testium alicui committatur, 4
secundum Rebuf. 3. tom. const. Fran. tit. de consuetudine, art. 2. glos. 13. nu. 48. quicquid contrarium dicat Auend. *d. c. 17. n. 2. in medio, & Afflictis in constit. Sicil. li. 2. rubr. 29. nu. 15. fol. 62. & glo. quam corrupte*

rupte allegant in cap. testes 3. q. 9. Videmus tamen consuetudinem dictam obseruari indistincte, adsit ne ad hoc magna causa necne, quicquid causam talem requirere, Alcia. *cons.* 462. *nu.* 1. relatus per Clarum *vbi supra à n.* 4. Qui in ducatu suo inquit nullum iudicem inferiorem has literas concedere nisi iussu senatus: qui etiam hoc rarò & nisi ex magna causa permittit. Apud nos tamen videmus quotidie indistinctè per inferiores dari literas has, nisi esset vna magna & grauis causa. Quam opinionem tenendo non obstat tex. noster & tex. *in l.* 27. *tit.* 16. *part.* 3. contrarium disponentes. Et est illa lex partitæ expressa pro contraria opinione, *vt ibi considerat glossator in gloss. penult. eius argum. hanc tenens opinionem*. Nam dicendum est vel quod lex illa partitarum & itidem nostra procedant cum talis commissio examinandorum testium extra territorium existentium fieret iudici iurisdictionem non habenti: secus verò aliàs, *prout dicebat glos. in d. auth. apud eloquentissimum, quam ibi sequitur Bar. ibidem Bar. in auth. de testibus* §. *& quoniam num.* 11. *Vbi hoc limitat*, nisi de consensu partium detur commissio non habenti iurisdictionem, quia dari tunc potest, *secundum Auend. d. cap.* 17. *num.* 7. Et sic videmus quod
5 in causis * matrimonialibus, vbi non committitur testium examinatio, *secundum Abb. communem hanc asserentem in capit. si quis testium, de testi.* quotidie voluntate partium & consensu committitur. Iste tamen intellectus *ad d. l. partitarum* mihi non satisfacit. Nam lex illa in principio clare disponit in casu, in quo commissio in ciuilibus fit iudici alicuius territorij. Ergo presupponit habere iurisdictionem, & in hoc casu inquit commissionem fieri posse, sed fallere in criminalibus, exceptio tamen debet esse de regula: igitur intellectus hic est contra legem illam, & diuinatiuus. Ideo verius esse credo, si dixeris, quod lex illa partitarum procedat in criminalibus grauibus, prout ex ea colligitur, ibi. *De perdimiento de miembro, o de muerte.* Sed in non grauibus lex illa non procedat, sed consuetudo dicta obseruetur: *& ita voluit gloss. in ead. l.* 27. Et hic videtur verus & tenendus intellectus, & sic esse limitandam dictam consuetudinem. Sed & adhuc insto: nam hoc de nihilo deseruiret. Nam in criminalibus leuibus, etiam testium presentium, vt quotidie cõmissio tabellioni causæ: ergo dicta concordia non tenẽda. Itẽ & fortius, quia causæ syndicatus, præsertim si criminales sunt, graues reputãtur: & nihilominus ex eis, *ex l.* 12. *tit.* 7. *inf. isto lib.* si testes in tali causa examinandi, & cum quibus verificatio barateriæ fieri debet, non sint præsentes in territorio iudicij, sed in alieno, inquit tex. ibi, quod mittatur iudicibus, vbi testes habitant cũ literis requisitorijs ad eos examinandos, & dicta eorum remittantur ipsi iudici requirenti. Ergo si generaliter tex. *ibi* ita disponit in causis syndicatus, in quibus causæ graues & grauissimæ occurrunt & occurrere possunt. Idẽ erit dicendum in causis alijs criminalibus grauibus. Ergo est *ibi* text. pro dicta communi opinione Decij dicta consuetudine roborata: cumque sit text. nouior, seruari debet eius dispositio. Et sic inquit hanc opinionẽ practicari Auẽd. *d. c.* 17. *nu.* 2. *lib.* 2. Licet qui voluerit tenere cum dicta l. partitarum huic considerationi facillimè respondebit, quod ne correctio inducatur, euitãdum est argumentum à simili, & extendi leges non debent, & consequenter quod in causis syndicatus sit hoc speciale *per d. l.* 12. vel quod hæc lex 12 declaretur *per d. l.* 27. Sed quia dicta communis Decij videtur etiam approbata per generalem dispositionem text. *in l.* 10. *tit.* 6 *lib.* 4 *inf.* Et practica communi hæc consuetudo seruanda videtur, nisi esset delictum atrocissimum, vt patricidium & assasinium: tunc enim si iudex essem, testes tales ad me auocarem, neque concederem requisitorias dictas, *vt inquit gloss. in d. l.* 27. *gloss. fin. & Imol. l. si quis ex argẽtarijs, ff. quemad. test. app. relatus per Capitium, decis.* 90. *num.* 5 *&* 6. Sed an si contra nostri text. tenorẽ fiat examinatio testium, erit nulla † talis probatio? crederem quod non: tum quia lex nostra pœnalis est, & pœna sese contentatur, tum etiam quia verba iudici & tabellioni dirigit, non verò partibus: ergo factum & negligentia iudicis vel tabellionis non debet partibus nocere. Et ita tenet Auiles *c.* 37 *Prætorum, gloss.* 1. *num.* 7. Quamuis glo. *d. l. Partitarũ* 27. & Auend. *d. c* 17. *nu.* 2 *in medio* contrà teneant. Alias limitationes ad nostrum text. vide per Auiles *d. c.* 37, & Auend. *d. c.* 17. *num.* 3 *cum sequentib.* & per Doct. *in princ. huius legis* per me allegatos.

IN LEGEM VIGESIMAM-NONAM.

SVMMARIVM.

Processus in gradu appellationis & informationes vel testimonia aliqua, qualiter, & qua forma sint mittenda ad supremos iudices, declarat lex nostra.

ET quasi similem text. huic reperies *in l.* 16. *titul.* 25. *infra lib.* 4. & in nostri text. materiam Auiles hic exorditur declarando, quomodo ad Principem appellari potest: quod quia non est præsentis speculationis omitto.

Con el quatro tanto. Quæ quidem pœna tunc imponetur, quotiescunque prout noster text. in principio loquitur, aliquid per tabellionẽ recipitur pro iuribus talis processus ad iudices supremos missi, forma legis nostræ non seruata. Si tamen gratis talis tabellio processum expediat, non seruata legis nostræ forma, non imponetur pœna quadrupli, sed extraordinariè punietur: cùm tunc nihil sit, quod 1
quadrupletur, *secundum quod voluit Auend. ca.* 18. *Prætorum, lib.* 2.

IN LEGEM TRIGESIMAM. 2

1 *Nemo militare suis stipendijs cogitur, & dignus est quis mercede sua.* 3
2 *Tabellio mercedẽ habere debet pro scripturis, & alijs officij negocijs.*
3 *Tabelliones ab Ecclesia pro instrumentis eius* 4
mercedem petere non possunt.
4 *Patriæ sicut patri obediendum.*
5 *Patriæ obligamur in qua nascimur, alimur, & docemur, & patria præstat ciuibus præsidium.* 5

SVM-

SVMMARIVM.

Tabelliones nulla iura percipere possunt à concilijs & populis, vbi degunt pro scripturis vel negotijs ipsorum populorum conficiendis.

L*Leuen derechos*, De ista l. vide Auend. *cap. 19. prætorum lib. 2.* & ratio dubitandi ad tex. hũc manifestè patet. Nam cum nemo suis
1 stipendijs* militare cogatur, dignusque sit mercenarius mercede sua, *vt in c. cum iam nunc 28. quæst. 1.* tabellioque mercedem habere debet de
2 suis rogitibus† & scripturis, *secundum text. & ibi glos. in l. prætor. ff. de edendo, & l. 1. C. de tabular. lib. 10. & in toto tit. de aranzel de escriuanos, infra libro 4.* videbatur text. nostrum & eius dispositionem procedere minimè posse. Tamen quia ab Ecclesia, quę
3 omnium est mater legitima, mercedem capere* non possunt tabelliones pro instrumentis suis, secundum Angel. *relatum per Auiles, cap. 39. Prætor. gloss. 1. num. 5.* vbi quandam pragm. pro eo allegat, quæ iam est *l. 12. titul. 2. lib. 1. sup.* valeatque argumentum de republica ad Ecclesiam, & æquiparata videntur, secundum *text. in l. 9. tit. fi. part. 6.* meritò si æquiparatorum eadem debeat esse iuris dispositio: vt sicut ab Ecclesia iura per tabelliones nõ recipiuntur, sic neque à Repub. Vel melius, quia hæc decidendi ratio non ex toto satisfacit, quia lex illa 12 non in omnibus procedit Ecclesijs, *vt ibi dixi, & tenet Couar. in pract. c. 7 num. 3 in principio*, dici potest ideo, hic tabellionibus prohiberi iuriũ perceptionem à populis vbi habitant & commorantur, eo quòd benefacientibus benefacere anti-
4 doria obligatione tenemur. Patriæ tamen sicut† patri obediendum est: tuendamque patriam asserit *l. vt parentibus, ff. de iust. & iure*, & pro patria pugnandum inquit Cato, *& C. de abolitioni. l. fallaciter. & l. 4. tit. 24. p. 4. & l. 1. tit. 20. part. 2.* & dulcis vocatur amor patriæ, *l. qui habebat, deleg. 3.* vnde Virgilius.

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.

Et propria vnicuique videtur maior & præstantior alia, *l. si. & ibi gloss. C. si ser. expor. ven.* & ciuitati obli-
5 gamur, † in qua nascimur, alimur, & docemur, & ciuitas præstat ciuibus præsidium, secũdum Matthæum Afflict. *in præfatione ad decisiones Neap. nu. 1.* Ex quibus Pelaez *de maior. par. 1, q. 57 num. 3 cum seq.* aliqua infert & Tiraq. *in l. 7 connubiali, gloss. 1 par. 7 num. 65 & 66.* Ideo nimirum, cum patriam sicut patrem honorare debeamus, pro ipsaque pugnandum moneamur, obligati ei simus, vt nulla iura ab ea capere tabelliones permittantur *ex text. nostro:* quis enim filius à patre capere iura posset? Quis à benefaciente petere? Et vbi obligatus est, quis se creditorem vocet? certè nemo. Ergo hæc & alia legislatorem mouerunt, vt dispositionem nostri text. concederet, & conditam seruandam iuberet. Vel itidem potuit se legislator ex voluntate sua mouere, ibi. *Porque nos queremos.* Quæ voluntas in principe iusta causa reputatur: & alium casum, vbi tabelliones iura non percipiunt, vide *in l. 5 in medio, tit. 10 part. 6.*

IN LEGEM TRIGESIMAM PRIMAM.

1 *Iudex ordinarius loci, vbi iudices Regij commissarij mittuntur pro delicto aliquo puniẽdo, an possit contra ipsos commissarios excedentes procedere, & num. 3.*

2 *Iudicum ordinariorum proprium est comitatiuos suos ab iniustis exactionibus liberare.*

4 *Quis possit dare iudices hos commissarios, vulgo pesquisidores.*

5 *Ordo iudicij attendendus est, vbi lis tractatur, siue ad literas requisitorias, siue ordinariè, siue executiuè procedatur, 6.*

7 *Quoad esse contractus, locus vbi contractus est celebratus inspiciendus est.*

SVMMARIVM.

Iudices tenentur omnino prohibere, ne iura vltra tassam per commissarios iudices percipiantur, vel eis per prouisiones regias tassentur, neque tabelliones eorum recipiãt sub pœna nostri tex.

N*O consientan.* Similem tex. habes *in l. 11. tit. 21. infra. lib. 4.* vbi & ponitur pœna contra reincidentes: habesq; *hic* tex. singularem probantem, quod iudex ordi-
nariusˢ † alicuius loci potest procedere contra Re- 1
gios commissatios, vulgo, *pesquesidores*, in officio delinquentes, & vltra permissa percipientes iura. Iudicum enim ordinariorum est proprium * comi- 2
tatiuos suos ab iniustis exactionibus liberare, *vt in l. 3. C. de lucris aduoc. lib. 12 quem ad hoc & nostrum text. allegando, allegat Auendaño in cap. 2. prætor. nu. 12. lib. 1.* De quo quando ordinarius † possit 3
hos Regios commissarios iudices punire, & castigare, & quando conueniri coram ordinario loci possint, vltra Auend. *vbi sup.* videndus est Boer. *decis. 9.* & Feli. *in ca. legebatur nu. 3. de maiori. & obedien.* Montaluus *in l. 4. tit. 7. gloss. fi. lib. 1. fori.* & Abb. & eius addition. *in c. fi. in fine, de rescrip. & ibi glos. fin.* Cynus *in auth. qua in prouincia in fine versi. vltimò iuxta C. vbi de crim. agi oportet. & ibi Bal. n. 10. vers. vltimo istud principium, & ibi eius additio. decis. Capellæ Tolos. & ibi glo. 423. & Auiles. c. 1. prætor. verbo. mandado nu. 32. cum sequent. & Auend. c. 11. prætor. n. 9. lib. 1.* Qui asserunt quod de commissis in officio potest iudex ordinarius loci procedere cõtra hos iudices cõmissarios regios in loco suo, & territorio existẽtes, & eos punire. Si verò extra officium delinquant non procedant contra eos durante officio, sed demũ eo finito. In terris tamen Dominorũ admonet Auend. *d. c. 11. n. 9.* iudices eorum, quod in nullo casu procedant contra tales Regios iudices, sed capta informatione eorum personas capiãt, Regemque certiorent, *prout & inquit Boer. d. decis. 9. in princ. de quo & per Maran. in disputatione. 1. per totam.* Certius tamen facies tu iudex ordinarius siue sis Regis, siue dominorum particularium, siue extra, siue in

officio

officio commissarius hic iudex delinquat: vt non capias, neque punire eum procures, sed informationem secrete facias de insolentiis & iniustitiis eius, & Regem certiorem de iis, vt medeatur & castiget commissarium illum iudicem. Nam *vt inquiunt Bart. & Bal. in l. si ff. de rerum diuis.* diuisa iurisdictionis administratione vnus iudex alterum punire nõ potest de delictis commissis, & hanc communem testatur Feli. *in cap. prudentiam, num. 4. de offic. del.* quicquid aliter sentiat Rota Noue. *153. numquid si duo, & Aufred. & Boer. vbi sup.* & confert Calderi, dictum *in c. 1. de raptor.* dicentis quod Archiepiscopus delinquens in Episcopi diœcesi non efficitur Episcopi subditus, vt ab eo puniri possit, *prout refert Nicolaus Antonius in aditio. ad Octauianum Vestrium in pract. cancellar. Apostolica, lib. 3. c. 9. num. 19. fol. 67.* in paruis. Sic & si duo sint domini alicuius loci, & vnus eorum delinquat, alter non potest cognoscere contra eum, *secundum Bart. in l. est receptum. ff. de iur. omn. iud. & ibi Paul. & Ias. & crebriorem testatur Oroscius. in d. l. si. ff. de rerum diuis. col. 238. in princio*, & collega non cognoscit contra collegam, secundum Paul. *& Ias. in d. l. est receptum, vbi ipse Ias. communem testatur*, quamuis Soci. *ibi num. 5* contrariam communem dicat. Nisi concordaueris eos, vt Paul. & Iasonis procedat opinio, quoties propter delictum condominus, vel collega non perdunt administrationem ipso iure, vel administratio non interdicitur propter tale delictum. Socini verò opinio procedat cum ex contrario perditur administratio ipso iure, vel adest interdictio, *secundum Bar. in d. l. si. ff. de rerum diui. & ibi Oroscium.* Vides igitur tot contrarietates, & communes opiniones: ergo consilium meum est seruandum, vt Regem certiorem, & non procedas tu, & quia ex visis in facti contingentia, & prouisis aliquando ita conuenit fieri. Hæc tamen licet sciam, quod non est necesse aduertere, quia desunt iam iudices ij ordinarij, qui audeant se in iis intromittere, dixi, vt si forte fortuna aliquis bono zelo moueatur ad medendum insolentias iudicum, de commissione, præsertim istorum iudicum *de cañadas, mesta, y de montazgo*, sciat qua forma & remedio posit iustè, & absque scandalo remedium procurare. Contra quos iudices commissarios aliquando super hac lege maximè contra dictos plura allegabam, iam nunc sufficit referre inuehentem contra eos Lucam de Penna, relatum per Auend. *cap. 20. prætorum, lib. 2.* circa alia autem, an tales commissarij iudices conueniri posint coram ordinario loci, ex dictis Docto. decerpi potest.

Assessorias Regulare enim hoc est iudicibus salariatis vt assessorias capere non posint, *vt in l. 9. tit. 5. sup. isto lib. diximus verbo, assessorias.* Et
4 quis posit dare † hos iudices pesquisidores, vide per Auiles. *cap. 40. prætorum, verbo, commissarios*, & cuius expensis mittuntur vide. *l. 5. sup. isto lib* & quando mitti debeant, vide titulum. *1. inf. lib. 8. & titulum de los pesquisidores, par. 7.*

5 *Donde se hiziere.* Ordo enim & modus † procedendi in litè, is semper obseruandus est, qui in iudicio, vbi lis ventilatur, obseruatur, *tex. cum glo. in l. cum clericis. C. de episcopis, & cleri. tradit Auiles in præsenti. c. 40. prætor. glo donde, fol 236. & in cap. 10. verbo la costumbre, fol. 148.* quod adeò verum est, quod non solum debet seruari ordo loci in quo executio petitur, in actis *ibidem* factis & faciendis, verum in & extra locum factis per literas requisitorias iudicis loci iudicij. & siue ordinariè † siue executiue agatur, 6
secundum Suarez optime in l. post rem. 8. q. incip. circa iudicem num. 22. pag. 355. Quicquid Auiles *hic verbo, adonde, num. 2.* aliud velit. & hæc quoad ordinem iudicij intelligenda sunt, quoad esse tamen contractus, & eius decisionem, † locus 7
vbi contractus est celebratus inspiciendus est, *secundum Suarez vbi sup. & tradit gl. magna in l. 24. tit. 11. p. 4. & Cou. in 4. p. 2. c. 7. in prin num. 6. cum 3. sequent.* cætera de materia nostræ legis videri poterunt per Auiles *c. 40. & 41. prætorum.*

IN LEGEM TRIGESIMAM SECVNDAM.

1 *Alguazelorum iura foras euntium pro executione facienda.*

2 *Alguazelus, vel executor salariati vel tabellio nihil vltra salarium capere possint.*

3 *Plures personæ executandæ si sub vno mandato contineantur, an plura debeantur iura, & nu. 4. declaratur.*

5 *Iura tabellionum foris euntium pro vno quoque die quæ sint.*

6 *Casus, vbi tabellio priuatur officio, remissiue.*

7 *Officio si quis propter falsitatem veniat priuandus interim vti poterit quod non priuatur.*

SVMMARIVM.

Iudices quæ iura permittere debeant capere alguazelos, executores, vel tabelliones foras euntes, & quomodo sint diuidenda declarat lex nostra, & pœnam imponit iudicibus circa hoc negligentibus.

DE LA YDA Y TORNADA. In alguazelis hoc alteratum est *per. l. 1. vers. 3. tit. 31. infr. lib. 4.* Imò quod alguazeli † foras euntes pro execu- 1
tione facienda, cũ itineris capiunt iura, quia minora sunt quam iura executionis, ex itinere, & reuersione capiunt ea, pro vna quaque leuca dimidium aureum nummum, *secundum quod ibi disponitur*, & si iura executionis maiora fuerunt quam iura itineris, iura itineris non capient, secundum tex. *ibidem*, secundum quem in alguazelis noster tx correctus videtur, *prout ex subscriptione marginali nostri tx. apparet.* Idemq; in alguazelis curiæ vltra quinque leucas à curia exeuntibus disponit text. *in tit 29. cap. 10. inf. lib. 4.*

Mas que por vn año. Intelligendum est hoc secundum legem præcedentem, nisi ipse alguazelus executor, vel tabellio salariatus † sit. Nam 2
tunc vltra salarium nihil aliud percipere potest, *prout supra lege proxima, quæ erat. c 40. prætorum*

tenet Auiles, verbo, no lleuando, & idem in præsenti sub. c. 43. prætorum, glos. 1. numero 1. facitque tex. in l. 9. titul. 5. sup. isto libro. Iudices enim, seu alij officiales ciuiles administrationes habentes, puris debent vti manibus, & contenti cum iis, quæ à fisco eis dantur, *vt in auth. vt iudi. sine quo. suf. § cogitatio.* Si verò salariati non sint, debent iura capere, & petere pro vno tantum itinere, & sic non de itu & reditu, sed de vno tantum: & tunc neque prandiũ neque quid aliud vltra debent percipere, *prout optime inquit Auiles. c. 43. præto. glos. 1.*

Muchas. Etiam vltra duas, cum sit hoc verbum infinitum, & indefinita æquipollet vniuersali, *vt per Couar. lib. 1. var. cap. 13. & secundum l. 1. varf. 3. lib. 4. inf.* in duobus, & in pluribus alijs verificatur, prout & *ex Verbo diuino* decerpitur, dum sanguinem suum Christus Dominus noster, loquens apostolis dixit, effundere pro eis & pro multis. Quod verbum promultis non pro duobus, sed pro mille millium in infinitum capitur, cum *secundum S. Ioanni. visionem*, erat alia multitudo agnum sequens, quam dinumerare nemo poterat. Et sic verbum, *muchas*, nostri text. non pro duabus tantum, sed & pro milliaribus capitur, quicquid Auiles, *d. cap. 43. gl. 1. in fine*, ad duas tantum velit restringere, & male.

Que aquel lleuen y repartan por rata de las executiones. Hinc considero text. expressum contra determinationem Antonij Gomez *tomo. 2. variarum. cap. 11. numero. 16. vers. sextus effectus*, dicentem quod ex eo, quod tot sunt stipulationes, quot contractus, quod si sub vno mandato † & subscriptione plures contineantur personæ, & plura debita, eò quod ad instantiam creditoris alicuius sit petita executio contra plures debitores diuersorum debitorum pro qualibet persona debetur integrum salarium, quia censentur plures executiones. Contra quam determinationem videtur tex. *hic.* expressus, vbi tantum pro vno itinere iura soluenda probat, *& melior text. in l. 1. § 3. in fin. titul. 31. infr. libro 4.* Nam licet sint plures *ibidem* contentæ personæ sub illo vnico mandato, nihil tamen amplius est, quam vnum iter. Ideò iustum non est, quod pro vno tantum itinere tot iura capiantur, *& est similis tex. in l. 6. tit. 14. lib. 6. inf.* Potest tamen Anton. Gomez saluari vt loquatur † prout credo voluisse loqui, quantum ad decimas, & iura capienda ex dictis executionibus factis contra diuersas personas pro pluribus diuersis debitis. Quia tunc cum tot sint executiones, quod debita & personæ executatæ, nimirum si tot iura, & decimæ debeantur, quamuis sub vnico tantum mandato comprehenduntur, & hoc si debita illa diuersa sint, non verò vnum tantum debitum, text. autem noster procedit & similia iura, quantum ad salarium ex itinere debitum. Tunc enim, quia, & si plures personæ exequendæ sint, iter tamen vnum solum est, nimirum si iura tantum vnius itineris capere possit alguazelus, executor vel tabellio, non autem plurium itinerum. Quæ concordia clarè, & subtiliter decerpitur *ex dicto. § 3. legis. 1. titul. 31. infr. lib. 4.* dum *ibidem* cum iura executionis capiẽda sunt, quia minora iuribus itineris, nihil de diuisione nummorum inter personas executandas, text. ille disponit, cum verò iura itineris disponit capienda, tanquam minora iuribus executionis, tunc diuidenda esse itineris iura inter personas illas, quia tunc vnum est iter & non plura. Eodem etiam modo ponderari potest pro hac concordia text *in l. 1. tit. 27. eod. lib. 4. inf. sub. cap. de lo que hande lleuar en lo iudicial, vers. si el escriuano fuere.* Faciunt etiam quæ Deo volente dicemus *in l. 1. §. 3. tit. 10. inf. isto libr.* & vera mihi hæc videntur.

Esto mismo guarden los escriuanos. Quibus iura constituuntur *in d. l. 1. § de los derechos de lao den iudicial. titul. 27. inf. lib. 4.* Pro vnoquoque die quatuor aurei nummi † ibidem constituuntur 5 cum actus iudiciales foras faciendi sunt per tabelliones. Nam si extra iudiciales ducentos moraperinos pro die capient, *secundum tex. in ea, l. 3. col. 3. in fi. tit. 27. infr. lib. 4.* Et tunc iura hæc inter omnes personas diuidant, *secundum text. nostri dispositionem.*

Con el quatro tanto. Quoad alguazelos pœnam hanc augmentatam credo etiam pro prima vice in septuplum, *ex tex. nouiori in d. l. 1. in fin. §. 3. tit. 31. lib. 4. inf.* quæ quidem pœna septupli *ex. l. 11. supra isto tit.* cameræ Regiæ applicatur. Pro secũda vero & tertia vicibus pœna nostri text. pro ijs vicibus imposita, imponetur: dum tamen pœna quadrupli semper sit septupli in alguazelis iis, in quibus *d. §. 3.* loquitur. Eodemque modo lex nostra, quoad tabellionum pœnam videtur alterata *ex eadem l. 1. tit. 27. §. de los derechos q̃ han de lleuar los escriuanos en las causas criminales, vers. y mandamos que los dichos escriuanos, infr. lib. 4.* Quæ nouior lex est quam nostra, imo & per Philippum Regem nostrum, anno 1566. confirmata, vbi iubetur, tabelliones aliter iura capientes, quam *ibidem* descriptum sit, & iussum pro prima vice in quadruplum, & in suspensione officij per anni vnius spatium, & pro secunda vltra quadruplum in priuatione officij condemnãdos esse.

Pierda el oficio. Iustum & alios casus † vbi tabellio priuatur officio videbimus, *in l. 23. titul. 25. inf. lib. 4.* Interim tamen, quod non priuatur, poterit officium exercere, imo & resignare, *prout alio in loco dicemus.* Et quia si quis propter falsitatem † veniat officio priuandus, intereà quod 7 non priuatur potest illud exercere, *secundũ Hippolyt. in pract. §. aggredior, nu. 108. & infra suo loco dicemus.*

IN LEGEM TRIGESIMAM TERTIAM.

1 *Virgam iustitiæ nulli licet portare nisi illi, cui à iure permissum reperitur.*
2 *Iurisdictio per virgæ delationem probatur.*
3 *Iudex permittens virgam iustitiæ in suo territorio portari per aliquem punitur.*
4 *Pœna portantis virgam iustitiæ absque Regis licentia.*
5 *Iudex vnius territorij non potest in alieno sine pœna iurisdictionem exercere.*
6 *Casus vbi speciale requiritur mandatum.*

7 Rati

7 *Ratihabitio fufficit etiam vbi speciale requiritur mandatum.*

8 *Procurator meus si excedit mandatum, & video & taceo, censeor excessum probare.*

SVMMARIVM.

Iudices personis alijs, quam hic expressis virgam iustitiæ portare non permittant.

SAVLO. Ex hac lege desumi potest regula ge-
1 neralis, scilicet, quod nemini licet virgam † iustitiæ portare, nisi ei, cui à iure expresse permissum reperitur. Pro qua regula text. nostrum nouissimè considero: & eius ratio manifestè patet. Nam deferre virgam iustitiæ, eius administrationem concernit, & est signum habentis iu-
2 risdictionem: & vnus est modus † quo mediante iurisdictio probatur, & eius exercitium, *secundum Puteum de syndicatu, verbo, iurisdictio*, & qui publicè illam gestaret præsumeretur iudex, *secundum Auendano. c. 21. prætorum, num. 2. lib. 2.* Administrationem autem iustitiæ nemo potest habere, nisi ille, cui Rex concedit: à quo tanquam à fonte omnes iurisdictiones emanant, *vt in l. 3. tit. 5. supra. eo. diximus.* Igitur meritò quod nullus alius virgã iustitię portare posit, nisi ille, cui permissum est expresse per legem vel Regem,
3 & quod iudex Regius † similem virgæ portationem in suo territorio permittens puniatur pœna, de qua per Auenda. *vbi supra, nu. 4. vers. pœna autem*, vbi *à nu. 1.* plures casus refert, vbi signum aliquid operatur. Est enim signum plerunque declaratio voluntatis, *vt l. ad testium. ff. de testamen. tradit. idem Auend. c. 1. prætorum, nu. 2. lib. 2.* Ex quibus solent iudices alicuius ciuitatis vel populi, cum vident aliquem hominem virgam iustitiæ portantem erectam in suo territorio, inquirere & interrogare, an ex Regia licentia portet eam necne, & exhibeat licentiam. Quam si non exhibet, capitur, & punitur, si exhibet, dimittitur. Solentque cauti iudices, ne in syndicatu possint conueniri, vnum transsumptum caperę licentię illius manu tabellionis signatum, & seruare si fortè in syndicatu conueniãtur, & inculpentur de hoc demonstrare illud, &
4 se excusare. Pœnam † autem portantis virgam iustitiæ absque Regia licentia, & permissu vltra Auenda. *vbi supra* ponit, & Auiles. *c. 1. prætorum, glo. 1. numero 6. fol. 20.* vbi inquit crimen læsæ maiestatis committi, *secundum Angel. in l. lex. 12. tabularum. ff. ad. l. Iul. mai.* De quo plures Doctores allegat Auend. *cap. 1. prætorum, nume. 33. in fine. libro 1.* Insuperque falsitas committitur *secundum eos ibi*: sicut & committit gerens se pro doctore, vel Comite Palatino vel nobili, cum non sit, *secundum tex. & ibi glos. entalle, in l. 2. ti.*
5 *7. p. 7.* Imò & quamuis iurisdictionem † quis habeat in vno territorio, non potest illam in alieno exercere sub capitis pœna, *secundum Auiles, d. c. 1. glo. 1. numero 6. fo. 20.* & ideo citare in alieno non poterit territorio, *secundum Marantam in practi. pag. 361. in paruis, nume. 40. cum sequenti. & optimam. l. 7. tit. 4. p. 3. vers. E aun dezimos.* Possent tamen supradicta limitari, saltim vt pœnæ ordinarię locum non esset, quotiescunque talis virgæ portatio, & sic iurisdictio ea mediante demonstrata duraret per aliquod tempus in præiudicium reip. vel alicuius particularis personę: secus tamẽ si per paucum tempus, nullumque præiudicium esset alicui causatum, ex tali portatione, & iustitiæ exercitio. Quoniam tunc non vtiq; pęna ordinaria puniretur, sed extra-ordinaria arbitrio iudicis, pensatis qualitate personæ, & alijs inspiciendis, & considerandis, *ex dictis per glo. dexa. in l. 1. tit. 2. par. 7. de quo alibi diximus.* Pœnam autem alguazelli ecclesiastici virgam iustitię portantis contra formam text. *in l. 10. tit. 23. infra lib. 4* ibi declarabo.

Especialmente poder. Hic est vnus casus, vbi speciale requiritur mandatum: alios casus idem † re- 6
quirentes, refert Rebuf. *in concordata Regis Franciæ, tit. de electio. deroga. verbo, speciale, fol. 71. in antiquis.* Vbi *in fine* inquit, quod dicetur speciale mandatum, & quod quamuis generale mandatum cum libera æquipolleat speciali: non tamen equipollet in certis casibus relatis per Ias. *in l. iusturandum quod ex conuentione, col. 1. & 2. ff. de iure iur.* & voluit Fel *in c. nonnulli. §. sunt, & alij nu. 39. de rescrip. quem vide.* In quantum tamen Rebuffus *vbi supra, in fine illius glossæ* concludit, quod non sufficit ratihabitio cum speciale † requiritur 7
mandatum, loquitur contra tex. *in cap. si. de iure iur. in 6.* probantem contrarium, quem ad hoc allegauit Couar. *lib. 3. var. c. 16. nu. 5.* Imo & si quis habet à me mandatum ad aliquam causam, vel negotium, si excedit fines mandati, & scio, & patior, videor excessum illum ratificare, *secundum Alex. hanc dicentem communem opinionem in l. sæpe nu. 87. ad fin. ff. de re iudi.* Cætera pro nostri tex. materia vide per Auiles *c. 42. prætorum*, & Auend. *cap. 21. prætorum, lib. 2.*

IN LEGEM TRIGESimam quartam.

1 *Quod principaliter agitur, non verò quod secundario consideratur.*

2 *Negotium in concilio tractandum si præsidẽ tangat potest absq; eo congregari conciliũ.*

3 *Amicitia magna consanguinitati æquiparatur.*

4 *Scythæ arbitrati sunt eum ditissimum, qui plures haberet amicos.*

5 *Amicorum potentia facit hominem excellentem.*

6 *Amicus pro amico agit sicut coniunctus sine mandato.*

7 *Amicitia etiam mediocris venit in considerationem.*

8 *Amicitia pars religionis vocatur, non facile submouenda, quia sic solem à mundo etiã tolleremus.*

SVMMARIVM.

In concilio ciuitatis nullo modo iudices assistere permittant illos, quos negotium tangit ibidem tractandum, vsquedum negotium illud determinetur, & finiatur, sub pœna nostri tex.

HVIVS dispositionis ratio manifestè patet. Nam si dum tale negotiũ tractatur, hi quos tangit, interessent, libere per alios tractari non posset, & interessentes ipsi per fas & nefas, sibi prodesse procurarent: nullus est enim bonus in propria causa iudex. Et de materia huius tex. *vltra Auiles cap. 44. prætorum*, vide per Auenda. *cap. 23. prætor. lib. 2.* vbi ampliat illum, vt neque votare possit in negotio interesse ex eo prætendens, cum eadem sit, & maior ratio in voto, sicut & in interessentia. Sed an pater pro filio votare poterit, vel poterũt decuriones ad officia aliqua vnum vel duos aut plures ex se ipsis eligere, vide per curiam Pisanam, *lib. 2. capit. 10. cum duobus sequent. & Doctores in cap. cum in iure pertius, maximè Henricum, de electi. & per plures allegatos per Molinam de primogenitis Hispan. lib. secundo, capit. 4. num. 61. & Lanbertinum de iure patronatus. 1. part. libr. 2. quæstio. 8. princ. art. 6. & sequentibus, fol. 74. & Orosci. l. si consul. ff. de adoptio. num. 13. Socin. consil. 11. numero 6. volumin. 1. & l. 7. titul. 15 part. 1.*

Particularmente. Quasi secus, si secundario, quia tunc non expelleretur, quod enim principaliter † tangit consideratur, non vero quod secũdario, & in quandam consequentiam, *prout optimè in nostri text. propositum considerat Auenda. cap. 23. prætorum, num. 6. in princip. lib. secundo Faciuntque latissimè tradita per Tiraquel. in tractat. res inter alios acta, colum. secunda, versic. sed hæc, cum pluribus sequentibus, vbi plura de hac regula dicit, & allegat.* Quam tamen quoad nostri text. propositum limitarem, & declararem, nisi causa iusta suspicionis daretur. Nam tunc quantumuis in consequentiam tangeret aliquem negotium illud in concilio tractandum, idem esset iudicandum ac si principaliter tangeret, putà, quia ab ipso auditum est, quod per fas & nefas sic faciendum erat: *prout ipse volebat*: siuè esset in damnum reip. siue non, vel quod subornabat correctorẽ & rectores alios, vt suo voto aggregarentur: & redundabat voluntas eius in reipublicæ vel alicuius particularis damnum, vel ex alia simili causa suspicio in eo demonstraretur.

Toque. Verba hæc præsentis temporis sunt, & tempus, quo negotium tractandum est, respiciunt: ita quod necesse videtur, tempore illo, quo negotium tractatur, rectori vel personæ ipsius concilij, negotium illud tangere, quasi secus si tangere posset in futurum, vel aliquando ante tetigit. Tunc enim persona illa expelli non posset à concilio. Qualitas enim quæ admittit aliquem vel excludit ab aliquo actu, debet adesse tempore illius actus exercendi, *secundum Bart. in l. impuberem. ff. de fals. quem sequitur Auend. cap. 12. præto. numero 13. vers. octauum est lib. 2. & tenet † Xuarez allegat. 12. fol. 147. pag. 2. in medio, secundum antiquam impressionem.* Qualitasque adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, id est, debet adesse tempore, quo verbum illud deducitur ad effectum, *vt in l. in delictis. § si extraneus. ff. de noxalibus. l. Titius ff. de testam. milit. l. 2. ff. de auro & argent. legat. facitque optima glo. verbo, constitutus, in clement. 2. de ætate, & qualitat. quæst. 1.* Cum enim actus ille statim debet exerceri, non sufficit si in futurum possit tangere, sed statim cum exercetur, *secundum Felin. in cap. eam te. numero 18. de rescrip. Abb. in cap. inferiora. numero 10. & 11. de elect.* Et in argumentum est optima Bart. doctrina, *in l. excusantur. in princ. numero 10. ff. de excusatio. tuto.* loquentis in prælato eligendo in vigesimo quinto ætatis suæ anno: quod non sufficit, si pendente lite super electione impleat vigesimũ quintum annum: sed cum eligitur, debet iam illum quintum annum impleuisse. Neque obstat tex. *in l. milites. ff. de re iud.* cui Bar. *ibidem.* non respondit: nam illi respondendum est, prout supra *l. 4. titulo 1. libro 2.* responsum extat per nos, *& ità expressè text. nostrum intellexit Auend. cap. 23. præto. nume. 6. vers. & ponderanda est libro 2.*

A otras personas que ende estuuieren. His verbis text. noster clarissime præsidem voluit demonstrare, & de eo etiam intelligere, nam si nullus alius, quam rectores & iudex loci in concilium ingredi possunt, imo & puniretur aliud permittens, *secundum tex. in l. 2. & 3. tit. 1. lib. 7. infra* meritò verba hæc ad præsidem etiam referenda sunt. Et sic licet vniuersitas, & concilium, absque præside congregari non posit, *secundum curiam Pisanam 1. p. cap. 8* poterit tamen tunc, si negotium tractandum præsidem ipsum tangit, neque iudicis consilium, & iussus erit necessarius, argumento traditorum per Fel. *in cap. edoceri, vers. omittitur suspectum consilium de rescrip.* & per Abb. & Doct. *in cap. nouit. de iis, quæ fiunt à pref.* relatos per curiam Pisanam. *d. 1. p. c. 9.* vbi & cautelam ponit, ne tunc puniri possint rectores concilium absque præside congregantes, scilicet, vt nullum aliud negotium tractent, quã illud præsidem ipsum tangens.

Tal deudo. Etiamsi tantum sit in affinitate, *secundum Auend. cap. 23. præt. numero 7. versi. item non solum, libro 2. & ibi* idem dicit, si per spiritualem cognitionem sit affinis.

O tal amistad. Magna enim amicitia † consanguinitati æquiparatur, *argu. text. in l. in testamento. ff. de fideicommiss. liberat. quem ad hoc allegat Auend. d. cap. 23. numero 7. vers. Item non solum in medio, libro 2. & Auiles. cap. 44. præto, verbo, amistad* Amicus enim (*teste Cicerone*) *de amicitia*, est alter ego, sociisque, & amicis idem velle, idemque nolle esse debet, *iuxta illud Poetæ.*

Flet, si lacrymas conspexit amici,
& iterum, si dixerit æstuo, sudat.

Arbitratique sunt scythæ eum ditissimum esse † qui optimos haberet amicos, quid quod Moses sanctus etiam, & amicus Dei *Exodi. cap. 23.* sanxit, ne quid amicis coloraretur, ex quo vetus illud adagium αἰκαρῆτες γυμνοὶ nè scilicet, quid inter amicos fictum, fucatum, rectum, verũ nuda, simpliciaque sint omnia *prout refert. Tira. in l. 4.*

in l. 4. connub. glos. 1. 4. p. numero 26. nihilque dulcius *secundum Cicer.* quam habere amicum, cum quo omnia tui animi secreta loqui audeas. Amicus Ionathas & Dauid, quorum animæ simul colligatæ erant *vt 1. Reg. cap.* 18. Amicus Saul, & armiger, qui gladio cum eo mortuus est. *1. Reg.* 31. Amicus denique Christus Iesus Lazaro, in cuius suscitatione verbo, & facto se talem ostendit ei, *Ioan.* 11. dicens, vbi posuistis eum, & statim lachrymatus est, exemplum nobis relinquens, vt tales nostris simus, qualis ipse fuit Lazaro, & quales nostros in nos esse semper de-
5 sideramus. Denique amicorum potentia † facit etiam hominē excellentem, *secundum Bal. in cap. super eo extra de testib.* Ex quo & amicus † pro
6 amico agit; sicut coniunctus pro coniuncto, etiam sine mandato. *l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. firmat Bal. in l. sed hæc. 1. lect. in prin. ff. de procu.* Qui dicit etiam alibi, quod quando contra absentes proceditur, affines, & amici vocandi sunt. *l. fi. & ibi notatur. ff. vbi pupill. educ. deb.* Et sic videmus, cum delinquēs absēs vocatur per præconiū. dicitur, *Sepā todos los parientes y amigos*, & alibi *in rub. qui admitti. col.* 4. inquit, idem Bald. quod si hæreditas delata est infanti tutore carenti, possunt amici coram iudice facere, vt eidem bonorum possessio discernatur, & idem si delata esset absenti vaganti per mundum sine vllo mandato, *vt ibidem, & habetur in cap. nonnulli. §. sunt, & alij extra. de rescrip. & alibi in l. 1. §. fin. ff. de eo, qui perpetuo.* Quod conductor recessurus ne ad pensionem teneatur debet notificare domino, & si dominus non est in patria tenetur id facere, & notificare coniunctis domini, siue amicis, & tunc non tenebitur de pensione. Imo quod etiā
7 mediocris † amicitia est in consideratione, quæ ex assidua conuersatione oritur, & orta augetur, diciturque vna anima (*teste philosopho*) in duobus corporibus, taliter, vt amicus amico omne bonum euenire desideret, & sibi defensio amici, non secus ac fratris permissa est, *in casu. l. vt vim. ff. de iust. & iure.* Vt *ibi* testatur Bal. *col. 2.* dicens etiam *in l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pact.* mea interesse amicum non grauari: dulcissimumque esse amicis auxiliari, quodque per eos regna conseruantur, inquit philosophus, & (*vt aiunt*) pars religionis est amicitia, non facile submouenda, quia sic solem è mundo etiam tolle-
8 remus: † bonum, suæ naturæ gratia maxime expetendum vtilitatem quandam præ se ferens. Quam pluraque de amicitia refert Tiraquellus *de minor. pœnis, caus.* 22. & Alciat. *de præsump. regul. 1. præsump. 28. per totam.* Ex quibus, & iuste in nostro tex. statuitur, causam amici non tractandam penes amicum iudicem, & consulem, sed potius expellendos rectores amicos in tali casu, interim dum de causa sui amici disceptatur. Quod tamen ego intelligerem de magno, & intimo amico, *& de quo loquitur. l. 5. tit. 3. p. 7.* & tunc debet de tali amicitia, vel coniunctione, vel affinitate notorie constare: & si non constat notorie, debet adhiberi quædam summaria informatio, vt possit expelli rector amicus à concilio, dum negotium amici tractatur, neque antequam de causa expellendi, & sic de amicitia, coniunctione, vel affinitate constet, debet expelli *secundum Auendañum, dicto cap. 23. num. 8. libro 2.*

Recusado. Causasque recusationis ponit Auenda *d. cap. 23. num. 7. in fin* Ex quo ansam ipse *ibidem* assumpsit inferendi recusationis causas, cum iudex recusatur, *de quibus & per Couarr. in pract. cap. 26. per tot.* Quæ quia tamen materiam nostram non attinent, missa faciam, quia suo loco reseruo dicenda.

IN LEGEM TRIGESIMAM QUINTAM.

SVMMARIVM.

Qualiter, & quomodo pœnæ fiscales, & cameræ Regiæ, vel pio, aut publico operi applicatæ, & per quem expendendæ sint, & rationis earum reddendæ forma in præsenti declaratur lege.

DE cuius legis materia sufficiat referre Auiles. *cap. 45. præt.* & Auend. *cap. 44. præt. lib. 2.* vbi & tractat qualiter fiscales pœnæ de patrimonio Regis dicantur, & quomodo receptor earum non potest mutuum ex eis præstare, neque in aliam, quam ad eam, in quam deputatæ sunt causam, conuertere. Per quos satis est videre, de his, & similibus legis nostræ materiam concernentibus, & quæ diximus *in l. 18. tit. 5. supra isto libro & in l. 11. istius tit. & libro supra*, vbi nostram l. declarauimus, & intelleximus, & *l. 19. supra isto tit. & libro* quæ huic nostræ contraria videbatur.

Paraque pueda embiar. Istud videtur corrigi *per caput penul. Pragmaticæ, de lo que han de hazer los alcades de nuestra casa y corte, positæ sub. tit. 14. lib. 2. supra* in quantum *ibi* iubet quod *hecho el alcance al receptor dentro en quinze dias le embie la justicia al receptor general, so cierta pena de qua ibi*, & sic iam residuum, & sic, *el alcance*, debēt mittere iudices & correctores intra illos quindecim dies receptori generali, non vero rationes ipsas tantum, *prout nostra. l. cauebatur.* Vel potest dici, ne correctionem inducamus in totum, quod in simul cum exemplo ipsarum rationum mittatur residuum receptori generali intra quendecim illos dies dictæ Pragmaticæ, & sic lex nostra non corrigitur, & hoc melius.

IN LEGEM TRIGESIMAM SEXTAM.

SVMMARIVM.

Delicta publica, ludos, blasphemias, falsos testes, & vsurarios, & similes personas puniendi maximè iniungitur cura, & diligentia iudicibus per text. nostrum.

CVius quidem ratio manifestè patet, scilicet, quia expedit rempublicam multis homini-

bus perniciosis, & mali exempli purgari: & ne delicta remaneant impunita, præsertim illa, quæ in perniciem, & detrimentum eius redundare possent, prout sunt ludi illiciti, concubinatus, & vsuræ, & blasphemiæ, & similia, quæ ideò publica dicuntur, quia publicè obsunt. De cuius quidem. l. materia tradunt Auiles. *cap.* 47. 48. *&* 53. *prætorum*, Auend *c.* 26. 27. *&* 32 *præt. lib.* 2. qui plura inculcant in materia concubinatus, ludi, & blasphemiæ, de quibus *in suis titulis*, Deo volente dicemus. Scilicet, de lusoribus, *in tit. de los juegos infra lib. 8. & in titulo, de las vsuras, & in titulo, de los blasphemos, & in titulo, de los amãcebados, eod. lib.* 8. & de testibus falsis, *in l.* 4. *tit.* 17. *eod. libro*, vbi sũt propria loca, ne inordinatè procedamus.

IN LEGEM TRIGESIMAM SEPTIMAM.

SVMMARIVM.

Iudices non debent consentire in suo territorio publicari Bullas, aut indulgentias aliquas, nisi prius examinatæ fuerint indulgentiæ, & bullæ illæ, secundum tenorem bullæ Apostolicæ super hoc Regi missæ, & concessæ, & seruata forma. l. 1. *tit.* 10. *libro* 1. *supra.*

PRO cuius. l. declaratione plura verba *hic* inseruit Auil. *c.* 51. *præt.* & Auend. *c.* 30. *præt. lib.* 2. Vbi de examinatione bullarum, ac literarum Sedis Apostolicæ tractant, & de ijs, qui falsis priuilegijs vtuntur, ac de eorum punitione. Solum tamen libet in huius. l. explicationem inserere tenorem bullæ Regi concessę secundum cuius formam & modum in tex. nostro iubetur indulgentias, & bullas Apostolicas esse examinandas antequam publicentur, de qua bulla fit mentio in nostro tex. ibi, *En la forma y manera contenida en la bulla Apostolica que nos fue cõcedida*: cuius quidem tenor talis est.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter curas multiplices quæ nobis ex Apostolatus officio incumbere, dignoscuntur, illam libenter amplectimur, per quam animarum pericuiis, & scandalis valeat obuiari prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque sicut charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Rex & charissima in Christo filia nostra Elisabet Regina Castellæ, & Legionis, ac Aragonum illustres, nobis nuper per dilectum filium nobilem virum Didacum Lupi de Haro, militẽ Regni Galiciæ gubernatorem per eos ad nos pro præstãda nobis obedientia oratorem destinatum exponi fecerunt quod in prædictis, ac aliis eorum Regnis, atque aliis dominiis diuersę personę plures, & varias indulgentias, facultatis quæstus faciẽdi, ac quæstores hinc inde destinandi (vt asserunt) in se continentes continuè publicent, & prædicent, ac quęstores, & nuntios prædictos ad illas prædicãdum, & publicandum, ac eleemosynas quærẽdum, per Regna, & dominia prædicta hinc inde discurrentes mittant, & spe nummorum multa prædicentur, & publicentur, quæ in rei veritate in literis indulgentiarum, & facultatum huiusmodi nõ sunt contenta. Et etiam aliqui eorum (quod abominabilius est) literas fictitias & simulatas ostendere non verentur, animas Christi fidelium multipliciter decipientes, & illudentes, vt sub falsis illusionibus huiusmodi à Christi fidelibus pecunias valeant extorquere in animarum suarum periculum, perniciosum quoque exemplum, & scãdalum plurimorum. Nos attendentes præmissa esse mali exempli fomenta, ac volentes, prout tenemur, huiusmodi scandalis, & periculis obuiare authoritate Apostolica tenore præsentium, omnes, & singulas indulgentias, facultates quæstus huiusmodi faciendi in se continẽtes per nos, vel Sedem Apostolicam concessas, & concedendas in posterum authoritate Apostolica tenore præsentium suspendimus, & suspensas esse decernimus, donec per loci ordinarium, in cuius ciuitate & diœcesi pro tempore publicabuntur prius, & deinde per nostrum, & sedis prædictæ nuntium in partibus illis tunc existentem, ac capellanum maiorem eorundem Regis, & Reginæ consilio existentes per eos ad id deputandos benè, & diligenter, an sint veræ literæ apostolicæ visæ & inspectæ fuerint. Quod si compertum fuerit per eos literas ipsas omni prorsus falsitatis carere suspitione, ac veras literas Apostolicas esse, tunc liberè per illos, ad quos iuxta earumdem literarum tenorem spectat, possint publicari. Districtus inhibentes Nuncio, Archiepiscopis, & Episcopis ordinarijs prædictis, ne præmissorum occasione quicquam etiam à sponte offerentibus exigere, & recipere præsumant, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, constitutionis, & inhibitionis infringere, & ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ. 1043. sexto Kalendas Augusti. Pontific. nostri, anno primo, gratis. De mandato E. D. N. PP. Ioan. in illis, in Rub. in Re. apud me. L. Podacatharium.

IN LEGEM TRIGESIMAM OCTAVAM.

1 *Intellectus inter. l. nostram, & l.* 1. *&* 4. *&* 38. *tit.* 18. *lib.* 6. *infra cum sequentibus aliquibus numeris ponitur numero primo, & resolutiuè. num.* 8.

2 *Dictio, ad minus, inclusiua, & implicatiua est.*

3 *Infamia contra aliquos præcedente, licet contra eos inquisitionẽ de delictis circa extraactionem rerũ vetitarum commissis generaliter facere.*

4 *Semel malus semper præsumitur talis, & sola hæc præsumptio sufficit ad inquirendũ.*

5 *In*

5 *In calumnijs prius fisco, quam parti fauendum est.*

6 *Creditoribus ex delicto anteponi debet fiscus.*

7 *In omnibus actibus, & dispositionibus intelligitur clausula, rebus in eodem statu permanentibus.*

8 *Resolutio circa intellectum nostræ. l. & aliarum huius recopilationis ponitur, vt numer. 1. supra in ijs summarijs dictum est.*

SVMMARIVM.

Iudices maxima cura, & diligentia custodire tenentur portus sui territorij, ne res vetitæ, & prohibitæ extrahi, per illos portus extrahantur: & hac de causa diligentias nostri tex. facere tenentur, punireque extrahentes secundum quod de iure dispositum reperietur.

DE cuius legis materia videndus est Auiles. *c. 52. præto.* vbi latè tradit de rebus prohibitis extrahi à regno. Quam quidem materiam, quia locum ordinarium habet, scilicet, *in tit. 18. lib. 7. infra*, ibi reseruo dicendam, Deo volente: solum quæ textualia nostri text. respiciunt, hic examinabo.

De hazer posqui sa. Ex his verbis confunditur opinio Ponce de Leon Mexiæ *in prag. de la tassa del pan, concl. 1. numer. 35. fol. 17.* asserentis, vt pæna nostræ l. & similium contra extrahentes res prohibitas à Regno locum habeat, requiri apprehensionem: fallitur enim *ex tex. nostro.*

Dos vezes en cada vn año. Huic legi videtur contraria. *l. 1. ad finem. tit. 18. lib. 6. infra* solum semel tantum in anno permittentem fieri hanc inquisitionem generalem, & huic. l. *primæ* videtur etiam contraria. l. 38. *eiusdem tituli. 18. lib. 6. supra* permittens pluries fieri dictam generalem inquisitionem, & quoties iudici visum fuerit in anno. Et prima facie ita inuicem videbantur contrariæ, quod quemlibet lectorem dubium redderent. Et eas tamen inspiciendo, prout inspici debent, non sunt contrariæ, neque aliquid contrarietatis in se continent: quoniam potest dici, quod vnaquæque lex in suo casu intelligatur. Hoc, scilicet, modo, quod
1 lex nostra † loquitur, & procedit in correctoribus, & iudicibus alicuius villæ, ciuitatis, & loci, sub cuius territorio continentur aliqui portus. Hoc enim casu ipsi correctori permittitur, quod posit bis in anno generalem hanc inquisitionem facere in suo territorio inquirendo, & perquirendo, quæ personæ sui territorij, vel ex transeuntibus per illud extraxerint res vetitas, & prohibitas extrahi, per portus sui territorij, & si quas repererint, punire eis licet, & castigare. Illa vero lex *prima, titul. 18.* procedere, & loqui videtur in iudicibus, *de Sacas.* Qui tamen intellectus, quia nimis restringit verba generalia illius. l. 1. ibi. *Mandamos a las dichas justicias.* Verius dicendum est illam *l. 1.* semel tantum iubentem inquisitionem hanc generalem fieri, non esse contrariam legi nostræ, prout ex ipsius verbis apparet: quia adminus iubet semel in anno dictam inquisitionē fieri, & sic non excludit quin amplius quam semel fieri non posset: nam equidem poterit, ponderando dictionem illam, ad minus, quæ non excludit vices alias, imo permittit. Et ne fortassis ex hoc, quis intelligeret, licere supradictā inquisitionē in anno pluries fieri posse, etiā vltra duas vices intelligitur, & restringitur *ex tex. nostro* permissio illa. *d. l* 1 vt non excedat vltra duas vices. & sic bis in anno licebit, dictam inquisitionem generalem fieri, siue per correctores quoad portus sui territorij, siue per iudices commissarios *de sacas.* Nam dictio illa, *alomenos*, inclusiua † & implicatiua est: 2
& sic includit, quod per alias leges prouisum est: non verò excludit, cum hæc sit natura dictionis implicatiuæ, *secundum Oroscium super. ff. vete. col. 766. in princip. Dicta vero lex.*, 8. *d tit. 18. lib. 6. infra*, in quantum permittit contra dict. l. 1. & contra. l. nostram fieri inquisitionem hanc generalem posse in anno, quotiescunque iudici videbitur, procedit, & loquitur, quoties contra aliquas personas infamatas de extractione rerum veritarum & prohibitarum extrahi proceditur, eò quod infamia de hoc adest, insuperque solitæ sunt hæc perpetrare. Tunc enim quotiescunque iudici videbitur, potest prædictam inquisitionem semel bis, & pluries in anno facere. Et hoc non est prohibitum per leges nostras: quia tunc propriè non potest dici generalis inquisitio, de qua noster tex. loquitur, & dict. l. 1. Et hoc quod *in d. l. 38.* permittitur non solum iudicibus *de Sacas*, verum & correctoribus, & iudicibus in suis iurisdictionibus permissum censetur, cum præcedente infamia † contra aliquos licitum sit 3
contra eos generalem etiam inquisitionem facere de delictis cōmissis per eos quotiescunque infamia præcesserit, Iure canonico, & hodierno tempore attento in quolibet foro, *secundum Candin. de maleficijs, tit. quomod. de malef. cognosca. per inquisitionem, numer. 5. & 6. & Hipp. in pract. §. constante nume. 12. interuenientibus ijs, de quibus ibi per eos.* Et ita verum crederem. Et his modis intelligendo non sunt dictæ leges contrariæ, sed dissimiles, & vna per aliam declaratur resolutiue hoc modo, scilicet, quod lex nostra, quæ in correctoribus, & iudicibus ordinarijs quoad suum territorium loquitur, declarat dict l. *primam. tit. 18. lib. 6. infra*, quæ in iudicibus *de Sacas* loquitur, scilicet, quod in quantum *ibi* permissum videbatur amplius, quā semel propter dictionem illā implicatiuā, & inclusiuā *alomenos* inquiri non extēdatur implicatio illa vltra duas vices in anno *secūdū tex. nostrū.* Et hoc quotiescunq; debet fieri generalis inquisitio cōtra omnes trāseūtes in illo anno per portus illos, quāuis non adsit infamia, qui fuerint illi, qui deliquerint. Sed si infamia aliqua adesset de personis aliquibus, quod extraxerint res

vetitas per portus, tũc non ſolum bis in anno, ſed quotieſcũq; iudici videbitur, & infamia hęc adetit, poterit fieri inquiſitio per iudices *de Sacas*, & itidem per correctores, & iudices ordinarios in ſuo territorio ſecũdum meum intellectum cõtra perſonas illas de hoc infamatas. Et ita loquitur, *d. l.* 8 & ſunt veriſſimi, & literales intellectus ad leges illas. Et ratio differentiæ inter hos caſus patet ad manus, nam in caſu noſtri tex. & *d.l.* 1. inquiſitio eſt generalis, quæ de iure non permittitur fieri, niſi in caſibus ſpecialibus, & à iure expreſſis *ſecundum tex. in l.* 3. *tit.* 1. *li.* 8. *infra.* in caſu *d.l.* 38. nõ eſt propriè inquiſitio generalis, ſed particularis cõtra certas perſonas, vel incertas, de quibus tamen infamia præceſſit, ꝙ illo anno extractæ fuerint res vetitæ per plures, vel aliquas perſonas: & ſic de maleficio, & delicto infamia adeſt, licet non particulariter de perſonis illud committentibus. Quo caſu inquiſitio permiſſa eſt, maximè hodierno tempore, ſecundum Gand. *vbi ſupra*: ſecundum quem de omni maleficio in-
4 quiri poteſt. Nam ſemel † malus ſemper præſumitur talis: ſolaque præſumptio hæc ſufficit ad inquirẽdum, *ſecundũ Doctores in c. qualiter. el.* 2. *de accuſat.* Ideò & merito licet tunc, *ex d.l.* 38. quotieſcunque iudici videbitur inquiſitionem illam facere, nulla tamen præcedente infamia non licet, niſi tantum vbi reperiretur permiſſum.

En las leyes. Quæ ſunt poſitæ *in l.* 1. *& ſequentibus, tit.* 18. *infra lib.* 6.

Se de la quarta parte. Idem videbatur diſponi *per. d.l.* 1. *tit.* 18. *infra, lib.* 6. dum *ibi* medietatem pœnæ applicat cameræ, aliam vero medietatem inter denuntiatorem, & iudicem diuidendam lex illa iubet. Et ſic in effectu quartam partem pœnæ denunciatori datur, *ſicut in l. noſtra diſponitur clarius.* Quæ tamen pœnæ applicatio, quo ad partẽ denunciatoris alterata videtur per tex. *in l.* 4. *eiuſdem ti.* 18. *li.* 6. *infra.* vbi iuberi videtur tertiam partẽ huius pœnæ denunciatori applicãdam alijs duabus partibus remanentibus. Niſi intelligamus quod inter cameram, & iudicem diuidatur, ſicut *per. l. illam primam, & noſtram* ſua quæque pars cameræ, & iudici dabatur, ſcilicet, quod capta tertia parte per denuntiatorem, aliæ duæ partes per mediũ diuidãtur inter cameram, & iudicem. Et hic poterat eſſe vnus illius l. 4. intellectus. Vel verius, & melius dic, quod *ſecundum illam l.* 4. applicatio pœnarum erit, quod medietas earum cameræ Regiæ applicabitur, ex alia vero medietate remanẽte capiet denuntiator tertiam partem, reliqua vero iudex ſententians. Quia non eſt credendum legem illam. 4. ſecundum primùm intellectum velle, quod prius partem ſuam deducat denunciator, quam camera: imo potius in perceptione harum pœnarum Regiæ cameræ, & fiſco fauendum eſt, quam denuntiatori. Nam in calumnijs prius fiſ-
5 co, quam parti debemus † fauere, *ſecundum tex. in l.* 105. *ſtyli. & tenet Auend. c.* 7. *numer.* 7. *verſ. quod limit. lib.* 1. *& iterum in c.* 18. *nume.* 3. *verſ. & nota. eodem lib.* 1. Et creditoribus ex delicto
6 anteponi debet fiſcus † & ſic prius fiſco, quam eis ſoluendum eſt, *ſecundum Couar. lib.* 1. *var c.* 16. *nume.* 8. Abſurdum enim eſt, dicere, quod prius debeat ſuam tertiam partem denuntiator extrahere ex pœnis, quam fiſcus ſuam, maximè, cum *ex. l. illa.* 1. *tit.* 18. *eod. lib.* 6. prius fiſcum partem ſuam extrahere debere, probetur. Et licet *ex. l. illa* 4. alteretur pars denuntiatoris non eſt intelligendum alteraſſe prærogatiuam illam *ex illa. l.* 1. fiſco datam, vt prius medietatem ſuam deduceret. Licet contra hunc ſecundum intellectum multum vrgere videantur alia verba illius. l. quartæ. ibi. *La tercia parte de las penas en que el tal delinquente fuere condenado.* Ergo, niſi prius deducat tertiam hanc denuntiator, non videtur tertiam partem pœnarum capere, niſi dicamus, ſatis videri tertiam partem capere, ſi ex remanenti, fiſco ſatisfacto ex parte ſua prius, denunciator ipſe tertiam partem capiat, & quod verba illa, *la tercia parte de las penas*, intelligantur, remanentium, fiſco prius ſatisfacto de ſua parte, cum id prius per illam legem primam iuſſum videamus. Neque eſt intelligendum illud alteraſſe, licet partem denunciatoris alterauerit. Intelligendum eſt enim alteraſſe, alijs in ſuo ſtatu remanentibus *argumento. tex. in l. quod Seruius. ff. de condi. cauſ. dat.* quæ in omnibus actibus, & diſpoſitionibus, † intelligitur *ſecundum Tiraq. in præfatione l. ſi vnquam, nmer.* 166. *cum ſequentibus, fol.* 78. Et ſic ſecutior, & iuri conſonantior, videtur hic ſecundus intellectus inter has leges. Neque obſtat. *l.* 5. *titul.* 11. *lib. iſto infra,* qua iubetur medietatem pœnarum fiſco, aliam vero medietatem iudici *de ſacas* applicandam: & ſic cum *ibidem* non aſſignetur pars denuntiatori, eo quod videatur aſſignata *ex dictis legibus*, videbatur dicendum, prius denuntiatorem ſatisfaciendum de parte ſua, ſecundum primum intellectũ, & reſiduũ pœnarũ per dimidiã diuidendũ inter fiſcum, & iudicem. Nam reſpõdeo, quod *in lege illa.* 5 nulla pars denunciatori datur, neque debet applicari, quia nullus denunciator adeſt. Procedit enim, & loquitur, cum iudex, vel cuſtos per eum poſitus cepit delinquentem in fragranti delicto. Tunc enim, cum denunciator non ſit neceſſarius, tota pœna per æquales partes diuidenda eſt inter cameram & iudicem: quandoquidẽ lex ipſa in ſecundo caſu, quem cõſtituit, diſponit, quod ſi aliquis qui non ſit ex cuſtodibus poſitis per ipſum iudicẽ ceperit extrahentem aliquem res vetitas, & prohibitas extrahi, tertia tunc pars pœnæ ſit ipſius capientis, & aliæ duæ partes ſint cameræ. Et ſic diuerſi caſus *ibidem* ponuntur, quam *in dict. l.* 1. *& l.* 4. erant poſiti. Ex quibus reſolutiue † vt hæc 8
intelligas, collige reſolutionem, ſcilicet, quod cum denunciator adeſt *ſecundum illam. l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 6. dimidium pœnarum cameræ applicabitur, aliud verò dimidium inter denunciatorem, & iudicem. Per dictam tamen. l. 4. iam pars denunciatoris alterata eſt, *vt patet ex ſubſcriptione marginis illius. l.* 1. ſcilicet, vt tertia pars denunciatori applicetur, & ſecundum primum intellectum hunc prius deducet denunciator. Sed ſecundum intellectum, & veriorem, meo iudicio, prius medietatem ſuam capiet camera: & ex alia medietate remanenti capiet tertiam partem denunciator, & reliquum iudex. Et hoc cum delinquens non capitur in fragranti delicto. Si tamen capitur in fragrãti delicto, tunc ſi capitur per iudicẽ ipſum,

vel

vel per custodes ab eo positos, dimidia pars totius pœnæ cameræ applicatur, & alia dimidia iudici. Si tamen non capiatur per iudicem, neque eius custodes, sed per alium, tunc dimidium pœnarum capit camera, aliud vero dimidium inter ipsum denunciatorem, & iudicem æqualiter diuidetur. Et secundum hoc poterat intelligi, licet cum violentia. *d.l.* 1. vt non esset contraria. *d.l. quartæ.* In qua quidem *l.* 4. licet alteretur pœnæ pars quoad denunciatorem, non tamen alteratur ordo diuidendi pœnas inter cameram, denunciatorem, & iudicem: ideo relicta est nobis ansa disputandi de ordine applicandi pœnas has. Cogita cum casus euenerit latius, nam dubiũ te reddent, deberentque regia declaratione mederi, ne ansa disputationi, & contrarietati relinqueretur. Interim tamen secundum intellectum supradictum tenerem.

IN LEGEM TRIgesimam nonam.

SVMMARIVM.

Ordo habendus in concilijs, & consistorijs cum mittitur nuncius ex eorum parte ad Regis curiam, vel ad ipsum Regem in præsenti lege disponitur, itidemque quid agendum sit ex parte ipsius procuratoris, vt salarium consequi possit.

PRo cuius legis declaratione sufficiat referre Auiles cap. 52. prætorum.

IN LEGEM quadragesimam.

COrrectores, & iudices diligentias & mandata nostri tex. faciant, & obseruent. De cuius. l. prima parte videbis Auiles *cap. 46. prætor.* quæ quidem nostræ legis prima pars ad vnguem seruatur, *secundum Auend. c.* 25. *præt. lib.* 2. cum præ manibus capitula hæc, & leges Regiæ iam habeantur. Secunda vero pars nostri text. vbi iubetur, quod legantur capitula correctorum in principio officij in concilio & consistorio ipso non seruatur iam, neque est necesse seruari, cum præ manibus habeantur capitula hæc, maximè stante iam recopilatione hac Regia, prout & ante eius promulgationem asserebat Auiles *ca.* 55. *prætorum, glo.* 1. Tertia vero pars, quod debet corrector iurare, & promittere seruare certa capitula, & leges Regias, ita ad vnguem practicatur, & seruatur quotidie. Et quæ iuramenta debent esse hæc, & super quibus fieri, tradit Auend, *c.* 2. *præt. lib.* 1. *quasi per totum & ex legibus istis patet.* Cætera per Auiles. *c.* 46. *&* 55. *&* 56. videri possunt, ne aliorum scripta transcribamus. & hæc pro lege hac sufficiant, vt ad aliam & postremam deueniamus.

Post hanc apponitur in secunda impressione huius Recopilationis lex alia. 41. in ordine, *para que los iuezes en sus jurisdiciones no visiten en los meses de Iunio, y Iulio Agosto.* Et bene ob fauorem rusticorum, qui in ijs, & in alijs sunt subleuandi, & fauendi

ET cùm superiori titulo dictum sit de instructione correctorum, & iudicum de residentia, tunc autem immediatè sequitur videre *in isto titulo* de syndicatibus ipsis, & qui sint, qui possint eos assumere, & syndicari, vt patet pagina versa.

IN LEGEM QVAdragesimam primam.

SVMMARIVM.

Iudices ordinarij loca suæ iurisdictionis non visitent in mensibus Iunij, Iulij, & Augusti.

IBi. LOS IVEZ ES ORDINARIOS. Ex ijs colliges iudices ordinarios, & sic locum tenentes correctorum, qui ordinarij iudices sunt, † vt diximus *in l.* 1. *tit.* 9. *nume.* 9. *li.* 3. *supra.* posse hæc loca visitare, † in alijs mensibus, quam hic exceptis, terminos tamen solus corrector potest vt diximus *in l.* 16. *tit.* 5. *& in l.* 6. *tit.* 6. *supra lib.* 3. *ex Auend. c.* 4. *Præto. numer.* 43. *&* 44. *libr.* 1. *& nouissime Castillo in lib.* 5. *suæ politicæ correcto. c.* 9. *num.* 13. *&* 14. qui tamen ibidem *in c.* 10. *numer.* 15. inquit hodie terminos & villas exemptas posse per hos locumtenentes fieri. 1 2

Ibi. *Iunio, Iulio, y Agosto.* Verba hæc incitarunt iudicum cupiditatem cum ijs mensibus sint per legem cerciorati Rusticos panem habere potius tunc quàm alio in tempore, & sic sicut pisces ad hamum, certi sunt iudices visitando isto hoc tempore, vt melius condemnationes ab ipsis recuperent, quas aliis in mensibus visitantes nõ ita faciliter recuperarent, quas ob res in mensibus ijs prohibitis visitant potius, quam in alijs anni iudices ordinarij & præmaximè iudices illegitimi, *Vulgo de la Mesta*, nuncupati id faciunt: non est enim congruum (ad id obuiandum) remedium nostri text. scilicet, quod dabuntur in Regio consilio prouisiones nè id fiat: † nam à tali prouisione supplicant, vis & amplius colore in iustissimarum responsionum quęsito, vt interim visitationem perficiant, vt sic nullius sint effectus prouisiones prædictæ, & intantum suum consequantur, quod est implere bursas pecunijs, iustitiam autem facere, longe est ab eis, & ideò maximis pœnis pecuniarijs & priuatione officiorum, & restitutione damnorum & expensarum essent afficiendi iudices ij legis nostræ dispositionem violantes, vt alicuius esset vtilitatis. 3

Ibi.

Ibi, *Y los del nuestro Consejo den las prouisiones necessarias.* Addenda est lex hæc alijs multis per me relatis, in meo repertorio, *De Cortes y prematicas*, quod dum inuenis essem feci & typis excusi Regis priuilegio, vbi in eius lib. 2. congessi plures leges & curiarum capitulo iubentes dari in Regio consilio has prouisiones in casibus, ibidem descriptis.

TITVLVS SEPTIMVS,

De las residencias, y juezes que las hande yr a tomar.

PRO Cuius rubricæ introductione aliqua notanda breuiter, & succinctè sunt, per modum quæstionum. Et primò quæro, quid est syndicatio, siue vt alij dicunt, syndicatus. Veriores enim reddũtur sermones, cùm vniuersalibus prius cognitis ad particularia descendimus, vt *primo physicorum* inquit Aristot. quem iuris consulti multis in locis sunt imitati, *vt in l.1.ff. de iust. & iure, & in alijs pluribus locis.*

1 Est enim syndicatio † siue syndicatus experimentum totius iustitiæ, & de querelis singulorum sermo, *prout attestatur Paris de Puteo in tractatu syndic. in euidentialibus. numer. 2. & in verbo, officialis. c. 3. incipienti: Dicitur autem syndacatus, numer. 1. fol. mihi. 139. in paruis.* Vocaturque etiam ratiocinator, quia rationem gestæ administrationis cognoscit. *l. 2. C. vbi de ratioci. agi oport.* Quam diffinitionem posuit etiam, & sequutus est Auil. *c. 1. syndica. gl. 1. nume. 5. fo 262.* & melius August. Dulcetus *in singularibus suis*
2 *de syndicatu, q. 1.* Et sic licet syndicus † ab vniuersitate propriè constituatur ad instar procuratoris à priuato constituti ad agendum, & defendendum, *secundum Bald. in l. 1. §. si. ff. quod cuiusque vniu. nomin. & ante eum Specu. tit. de syndi. in prin.* tamen in proposito nosto syndicus dicitur, quia iudicat, & cognoscit de causis officialium, & quasi singulorum causas dicens *secundum Bald. in l. 2. C. vbi de ratioci. agi oport. & tenet glo. velit in §. si instit. de curat. & gl. syndicum, in l. 1. § quibus. ff. quod cuiusque vniuers. nom. tradit, & Cataldinus de syndicat. num. 35. fol. mihi. 58.*

Secunda erit quæstio, quo iure fuerit inuen-
3 ta syndicatio: in quo iure diuino † dicendum est inuentam fuisse, quia diuinum præceptum est, quòd vnusquisque rationem suæ villicationis reddat: & legitur *in c. qualiter. & quando in 2. de accusat.* & per illud Samuel. 1. *Reg. cap. 12.* vbi Samuel ait, *Loquimini coram Domino, & coram Christo eius, Vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum: si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et Ecclesiastes, cap. 46. quæ omnia refert Paris, in dictis euidentialibus ad tractat. syndicat. c. 1. nume. 4. vbi ita tenent & August. Dulcet. vbi supra.* Et sic ipsemet Dominus noster Iesus Christus antequam ex hoc mundo ad patrem transiret, in congregatione Iudæorum dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Qui possint vero syndicari *in l. 2. huius tituli* dicemus Deo volente. Corã quibus autẽ iudicibus debet quis syndicari tradit August. Dulcet. *vbi sup. n. 13.* & Angel. *de syndicat. n. 2.* Et in nostro Regno debent syndicari coram iudicibus missis per Regem † ad hunc effectum, & coram 4
alio, in Regno, & Regijs terris syndicatus fieri nõ potest, cum soli Regi competat ius creandi iudices, & iurisdictionem concedendi, vt supradictum est, *in l. 3. tit. 5. supra eodem libro.* Hi autem syndicatores iurisdictionem habent, † quia 5
officiales syndicatos condemnant, vel absoluunt: ergo alius quam princeps eos mittere non potest pro residentijs capiendis, vel domini † in 6
territorio suo, cum Regis locum obtineant, & vicarij eius dicantur, *secundum text. in l. 12. tit. 1. par. 2. Quam ad hoc allegat Auen. c. 9. Prætor. num. 1. lib. 1. & cap. 12. nu. 24. in prin. lib. 1. & cap. 5. nu. 5. lib. 1.* Et Comes in comitatu suo Principi assimilatur, *secundum Suarez allegat. 6 pag. penul. in prin.* Cumq; Regi in Regno cõpetat ius syndicãdi: ergo & dominis in suis locis & dominijs cõpetet ius hoc syndicãdi, & non alij: cum in Regis locũ successerint hi domini in terris suis. Et ideò iudices ordinarij villarum, & locorũ dominorũ particularium non poterunt prædecessores suos syndicare: sed ius syndicandi dominis ipsis, & quibus ipsi commiserint, competet, *prout ex istis, & alijs concludit Auen. d. c. 9. & latius, & melius in Respon. 16.* Et eodem modo reuisio rationum domino loci cõpetit, & cui ipse commiserit, *secundum eundem Auend. ibidem.* Et sic semel iam audiui in Granatensi prætorio pronũciatum ad petitionem procuratoris illustrissimi nostri præsulis Petri Ponce de Leon in fauorem ipsius domini contra vicinos, & concilium villæ *de Xaraizeio* cameræ prædicti Episcopi, quòd reuisio rationum ipsi domino Episcopi in dicta villa reuisionis rationem habet, & videt, capitque residentiam officialibus dicandis.

IN LEGEM Primam.

1 *Per biennium iudices in officio existere possunt.*

2 *Rex potest contra legis dispositionem dispẽsare, ex causa tamen.*

SVM-

SVMMARIVM.

Iudices omnes debent syndicari lapsis duobus annis à susceptione officij, vel ante si Regi visum fuerit: non debet tamen etiam petente populo vltra biennium syndicatio protrahi, neque officium.

DE LOS DOS AÑOS. Per quod tempus *in l. 4. tit. 5. supra isto lib.* iubetur, Iudices in officio, ad quod † electi sunt, & non amplius adesse, & 1 existere posse.

Y que no puedan. Quod intelligo, nisi ex principis indulgentia, & priuilegio, quia nemo sibi ipsi legem imponere potest, à qua non liceat discedere, *prout vt in l. 14 tit. 5. supra isto lib. dictum est.* Cum ergo lex hæc nostra à Principe statura sit, nimirum si ab ea Rex discedere possit, & contra 2 eius dispositionē dispēsare † Neque in tali dispēsatione vitiū aliquod subreptionis, & obreptionis præsumi potest, *secūdū quod in d. l. 14. dixi.* Rex tamen similē dispensationem, nisi ex vrgenti, & iustissima causa nō præbebit: sicut nostris temporibus vidimus iam dispensatum cum Correctore ciuitatis Toleti, & itidem cum alio ciuitatis Granatæ. Quibus ex iustis causis, & vrgentibus tempus biennij fuit protractū, etiam vltra trienniū, vt audio, zelum enim iustitiæ & effectu, & desiderio in eis inuentum fuit.

Supliquen. Fecunt, quæ diximus, *in l. 10. tit. 5. supra isto libro.*

IN LEGEM secundam.

1 *Omnis gerens officium aliquod syndicandus est, & de eo rationem reddere debet.*

2 *Imperator, & Rex tenentur reddere rationem: nam quanto quis est maior, tanto plus offendere potest, &* 3.

4 *Officium, & siquis gratis exerceat, syndicari adhuc debet.*

5 *Rex, vel priores non possunt aliquem à syndicatu liberare.*

6 *Inquisitores etiam Apostolici visitantur etiam & syndicantur.*

7 *Prohibitum ad tempus, post tempus censetur permissum.*

8 *Tutor, vel curator de suspecto accusati debent interim suspendi, & alius dari.*

9 *Accusatus de delicto, quo probato priuandus venit officio, an illo officio interim vti possit.*

10 *Appellatione interposita à sententia priuationis officij, an appellatione pendente possit priuatus vti illo officio.*

11 *Pendente lite super dissolutione matrimonij non prohibetur vxoratis carnalis copula.*

12 *Votanti, si vitium aliquod opponatur, propter quod votare non debet, lite interim super hoc pendenti non debet impediri votum tunc præstare.*

13 *Appellatione pendente super infamia non est quis infamis.*

14 *Appellatione pendente non debet quis adquisitis priuari.*

15 *Pœna priuationis vbi venit imponenda, nunquam incurritur, nisi sententia declaretur. Imo interim poterit officium resignari, cuius priuatio prætenditur, vt num.* 16.

17 *Delictum, propter quod quis priuari debet, si notorium sit, non debet litependente illud exercere. Et secundum hoc declaratur quædam Bart. doctrina. num.* 18.

19 *Sententia priuatiua officij in appellationis gradu confirmata, an valeant interim gesta in officio illo.*

20 *Tabellio potest instrumentum confectum litependente super priuatione officij perficere, & publicare etiam sententia priuationis lapsa in rem iudicatam.*

21 *Sententia priuationis si ignoretur, an ignorantia durante valebunt gesta per tabellionem priuatum.*

22 *Suspensus, an repellatur à testificando.*

SVMMARIVM.

Iudices, & prouinciales fraternitatis, hoc est, de la hermandad, & alij iudices, & prouinciales de la Mesta y cañadas, tenentur stare syndicatui, tempore, quo iudices alij, & Correctores ciuitatum, vbi præsint, syndicantur, & tempore syndicatus durante debent esse suspensi ab officio, iniungiturque iudicibus Regij consilij de la Mesta, vt se informent, qualiter iudices, executores de cañadas, se gerant in officio.

LOS PROVINCIALES DE LA HERMANDAD. Omnis enim, & quælibet persona † quæ gerit, seu gessit officium publicum, seu priuatū debet syndicatui subiacere. Tenentur enim omnes administratores singulis annis, vel tempore administrationis finito, reddere rationem *secundum Castillo, in l. 27. Tauri, num. 39. & nouissimè Baeça alios allegando in tract. de decim tuto. præstand. c. 2. nu.* 157. & ita pro regula traditum est secundum Bero. *in q. 32. familiari, nu.* 1. & Barthol. Soci. *in cons. 46. nu. 1. lib* 1. vbi ponit plures personas, quæ ad rationem reddendam tenentur. Et probatur. Nam si Imperator, qui est summus Princeps, & præexcellens, *vt inquit tex. in c. solitæ. de maior. & obedient.* & Rex in suo Regno, in quo est maior imperatore, tenetur saltem reddere rationem pro subditorum iustitiæ, † *vt in* §. 2

scriptum

scriptum exemplar, in auth. vt iudices sine quo. suf-
3 *fragi.* quoniam quanto quis † maior est alijs, plus
potest offendere, *vt in cap. homo Christianus.* 40.
distinc. & sic si delinquat maior erit in pœnis *vt in*
c. præcipuè 11. *q.* 3. *& c. nulli fas.* 25. *q.* 1. & qui alios
vult iudicando corripere, sua debet prius male-
facta emendare, *vt in l. iustas. C. de iure fisci. lib.* 10.
vt tradit optime Paris de Pute, in tracta. syndicat. ver-
bo, euidentialia. cap. 2. *incipienti, qui alios fol. mihi.*
107. quanta cum maiori ratione iudices, & officia
publica administrantes, & qui ab ipso Imperatore, & Rege creantur, quicunque ij sint, tenebuntur dictam rationem administrationis prębere & syndicatui stare finito tempore administrationis; *prout optime considerat August. Dulcetus de syndicat. q.* 3. *ponderando ad hoc plures textus, & maximè titulum C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam crim.* Idque *noua lege desumpta ex curijs de Madrid, anni.* 73. *pro finali nostri tituli apposita in secunda impressione nostræ recopilationis,* ad thesaurarios gabellarum, & depositarios generales populorum extensum est. Quod adeò verum est, quod etiam si gra-
4 tis † exerceant officium, adhuc debent syndicari tales officiales, secundum Amædeum Iustin. *de synd. ca. num.* 36. *fo.* 39. quem sequitur Auiles. *c.* 1. *syndicatus. numero* 6. vbi *numero* 7. hoc ampliat, quod in tantum debent syndicari, quod etsi Rex,
5 vel priores † decreuerint, quod non debeat officialis syndicari, adhuc tamen syndicādus est. Neque priores habentes arbitrium possunt, quem à syndicatu liberare, nisi Princeps dicat nō obstante tali lege. *secundum Bal. in l. mancipia col. fin. C. de*
6 *seru fugit.* Quibus de causis † & inquisitores Apostolici visitantur quandoque, *secundum Simancas de institutio. Catholi. tit.* 41. *n.* 28. *&* 29.

Durante el tiempo de la residencia. Data tamen & accepta ipsa residentia & syndicatione cessabit suspēsio, quia prohibitum ad tempus, post tēpus
7 cēsetur † permissum *secundū tex. in l. Imperator. ff. de postul. de quo optime per Oroscium super ff. veter. col.* 936. *n.* 8. *&* 937. *in princ.* quia cum temporalis prohibitio est, ipso iure fit restitutio.

Esten suspēdidos los dichos prouinciales de sus officios. Simile & videmus in tutore, vel curatore alicuius minoris, quorum quilibet si suspectus est, & de hoc accusatur, interim quod accusatur remoueri
8 debet, & alius tutor * dari in locum eius, vsque dum lis finiatur, *secundum text. in l.* 3. *tit.* 8. *par.* 6. Sic & inquisitione syndicatus pendente contra hos officiales non debēt in eodē officio interim persistere: aliàs enim quis esset, qui eos accusare auderet, neque testimonium dicere contra eos? Quam itidem iustitiam interim ipsi facere auderent libere, & absque metu, prout fieri, & exerceri debet. Est tamen in proposito optima, & singularis quęstio, nunquid tamen idem erit cum quis propter delictum, quod commisit, venit priuandus officio publico, quod habet, & exercet, an interim dum lis extra syndicatus instantiam super hoc tractatur, debeat suspendi ab exercitio officij illius, putà si iudex, aut tabellio faciat, & committat in officio delictum aliquod, per cuius perpetrationem debet officio priuari, an
9 lite super eo pendente suspendetur † ab exercitio talis officij? Et videbatur dicendum, quod sic, argumento supradictorum, item & argumēto tex. *in l. reus delatus. ff. de muneribus & honor.* Per quem tex. inquit Boerius, *decis.* 150. *numero* 15. quod accusatus de falso interim non debet durare in officio, item & argum. tex. *in l. qui de libertate. ff. de liber. caus.* vbi litigans de libertate, si se lite pendente militem faciat, debet exautorari, idest, militia remotus à castris eijci, cuius quidē tex. decisio difficultate augetur, ex tex. *in l. quoties, in fin. ff. si l. b. ingenu. esse dic.* Vbi probatur, quod quoties contenditur, an quis libertus sit, semper qui se patronum dicit, sustinet actoris partes, & sic pro libertate præsumitur, cum de iure naturali gentium primæuo omnes homines liberi nascebantur, *secūdum tex. in l. manumissiones. ff. de Iusti. & iure.* Si ergo libertas præsumebatur, interim quod non patebat an seruus esset, liber reputabatur. Si ergo liber fieri miles poterat, & nihilominus *in d. l. qui de libertate* prohibetur, effici militem, quia interim cum cæteris seruis numeratur dum lis pendet, ergo & si tabellio, aut iudex delictum committat, interim lite pendēte ab exercitio suspēdendi erūt. Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod licet iudex, aut tabellio, veniant priuādi propter delictum ab eis commissum, possunt lite pendente officium illud exercere, neque suspendi ab eo debent, cum effectu. Quam opinionem tenet Bar. *in l. Barbarius, num.* 17. *ff. de officio præt. & ibi Orosc. numero* 20. *col.* 394. *& Abb. in cap. sæpe, nu.* 16. *& ibi Præposit. de Appella. & tenent plures relati per Hippoly. in pract. §. aggredior, n.* 108. *& tenet Tiraqu. in l. si vmquam, verbo, reuertatur, n.* 412. *C. de reuocand. donat.* fundaturque ex tex. *in l. moris. ff. de pœn. & in l. furti. §.* 1. *ff. de ijs qui notantur infam.* & ex alijs iuribus per dictos doctores allegatis & ex doctrina. Innocent. relati per Hippolyt. *cons.* 52. *numer.* 18. dicentis, quod notarius criminosus nō est propterea remotus ab officio, sed sententia requiritur. Quod adeò verum est, quod etsi per sententiam condemnati sint, & suspensi ab officio, si à tali sententia apelletur, pendente appellatione possunt officia illa exercere,
† & procedere in eorum exercitio, sicut in dam- 10
nato ad mortem, qui interim, quòd appellatum est à prima sententia, si testamentum fecit, tale testamentum interim factum, valet, *secundum Couarr. in pract. quæst. c.* 23. *nu.* 2. *in princ. per tex. in l. eius §. fin. & in l. qui à latronibus. ff. de testam. & tex. in l.* 15. *tit.* 1. *par.* 6. *& diximus in l.* 12. *gl.* 1. *tit.* 5. *supra isto lib. & in l.* 14. *gl.* 2. *infra isto tit. Deo volente, dicemus.* Sic & pendente lite super matrimonio puta, quia contrahentes consanguinei
sunt, nō prohibetur † litigantibus carnalis copu- 11
la, *secundum Couar.* 4. 2. *p. c.* 8. § 1. *numer.* 4. *vbi cum sequentibus numeris alia in propositum ipse dominus Couarr. prosequitur, & infert notanda.* Sic & si cui, dum votum in electione præstaret, opponatur sibi aliquod vitium, propter quod eligere non potest neque votum in electione præbere, non debet impediri votare † litependente, cum iam sit
in quasi possessione eligendi, *secundum Bald. in l.* 12
alienationes. ff. famil. herciscund. relatum & sequutum per Auen. c. 19. *Prætor. nu.* 22. *in fi. lib.* 1. *& iterum in nu.* 25. *ad fin.* Idem dicit pendente appellatione à sententia, in qua quis fuit officio priuatus extra syndicatus instantiam: secus si syndicatu priuetur, *secundum eum ibi, de quo Deo volente dicemus, in l.* 14. *infra isto tit. & lib.* Et hoc de voto

intelligit

intelligit Ripa *in tract. de peste. 3. par. numer. 193. fol. 22.* nisi notorius est defectus, quia tunc votari non posset etiam lite pendente super hoc. Quod intelligerem, vt infra dicã si crimen, propter quod redditur defectus votandi notorius ipso iure priuaret potestate votãdi: secus aliàs, quia & tunc votare posset interim. Nam & pendente
13 appellatione super infamia † nõ est quis infamis: & ideò exercere potest officium, quod alias infamis exercere non posset, *secundum gl. el enfamamiento, in l. 6. tit. 6. par. 7.* integer enim est status illius pendente appellatione, *vt. l. 1. § si quis Decurio ff. nil. nouar. appell. pend.* In acquisitisque
14 † etiam durante appellatione non priuatur quis, *secundum Abb. nume. 3. Feli. num. 1. in cap. omnipotens de accusat.* Et sic hanc opinionem *ex dictis* licet succincte, scilicet, quòd & appellatione pendente à sententia officij priuatiua posit interim officium illud exerceri tenet Couar. *lib. 1. Varia. c. 16. numer. 11. vers. quinto eandem: & hanc testatur communem Abb. in d. c. sæpe, numer. 14. in fin. & tenent Doct. in d. c. omnipotens. de accusat.* Et *ibi* Aret. inquit hoc esse regulare in quolibet infamato de facto, vt non censeatur suspensus ab administratione dignitatis iam susceptæ, neque debeat remoueri, vel suspendi, & inquit esse de hoc glo. ordinariam, & quòd *ibi* notatur *in c. cum non liceat. de præscrip.* Et si ita est lata iam sententia priuationis appellatione tamen suspensa: à fortiori idem dicendum est, si nondum est lata sententia, sed pendet lis super priuatione officij. Nam cum interim quod probatum delictum non est, & sententia super eo in rem iudicatam lapsa, non posit cum effectu dici istum esse officio priuatum, meritò, quod lite pendente, vel appellatione proposita non debeat taliter accusatus prohiberi officium illud exercere quamuis accusetur de delicto: quo probato ab officio illo veniret priuandus. Nam vbi pœna priuationis venit imponenda, nun-
15 quam incurritur, nisi sententia † declaretur, & priuetur quis, *secundum dictos doctores, maxime Hippol. in d. §. aggredior, nume. 105. cum pluribus sequent.* Imò, & quod plus est, interim poterit resignari officiũ illud, si resignabile est, duro eo cũ
16 effectu † non priuatur *secundum Boer. decis. 205. n. 7. & Tello. Fern. in l. 4. Tauri nu. 64. vers. vltimo pro complemento, & Rebuf. in praxi beneficiorum, in 3. par. tit. de modis amittendi beneficia, numer. 51. pa. 472. & iterum in tract. de pacificis posses. in impressione antiqua, num. 263.* Et tenendo hanc secundam opinionem, quæ tenenda est, non obstant fundamenta pro contraria parte supra per nos adducta: nam procedunt, non cum in officio, quod antequam accusaretur, exercebat, vult nunc se exercere, sed cum de nouo aliquod officium acquirere vult. Nam tunc accusatio talis contra eum proposita impedit aliud de nouo officium obtinere, & exercere. Rei enim postulati criminis, ad nouos honores aspirare non debent, *vt in l. reos. C. de reis postu. libr. 10. & in d. l. si reus paratus. & in d. l. qui de libertate, quæ iura ad hoc allegat Couarruu. libr. 1. varia. cap. 16. numero. 11. in prin. & Auend. c. 19. Prætor. numer. 25. in fin. & ante eos Bar. in d. l. Barbarius, numer. 17. & ibi Oros. num. 20. col. 395. & Aret. & Doctor. in d. c. omnipotens, & facit pro hoc text. in l. 7. tit. 6. par. 7. vbi glos. deuelos perder, supradictam opinionem tenet.* & sic Boerius *decis. 150. numero 15.* perperam pro prima opinione supradicta iura allegauit. Neque itidem obstat. dict. *l. 3. tit. 18. part. 6.* in tutore suspecto loquens, quia speciale est in eo, vt durante lite suspicionis amoueatur à tutela, vel cura, sicut & in teste, vt remoueatur à testimonio ferendo, *secundum Oros. in d. l. Barbarius, num. 20. col. 394. in fine, cum sequenti.* Et sic est de casibus, vbi pœna priuationis incurritur ipso iure, & in quo sic reperimus expresse decisum, & ab eo ad alios casus non est inferendum: cum tantum in casibus à iure expressis priuatio incurratur: præsertim ipso iure, & fauore minoris, & bonorum eius speciale hoc in tutore vel curatore de suspecto accusatis statuitur. Vel melius dic, quòd eò quòd tutor suspenditur durante lite super suspicione, non debet officium exercere, prout est regulare in omni alio suspenso propter delictum, *prout in l. 15. infra isto tit. & lib. dicam.* Neque itidem obstat noster tex. in præsenti: tum quia sic in eo reperimus decisum: tum etiam, quia specialitas dari potest in eo, scilicet, quod interim dum syndicantur officiales Et si post syndicatum debeat eorum officium durare, non est iustum, quod officia hæc exerceantur, per eos, ne forte partes conqueri de eis vereantur, & timeant, testesque contra eos deponere sese abstineant, *prout voluit Abb. in d. c. sæpe, nu. 16. de appel. & Paris. de syndicat. verbo accusatus, n. 4. fol. 157.* Et sic suspensio, de qua hic non imponitur in pœnam, sed vt libere contra officialem possint partes petere, & testes deponere: & quia indecens quodammodo videretur, & honori iustitiæ incongruũ, quod quis syndicaretur, & officiũ iustitiæ exerceret, dum syndicabatur. Non obstat etiam argumentum. d. l. *qui de libertate*: nam potius facit pro nostra secunda opinione, quam contra. Eo quod ibi cum de libertate agatur, & sic in seruitute agentem esse proponamus, & in possessione seruitutis existere, nimirum si etsi libertas fauorabilis sit, tunc interim super ea lite pendente nõ debeat pro libero reputari, quia esset dominum possessione sua priuari: sicut & in nostro casu, si lite pendente super priuatione officij, quis possessione eius, & sic exercitio priuaretur. Et sic nõ est contraria secundæ opinioni, sed eius adminiculatiua, quæquidem secunda opinio, & omnia in eius prosequutione dicta tenenda sunt, vt vera. Quam opinionem sic tenendo, limitanda est, vt non procedat, quoties delictum talis iudicis vel tabellionis esset notorium. † Tunc enim e- 17
xercitio eius lite pendẽte super priuatione illius officij propter delictum notorium priuationem merens, priuari debet, *secundum gl. in d. l. 7. tit. 6. part. 7. verbo, deuelas,* vt exemplificari potest in casu. *l. 6. tit. 25. lib. 4. infra* quam ad hoc voluit allegare Auen. *c. 2. Prætorum, nu. 10. in fine, lib. 1. & iterum, nu. 14. vers. & casu illiusmet. c. 2. & lib. 1. & fundatur ex dictis per Ret. vbi supra circa votum.* Et hoc cum tamen vltra notoriatem priuatio ipsius officij sit à lege ipso iure inducta, *prout tenet Tiraquel. in d. l. si vnquam, verbo, reuertatur, numero 412. & voluit optime Paul. de Cast. quem corrupte allegauit gloss. d. l. 7. nam est in cons. 168. super primo dubio dicendum est, numero 4. volum. 1.* Qui

in hac materia optime distinguit: & distinctione sua possunt doctores reduci ad concordiam. Et principale membrum distinctionis est hæc limitatio singularis, quæ quidem ex alio eius mēbro limitatur, vt non procedat in priuatione à sententia hominis facta: nam tunc non distinguitur sit delictum notorium, vel non: imo indistincte non valent acta interim facta. Quod tamen ex dictis intelligerem si talis sententia est iam lapsa in rem iudicatam non aliàs ex supradictis: sicut, & intelligendum puto illud, quod inquit Bart. relatus per Tiraq. *de temperand. pœn. caus.* 58 *num.* 8. scilicet quod tabellio condemnatus de delicto in officio commisso non potest amplius illud officium exercere. Nam id verum intelligo, si condemnatio transierit in rem iudicatam & condemnatio hæc publica, & infamatoria est, & ob infamiam priuatiua officij, non vero aliàs, *vt voluit Couar. in pract. c.* 19. *nu.* 5. *concl.* 5. *post medium*. Et ex hac secunda limitatione intelligi potest, & declarari doctrina Bar. *in l. libertus*, §. *in quæstionibus ff. ad municipal.* dicentis, quod si iudex, aut tabellio in officio delinquant, propter quod contra eos proceditur, licet priuari interim non debeant, debent tamen ab admini-
18 stratione † officij remoueri, & eis interdici. Nam hoc intelligerem verum, cum delictum illud esset notorium, priuatioque officij ipso iure à lege induceretur: aliàs esset illa Bart. doctrina contra supradicta: contra quam, simpliciter eam intelligendo tenuerunt relati per Paul. Cast. *in l. quamuis.* §. *fin. ff. de solutio*. Et nisi sic eam intelligas, eam non crederem veram, nam est contra omnia supradicta. Est tamen verum, quod *per decretum.* 10. *sess.* 22. *de reforma. in concilio Triden.* aliud statutum fuit, in notario ecclesiastico priuato per Episcopum ab officio propter delictum in eo commissum, vel suspenso: nam appellatione durante à tali sententia non potest ille notarius officium illud exercere. Et ratio videtur, quia tunc Episcopus tanquam sedis Apostolicæ delegatus procedit, *vt ibi loquitur tex. ille*, & quia *ibidem* sic statutum reperimus. Et idem esset, si officialis ab inferioribus iudicibus electus propter delictum in officio commissum syndicatus ab ipsismet iudicibus inferioribus puniretur in suspensione: tunc enim non poterit vti officio, etiam si appellet, *secundum tex. in l. nulli. C. quorum appel. non recip. quem ad hoc allegat Auiles*, *cap.* 10. *iudi. syndicat. in gl. apele. Et hunc illius text. dicit communem intellectum Paris de Pute. in tract. syndicatus*, *verbo*, *appellatio*, *cap.* 1. *numer.* 16. *&* 17. *fol.* 162. *& voluit Orosc. in l. Senatus consulto*, *nume.* 4. *pag.* 471. *de officio præs.* Sed num si prima sententia priuatiua officij fuerit confirmata in appellationis iudicio, & sic vltima & posteriori sententia, acta interim facta, per talem iudicem, vel tabellionem erunt valida? Et dicen-
19 dum est, quod sic ratione publici officij: † & quia in vanum dicta in supra proxima quæstione assererentur per doctores, nisi facta valida forent. *Et ita tenet Præposi. in d. c. Sæpe. nume.* 39. *de appella. & argumento traditorum per Bart. & omnes in dicta l. Barbarius*, imo & plus Orosc. *in d. l. Barbar. numer.* 20. *& in l. si quis ex argentarijs.* §. 1. *nume.* 4. *col.* 731. *ff. de edend.*
20 inquit, scilicet, quod instrumenta illa medio tempore confecta † poterit postea ipse tabellio etiam iam sententia priuationis in rem iudicatam transacta publicare, & perficere: quasi talis sententia contra talem tabellionem lata alijs nocere non debeat, *prout tenet Paul. in dict. cons.* 168. *num.* 4. licet *secundum Bart. d. nu.* 17. *& Orosc. num.* 20. *in d. l. Barbar. & Paul. d. num.* 4 tunc minuatur fides ipsius tabellionis. Ideo optime faceret tabellio, si interim dum lis agebatur, abstineret se à tali instrumentorum confectione: licet si non abstineat, poterit supradicta efficere, & valebunt, *vt dixi*. Imo, & quod plus videtur scilicet quod & post quam talis tabellio est remotus ab officio, si hoc ignorabat, & instrumenta conficiebat (nam pro publico habebatur notario) valebunt gesta ab eo interim, quod 21
ignorabatur † *secundum Paul. in l. quamuis.* § *fi. ff. de solut.* Qui tamen *ex Bart.* singulariter hoc intelligit, quoties esset remotus à lege, vel statuto: secus si per sententiam hominis, Nam tunc nihil valent gesta per eum, quantumcumque de priuatione ignorantia adesset, *prout & ipsemet. Paul. dixit in dicto. cons.* 168. *num.* 4. Aliud etiam circa hæc habes notare, scilicet quod tabelliones vel iudices priuati officijs suis propter delictum circa officium commissum, non solum illud, sed neque aliud simile habere poterunt, *secundum text. in l.* 7. *infra isto tit. vbi Deo volente dicemus.* 22
Sed an suspensus, à testificando repelletur. † Franc. Aret. relatus per Villalob. *in suo ærario mille communium opinionum*, *litera. S. nume.* 249. communem & veriorem dicit opinionem, quod non: & eum vide.

IN LEGEM tertiam.

SVMMARIVM.

Etiam de negotijs & causis, de quibus iudices, & Correctores populorum tanquam Regij commissarij cognoscunt, rationem reddere tenentur, ipsimet iudices, & pro illis, sicut pro alijs omnibus syndicatui stare.

POR COMISSION. Superfluam esse dispositionem huius. l. decerpi posse videtur *ex dictis per nos in l.* 9. *tit.* 5. *supra isto lib.* scilicet, quod si iudici ordinario populi alicuis negotium aliquod committatur: & eius delegatum commissio per Principem, non censetur ordinaria iurisdictio derogata, sed tanquam ordinarius cognoscit: & ideò neque assessorias petere potest, *vt ibidem probatur*. Si ergo vt ordinarius cognoscit nonne clarum existebat, quod syndicatui tenebatur stare pro gestis in officio? Igitur necesse non videbatur in text. nostro addere, quod de eis, quæ per commissionem cognouit, etiam teneretur stare syndicatui, prout noster text. disponit. Quid igitur dubitationis in eo adfuit? Et dicendum est, magnam dubitationem adesse. Ideo eius ratio decidendi faciliter datur *ex dictis, in dict. l.* 9 *verbo, commission*, scilicet,

quod,

quod, quia si Princeps per commissionem addit, detrahit, aut minuit ordinariæ iurisdictioni, censetur delegatam committere iurisdictionem, & derogasse ordinariæ, dici posset tali casu iudicem hunc non debere syndicari de gestis virtute illius commissionis delegatæ, quia iura nostra de gestis per iurisdictionem ordinariam loqui videbantur. Ideò & meritò lege nostra cautum est, vt de gestis virtute talis commissionis etiam iudices reddere rationem, & stare syndicatui pro eis tenerentur, sicut pro aliis, in quibus tanquam ordinarij iudices cognouerunt.

IN LEGEM quartam.

1 *Prouisionibus, & literis Regijs tenentur Prælati obedire, & aliæ ecclesiasticæ personæ*

2 *Rogitus maiorum, & monitiones aliquando pro præceptis habentur.*

3 *Ecclesiasticæ personæ, quasi signum ad sagittam positæ sunt.*

SVMMARIVM.

Scribendum iubetur Prælatis, vti in officijs iurisdictionem ecclesiasticam concernentibus personas idoneas habeant: personæque illæ, & officiales eorum syndicentur, & rationem administrationis reddant. In temporali verò iurisdictione, quam in aliquibus locis tales Prælati habent, eodem etiam modo eius officiales syndicari debet: & leges regias ibidem seruandas sciant.

LExque ista, prout duas partes continet, ita & duo dicta, prima pars, & primum dictum à principio vsque ad versiculum. *y en quanto*, circa iurisdictionem ecclesiasticam Prælatorum: secunda vero pars abinde, *y en quanto*, vsque in finem, & secundum dictum, de temporali iurisdictione, quam hi Prælati in aliquibus locis, & populis habent, versatur.

Que se escriua a los Prelados. Sed an tenebun-
1 tur obedire † est textus quod sic, *in l. 29. tit. 4. lib. 2. supra, & l. 1. in fin. tit. 1. lib. 4. infra*, nã rogitus
2 maiorum & monitiones aliquando, † & pro præceptis habentur, *secundum glo. rogabat, in cap. Beatus Petrus. 6. q. 1. & in cap. rogo. 11. q. 3.* Maximè cum licita, & honesta rogant, & monent, prout hæc de syndicandis officialibus ecclesiasticis per eorum prælatos, & superiores, sunt. Nam si principes seculares officiales suos syndicãdos iubent, prout syndicantur, maiori cum ratione ecclesiastici debẽt syndicari officiales, & eorum Prælati tenentur hæc facere, & iubere, cum & ipsi alijs exemplo esse debeant. Quod quam male obseruent ecclesiastici, aliorum sit iudiciũ. Raro enim syndicantur officiales ecclesiastici: & si syndicantur, quasi in abscõditu fit, & nõ seruato ordine & rigore secularium officialium syndicandorum. Sed syndicatum alium timidiorem expectant, vbi horum, & aliorum strictam rationem reddent Prælati pro se & suis, & alijs, quæ gerere debuerunt, noluerunt tamen, vel neglexerunt.

Tomarles cuenta. Omnis enim administrator rationem reddere tenetur, *prout in l. 1. huius tituli remanet dictum*, etsi secularis administrator compellitur reddere, à fortiori debet compelli, & tenetur Ecclesiasticus, cum quasi signum
*ad sagittam positus sit, *vt inquit text. in cap. qualiter & quando. el. 2. de accusat.* 3

Y guarden. Hoc intelligo, etiam si ius canonicum esset in contrarium, quia in temporalibus iurisdictionibus non seruatur æquitas canonica, sed ius Regiũ ei contrarium, dummodo non tractetur de materia peccati, vel de spiritualibus, *vt dictum est rub. tit. 1. lib. 2. supra.* Nam cum temporalem iurisdictionem plerumque Prælati ab ipso Rege habeant in locis, & populis ab ipso Rege eis donatis, vel venditis, ideoque titulum suæ iurisdictionis tunc tenentur ostendere, *secundum tex. vbi dicemus, Deo volente, in l. 2. & 3. tit. 1. infra lib. 4.* merito si ipsius Regis donantis, vel vendentis tunc seruare leges teneantur. Hacque de causa *per. l. 8. tit. 3. lib. 1. supra* statutum est, quod Prælati, & personæ ecclesiasticæ in locis, vbi temporalem exercent iurisdictionem, siue in prima, siue in secunda instantia, teneantur officiales laicos ibidem præficere, & habere, & non ecclesiasticos: iudicesque, & officiales tales non per censuras procedãt, sed vt iudices temporales solent procedere. Imo tabelliones ibidem habendi laici, & publici, & Regij esse debent, non vero notarij apostolici, *vt in d. l. 8. probatur* & in Regio consilio approbati, & examinati, *secundum tex. in l. 2. tit. 25. supra lib. 4.* Appellationesque à sententijs talium iudicum interponendæ ad Regiam cancellariam trahi, & impediri per ipsos ecclesiasticos iudices non possunt *secundum text. in d. l. 8.* Quæ omnia maximè coadiuuant nostræ secundam legis partem.

IN LEGEM quintam.

1 *Vtilitas maxima omnium versatur in plantatione, & conseruatione montium.*

2 *Arbores tantum sicci & steriles pro lignis abscindi permittuntur.*

3 *Montes pro vsu glandis legendæ, vel alterius fructus limitati non subiacent agriculturæ.*

4 *Populi pro montium obseruatione pœnas imponere possunt.*

5 *Rustici dicentes per tẽpus immemoriale vsos fuisse nemore, vel monte, an in hoc defendendi sint, & quando expirabit vsus hic.*

6 *Ius scindendi ligna, vel pascendi in alieno territorio, si consuetudine acquiratur, lignaque vel pastus non sufficiant pro omnibus, præfertur dominus eius præscribenti.*

7 *Prædia, quæ, arenales vocamus, bona populi dicuntur.*

SVMMARIVM.

Iudices syndicatores inquirant, num iudices syndicatui existentes fuerint exequuti pragmaticam conseruationis montium, & plantationis eorum, quos in his, si negligentes repererint, Regium consilium expensis talis iudicis negligentis mittet personam, quæ hæc exequatur, & faciat.

MONTES. Non intelligas verba hæc, de montibus, qui dicuntur locus altus, & qui moueri non possunt, *de quibus loquitur Cæpol. de seruit. rust. prædi. c. 22. de montibus*: nam isti dici possunt, *tierras baldias*, de quibus Auend. *c. 4. Prætor. nume. 9. in prin. & vers. alia pars, lib. 1. & c. 12. nume. 19. & prius numer. 6. & 7. lib. 1.* Sed debet intelligi noster tex. de montibus, arbores habentibus, vbi glandes, castaneæ & alij similes fructus colliguntur. Hi enim conseruandi maxime sunt. Imò & similes arbores plantandæ sunt in locis congruentibus, & vbi terræ temperies apta fuerit: maxima enim omnium † vtilitas in conseruatione, & plantatione
1 horum arborum versatur, *vt inquit text. in l. 15. col. pen. tit. 7. infra lib. 7.* Neque permittendum est scindi similes arbores fructum dantes, quamuis communes omnium vicinorum populi sint. Imò etiam & pro lignis faciendis, scindi non est permissum: nam sic fere totus terminus esset in
2 vsu montium. Et ideò arbores siccæ † infructiferæ, & steriles pro lignis abscindi permittuntur, aliàs scindentes maximis pœnis puniri solent, ex statutis, & ordinationibus populorum. Et ideò certa pars montium solet limitari in vsum glandis legendæ, & vtilitatem ouium, & pastus. Et
3 montes hi limitati non sunt in vsu † agriculturę, vel ad scindenda ligna ad volũtatem vicinorum, *secundum Auen. d. c. 4. prætor. num. 9. vers. & dupliciter. lib. 1.* Sed solet certa pars limitari ad scindenda ligna, quæ dici potest sylua cædua, *de qua per Cæpo. de seruit. rusti. c. 22. de montib. numer. 6. vbi cum numeris sequentibus questiones plures circa cæduam sylua prosequitur.* Vel vt proxime diximus statutis ciuitatum arbores inutiles pro lignis tantum scindi permittuntur, non vero nouæ, & fructiferæ, vel fructificare potentes, & aptæ, & in locum scissorum aliæ de nouo plãtari iubentur, *ex text. nostro, vt vides, & clarius ex. l. 15. ti. 7 lib. 7. infra* Ex qua quidem. l. 15. pro
4 conseruatione † horum montium permittitur populis, vt imponant pœnas, quas voluerint: & eas exequi, contra inobedientes, & eorum bona. Et an si rustici aliqui dicant, & allegent fuisse vsos nemore, vel monte aliquo, per tempus † cuius 5
memoria non extet in contrarium, iuuabuntur dicto vsu, & consuetudine, & quando expirabit vsus hic, tradit Cæpol. *d. c. 22. nu. pen & fin.* Et notandum, quod si ius scindendi ligna, pascendive in alieno territorio sit inductum consuetudine, quæ est pactum ciuium, si ligna, vel pascua, non sufficiant pro omnibus, præferendus est dominus territorij † & exterus non est admit- 6
tendus ad consuetudinem scindendi, & pascendi, *secundum Auen. c. 4. prætor. num. 21. vers. imo plus, lib. 1.* Nam *secundum eundem ibi, num 27.* ius pastus alieno in territorio datum, & concessum intelligitur, si superabundet: *& tenet illust. don. Anton. de Menel. in l. præses, num. 13. C. de seruitut. & aqua.*

En plantio de las riberas. Vel quia in ripis fluminis plantatæ sunt, prout hic Plancentiæ habemus in ripis fluminis, *de Xerete*, vocati, arbores ita magnas, & frondosas, vt amœnitatem quandam, maxime æstus, & veris tempore præbeant dictu incredibilem. Et de similibus arboribus legem nostrã loqui non crederem, vtpotè quæ non pro vsu, sed pro visu & delectatione plantatæ, & natæ sint, nullique sub graui pœna liceat aliquã earũ incidere, & scindẽs puniri grauiter deberet: sicut & puniebãtur olim rumpentes aggeres Nili, *per tex. cum gl. in l. saculari § si. ff. de varijs & extraordin. crim. quem ad hoc allegat Cæpo. de rustic. 37. de aggeribus, num. 7.* Sed credo, textum nostrum loqui, vel de arboribus in ripis montium plantatis, & natis, quę vulgo valles nuncupantur, vel de prædijs, quæ non ripas, sed arenales appellamus, quæ bona populi † dicuntur, *vt in l. 9. tit.* 7
28. par. 3. Et sic arbores ibi natæ, quas vulgus appellat *Sotos*, sunt populorum in cuius territorio sunt dicti arenales, *de quibus loquitur Auend d. c. 12. nu. 13. ad finem, lib. 1.* qui debent etiam, sicut & alij montes ciuitatis conseruari. Licet primus intellectus de ripis montium, penes quos flumen aliquod currit, & pertransit, melior mihi videatur, cum ripa sit, quæ flumen continet naturalem rigorem cursus sui tenens, *vt in l. 1. § ripa. ff. de fluminibus, tradit Cæpo. de seruit. rustico. c. 36. de ripa, vbi tradit, quid sit ripa, & per Auen. d. c. 12. n 14. lib. 1. vbi licet corrupte pro hoc allegauit quandam legem Part. voluit enim allegare. l. 4 tit. 28 p. 3.*

IN LEGEM sextam.

SVMMARIVM.

Nullus iudex commissarius missus contra Iudicem, & Correctorem populi alicuius possit ad officium illud talis populi promoueri, etsi per populum ipsum petatur, nisi prius vno anno elapso.

HAZEN MVCHAS E INFINITAS MVDANCAS DE VERDAD Ambitio enim, & cupiditas officiũ illud adipiscendi erit, causa mutationis veritatis, & iustitiæ non implendæ, pro qua implenda

implenda talis iudex cõmissarius missus est Omnium est radix malorum auaritia, & ambitio, & nullum est malum, quod ab ea procedere non possit, *secundum gl. in c. quia radix de pœnitentia. dist. 1. prout supra in l. 1. tit. 5. supra isto lib. diximus.* Auaritia namque *secundum Greg. relatum per Floren. in 2. par. suæ summæ c. 1. § 1.* est quidam inordinatus appetitus non solum pecuniæ, sed etiam scientiæ, & altitudinis, & cuiuscunque boni temporalis: vt cum supra modum ambitur potestas. Et ne hac ambitione, & auaritia tenti hi iudices commissarij, si statim finita cõmissione, & tempore officij correctoris illius, pro cuius punitione missi sunt, vel iustitiam nimis rigidè, & vltra dispositionem iuris, vel nimis blande, & negligenter exerceant in tali commissione, disponitur *in tex. nostro* non esse promouendos ad officiũ correctoris, vel iudicis illius loci, vbi comissio eorum dirigitur nisi lapso anno.

Por espacio de vn año Sed à quo tempore annus iste curret? Et crederem currere, etsi text. noster expresse non declaret, ab implemento officij iudicis, vel correctoris illius loci, contra quem commissio directa est, & contra quem eius virtute fuit processum, quod desumo *ex tex. nostro.* Nam si *in tex. nostro* iubetur, quod post finitum tempus correctoris illius, iudex hic commissarius promoueri non possit, vel ad minus per anni vnius spatium, si annum illum à fine impleti officij illius correctoris non dinumeremus, daretur occasio, scilicet, quod si annus deberet numerari à fine commissionis ipsius commissarij, & abinde in vnum annum corrector ille, contra quem cõmissio fuit directa, officium suum non impleret: sed totus vnus annus transiret, & in eius fine tempus suum corrector impleret, si tunc posset prouideri commissarius ille ad illud officium, prouideretur immediate post correctorem illum, quod esset contra nostrum tex. ibi: *Empos de aquel contra quien se hiziere la pesquisa.* Ergo necessario intelligendum est, à fine temporis ipsius correctoris annum istum annumerandum esse. Item & quia si immediate post correctorem illum non potest commissarius prouideri, nisi alio correctore, vel iudice intermedio, vel saltim lapso anno, modificatio illa, vel saltim, debet intelligi secundum orationem præcedentem, secundum quam alius corrector prouideri debebat post primum, cõtra quem directa fuit comisio, vt commissarius posset prouideri ad illud officium. Et sic tempus primi correctoris necessario debebat esse impletũ. Ergo itidem in modificatione dicendum est, vt etsi annus tantum sufficiat debeat tamen numerari ab impleto & finito officio correctoris contra quem fuit processum. Et hæc est veritas meo iudicio.

IN LEGEM. septimam.

1 *Iudices recti in officio se bene gerentes collaudandi sunt, & arma depingere possunt in palatio: & nv. 2. & dantur eis in signũ honoris per communitates vexilla, vt ibi.*

3 *Iudices in officio se male gerentes vituperandi, & si quæ arma depinxerunt delenda sunt.*

4 *Iudex semel condemnatus in syndicatu non debet vlterius in officialem eligi.*

5 *Tabellio propter delictum priuatus officio non debet vlterius ad illud promoueri.*

6 *Priuatus officio in residentia, vel officio durante, infamis efficitur.*

7 *Remotus ab officio propter culpam non debet habere salarium.*

SVMMARIVM.

Boni iudices remunerandi, mali vero, & qui se perperam in officio gesserunt puniendi sunt, neque ad aliud officium promouendi.

SE LES D. GA. Iustissimos † enim, & vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem inquit tex. *in l. iustissimos. C. de officio rect. prouin. & in Psal. 31. Rectos decet collaudatio* Et talis commendatio, & laudatio solet fieri per sententiam proferendam in syndicatu ipsorum iudicum, *secundum Parid. de Put. de syndicat. verbo euidentialia. c. 1. nu. 5 fol. 106.* prout quotidie fieri videmus. Nam in sententiam syndicatus per syndicatores iudices declaratur dicendo, *Y declaro por bueno y recto juez al dicho fulano, y de quien su Magestad se puede seruir en estos y otros oficios de mayor calidad.* Ad quam quidem declarationem faciẽdam, maxime iudices syndicantes aduertere debent, an iuste vel iniuste faciant, & declarent, *prout in nostra. l. iubetur.* Nã si iniuste fecerint, & declarauerint, contra legem nostram declarant, & faciunt: & dum deberent eos punire, collaudant in maximam perniciẽ. & detrimentum ipsorum conscientiẽ & fortassis populorum Regni. Si vero iuste, hæc & alia plura in laudem talis iudicis proferenda forent. Iudici enim bono *secundum Parid. vbi supra* arma depingere † in palatio permittendum est, imo in signum honoris, & cõmendationis dantur per communitates & dominos terrarum vexilla cum insignijs, & alia munera in signum, quod bene, & laudabiliter se gesserint, *& vide optimam. l. 23. tit. 22. part. 3.*

Que no seles de otro officio. Sicut enim boni remunerandi sunt, *vt supra proxima gl. diximus* ita & mali, & qui perperam se in officio gesserunt, vituperandi, & puniendi *secundum tex. in d. l. iustissimos.* Quinimo *secundum Parid. vbi supra in proxima gl. relatum* arma si qua in palatio † depinxerunt, delentur cum vituperio, *argum. l. eorum, cum ibi notatis per Bar. ff. de pœn.* vbi dicit quod arma proditoris, vbicunque reperta fuerint, deleantur, sed malus iudex, quid est aliud, quam proditor iustum iudicium vendens, patriam, ad cuius conseruationem mittitur, destruens? Qua de causa, vt eius memoria non habeatur neque vlterius lædere possit, arma eius delenda sunt, neque ad aliud debet promoueri officium, *secũdum tex nostrum*, vt in eo, in quo deliquit, puniatur. Deliquit enim, quia officium habebat, puniatur in priuatione alterius, & hoc est, quod

inquit Bal. sequutus per Paul. *in l. mancipia. C. de seru. fugi.* quod iudex semel condemnatus in syn-
4 dicatu, † non potest vlterius eligi in iudicem, vel officialem, *per notata in authe. de arm. in fi. & ex tex. in l. 1. C. si quacunque præd. potesta. & in l. iudices. C. de digni. lib* 12. *& per Alex. in apost. ad Bal. in d. l. mancipia. Que iura ad hoc allegauit Augu. Dulce. in tract. synd. num. fi.* sicut & in tabellione condemnato de falso, vel in officio delinquente, & priuato propter hoc Et sic propter delictũ, *vt inquit Deci. in c. vt nostrũ, n 4 extra de appella.* dispositũ reperimus, vt ad aliud officiũ promoueri vlterius non possit, *secundum tex. in l. si aliquid. C. de suscep. & arca. lib.* 10. *& gl. in auth. de armis, in prin. ad hoc allegata per Orosc. in Barbarius. num.* 18. *col.* 394. *ff. de offi. præt.* vbi ad iudices, & ad alia quoque officia, Ange. & cæteros extendere, affirmat, Et *nu.* 19. ipse Orosc. *ibi* allegat Feli. & Dec. hoc multis in casibus moderãtes. Et quod delinquens in officio amplius ad illud non redeat, tradit Cassan. *in consuetu. Burgun. tit. des iustices, rubr.* 1. §. 6. *nu.* 45. *&* 46. *& Præpos. in c vt nostrum, num.* 4. *de appell.* Adeo vt etiam ex Principis rescripto amplius officium illud exercere non possit, *secundum tex. in l. si aliquid. C. de suscep. lib* 11. *notat Tiraq. de temperand pœn. caus.* 58. *nu.* 7. & idem quod Cas. tenet, & Par. de Put. *de synd. verbo, delinquens in officio,* vbi ad alia loca se *ibidem* remittit, & Fel. plura adducens similia *in c. ex literis, num.* 11. *de constitut. & iterum.* 18 *cum aliquibus sequentibus.* Sicut & approbatus ad vnum officium, ad simile, vel par censetur approbatus, *secundum tex. & ibi doctores maxime Are. in c. nulli. extra de accusatio. Et faciunt tradita per Hippo. in pract.* §. *diligenter, num* 99. *cum pluribus sequent.* Et idem in remoto ab officio inquit Paris de Put. *d. tract. synd. verbo, remotus ab officio. tenet Bart. in l.* 2. *C de Diuer. offic. lib.* 12. *& est text. pro hoc in l. quicunque eiusdem tituli. & libri.* Et tradit etiam Didac. Perez idem in tabellione asserens, *in l. fin. tit.* 13. *lib.* 2. *ordin. col.* 536. *in fin. cum principio sequentis: & idem in l.* 7. *tit.* 14. *eod. lib. col.* 548. *in fine cum principio sequentis.* Cum enim priuatus officio in
6 residentia, vel durante † officio illo, sit infamis, *argu. l. infamen. ff. d. publi. iud.* cum publico iudicio sit damnatus, meritò si aliud officium habere non possit. Et quia qui semel se male in officio habuit, præsumptio adest, quod sic se semper habebit vlterius: ideò in nostro text. prohibetur aliud simile officium habere. Et dico simile, propter dictionem illam, otro, Latinè alius, alia, aliud, quod est verbum repetitiuum similiũ, *secundum Bal. in l. conuenticulam. C. de Episc. & cleri* Licet si sentẽtia illa infamatoria esset, prout regulariter est, in similis syndicatus materia, neque aliud etiam non simile officium honoris habere posset. Nam infamibus portæ dignitatis non patent ex iuris regula, ad officium tamen onus habens promoueri posset, & compelli illud acceptare *ex dictis per Tiraq. de nobilit. c.* 24. *numer.* 7. Imo & vltra dicta notandum est, quod remotus ab officio propter culpam non debet †
7 habere salarium, *secundum Catald. de syndic. fol.* 22. *numer.* 53. *&* 44. *fol.* 60. *Amædeus etiam dixit idem, & Paris. de syndica. verbo, salarium, c.* 6 *incipit, si officialis decedat, num.* 8. *fol.* 401.

IN LEGEM octauam.

SVMMARIVM.

Iudices syndicatores adimpleant, & obseruent ea omnia, quæ correctores obseruare tenentur, & adimplere, & quæ per Regias prouisiones eis iubentur quod seruent, & adimpleant.

DE istius. l. materia, & declaratione videndæ sunt, quæ diximus *in l.* 1. *supra tit. proximo,* & quæ per doctores *ibidem* allegatos reperies dicta. Eadem enim quasi res est, & materia. Sicut enim correctores in suis officijs tenentur seruare, quæ eis in prouisionibus Regijs mandtur, & diligenter, & fideliter officium suum exercere, *vt per. l. illam primam disponitur*: ita etiam & iudices syndicatores tenentur eadem facere, & obseruare, cum *ex lege nostra* leges, quas Correctores ipsi debent obseruare, & custodire, & ipsi syndicatores itidem tenentur. Alia prosequitur *hic* Auil. *super. c.* 1. *&* 2. *syndica.* quæ necessaria vsque, adeò non sunt ad nostri text. materiam, ideo ea missa facio. Per ipsum videri poterunt.

IN LEGEM nonam.

1 *Partem prius esse satisfaciendam de damno suo, & interesse, quam fiscum de pœnis, ostenditur. num.* 4. *vbi & declaratur.*

2 *Etiam si iudex ex officio procedens condemnet delinquentem, puta furem ad damni restitutionem, prout potest, adhuc tũc pars illa dandificata pro damni sui satisfactione fisco pro pœnis ei applicatis præfertur.*

3 *Pro furto agi potest criminaliter ad pœnam, & incidenter ad damni restitutionem, & satisfactionem.*

SVMMARIVM.

Iudices syndicatores plus iuris non recipiant, quam per leges tituli supra proximi licet, & permittitur recipere, & petere, & alia ibidem & hic prohibita, & vetita neque faciant, neque recipiant.

DERECHOS DOBLADOS. Faciunt quę diximus *in l.* 1. *supra tit. proximo.* & quæ dixit Auiles *in c.* 1. *Prætor. glos. ni lleuaran, & glos. ni consentiran, & glos. fueren puestos, & capit.* 7. *Prætor. iterum idem Auiles, repetit.*

Assesso-

Assessorias. De quibus dictum est *in l. 9. tit. 5. supra isto libro.*

De execucion. Nisi secundum quod *in l. 10. tituli supra proximi* dictum est, & dispositum *ibi* reperitur.

Que no lleuen setinas. Idem disponitur *in l. 11. supra tit. proximo*, vbi diximus de his. Lexque nostra deseruit pro declaratione illius legis: maximè in quantum lex nostra disponit prius de furto, & interesse partem esse satisfaciendam, quam fiscum de septenis. Itaque etsi septenę iam cameræ Regiæ, *secundum d. l. 11.* applicandę sint prius partem satisfaciendam de damno, & interesse, tenendum est, *ex textu nostro.* Neque septenæ etiam cameræ Regiæ soluendæ sunt, vsque dum sententia, per quam condemnatio earum fit, transeat in rem iudicatam, *prout tex. hic, & dicta. l. 11. dicunt.* Et hoc, nisi in casibus in quibus de iure statim à partibus extrahi possunt, & exequi sententia septenarum, etiam ea nondum lapsa in rem iudicatam. Quia tunc non est expectandum, quod transeat in rem iudicatam, sed statim lata sententia peti possunt: *prout inquit text. in l. 3. col. 4. §. 5. tit. 14. lib. 2. supra.*

Y la parte pagada. Etiamsi ex officio iudex processerit contra talem furem, si iudex in damni restitutionem condemnet, prout potest, & debet, nam in locum partis succedit. Adhuc enim tunc
2 debet † prius satisfieri parti de damno, & interesse, quam fisco de septenis: cum sit eadem ratio in hoc casu: sicut quando ipsamet pars accusat, possitque iudex tunc: imò vt credo, tenetur, etsi ex officio tantum procedat condemnare inquisitos ad restitutionem damni damnum passo, *secundum Bald. in l. ea quidem, nu. 52. C. de accusat, & melius in l. 2. num. fin. C. de edend. & Auil. c. 16. syndic. verbo pagada, fol. 276.* Nam in furto po-
3 test agi criminaliter ad pœnam, † & incidenter ad damni restitutionem, & rei furtiuę consequutionem, *secundo Anto. Gom. tom. 3. cap. 6. nu. 10. in princ. per. l. 2 §. qui furem. ff. de furt.*

Del hurto. Et sic semper, ex tex. nostro colligi
4 potest, partem pro interesse suo præferendam † esse fisco pro pœnis ei pro delicto impositis, & applicatis, *prout & tradit Couarru. libro 1. var. c. 16. nu. 1. cum sequentibus aliquibus* Nam si in furto, hoc est, cur non, & in alijs vbi damnum parti imminet? Intelligendum tamen est hoc, cum re vera interesse, & damnum parti iubetur solui, secus vero, si in simul cum damni applicatione, aliud etiam in vim & modum pœnæ applicetur. Nam quoad illud in modum pœnæ parti applicatum fiscus præfertur pro pœnis suis eidem applicatis, putà in furto, vbi parti damnum, & interesse solui iubetur, & insuper duplum eius, & fisco septenę. Licet tunc pars pro interesse, & dãno fisco præferatur, pro duplo tamen illo, quia in vim meræ pœnæ datur, & applicatur parti, nõ præfertur fisco pro septenis eius, sed potius prius fisco de septenis satisfiet de bonis condemnati, quam parti de duplo, cum in pœnis percipiendis fiscus priuato præferatur, *secundum Coua. vbi supra, nu. 8. & Auen. c. 7. præt. nu. 7. vers. quod limita. lib. 1. per l. 105. Styli. & facit text. noster in præsenti,* dum tantum pro furto, & sic pro interesse partem fisco præferendam, asserit, & disponit.

IN LEGEM DECIMAM.

1 *Testamentarij, quibus iussum est per testatorem vnum hospitale construi, possunt duo construere, si bona sufficiant.*

2 *Interesse putantes, vbicunque incerti sunt, possunt per præconium, & proclama generale citari.*

3 *Edicta, & præconia in lingua magis vsitata publicari debent.*

4 *Terminus in vnaquaque citatione assignandus est.*

5 *Sententia declaratoria requiritur, vt lapso termino præconij nullus audiatur contra iudicem syndicatum.*

6 *Præconium syndicatus qualiter dandum sit, vt nullus in posterum contra iudicem audiatur.*

7 *Cautela scholaris, vel debitoris alterius volentium recedere à loco, vbi timent creditores habere, ne possint, post detineri.*

8 *Iudex syndicatus pro debitis extra officium contractis potest in patria conueniri, nisi, vt ibi.*

9 *Libellus, an in causa syndicatus debeat in scriptis offerri contra officialem: &* 10.

10 *In instantia syndicatus de apicibus iuris non curatur, sed veritate attenta proceditur.*

11 *Inquisitio scrupulosa non est facienda contra iudices syndicandos.*

12 *Libellus qualiter contra iudicem syndicatum pro iniqua sententia debet concludere.*

13 *Libellus negligentiæ contra iudicem syndicatum, qualiter debet concludere.*

14 *Cautela autoris ad euitandum iudicum cautelam ne pro iniusta incarceratione excusentur.*

15 *Iudicis remedium absque causa pœnam legis minorantis.*

16 *Tabelliones non possunt recipere querelas, neque acta facere, nisi iudice præsente, nisi in casu nostri text.*

17 *Tabelliones tenentur scribere acta, quæ à partibus petuntur vel eis à iudice mandantur.*

18 *Informatio contra iudices syndicatos non à maleuolis, sed ab omni exceptione maioribus capienda.*

19 *Testes qui non possunt esse contra officiales syndicatos.*

20 *Mediatores iniuste receptorum per iudices syndicatores possunt esse testes pro receptis illis, & contra iudices tales, si ciuiliter agitur, non si criminaliter.*

21 *In causa syndicatus non defertur iuramentum suppletorium parti, quia legitima, & plena requiritur probatio.*

SVM-

SVMMARIVM.

Iudices ſyndicatores mittere debent vnum, vel duos tabelliones per prouinciam, & iuriſdictionem, qui præconizare faciant ſyndicatum aſſumendum officialibus præteritis, vt ſi querelæ aliquæ contra tales officiales adfuerint, proponantur, quorum informationem ipſi tabelliones faciant, & ſe informent, ſi quæ alia officiales in officio male geſſerint, & alia hic contenta tabelliones ipſi perficiant, & adimpleant.

VNO, O DOS. Non excluditur his verbis iudex ſyndicator quin ſi neceſſe fuerit, plures quam duos, & tres mittere tabelliones non poſſit: nam equidē poterit, vnum, duos, vel tres, vel plures tabelliones mittere per territorium, ſi neceſſarij tot forent, pro publicando ſyndicatu. Nam tex. noſter non procedit in hoc limitatiue. & ſi procederet, cum fauor publicus vertatur in punitione delictorum, maximè per officiales iuſtitiæ commiſſorum, debebat potius ampliari, quam reſtringi eius diſpoſitio *ex dictis per Euerar. in centiloquio, cap. a ratione legis larga, & ampla, & ex adductis in ſimili per Docto. per text. ibi in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum, maximè per Seguram, nu. 156. ff. de legat. 2. & don Anto. Meneſ. ibidem, ſub. §. ſi duos de familia. nu. 4. & 5.* ex hoc inferentes ad dubium ante. l. 19 Tauri exiſtens, num pater, cui permittebatur filium vnum meliorare *ex lege fori*, poſſit duos, vel plures meliorare in quantitate permiſſa, vbi doctores ij cōcludunt, quod ſic, & *per d. l. 19. Tauri poſitam ſub. l. 3. tit. 6. lib. 5. infra* iam approbatur ſic, & executores, teſtamentarij, quibus iuſſum eſt, vnū conſtruere hoſpitale, † poterunt & duo hoſpitalia conſtruere, ſi bona ſufficiant, *ſecundum Suarez in l. quoniam in prioribus. q. 5. legis regiæ, pag. 201. nu. 1. C. de inofficio. teſtam.* Si ergo hæc ita ſe habent, nimirum ſi & in noſtro caſu, & lege idē dicendum ſit, vt potens nominare tabellionem vnum, aut duos mittendos per iuriſdictionem, & territorium pro præconizanda, & publicanda reſidentia, & querelis, & informationibus earum capiendis, & alijs in text. noſtro iuſſis fieri, faciendis, & exequendis, poſsit & tres, & plures, & quotquot neceſſarij fuerint conſtituere tabelliones pro ijs adimplendis, & in hoc nulli dubium.

Pregonar. Sed num ſpecialiter citandi ſūt quorum intereſt? an & præconium ſufficiat? Et videtur, quod non ſufficiat per præconium, ſed ſpecialiter neceſſe ſit citare eos, *ex tex. & eius materia in l. de vnoquoque. ff. de re iudi.* ſicut & legatarij nominatim per hæredem citandi ſunt. Et quādo non defenditur pupillus, citandus eſt tutor nominatim: *ſicut hæc, & plura alia ſimilia congerit Rebuf. in concordata Regis Franc. in rubri. de conſtitut. verbo Gallicos prælatos cum duabus gloſſis ſequentibus, pag. mihi. 44.* quia tamen incerti ſunt illi, quorum intereſt, & vbicumque ex informatione ſecretæ ſyndicationis aliquis appareret damnificatus, reſarciendum eſt illi damnum ex hoc proueniens, & condemnandus iudex damnificans. Et ſi per partem non petatur, non citantur ſpecialiter, ſed per præconium ſufficit: vt ſi aliquis ſua putauerit intereſſe, compareat intra illos triginta dies. Et quia præconium illud generale, non ſpeciale eſt, neque ſpecifice in eo aliquid declaratur ſpecialiter perſonam aliquam tangens: ideò nihil eſt, cur citatio ſpecialis requiratur, ſed generalis, & per præconium ſufficiat, vt voluit Angel. relatus per Clarum *in pract. crim. libro 5. §. fin. q. 50. numero 5.* quicquid ipſe *ibi* velit. Nam hoc regulare eſt, vt vbicumque incerti ſunt † intereſſe putantes, per edi- 2
cta, & per proclama citentur, ſecundum Rebuf. *vbi ſupra per totam illam glo. cum ſequenti.* vbi optime loquitur, quando citatio hæc per edictū, & proclama locum habeat, & latius per Maranta, *in pract. 6. par tit. de citatio. in prin. numero 82. cum pluribus ſequentibus, pag. mihi 372. in paruis.* Quæquidem edicta, † præconio publicari de- 3
bent in lingua magis communiter ibidem, vbi publicantur verſata, & vſitata, *ſecundū Anto. Gom. tom. 2. cap. 9. numero 4. in fin. vbi & aliqua de ſimilibus edictis tradit: de quibus & per Doctor. in cap. fin. de electio. in 6.* Et de præconio iſto in ſyndicatus inſtantia dando meminit Ang. *in tract. paruo ſyndic. & 8.* & Auil. *cap. 3. iudicum ſyndicat. verbo, pregonar,* vbi in eius propoſitum aliqua adducit per ipſum videnda, ponitque qualiter, & quibus verbis præconium hoc formandum ſit, ne iudices ſyndicati lapſo termino conueniri poſſint vlterius etiam in patria, & *in l. 23. iſtius tituli* dicemus. Inquitque ipſe *ibidem* terminum triginta dierum in præconio illo eſſe aſsignandum, quod in vnaquaque citatione regulare eſt, † vt 4
terminus aſsignetur, *ſecundum tex. in l. aut qualiter, §. 1. ff. quod vi aut clam. quem ad hoc allegauit Rebuf. in dicta rub. de conſtitutio. in concordata, gl. terminum, pag. mihi. 51.* Sed num ſententia declaratoria † requiretur: vt lapſo illo termino tri- 5
ginta dierum nullus audiatur contra iudicem. Et teneo quod ſic, *ſecundum Innoc. in c. fin. qui matrim. accuſat. poſſ. quem ad hoc allegauit Rebuf. in dicta rubr. de conſtitut. in gl. dicta incipienti, Gallicos prælatos, col. pen. pag. 47. & Ant. Gom. tom. 3. c. 1. numero 25. & gl. per tex. ibi in l. pen. tit. 2. par. 3. & Auiles. d. cap. 3. ſyndicat. gloſ. 1. numero 11.* Sufficiet tamen ſi comminatio in ipſo præconio apponatur putà, quod ſua intereſſe putantes cōpareant intra illos triginta dies pro omni termino peremptorio aſsignatos, aliàs quod eis elapſis nullus de cætero audietur, & ex nunc pro non parte declaratur. Nam tunc abſque alia declaratione lapſo termino illo, nullus amplius audiri debet, *ſecundum ſupra dictos doctores, maximè Anto. Gom. vbi ſupra, & Auiles, dicta gl. 1. nu. 7. & 8. & gloſſatorem in d. l. penul. tit. 2. part. 3. & voluit Rebuf. dicta col. penul. in principi. & Paris. de ſyndicat. verbo officialis, capite quinto incipientibus. Deinde vero, numero 6. fol. 142. & in capite 6. incipientibus & modo, numero 1. & faciunt dicta per Couarru. libro 1. Varia. capite 18. numero 2.* Ideòque, *ſecundum Rebuf. d. col. penul. in prin.* cū maxima cautela debet formari bannū hoc, & præ-

conium

conium, scilicet, quod præconizetur, qualiter †
6 illi triginta dies syndicatui assignati pro omni termino peremptorio asignantur, & quod eis elapsis nullus in posterum audietur aliquo modo, & ex nunc pro non parte declaratur. Insuperque in loco publico & consueto pręconizetur, *secundum Innocen. in c. ex tua, num 5. de cleric. non resident & Felt. in c. 2 nu 9. de constitutio.* ne forte posset quis dicere, quod non audiuit, & fuit ignorans illius præconij & per in integrum restitutionem audiatur, vel per literarum Regiarum impetrationem, prout dicebat Rebuf *in d gl. Gallicos, col. pen.* aliquando fieri, & Auiles, *vbi supra, nu 9.* Nam si in loco publico præconizetur, nullius potest dari iusta ignorantia, cum quæ in publico loco fiunt, ad omnium notitiam peruenisse præsumantur. Ideò & tunc nullus supradictis seruatis etiam minor illo termino elapso audietur etiam per restitutionem, cum contra iuris dispositionem minor non restituatur, neque iuris ignorantiam allegare posit. omnesque tam minores, quam maiores iuris dispositione ligentur. His enim, nisi in casibus à iure expressis nulla iuris ignorantia prodest. Ideò tu iudex syndicandus antequam præconium hoc detur, certiorem facias de his iudicem syndicatorem: sic & scholaris volens recedere ab studio, *secundum Rebuf.*
7 *vbi supra*, vel debitor statim recessurus, † vel alij in suis studiis existentes possunt proclamata facere, scilicet, quod quicumque voluerit aliquid ab eis petere compareat intra certum terminum: nã ipsi recedere ab eo loco volunt: aliàs quod termino elapso vlterius non audietur. Nam si terminus ille labatur nullus postea audietur contra tales, etiam pro debitis, *secundum Rebu. vbi supra, & additionem magnam, Abb. in cap. cum olim, nu. 8. litera A. de testibus & Anton. Gom. tom. 3. c. 1. num. 23. idem tradit Angel. in rub. col. 17. vers. secundo fallit, secundum glo. fol. 318. institut. de exceptio, & idem Rebuf. ad in scholari pro specialis declarans in tract. de priuileg. scholar, priuilegio. 17.* Est tamen notandum, quod per præconium hoc à iudicibus syndicatoribus iussum dari, etiam cum
8 dicta cautela non excusabitur iudex syndicatus † quin etiam lapso termino illo triginta dierum nõ posit conueniri pro debitis contractis extra officium, putà pro mutuatis rebus, vel commodatis: nam equidem poterit, *secundum Auil. vbi supr. numero 12. in fin.* nisi & ipse iudex syndicatus aliud etiam præconium publicari faciat & petat, scilicet, quod si aliqui putauerint eum esse suum debitorem ex contractu aliquo extra officium facto, & celebrato, compareant ad petendum intra talem terminum peremptorium, aliàs, quod eo elapso non audietur aliquis vlterius. Tunc enim, si terminus asignatus labatur, non poterit audiri qui in termino illo non comparuit, sicut in scholari & alio priuato debitore dictum est, & vidi iam per iudicem quendam syndicatum sic factum. Intelligerem tamen hæc de rigore iuris, & in foro seculari. Nam in conscientiæ foro, imò & iniustitiæ si euidenter de tali debito extra officium contracto appareret per instrumentum liquidum, vel per ipsius iudicis confessionem non obstante lapsu illius termini, compellerem eum, si iudex essem, ad soluendum, quod ex particulari contractu extra officium facto, obligatus esset talis iudex syndicatus soluere: imo & de debito propter officium contracto si per confessionem ipsius iudicis syndicati constaret etiam lapsis illis triginta diebus præconij cum comminatione dati condemnaretur ad satisfactionem iudex ille. Nam & perempta instantia si pars confessa sit, iudex sententiam ferre potest, *secundum Bald. in l. properandum, C. de iud. & Abb. & alios relatos per Ponce de Mexia, in pragmatica de la tassa del pan conclusio. 1. nu. 146. & fol. 13. nu. 14. infra isto titu.* posui alios casus, vbi & post syndicatum conueniri potest.

Quexas Ex his verbis colligit Auiles, *dicto c. 3. iud. syndi. verbo, quexas, fol. 267.* in causa syndicatus contra officialem † deberi offerri libel- 9
lum in scriptis, quod & examinauit Paris *de syndicatu. verbo, libellus, cap. 2. nu. 1.* & Bald. *de syndicat. nu. 7.* & Amædeus *de syndicat. nu. 217* Nam *secundum Auiles, vbi supra*, hoc regulare est in causis magnis, & grauis præiudicij, vt in scriptis libellus offerendus sit. Ego tamen crederem, & in actis causæ coram tabellione posse petitionem fieri etiam in syndicatus instantiam, cum & in ea secundum veritatem procedendum sit. Neque de apicibus † iuris curatur, *secundum Amædeum,* 10
vbi supra nu. 216. & secundum Parid. vbi supradicto. c. 2. num. 10. Causaque syndicatus summaria dicatur, cumque summaria sit, & secundum veritatem procedatur, in actis coram tabellione syndicatus sufficit petitionem offerri, neque requiritur, quod in scriptis detur maxime *attenta. l. fin. tit. de las sentencias, infra l. b. 1.* vbi dicemus, Deo volente, non esse iam necessarium libellum in scriptis offerri, nisi per partem aduersam aliud petatur, à iudiceque in scriptis offerri iubeatur, prout si causa esset grauis præiudicij, esset iubendum, prout quotidie per iudices iubetur. Notandum tamen est, non omnes querelas contra iudices esse admittendas: nam scrupulosa † inqui- 11
sitio non est facienda contra iudices, *secundum Dulcetum de syndicat nu. 17.* neque de minimis debent syndicari. Et qualiter libellus in causa syndicatus contra iudicem productus concludere debeat, cum iudex talis sententiam † iniquam 12
tulit, videndus est Amædeus *de syndicat. nu. 19. in fine*, vbi inquit, quod si sententiam esse latam per dolum, allegetur, petendum est, condemnationem faciendam contra talem iudicem in certa quantitate, vel summa, si per errorem, vel imperitiam; in quantum iudici syndicatori videbitur. Et sic est intelligendum, quod inquit Paris *de syndicat. dicto cap. 2. nu. 16. in verbo, libellus, & in verbo, iudices ad syndicatum qui sint, cap. 2. numero vndecimo fol. 131.* Et si libellus † negligentiæ 13
contra iudicem syndicatum proponatur, qualiter debeat concludere, & *in lege Iulia repetundarum*, tradit Auiles *dicto verbo, quexas*, & de alijs multis querelis contra iudicem syndicatum proponẽdis, & earum conclusione, tradit Amæd. *vbi supr. n. 15. cũ pluribus sequẽtibus*, vbi & de libello pro incarceratione iniusta tradit, de quo per Didacũ Perez, *lib. 2. ordina. col. 54 2. cum sequenti.* traditur: & per eundem Amædeum, *numero 109.* vbi inquit in libello pro carceratione iniusta esse concludendum ad æstimationem iniuriæ cum iuramento potius perdere tantum ex bonis suis salua ipsius iudicis taxatione, quam iniuriam

ex iniusta

ex iniusta incarceratione illatam passum fuisse, sicque iuramento affirmet ipse incarceratus pro tali iniusta incarceratione agens. Imò & tunc ad expensas propter iniustam incarcerationem incidenter agi posset, & vel si voluerit ad interesse talis iniustæ incarcerationis agere poterit. Nam iniustè aliquem incarcerari faciens adinteresse tenetur, secundum Amædeum. *de syndicat. num.* 509. & Catald. *de syndica. num.* 3. vbi ipsi ponunt cautelam, ne iudex teneatur pro iniusta incarceratione, quam & posuit iterum idem Amæd. *nu.* 258. vbi cum pluribus sequentibus alias plures cautelas ponit ad defensionem officialium syndicandorum à querelis contra eos proponendis. Vt tamen incarceratus iniustè euitare cautelam dictorum doctorum, & posset non obstante illa
14 cautela † agere contra iudicem eum iniustè incarcerari facientem, semper cum aduocatus eram, & sum alicuius incarcerati, dum peto sub fideiussoribus relaxari à carcere, & fideiussores hos offero, oblationem hanc facio cum protestatione, quod per eam non sim visus iustificare iniustam incarcerationem: hac enim protestatione adhibita cessat cautela dictorum doctorum. Item &
15 remedium iudicis absque causa pœnam † legis minorantis ponit Auend. *c.* 16. *prætor. num.* 19. *in medio, lib.* 2. Et vt syndicatum euites, aliam cautelam decerpes ex eodem Auen. *c.* 2. *prætor. n. fi. lib.* 1. Et de his cautelis, & alijs iudicum syndicandorum videndus est etiam Tho. Fer. *caut.* 14. & Hippol. *in præct.* § *quoniam. nu.* 48. Tu tamen ad malum cautelis his non vtaris nedum res tuas, vel personam etiam defendere vis, animam perdas. Et qualiter libellus de imperitia debeat contra iudicem concludere *infra l.* 4. *titu.* 2. *lib.* 4. remissiue iterum dicemus Deo volente, & *ex supra dictis* patet.

Ante el dicho escriuano. Specialis casus est, vbi coram tabellioni proponi querelæ possunt. Regulariter enim, *prout super isto verbo aduertit*
16 *Auiles in d. c.* 3. *syndic. fol.* 267. non possunt † ipsi tabelliones querelas recipere, neque acta facere, nisi coram iudice ipso proponantur, & ab eo recipiantur, & licet *secundum text. in l.* 24. *tit.* 8. *lib.* 2. *supra* ad petitionem partis, vel ex iudicis
17 mandato teneantur tabelliones † scribere acta, quæ à partibus petuntur, vel quæ à iudicibus scribi mandantur: querelas tamen recipere non possunt, sed coram iudice proponendæ sunt, nisi in casu nostri tex. vbi licet ex legis nostræ permissione querelas coram ipsis tabellionibus proponere, & ab eis recipi.

Informacion. Non à maleuolis, & inimicis, &
18 suspectis testibus sumendo eam, sed ab illis, † qui omni exceptione maiores sint, *vt in l. fin. C. de probatio prout in proposito inquit August. Dulcet. alios referens de syndi. num.* 24. *&* 25. *& Auil. cap.* 4. *syndic glo.* 1. *numero* 4. *fol.* 269. Cum enim, *vt ipse Dulcet. inquit numero* 26. iudices maximè maleficiorum, quorum officium est inquirere, punire, & castigare, incurrant in odium & inimicitiam delinquentium, & omnium suorum affinium, & amicorum neque omnibus complacere possint: nam etsi iustitiam administrent, nõ potest non esse, quin inimicos habeant, *vt inquit optima. l.* 11. *tit.* 1. *par.* 7. & ideò nimirũ si ab his testimonia capienda non sint contra talem iudicẽ, quem inimicum, & odio habent, *prout & probat optima. l.* 6. *ad finem, tit.* 4. *par.* 3. Et ideò inquisitus & carceratus per iudicem durante officio non est legitimus testis contra eum, secundum Auil. *vbi supra* alios allegantem, & Aug. Dulcet. *vbi supr. num.* 29. vbi ipsi enumerant, qui non possunt esse testes † contra officiales syndican- 19
dos, vbi & tradunt mediatores, qui dixerunt portasse iudici pecuniam, non posse esse testes contra eum, *secundum prædictos doctores, & Pari. de syndi. verb. probatio. c.* 2. *nu.* 2 *fol.* 381 si criminaliter in tali casu agatur, *secundum eos ibi.* Nam si ciuiliter † agitur bene tunc tales mediatores po- 20
terunt esse testes, *secundum supradictos, & Auil. c.* 5. *syndic. verbo, satisfacion. fol.* 272. *&* Pari. *de syndic. verb. testis, cap.* 2. *nu.* 3 *fol.* 434. *& Dulcet. vbi supra, nu.* 3. 2. de proxeneta, an sit idoneus testis, vide optimè Socin. Iuni. *cons.* 12. *nu.* 17. *&* 18. *volu.* 2 Vbi inquit communiorem, & veriorem esse opinionem, quod mediatores, & proxenetæ non sunt idonei testes etiam volentes, nisi vtraque parte consentiente. Sed hoc verum est, vt plenè non probetur per proxenetam, vel mediatorem, nisi vtraque pars consentiat, sed vt semiplene probet, quemadmodum alius testis, probaret vtique *secundum eundem Socin. Iunio. eod. vol.* 2. *cons.* 29. *nu.* 16. *& cons.* 31. *nu.* 18. *&* 19. Hæc tamen de teste inimico propter carcerationem, vt legitimus non sit contra iudicem eum incarcerãtem, intelligerem, nisi carceratio hæc procurata sit. Nam si procuraretur ad hunc effectum, vt testis esse non posset in syndicatu contra eum nihil proficeret, cum remedium procuratũ nihil prosit de iure, sed potius damnificet. Et ideo iudices syndicãdi antequàm informatio secreta per syndicatorem incipiatur solent memoriale quoddã iudici syndicatore testium inimicorum, & suspectorum, vt ab eis dicta non recipiat, quod habuisse ortum credo à dictis per Bart. *in tracta. de consiliis habendis per official. & assessor. in prin.* vbi tamen inquit posse limitari *n.* 29 suspectorum, ne plures dentur per iudicem, dictaque non capiãtur à suspectis talibus, sed à personis nõ suspectis, & omni exceptione maioribus, prout in syndicatu requiritur, & plena etiam, & legitima probatio necessaria est. Et hac de causa in instantia syndicatus iuramentum suppletorium in defectum † integræ probationis non defertur parti aliquid etiam ciuiliter à iudice petenti, nam liqui- 21
dissima probatio requiritur, *prout expresse tenet Paris de syndic. verbo, probatio. cap.* 2. *n.* 2. *& verbo, testis. c.* 2. *nu.* 3, *& Ias. in repetit. l. odmonendi, nu.* 282. *ff. de iure iuran.* & hæc pro lege hac sufficiant.

IN LEGEM vndecimam.

1 *Terminus legalis quando prolongari, vel abbreuiari possit.*

2 *Sententia super syndicatu, an post triginta dies, ei assignatos ferri possit.*

3 *Dictiones, statim, & in continenti, quandoque ponuntur quatenus durat mandatum, vel arbitrio boni viri.*

4 *Tribus*

4 *Tribus modis cognosci potest de maleficio.*

5 *Inquisitio specialis quæ sit, & diffinitio inquisitionis syndicatus.*

6 *Testis nō interrogatus de ratione dicti sui fidem facit. n 7. nisi in criminalibus, vt n. 8. vbi & ad torturam imponendam testis debet reddere rationē etiā nō interrogatus.*

9 *Testis productus etiam publicatis attestationibus potest reproduci, vt reddat rationem dicti sui.*

10 *Testis si in causa ciuili non interrogatus de ratione reddat eam, an faciet fidem, & numero 11.*

11 *Testis vltra interrogata respondens nullam fidem facit, & eius declaratio.*

12 *Testes deponentes de pertinentibus ad negotium, de quo agitur, dicuntur deponere de ipso negotio, ad quod adducuntur.*

13 *Testis productus ad totum negotium, de quo agitur, vel simpliciter ad causam tenetur deponere quidquid nouerit de ipsa causa, vel negotio.*

14 *Iudex non faciens testi deponenti interrogationes, & petens rationem dicti, an teneatur ad interesse.*

15 *Parcialitas debet in specie, & per casus indiuiduos probari.*

16 *Testis si pro vna parte interrogatus respondeat, & pro alia nolit respondere, præsumitur contra eum.*

SVMMARIVM.

Iudices syndicatores testes in syndicatu generaliter deponentes interrogent quibus in causis, & rebus illud factum fuit, ita quod specialiter, & particulariter appareat de dictis, & testimoniis dictorum testium, secundum quod in l. nostra disponitur.

QVANDO RECIBIEREN. Quæ quidē receptio intra terminū syndicationis fit, & eodē modo tentari posset, quod specificatio generalium verborum, & dictorum ipsorum testium facienda sit, ita quod lapsis illis triginta diebus nullo licet modo supra dictam specificationem, & liquidationem facere: sicut neque aliorum testium dicta recipere & capere liceret. Aliàs enim esset prolongare dictum terminum triginta dierum syndicatus, quod iudex facere nullo modo
1 potest, cum sit terminus legalis: quē quidem † neque abbreuiari, neque prolongari licitum est, *secundum Parid. de syndica. verb. officialis. c. 6. incip. & modo, num 2. fo. 142. vbi in nostris terminis ita tenet, & Bonifacius in peregrina. verbo iudex q. 5. verb. probata, vers. sed pone.* Cum enim iste sit terminus legalis inductus absque hominum ministerio nullo modo extendi, neque abbreuiari per iudicem poterit, *prout hanc communiorem, & veriorem testatur opinionem Didac Perez in l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. verb. de la ley, col. 901. ad fin. cum tribus sequentibus, & in colu. 869. vers. quid autem, idem repetijt. Idemque in nostro proposito asseruit Bald. de synd. n 3.* Si tamen terminus legalis cum ministerio iudicis, & sic hominis detur, tunc *secundum Didacum Perez col 870 vers. huic sententiæ in l. 1. tit. 2. lib. 3. ord.* poterit talis terminus per iudicem abbreuiari, vel prolongari. Hæc tamen in informatione secreta syndicatus facienda intelligenda sunt, secus in sententia: nam sententia † super 2
ea ferri potest etiam post triginta dies: & idem in petitionibus, & libellis propositis in termino triginta dierum contra iudicem, & in probationibus super talibus petitionibus, & libellis adhibendis. Hæc enim post triginta dies fieri possunt, & determinari, prout quotidie videmus fieri, & practicari, licet aliquid iudices ignorent an & intra illos triginta dies debeat proferri sententia super resultantibus ex informatione secreta, putantes post illos dies proferri non posse. Sed falluntur: nam & post eos fieri hæc possunt. Dies enim illi triginta solum pro informatione secreta contra iudicem syndicandum capienda dantur, & pro petitionibus contra eum allegandis, & præsentandis: non verò vt necessariò intra illos debeat super petitis, vel ex tali informatione secreta resultantibus sententiari, & sententia proferri: nam & eis elapsis potest determinari diffinitiuè. Neque obstat. l. 20 *infra eod.* quæ contraria ijs videtur, ibi. *Que luego acabados los dias de la residencia.* Nam verbum illud *acabados*, intelligitur tunc demum lata sententia, & executata super syndicatu, *vt in l. 20 latius dicam*, & tunc verbum, *luego*, latinè, *incontinenti*, *& statim*, quandoque ponitur pro quatenus durat mandatum † *l. iurisgentium. §. si eum. ff. de pact.* quandoque arbitrio 3
boni viri *l. si ita quis. §. si iactum ff. de verb. obliga. Abb. in cap. potuit. de locat. Bertach. in repertorio suo, verbo, incontinenti, & verbo, statim. Alcia. optime in l. 1. §. qui præsens nu. 25. cum aliquibus sequentibus. ff. de verb. oblig.* Iudici tamen syndicatori terminus iste pro sententia ferenda super resultantibus ex formatione capienda, & causa terminanda non datur, sed potius in prouisionibus Regis ad syndicatum aliquorum officialium captum determinandum nullus terminus assignari solet saltim ita strictus. Ergo intelligendum est, quod eatenus durat mandatum, quatenus causa decisa non sit, neque sententia determinata. Et arbitrio boni viri ita intelligendum est, verbum illud, *in continenti. d. l 20.* vt sententia prius præcedere debeat super residentia illa secretæ informationis, quam Regio consilio mittatur. Et sic declarādo, prout declarari debet, & practica ordinaria declaratum videmus verbum illud, *luego*, *dicta. l. 20.* intelligendum est prout *in d. l. 20.* Deo volente dicemus.

Pesquisa Auil. *c. 4. synd. in glo. pesquisa.* prosequitur aliqua de informatione hac secretæ syndicationis facienda, & inquit formam informationem hanc faciendi non à iure communi, sed ab statutis, & communi, obseruantia inuentam fuisse. Et in hac secreta informatione proceditur per iudicem syndicantem interrogando testes examinandos partim ex aduocatis publicis, partim ex decurionibus ciuitatis, partim vero ex

tabellio-

tabellionibus & procuratoribus, alijsque officialibus audientiæ, partim autem ex bonis populi hominibus: inter quos solent examinari duodecim testes, plures, aut pauciores per totum interrogatorium residentiæ vltra testes examinandos, & recipiendos pro liquidandis, & specificandis dictis dictorum testium informationis secretæ, ad quos ipsi se remisserunt: que se llaman testigos de verificaciones. Nam si vnus testis ad alium se remittit, statim ille, ad quem se remisit, debet examinari pro verificatione illa, & sic fit, & practicatur. Et cum *ex lege nostra* forma secretæ syndicationis imposita sit, iam à iure communi dici potest fuisse approbatam, & iussam fieri, cum nos non habeamus aliud ius commune, quam ius Regium, *prout suo loco dictum remanet*. Vlte-
4 rius & notandum est, quod tribus modis † cognosci potest de maleficio aliquo, vel per accusationem, *vt in toto tit. C. & ff. de accusat* quod in hac syndicatus instantia verificari potest, cum quis pro suo interesse officialem accusat. Vel procedi potest per denunciationem alicuius officialis, vel syndici, *de quo plene per Cyn. & Bald. l. in ea quidem. C. de accusat.* & hæc etiam in nostra materia habere locum potest, quoties alicuius publicus procurator, vel popularis aliquis officialem in syndicatu existentem accusat, & denunciat de aliquo maleficio, & delicto, tanquam vnus de populo. Vel alio, & tertio modo proceditur per inquisitionem & hæc inquisitio diuiditur in spe-
5 cialem & generalem. Specialis † est; quoddam ius procedendi per officium ad puniendos delinquentes nominatim inquisitos de certis delictis diffamatos, *vt colligitur ex Bar. in l. 2. §. si publico de adulte. ff.* Et quomodo tunc procedatur, tradit Ant. Gom. *tom. 3. cap. 1. numero 50.* Generalis verò inquisitio in alias quatuor diuiditur: *prout hæc, & alia videre licet optimè ex Amædeo in d. tract. synd. num. 21. cum quatuor sequentibus.* Et quoad nostram materiam inquisitio hæc syndicatus est ex quarto genere inquisitionis generalis *per illum Amæd. ibidem num. 24.* formata, scilicet, quia est specialis quoad personas potestatis officialium, & familiæ, generalis verò quoad omnia delicta per eos commissa. Et hæc *secundum eundem ibi num. 25.* diffinitur: quòd est quod-
6 dam ius † procedendi per officium ad puniendum, & condemnandum facinorosos homines de territorio inquirentis de aliquo crimine non à maleuolis diffamatos: *de quibus & traditur per Pari, de syndi. verb. accusatio, & verb. inquisitio.* Et prout aliàs iam in hoc titulo memini dictum, non est facienda contra officiales hos scrupulosa inquisitio, neque de minimis syndicandi sunt, nisi essent tot minima quibus adiunctis magna quantitas efficeretur, & accumularetur, nam tũc syndicandi essent, & de illis.

Pregunte a los testigos. Hic considero esse tex. quod licet dicti sui testis rationem non assignet,
7 si de ea † non interrogetur, fidem tamen facit, & probationem: nam nisi interrogetur, rationem reddere non tenetur dicti sui, *secundum tex. in l. solam. C. de test.* si tamen interrogetur de causa, & quomodo scit, reddere tenetur, aliàs nullam faciet fidem, secundum Auil *d cap. 4. syndi. verb. haga. & Soci. vbi & multas fallentias ponit in reg. 401. & Ant. Gom. tom. 3. c. 12. n. 9. & 10. & glo. non deue per tex. ibi. in l. 26. tit. 16. par. 3.* & latissimè omnium Felin. *in cap. cum causam, de testib. à n. 2. cum pluribus sequentibus.* Et *ibi* eius additio vltra eum limitat, vt non procedat in causis criminalibus, † in quibus testis etiam non interrogetur, 8
tenetur reddere rationem dicti sui, alias non probat: vbi hanc testatur communem opinionem. Quod adeò ibi additio illa verum credit, quod etiamsi tunc pœna corporalis non veniat imponenda ex tali crimine, quia ciuiliter de eo agitur, adhuc tũc debet reddi ratio per testem, etsi non interrogetur, imò & ad faciendum iudicium ad torturam debet reddi ratio per testem, etsi de ea non interrogetur, *secundum Hippo. in pract. §. diligenter, nu. 1. 31.* Licet si ex delicto ad pœnam pecuniariam ciuiliter agatur, & delictum leue sit, tunc idem quod in ciuilibus crederem, vt etsi ratio non reddatur per testem de ea non interrogatum, fides adhibeatur. Et sic procedat opinio Rom. relati per additionem illam Felini, qui cõtra tenebat, cum ciuiliter pro delicto agebatur. Vnum tamen singulare notandum est in practica, scilicet, quod si testis non fuit interrogatus de causa, neque reddit eam vbi reddere eam tenebatur, pars illum producens poterit iterum pro-
ducere etiam publicatis † attestationibus, vt red- 9
dat rationem sui dicti, *per tex. in c. per tuas. de testib. quem adhoc ita tenendo allegat Ant. Gom. d. n. 10.* Sed num si † testis non interogatus in causa 10
ciuili reddit rationem dicti sui, faciet fidem? Et videtur, quod non quia vltra interrogata respon-
dit, & testis vltra interrogata respondens † nul- 11
lam fidem faciat *secundum tex. in c. de testibus, cum similibus, de test.* Contrarium tamen in nostro proposito de tali teste dicendum est: imo quod faciat fidem. Nam tex. ille *in d. cap. de testibus*, & eius materia, & brocardicum procederet, quando testis deponeret omnino diuersa ab ipso articulo, super quo interrogatur Si tamen deponeret de cõcernentibus ipsum articulum, & negotium, de quo agitur, & interrogatur, & ad dictum suum fortificandum, & verificandum per assignationẽ rationis, non detrahitur eius fidei, sed potius augmentum præstatur, *prout notant Abb. & Doct. cõmuniter in d. c. de testibus*, Confirmaturque ex singulari doctrina Angel. *in l. iam dubitari. ff. de hæred. instit.* quem refert & sequitur Alex. *in l. 1. ff. si. cert. pet.* vbi Ias. *nu. 44.* Optimè, inquit enim
Angel. quod testes † deponentes de pertinenti- 12
bus ad negotiũ, deq; agitur, dicuntur deponere de ipso negotio ad quod adducuntur, præsertim si tales testes iurauerunt, dicere veritatem super tota causa, & illud, quod vltra articulum dicerent, causam illam attingeret, & concerneret: nã tunc etsi vltra interrogata respondeant, fidem facient. Neque ex hoc fides eorum vacillat, *secundum Bart. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus num. 8. ff. de iure iur. eundem Bart. & Doct. communiter in l. momentaneæ. C. qui legi person. Specul. de teste. §. 1. vers. item quod deposuit super alio, & vers. sequenti refert, & sequitur Hippo. in l. 1. § Diuus Antonius num. 2. ff. quæst. fol. 28. in paruis.* Facit etiam doctrina Abb. quẽ alij sequũtur *in d. c. de testib. n. 6.* dicẽtis, q̃ testis productus ad totũ negotiũ, vel
simpliciter † ad causã, de qua agitur, tenetur de- 13
ponere quidquid nouit de ipsa causa, & negotio, *prout nota gl. in c. quia circa cũ cõcordãtiis ibi allegatis, de*

tis, de priuil. gl. & cõmuniter Doct. in cap. fraternitatis de testib. Ergo, etsi tunc vltra interrogata talis deponat testis, non ex hoc eius fides diminuetur.

Y haga que declaren. Iudici enim incumbit, veritatem elucidari, & declarari per testes, eius, quod sciuerint, cum causam ipsam iudex ipse determinare debeat, & punire delinquentes, & reos. Quærit tamen hic optimè Auil. *dict. cap.* 4. *Synd. verb. haga. numero* 2. *fol.* 270. Nunquid si iudex non fecerit dictam interrogationem † testibus, teneatur ad interesse, si de causa, & ratione eos non interrogauerit? Tandemque ponit vnã distinctionem post allegatas doctorum opiniones, cuius quidem distinctio ex toto mihi non applaudet, nam si iudex testes examinat, prout debet examinare in syndicatu, illi actui tenetur totus adesse, neque ad extranea diuertere debet: aliàs cur ei parcendum esset, si ad alia intentum haberet, dum testis examinatur? sed potius culpandum, si aliter fecerit. Ideo placet mihi in hoc doctrina Abb. *in d. c. cum causam, nu.* 7. *de testib.* dicentis, quod si per dolum, vel nimiam negligẽtiam iudex ipse omisit facere dictam interrogationem, & quærere à teste de causa, & ratione dicti, in casu vbi ratio à teste debet reddi, vt fidem faciat, vt in criminalibus, tunc iudex tam in foro fori, quam in foro poli teneretur ad interesse partis propter hoc illatum. Sed quia iudex de dolo, & negligentia argui non potest: nisi per partem requisitus sit, merito si in hoc casu à parte non requisitus non teneatur saltim in iustitia, licèt dictam interrogationem omiserit facere, *prout optime in proposito aduertit Felinus in eodem c. cum causam, numero* 3. *vers. & testis, adde Ioã. And.* requiri enim iudex debet, cum interrogationes has ex officio faciat, *secundum Parid. de Synd. verbo, officium iudicis, numero* 1. Quod quidem officium, nisi petatur, regulariter impertiri non tenetur, *vt infra. l.* 23. *gloss.* 2. *dicemus, Deo volente.* Si tamen requisitus iudex fuerit, in hoc casu nulla negotiorum aliorum occupatio, & interiectio eum excusaret: nam actui, quem facit, totus intentus esse debet, dum illum facit, & exercet, & alia omittere interim expedire, vel dum alia breuiter expedienda determinat, cessare faciat in actu illo, & actu interiecto expedito, ad priorem totus reuertatur: non enim debet actui, quem facit, tanquam statua præsens esse, & *ibidem* corpus, animum verò in remotis habere, prout quidam, & malè faciunt. Id quod tamen de dolo diximus, intelligerem, nisi expresse dolus ipse ex parte talis iudicis probaretur, puta quia ipse dixit, quod propter odium, vel inimicitiam, quam cum parte habebat, noluit dictam interrogationem testi per partem illam præsentato facere. Tunc enim etsi requisitus non fuisset, teneretur ex dolo ad interesse, & ex delicto illo, quod tale in iudice reputarem, sed si hæc non probarentur, & sic dolus expresse: tunc requiri deberet iudex expressè & aperte, vt ad interesse teneretur, si dictam interrogationem omisisset testificare, in casu in quo, vt testis probaret, debebat reddere rationem etiam non interrogatus. Iudex tamen cum fueris à teste rationem dicti non omittas inquirere, maximè in causa criminali, vel ciuili graui.

Particularmente. Et sic in specie † per casus speciales, & indiuiduos debet probari partialitas, prout text. *hic* clarè probat, & sentit, quem ad hoc allegat Auenda. *cap.* 2. *prætorum, numer.* 21. *lib.* 1. & *numero* 20. *in fine* inquit, quod vt partialitas probetur, debet prius probari ciuitatem illam esse vandericam, & per partes diuisam. Et sic de omnibus circunstantiis, vt dictum testis clarescat, & veritas patefiat debet testis interrogari, vt sciatur, in quo fuit iudex partialis, vel negligens, & vt ipse officialis possit se de illis defendere. Nam in indagatione, & inuestigatione hac ipsiusmet iudicis syndicati defensio versatur, de qua & ipse iudex syndicator debet, & tenetur se informare, & inquirere, sicut & de culpa, *vt inquit text. in l.* 3. *titul.* 10. *infra, lib.* 4. *& in l. si non defendantur. ff. de pœnis, notat Auenda. in respon.* 15. *correctione.* 8. Imò, etsi testis pro vna † parte interrogatus respondeat, & pro alia nolit respondere, præsumendum est cõtra eum, quod dolo supprimat veritatem, neque tunc ei credendum est, *secundum Auiles capit.* 4. *Syndi. verbo, lo malo, fol.* 270.

IN LEGEM DVODECIMAM.

1 *Pœna infamiæ corporali pœnæ æquiparatur.*

2 *Vnus casus, vbi iudex officium suum etiam non petitum ad priuatam vtilitatem impartitur.*

3 *Iudex potest in furto ad partis satisfactionem condemnare, etiam si pars non petat.*

4 *In causa syndicatus criminali potest pœna corporalis imponi, & insuper officio iudicis peti damna, & interesse possunt.*

SVMMARIVM.

Iudex syndicator omnibus modis inquirat veritatem culpæ generalis aduersus iudicem syndicatum ex secreta informatione resultantis: & in probatis condemnet non solum in pœnis legalibus: sed & in partis læsæ satisfactionem, & in arbitraria pœna imponenda, si dubius extiterit, remittat eius impositionem Regio consilio. In quacunque itidem condemnatione cuiuslibet pœnæ semper reseruet arbitrium dicti consilij, vt ipsum Regale consilium minorare, vel augere pœnam possit.

PARA QVE LE EMBIEN. Hic videtur text. expressus, quod etiam in criminalibus concedun-

ceduntur, & dantur literæ requisitoriæ notificandæ iudici, vbi testes examinandi habitant, & viuunt, vt ipsi testes ibidem examinentur per ipsum iudicem requisitum, & dicta, & declarationes dictorum testium requirenti iudici mittantur: prout *supra in l.28.tituli supra proximi* dictum est, & consideratum. Neque obstat, si quis diceret text. nostrum loqui, vt pro illa doctrina non ponderetur quoties pœna corporalis non venit imponenda, sed pecuniaria. Nam intellectus hic ad text. nostrum diuinatorius est, & nimis restringit eius generalia verba in omnibus, & circa omnia intelligenda: & quia causa syndicatus, de qua nos agimus, si pro male gestis, & barateriis imponatur, non desinit infamare, &
1 infamia pœnæ corporali æquiparatur † *secundum Auend.c.16.præt.num.18.lib.2.* Si ergo & in hac pœna baraterię, vbi pœna est regulariter pecuniaria, & infamat, hoc ex tex. nostro permittitur, posse mitti pro testibus examinandis, cur & non idem in quacunque alia causa criminali? *De quo latius diximus in dict.l.28.ad ibidem dicta me remitto.*

En la satisfacion. Intellige si per testes probatum est, *secundum Auiles hic super istomet, verbo, satisfacion, & Bald.in l.ea quidem, num.52.C. de accusat.* Et habemus hic vnum casum, vbi iudex
2 impartitur officium † suum non petitum, etiam ad priuatam vtilitatem, licet regulariter sit secus, *secundum Doct. maximè Ripam hoc optimè examinantem, in l.4.§.ait prætor.ff.de dam.infect.* Sicut
3 & in furto potest iudex condemnare † ad partis satisfactionem, etiam si pars non petat, secundũ Bald. *in l.2. in fine. C.de edendo.* & Auil. *cap.16. syndicat. fol.276.glo.pagada.* Vbi intelligit, hoc esse verum, quoties constat de delicto per confessionem inquisiti: secus si per testes, *prout & tenet Castillo in l.48.Taur. num.15. & 16.* Id tamen sublimitarem, cum testes illi essent partes interessentes, secus alias, *secundum eundem Auil.c.5.synd.in glo fin.fol.272.*

Y mas en la pena. Considero text. hunc ad hoc quod in causa syndicatus criminali potest peti pœnam corporalem imponi: & insuper officio iudicis possunt peti damna, & interesse, *secundum Amædeum de synd.nu.216. & Marant.in pract.pag.87. num.20.* Et hoc quia damnum, & interesse non sunt pœna, *vt tradunt Doctores, & glo.in l.cum alleges. C. de vsur.* Nam si esset pœna, etsi ciuilis esset, non posset peti etiam incidenter officio iudicis, post quam petitum esset, pœnam corporalem imponi. Quia aut debet agi ad pœnam corporalẽ criminaliter, aut criminaliter ad pœnam ciuilem: sed ambæ principaliter pœnæ criminalis, & ciuilis peti, & intentari non possunt, si etiam id, quod ciuiliter peteretur, in vim pœnæ veniret soluendum, *secundum Marant. vbi supra, & text.in l.21.tit.9.par.7.* nisi id, quod ciuiliter petitur vltra pœnam corporaliter principaliter petitam petatur in resartionem damni, & interesse incidenter ex iudicis officio. Nam tunc, cum saltim respectu petentis non possit dici peti pœnam ciuilem, sed satisfactionem damni, & interesse, iure optimo peti potest incidenter ex officio iudicis post petitas principaliter in libello pœnas corporales, & legales cõtra similes delinquentes de iure impositas, imponi. Puta si pro homicidio agatur, potest peti principaliter homicidam puniri pœnis grauioribus contra eum in iure repertas, & statutas, & incidenter ex officio ad satisfactionem damni ex hoc illati agi. Vel putà, prout iam intentaui in facto, siquis vendit censum super re non libera, quam tamen in ipsis census impositione declarauit liberam esse, potest agi principaliter, vt puniatur ad pœnam ordinariam doli & falsitatis cõmissæ, declarando rem liberam esse, quæ non erat, & incidenter peti contractum rescindi, & quod nummi census totius restituantur, vel saltim, quòd dẽtur, & assignentur pro illius census assecutatione bona libera, & sufficientia. Quia hoc est interesse ipsius domini census, & damnum patietur, si aliter fiat: quia census non est securus super re prius obligata alteri maiori summæ, quæ quasi totam ipsam rem obligatam absorbet. Et sic eodem modo contra iudicem agendum est in syndicatu, cum necesse fuerit.

IN LEGEM DECIMAM TERTIAM.

1 *Nomina testium in fine cuiuslibet capituli ex secreta informatione resultãtis inserenda sunt, & ponenda, nu.2. etiam in delicto nefando id procedit.*

3 *Casus certi vbi nominum testium non est danda copia.*

4 *Indiciorum copia danda est reo inculpato, nisi vt numero 5. declaratur.*

6 *Accusatore superueniente inquisitio cessat.*

7 *Accusatorem repellere potest iudex syndicator, si timet de collusione.*

8 *Capitulorum contra iudicem syndicatũ per aliquem tanquam vnum de populo præsentatorum, an statim sit danda copia, antequam eorum informatio fiat.*

9 *Defensio etiam diabolo si foret in iudicio non est deneganda.*

10 *Defensioni renuntiari nemo est permittendus vbi pœna corporalis, vel infamatoria esse potest. num.10. etiam si renuntiatio iuraretur, vt num.12.*

11 *Terminum non assignare pro defensione competẽtem idem est, ac si nullus assignaretur.*

13 *Termino competente assignato ad defensionem si reus sinat illum labi nulla defensione facta, sibi præiudicat.*

14 *Familiares iudicum syndicatorum, & officiales an possint pro eis esse testes in syndicatu.*

15 *Testes inhabiles admittuntur pro innocentia rei probanda.*

16 *Sententia in syndicatu lata contra iudicem syndicatum an possit exequi, & quando non obstante appellatione per iudicem ipsum ab ea interposita.*

SVM-

SVMMARIVM.

Tenetur syndicator statim incipere secretam informationem syndicatus, secundum quod sibi in prouisione Regia cõmittitur, & mandatur. Qua quidem informatione capta culpæ ex ea resultantes, & iudici syndicato factæ ipsi notificandæ sunt, vt ab eis se exonerare valeat, & veritate inquisita sententia per syndicatorem super illis culpis ferenda est, vel determinatio Regio consilio remittenda, secundum quod in l. nostra disponitur. Aliaque in ea contenta iudex syndicator obseruet, & adimpleat.

NOTIFIQVE LAS COSAS. Recepta igitur, & facta inquisitione secretæ syndicationis, factisque liquidationibus testium in ea examinatorum generaliter vel remissiuè deponentium capitula, quæ contra iudices syndicatos, & alios officiales resultant, (quæ in nostra Hispania cargos vocantur) ipsi iudici, & eius officialibus, quibus incumbunt notificare faciat iudex talis syndicatus assignando eis terminum congruum, & copiam ipsius informationis secretæ, vt se ab illis capitulis exonerare valeant, & possint. In fineque cuiuslibet capituli ponen-
1 da, & declaranda sunt nomina testium † ex quorum dictis, & depositionibus capitulum tale resultauit, & probatum est, vt & contra ipsorum testium personas, sicut & contra eorum dicta tales officiales syndicati tueri se possint, personas ipsorum testium, & dicta reprobando, si causas reprobationis sufficientes habuerint secundum textum *in c. qualiter, & quando, el 2. de accusatio.* quem ad hoc alios allegando, & alia in propositum dicendo notat, & allegat Auiles *in c. 4. synd. gl. 1. n. 9. cum sequentibus*, vbi expresse tenet, id de nominibus testiũ in fine cuiuslibet capituli contra tales officiales facti ponendis, & inserendis, *prout & tenet, & notat Abb. in c. 2. col. 4 de testib. Soc. reg.* 406. Nomina enim testium nulli deneganda sunt, neque eorum copia regulariter, *pro quo est tex. in l. 3. tit. 1. infra lib. 8. & in l. 1. eiusdem tituli, & libri, & tex. in l. 2. tit. 12. eod. lib. 8.* cum & in
2 delicto nefando copia nominum † testium reo danda sit, *secundum tex. in li. tit. 21. lib. 8. infra, & notat Siman. de institutio cathol. tit. 64. de test. num. 29. & 30. Et post hæc scripta reperi retulisse conciuem meum Doctorum Gutierrez curiosè, & docte in allegatione. 1. per totam, & ita tenent omnes secundum Clarum in pract. crim. lib. 5. §. fi. q. 49. num. 2.* Regulareque hoc est, nisi in certis causis, puta primò in
3 causa † hæresis, in qua, neque nominum testium licet dictorum sic, reo copia datur & iure optimo *secundum tex. in l. 11. tit. 17. p. 3. & ibi Greg. Lopez, & Simanc. vbi supra num. 27. & Rojas de hæret. 2. par. num. 96. cum pluribus sequentibus.* Vel secundo nisi timeatur de testium subornatione, *secundum Bal. in l. fi. C. de edend.* & super statutis. §. *statuere. n. 26. & Decium in c. 1. de probat. nu. 35. fol. 296.* Vel tertio nisi causa esset multum grauis, quæ potentem, vel magnatem aliquem tangeret. Tunc enim non solent dari nomina testium etiam in publicatione, arg. tex. *in c. fin. de hæret. in 6.* Qui quidem tex. etsi in hæresi loquatur, idem tamen est vbi eadem ratio timoris datur, *secundum Deci. in c. 2. num. 25. de testib. & Abb. c. præterea, el. 2. num. 4 de sponsa. & reportorium inquisit. verb. nomina. in fi.* Nam & propter potentiam aduersarij omitti potest citatio, *secundum tex. in illo c. fi. quem ad hoc allegauit Abb. in c. cum non ab homine, num. 30. de iud. & Hippol. cons. 8. num. 35. cum sequentibus, lib. 1.* Ex quibus iudices aliqui seculares, prout sunt delegati pesquisidores in causis grauibus denegant nomina testium reis propter eorum potentiam, quia timor subornationis adest ex hac causa. Iudicesque ecclesiastici ex his excusari possunt, qui nunquam ex summaria informatione copiam reo prębent, & si aliquando permittunt fieri, nomina testium non sinunt dari, sed dicta tantum, eò quod causę eorum graues à communiter accidentibus sunt, quia famam & honorem tangunt, timorque subornationis datur. Deberent tamen hæc cum moderatione fieri, & vbi aliqua ex dictis causis sufficiens adesset, non verò prout faciunt communiter, & semper in omnibus causis, siue timor hic detur, siue non, siue causa grauis sit, siue non sit, potentem, aut impotentem tangat. Et ideò neque illud approbo, neque reprobo, medium enim tenendum est. Licet tamen hæc ita se habeant, in syndicatu tamen nunquam debent nomina testium denegari, sed potius in fine cuiuslibet capituli contra officiales resultantis, quod cargo vocamus, nomina testium capitulũ illud probantium inserenda sunt, *secundũ Auil. c. 4. syndi. glo. 1. nu. 9. & Soc. reg.* 406. *& Auend. in princ. sui operis, in Præt. in additione marginis posita ad c. 6. syndic.* Nam tunc, cùm capitula hæc officialibus dantur, fiat publicatio ipsius inquisitionis secretæ, & totius processus, *secundum Auil. vbi supra, nu.* 10. ampliusque testes illi examinandi nõ sunt, neque ipsi officiales audiendi super exoneratione capitulorum illorum, meritò si tunc, & nominum, & dictorum ipsorum testium copia danda, & præbenda sit: sicut & in causis grauibus, nominum testium, & dictorum copia datur, facta eorum publicatione, cum tunc plenariè examinati sunt, timorque subornationis cesset, indiciaque reo contra eum resultantia demonstranda sint, & eorum copia danda † vt se possit 4
defendere, *secundum Anto. Gom. tom. 3. c. 13. nu. 21. & Hippol. plura allegando cons. 8. nu. 24. & Cæpol. cons. 64. nu. fi. eundem Hippo. cons. 53. num. 11. & 12. Gandi, de malefi. tit. de quæst. n. 23.* defensionis enim facultas tollenda non est, *secundum text. in l. defensionis C. de iure fisci. lib.* 10. Imò & reo non petente debet ei hæc copia dari, *secundum Hippol. in pract. §. nunc videndum, nu. 3. cum pluribus sequent.* alias non dicetur iustè condemnatus: *faciuntque adducta per Matth. Afflict. decisio. 391. numer. 7. & 8.* Neque valeret confessio facta vi torturæ adhibitæ nulla data indiciorum copia, & termino competente ad se ab indicijs illis purgan-

dum ſecundum Syluam Nuptialem plures referendo *in lib. 1. verbo, non eſt nubendum, in princ. num. 93. in caſu 20.* licet ad hoc ipſe *ibi* partis petitionem requirat contra id, quod inquit Hippol. & melius *in dict. §. nunc videndum, numero 3.* Et intellige dicta, etiam ſi ratificetur confeſſio talis in tortura illegitimè, & iniuſtè facta, *ſecundum Anton. Gom. vbi ſupra, num. 25.* Si indicia nõ præceſſerunt legitima ante torturam, & copia indiciorum reo præſtita non ſit, prout præſtari debet. Imo & in cauſa hæreſis debet dari copia hæc, & exemplum teſtium, quorum facta eſt publicatio, illis dumtaxat circunſtantijs omiſſis, ex quibus reus facile intelligere poſſit, qui ſint illi, qui contra eum perhibuerunt teſtimonium, *ſecundum Siman. vbi ſup. num. 26. in princ.* Cumque hæc ita ſe habeant, nimirum, ſi & in ſyndicatus cauſa, cum factis capitulis, nulla alia publicatio, neque teſtium ratificatio expectetur, quod & ipſorum teſtium nominum, tunc prębenda copia ſit. Nam & *vt inquit optimè Siman. vbi ſup. num. 30.* poſiti ſunt iudices tanquam ſignum ad ſagittam, neque poſſunt omnibus placere, cum ex officio teneantur litigantes plurimos quotidie increpare, in carcerem, & exilium mittere, mulctare, condemnare, ac nonnumquã pœna mortis punire. Vnde fit, vt ſępiſſimè in multorum odium incurrant, & inſidias patiantur. Ideoque *ibidem ex Cicerone*, miſeram iudicũ conditionem vocat. Quas ob res nomina teſtium *ſecundum eum ibi, in fine dicti numeri 30.* ſunt omnibus etiam magiſtratibus aperienda. Duo tamen notanda in propoſitum dictorum ſunt, ſcilicet, quod quando proceditur ex mero
5 iudicis officio, † vel per modum notarij, vel ex fama publica poteſt iudex indiciorum copiam omittere, *ſecundum Parid. de Put. de ſynd. verb. tortus, c. 4. num. 24. in medio. fo. 475. & Gramm. in deciſ. Neapol. 36. num. 54. cum pluribus ſequentibus.* Vel cum proceditur per modum viſitationis, *ſecundum Siman. vbi ſupra, nu. 30. in fine.* Quæ quidem notanda ſunt: non enim ſic alibi reperies.

Solet tamen per iudices ſyndicatores fieri, cum ex ſecreta ſyndicatus inquiſitione aliquæ reſultant culpæ contra iudices, vel officiales in ſententia ſuper ipſius ſyndicatus inquiſitione proferenda, culpas illas remittere ad publicam, vel particularem petitionem ſuper illiſmet culpis, per partem, cui tangebat, vel per alium tanquam vnum de populo contra ipſum iudicem, vel officialem præſentatam, quaſi accuſatore
6 ſuperueniente † inquiſitio ceſſare debeat tanquam remedium extraordinarium, *ſecundum Auil. vbi ſupra, num. 11. & 12. De quo eſt videndus Albe. in l. ſi ue §. 1. ff. de liber. agnoſcend.* Et ideo inquit ipſe Auil. *d. nu. 11.* quod iudex ſyndicatus cum viderit aliquas culpas ex dicta inquiſitione ſecreta contra eum reſultare, vel poſſe, faciat per amicos porrigi ſuper eis petitiones publicas, vt cũ ſentẽtiabitur inquiſitio ſecreta ad petitiones illas, remittãtur culpæ illæ. Quod quidem cõſilium tunc demum experiendũ conſulo, cum certò tu iudex ſcis culpas illas cõtra te factas ex dictis teſtium falſorum reſultaſſe, & malitiosè tibi iniunctas: ſi tamen hoc non ſcis cautelis his non vtaris. Melius eſt enim culpas illas in ſyndicatu hoc purgare, quã ad extremũ vitæ ſyndicatũ reſeruare, animæ enim potius, quam diuitijs conſulendum aſſero. Et quia ſi de remedio hoc procurato cõſtare poſſet, nihil tibi proderit, remedia enim procurata nulli de iure proſunt: poſſetq; iudex ſyndicator, ſi de colluſione, vel præuaricatione illa timet, accuſatorẽ † illũ 7
repellere *ſecundum Bart. & Ioan. And. relatos per eundem Auil. vbi ſupra, nu. fin. in fine.* Nam etiam ſtante accuſatione poteſt fieri cauſæ inquiſitio, ſi timetur de colluſione accuſatoris, *ſecundũ Ang. in l. 3. § ſi. ff. de adulter. & Alber. 3. p. ſtatutorum, q. 57. quos refert Auend. in d. prin. capit. præt. ſuper. c. 6. ſyndic. in additione ad marginem.* Et quia quamuis poſſet venire accuſator, non ideo iudex debet deſiſtere ab inquiſitione, *ſecundũ eundẽ Bald. l. ſi quis in hoc genus C. de Epi. & Cle.* poſſetq; in hoc caſu iudex ſyndicator accumulare probationes in ſecreta inquiſitione factas cũ proceſſu publicę illius petitionis, *ſecundum Auil. vbi ſupr. nu. 12. verſ. & ex hoc dicto Bald.* & ſuper illis pronuntiare in ſententia ſecretæ ſyndicationis proferenda maximè cum hodie iam *ex l. 41. tit. 4. lib. 2. ſupra*, ſic fieri iubeatur.

Mandamos que de aqui adelante los juezes de reſidencia ſentencien los cargos de la ſecreta, aunque ſobre algunos dellos ſe aya pueſto demada publica. Et facit optima, *l. penul. verſ. y en otra manera, tit. 16. p. 7.* Et hoc vt euitetur dicta cautela *in glo. precedente* declarata. Et quia etiam iudex ſyndicator ex officio in ſententia ipſa ſyndicatus poteſt parti, & populo ſatisfacere de damno, & de vindicta publica. Et ſic cautela illa nihil poſſet tibi prodeſſe, & hoc cum petitio contra te facta cõſiſtit ſuper aliqua iniqua vel iniuſta ſentẽtia alicuius cauſæ, vel ſuper alia re: ſuper qua cum ſyndicatio ſecreta ſententianda eſt, conſtare poteſt de defenſione ipſius iudicis ſyndicati, contra quem petitio illa directa fuit. Tunc enim poteris ſuper illa pronunciare tam ad damni ſatisfactionẽ parti ſoluendam, quam ad punitionem culpæ ex tali ſententia iniqua reſultantis. Sed ſi cum in ſyndicatu informationis ſecretę ſentẽtia proferenda eſt, nondũ liquet de defenſione ſyndicati officialis circa petitionẽ illã, tunc quoad damni ſatisfactionẽ poteris te remittere ad petitionem illã præſentatam per partem, vel aliquẽ de populo. Quoad culpã tamen hac de cauſa ex ſecreta inquiſitione reſultantẽ ſuper in petitione illa cõtentis poteris ipſum officialẽ ſyndicatum punire, & caſtigare, prout quotidè fieri videmus, & ſic illa lex 41. declarãda eſt meo iudicio.

Ex qua quidem l. 41. & argumentum ſumi poteſt, inquantum ibidem iubetur iudicibus ſyndicatoribus, vt quoad poſſe verificari faciant capitula, per aliquem de populo contra officialem aliquem ſyndicatum præſentata, quod videtur ille tex. probare, capitulorum talium nõ eſſe præbendam † copiam officiali illi, contra 8
quem præſentantur, antequam eorum verificatio facta ſit, ſed tunc demum verificatione facta. Quod patet, cum ibidem iudici iniungatur, informationem facere de contentis in illis pręſentatis capitulis, neque de illorum copia danda *ibidem* aliquid dicatur. Et vidi multoties de his dubitari, & videbatur ille tex. pro hac parte facere. Iudices tamen ſyndicatores, cum vt plurimum ſyndicatis faueant (ipſi enim etiã ſuo

tempore

tempore syndicandi sunt) semper præsentatis his capitulis, antequam super eis informationem faciant præbent eorum copiam officiali illi, quem tangunt. Ego tamen in his distinctione procederem, scilicet, quòd capitulorum criminalem causam concernentium, & ex quibus iudex ille grauem mereretur pœnam, & si probarentur, incarcerari posset, nullam copiã præberem ante captam talium capitulorum informationem. Aliorum tamen causam ciuilem respicientium statim capitulis talibus pręsentatis copiam darem, & post facerem informationem. Et ratio differentię ad oculum patet. Nam petitionum criminalia concernentium nulla est præbenda, neque danda copia, nisi demum informatione capta ne si forte accusatus, & reus inculpatus appareat, fugiat: ciuilia tamen concernentium statim danda est copia. Et hæc mihi circa hęc verissima, & tenenda videntur, & seruanda, & si iudex essem, quod Deus auertat, sic obseruarem.

Don sus descargos. Defensio enim etiam diabo-
9 lo, si foret in iudicio, non esset † deneganda, *secundum Specul. tit. de inquisitio. quasi ad finem*, inquisitio enim defensio reseruatur, *secundum tex. in cap. qualiter. el segundo, vers. debet igitur de accusat.* Adeò vt neque Papa, vel Imperator posset eam tollere, *secundum text. in clement. pastoralis, de re iud. l. defensionis facultas C. de iure fisc. lib. decimo, tradit Hippolyt. consil. 8. numer. 29. cum tribus sequentibus.* Est enim defensio de iure naturali, cum & animalibus etiam detur, prout ad oculum patet. Cornua enim tauris ad defensionem dantur, equis pedes, & dentes, alijs vero vngues, & similia: naturaliaque immutari non possunt, *vt in §. sed naturalia. instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* Nam contra inauditam partem nihil possumus diffinire, *secundum text. in cap. cum ecclesia Sutrina. de caus. possess. & propriet.* Nam si *vt videmus Genes. cap. 3.* Adam, & Euam super prætensa ab eis defensione à Deo exauditos esse, noluisseq; Deum optimum maximum, cui cuncta patentia erant, & sunt, eos inauditos condemnare, quare & homini permissum credendum est, vt inauditum aliquem, & indefensum condemnet, cum perfectissima hominis scientia stultitia sit apud Deum? Vlteriùs, & in tantum defensio non est reo deneganda, quod etsi in criminalibus, vbi posset imponi pœna corporalis, vel infamatoria (nam & mors famæ dicitur, vbi perditur, & morti naturali æquiparatur, *secundum tex. in l. 4. titul. 13. part. 2.*) vellet ipse reus defensionibus
10 suis renunciare, † adhuc permitti non debet, vt renunciet, sed potius non obstante eius renunciatione terminus pro defensione est ei assignãdus, *secundum Antonium Gomez tom. 3. cap. 13. numero 33. in medio. & Simanc. de institutio. cathol. tit. 64. numero 25.* Imo & terminus debet esse pro
11 defensione competens. Nam si terminus † competens non est assignatus, est ac si terminus non daretur, quo casu non potest iudex ad aliquam condemnationem procedere, *secundum Hippolyt. in practic. §. examinanda, numero 33.* Quod est notandum contra miseros, & inscios iudices inanem gloriam quærere putantes, qui reis ita breuem terminum pro defensione assignant, vt neque testem vnum pro sua defensione examinare possunt. Est enim idem, ac si nullum terminum pro defensione præberent. Et ideò multoties hac de causa, dum lites abbreuiare procurant, differunt, & dilatant. Rei enim ipsi post restitutionem petunt sententia lata, eo quod defensioni renunciarunt, vel terminus competens non fuit assignatus, & sic protrahitur, & extenditur lis. Et si restitutione denegata ad sententiæ talis exequutionem procedunt, graniter in residentia condemnandi sunt, prout iam aliquando vidi condemnatum iudicem quendam. Non enim defensioni renunciare reum, est permittendum, *vt dixi*: & si renuntiet, nihil valet renunciatio, *secundum Antonium Gomez vbi supra, & Hippolyt. in practica. §. examinanda, per totum*, etiam si talis renunciatio † iurata foret, *secundum eundem An-* 12
tonium Gomez, tomo. 3. cap. 1. numer. 66. & Hipp. in pract. §. vltima quæstio. num. 23. & Auiles cap. 3. Syndi. verb. el descargo, numero 4. in medio. & Simancas de institutio. catholicis, cap. 17. numero 53. cum duobus sequent. & Clarum in practic. criminal. §. final. quæstio. 49. num. 16. Vnum tamen est notandum, quod si daretur reo terminus † competens 13
ad se defendendum, & reus ipse sineret labi terminum illum nulla facta probatione, potest optime condemnari, si culpatus in processu appareat, cum sibi de termino competenti fuerit semel prouisum, cui tacitè per lapsum eius renunciare potuit, & sibi præiudicare, *secundum glos. singularem, & optimam, in l. pactum inter hæredem, ff. de pact. quam ad hoc allegat Bald. in cap. personas, de appellat. & ibi Prapo. numero 13. & Doctores in prædicta. l. pactum inter hæredem.* Sed est quæstionis, num pro exonerationibus iudicum syndicatorum à culpis eis impositis poterunt esse testes familiares, & officiales † talium iudicum, 14
& illi de sua familia, in quo Auiles *cap. 6. Syndic. glos. 3. num. 1. fol. 273.* inquit, quod in subsidium admittentur. Ego tamen indistinctè credo, admittendos fore: dum tamen tales officiales super eo, super quo testificari iubentur, & pręsentantur, inculpati non existant. Nam si existerent, nullo modo essent admittendi, neque eis fides adhibenda, si de facto admitterentur: cum etiam eorum res agatur, & suum interesse vertatur. Hęc tamen si cessarent, indistinctè eos admittendos, crederem, cùm communis sit opinio, quod in fauorem rei, & ad probandam eius innocentiam † testes inhabiles, & minus idonei 15
admittantur, *secundum Anto. Gomez tom. 3. capit. 12. numero 23. & Hippolyt. in pract. §. opportunè, numero 15.* Et licet tunc *secundum eundem Anton. Gom. ibidem*, non ex toto fides adhibenda sit: tamen vt probatio contraria elidatur, neque posit imponi pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria leuis iudicis arbitrio, supradicti testes sufficient, si bene in fauorem iudicum testificentur.

Execute. Intellige, si iudex condemnatus non appellat, † vel si appellat, condemnatio est 16
trium mille tantum dipondiorum. Sed si amplioris summæ, si non est imposita propter furta, vel barateriam, depositari debet talis condemnatio pecuniaria, *secundum text. in l. 17. infra isto titul. & lib.* Cuius quidem depositio, vt euitari posit, datur quotidie prouisio regia, quæ vocatur, *carta acordada*, vt appellatio concedatur,

cedatur, neque condemnatio executioni tradatur, etsi trium tantum mille dipondiorum sit, si non pro furtis, vel baraterijs imposita sit *secundum Auiles cap. 10. syndica. glos. 1. vbi ponit talis prouisionis tenorem.* Deberetque difficulter concedi prouisio talis: nam maxima incommoda ex ea partibus accrescere solent. Nam propter summam ita minimam trium mille morapetinorum non possunt propter pauperiem prosequi appellationem iudicum, vel nolunt, ne plus expendant, quam condemnatum est: & sic aliquãdo, quod debetur notoriè, insolutum remanet. Neque propter euitandas iudicum vexationes, deberet similis prouisio concedi, *vt inquit Auil. vbi supra.* Non enim ipsi, dum officium administrant, partes molestent, & non molestabuntur, neque vexabuntur in syndicatu. Aliquandoque, vt voluntates suas ad libitum adimpleant, partes culpantur, & condemnant, prout volunt, freti, fortassis remedio illius prouisionis in syndicatu habendæ. Quamobrem nulli esset concedenda, nisi vbi notorium esset iudicem, cui conceditur, ita exercuisse officium, vt manifestè appareat, quod petitur, vel falsum esse, vel indebitum, & malitiosè causa vexandi. Aliàs enim potius est incentiuum delinquendi concessio similis prouisionis, quam remedium ipsorum iudicum: qui quidem multa satisfacerent in syndicatu, si se illius prouisionis remedio destitutos viderent: quæ tamen non satisfaciunt in maximum animarum suarum incommodum, & fortassis cõcedentium sine causa euidenti, & iusta, similem prouisionem. De quibus omnes si malè fecerint, suo tempore rationem reddent vltimam.

O si tal fuere la culpa. Putà quia propter eam pœna mortis, vel alia corporalis, vel infamatoria imponenda esset, quia condemnationem talis culpæ, Regi pertinet facere, & imponere, *secundum tex. in l. 6. tit. 4. part. tertia, in fine.* Et sic non est sine magna causa iudicum syndicatorum culpa Regio consilio remittenda, *secundum text. in l. 41. tit. 4. lib. 2. supra.*

IN LEGEM DEcimam quartam.

1 *Suspensio censetur perpetua in dubio.*
2 *Suspensionis tempore completo statim fit restitutio officij suspensi.*
3 *Suspensio toto tempore durat, quoto interloquentis iudicis iurisdictio.*
4 *Suspensio etiam in spiritualibi in vim pœnæ imposita suspenditur per appellationem, secundum dictum nouum Abbatis.*

SVMMARIVM.

Syndicatores inquirant etiam in ipsa syndicatus secreta informatione qualiter Rectores, procuratores, & alij officiales concilij circa officia sua se gesserint: & quem eorum inculpatum repererint, ab officio suspendant, & culpæ veritatem inquirant vt eum absoluere vel condemnare possint.

OTROS OFICIALES. Omnis enim persona, quæ publicum gessit officium syndicanda est, *prout in l. secunda huius tituli diximus. Et per capitulum 23. de las cortes de Madrid anni. 1573. nouissimè iubetur,* quod etiam syndicentur depositorum generaliũ populorum Regni emptores, insuperque thesaurarij gabellarum in Regno venditarum.

Le supenda del oficio. Sed num suspensio hęc temporalis an perpetua erit? Et videtur, quod cum simpliciter nullo temporis spatio assignato imponi iubeatur per text. nostrum, perpetua erit: saltim tamen vsque quo super culpis illis, ratione quarum suspensio fit, vltima sententia sit negotium determinatum in Regio consilio. Tempus enim † cum non determinatur, perpetua censetur simplex suspensio ab officio facta, 1
argumen. l. fi. in princip. ff. de pœnis. Nihilominus tamen in propositum contrarium asserendum censeo in casu nostro, scilicet, quod temporalis, non vero perpetua erit huiusmodi suspensio. Durabitque interim tantum, quod iudex syndicator pronunciat absoluendo vel cõdemnando suspensum ipsum culpatum repertum ex officialibus concilij, *de quibus in tex. nostro, prout ex eius verbis clarissimè deducitur, & colligitur.* Quasi facta tunc absolutione, vel condemnatione cesset suspensio: cum iam tunc sit quoad ipsum iudicem syndicãtem instantia syndicatus lapsa, statimque cẽseatur restitutio officij facta † *ex glo. in cap. in primis 12. quæst. prima. quam in hoc commendat Ioannes Orosc. in l. de inofficioso. col. 937.* 2
in princ. ff. de pact. secundum quam ibidem inquit intelligendam, l. 10. titu. 31. part. 7. & probat Couarruuias in quarto. 2. part. cap. 6. in principio numero 16. Item & quia suspensio hæc nostri text. fit ante sententiam diffinitiuam, & per consequens suspensionis huius sententia interlocutoria est, quandoquidem restat sententia diffinitiua absolutionis, vel condemnationis proferenda in eodemmet negotio, in quo potest reparari grauamen, si quod per suspensionem factum fuit. Et sic sententia hæc suspensionis interlocutorię vim habet, *vt patet ex l. 2. tit. 22. part. 3. & l. quod iussit. ff. de re iud.* Quoto autem tempore durat iudicis ipsius interloquentis iurisdictio, toto † durat ipsa suspensio, *ex tex. expresso in l. 12. tit. 6.* 3
p. 3. Iurisdictio autem syndicatoris temporalis est igitur, & suspensio temporalis erit, & durabit quousque iudex hic officium syndicatus exercuerit, & condemnauerit, vel absoluerit officialem hunc suspensum. Item suspensio, de qua hic facta est, vt liberè informatio super apparente culpa prosequi possit, & testes dicta sua proferre audeant: & tamen si officium exercent inculpati non auderent fortassis testes testificari, neque liberè dicta proferre: *vt inquit in pro-*

in proposito Puteus de syndicatu, verbo, accusatus, cap. 1. numer. 2 Hæc tamen cessant prolata iam sententia diffinitiua super culpis illis: igitur, & cessabit suspensio ex tunc. Imò & in tantum cessare crederem, quod quantumuis in sententia diffinitiua iudex syndicator condemnauerit officialem propter culpam probatam in suspensione officij per tempus aliquod, si ab hac appellauerit sententia, suspensus poterit interim officium exercere: nam prima suspensio, vt diximus, expirauit: secunda verò per appellationem fuit suspensa, *argumen. text. in l. 1. §. si decurio. & per totum titulum ff. nil nouar. app. pend.* Igitur officium exercere poterit. Præsertim cum *secundum Abb. in cap. sæpe, numer. 16. de appellatio.* tentari potest, quod etiam in spiritualibus suspensio inflicta alicui in pœnam † suspendatur per appellationem ab ea interpositam. Et tenere istud dictum Abbatis non esset sacrilegium, *vt inquit Præposi. in c. pastoralu §. verum, num. 16. fol. 59. extra de appellationibus.* Sed quoniam tutior est eligenda via, *secundum eun. Abb. in d. §. verum, num. 12.* facitque contra istud nouum dictum Abbatis generalitas, tex. *in cap. is cui. de senten. ex communicatio. in 6* cautè procedendum est cum Abbatis dicto. Vrget tamen multum pro hac nostra opinione, & ampliatione, & faciunt dicta *in l. 12. glo. 1. tit. 5. supra isto lib. & in l. 2. glo. esten. supra isto titulo.* Vbi videtur tex. pro ijs considerationibus, quas iuridicas credo, aliter enim esset talem officialem pendente sua appellatione à possessione sui officij, vel quasi priuare, quantumuis Auenda. *capit. 19. prætorum, num. 25. in fine lib. primo,* velit aliud dicere, fundans se solum dispositione nostri text. qui *vt diximus* nihil facit, cum suspensio eius ad sententiam vsque diffinitiuam duret, & statim ea lata restitutio officij facta censeatur, & suspensio noua per appellationem suspendatur. Nisi ipsum Auenda. intelligamus locutum, quoties officio finito, syndicatus assumitur ipsius finiti officij: secus verò cum completo syndicatu est idem officium duraturum. Nam tunc nostram contra illam Auendañi opinionem tenendam iudico: *quam voluit meo videre tenere Auiles, hic sub cap. 7. syndicatus, verbo, suspenda.* Ex quo in ijs notandum est, quod quamuis aliàs accusatus de crimine non debeat pendente cognitione suspendi ab officio, *l. reo, & l. quamuis ff. de solutio.* suspenditur tamen, qui accusatur de crimine in officio commisso, *ex l. quod si forte, ad fi. & ibi Bart. ff. de solutio. & §. si quis instit. de suspec. tut. notat Tiraquel. de pœnis temperan. causa quinquagesima octaua, numero quinto.* Imo & tunc non pro qualibet culpa esset suspendendus, sed pro graui, *vt inquit additio. decisione trecentesima septuagesima, Capellæ Tolosanæ.* Idemque in alio quolibet in officio suspecto regulare est, vt in tutore, *secundum Bart. in l. libertus §. in quæstionibus ff. ad municip. & optimè per Franciscum Marcum, decisione Neap. sexcentesima quinquagesima quarta.* Et de tutore suspecto, vide *l. 3. tit. 18. part. 6. & 14.* Opiniones circa tutorem referebat Cassaneus *in consil. 60.* prout seipsum refert *in consuetud. Burg. rubri. 6. §. 1. verbo, & legitimè administratur.* De *lege decimaquinta*, diximus aliqua *in lege vigesimaquinta, supra titul. proximo*: & legem pœnam imponentem videbis *in l. 1. titul. sexto, libro septimo, infra*, ad quam lex nostra, ibi. *Las penas de la ley*, se refert.

4

IN LEGEM DECIMAM SEXTAM.

1 *Subditi Regis vel domini temporalis, an eorum mandato compelli possint bellum adire.*

2 *Aduocati speciali Regis mandato compelluntur bellum adire.*

SVMMARIVM.

Syndicatores tenentur inquirere de iniurijs, baraterijs, & alijs delictis factis, & perpetratis per extrahentes, & portantes onera mutuorum, gentem, vinum, panem, & alia victualia pro expeditione belli aduersus infideles, inquisitionemque, & informationem super ijs factam Regio consilio mittere.

DE SACAR GENTE. Sed an gens inuita extrahi potest ad bellandum, possuntq; subditi † compelli Regis mandato, vel Domini alterius temporalis, bellum adire, & in Dominis particularibus circa subditos, Auiles *in hoc cap. 9. iudicum syndicatus, in glo. 1.* vnam magnam distinctionem proponit quam per ipsum videre sufficiet. Circa Regem verò, aut quærimus de vassallis habentibus ab eo quitationem, terram aut pictantiam aliquam, *& de ijs videndus est totus titulus 4. lib. 6. infra*, aut de non habentibus. Et ij, si extra Regnum ad bellandum contra Turcas gens fieret, ad excludendum Turcas ipsos à suis terris, & dominijs non compellerentur, præsertim nobiles & aliæ similes personæ, nisi & hoc Regno maximè importaret, *vt patet ex l. 1. & sequent. titul. 23. part. 2.* Si tamen in nostro Regno rebellarentur aliqui contra Regem nostrum, vel inimici extranei Regnum nostrum inuaderent, & deprædarentur, omnes compelli possent contra rebelles arma capere, qui habiles & sufficientes ad ea exercenda extiterint, *vt probant optimæ. ll. 3. & 4. titu. 19. part. 2. quæ singulares sunt in materia.* Et sic cum anno. 1568. in fine eius, die natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, conuersi Regni Granatensis ex Maurorum progenie descendentes bella mouerent, & rebellati essent tam contra Regem nostrum, & Regnum,

1

Regnum, quam contra Ecclesiam fidem Catholicam deserentes, & Mahometicam sectam publicantes, templa violando, & destruendo, & Christianos occidendo, per schedulas Regias omnibus populorum correctoribus missas publico præconio bis moniti fuerunt nobiles Regni, vt vocarentur, prompti essent adire Granatæ Regnum pro expellenda illa pessima gente, & occidenda. Et ciuitates omnes milites expensis suis pro tempore certo miserunt: aliaque facta fuerunt & ordinata, quæ suo tempore per historiographos in lucem exibunt. Dubium tamen tunc temporis mihi euenit, num. *l. 7. tit. 4. lib. 6. infra attenta, eximente aduocatos ab onere bellũ adeundi & arma capiendi*, excusarentur ipsi aduocati, vt non tenerentur contra rebelles illos arma capere, & Regnum illud ad hoc adire virtute dictorum præconiorum publicè datorum ad Regis nostri mandatum? Et respondi, quod non
2 excusabantur, sed tenebantur, potius † *per text. in dict. l. 3. tit. 19. par. 2.* solum illos, qui bellare non possunt, in hoc casu eximentem: & exceptio illa firmat regulam in contrarium. Aduocati enim iuuenes nonnè arma mouere possent? igitur compellendi forent, & adire rebellionem tenebantur, eorum etenim res etiam vertebatur. Et ideò non esse excusandos asseruit glo. *de grandes, in ead. l. 3.* Neque hoc negat dict. l. 7. Sed solum iubet & prouidet, quod inuocationibus factis ad bellandum & Regnum defendendum, vel aliquam eius partem, non censeantur aduocati, & alij ibidem contenti vocati, cum & ipsi in officio suo militent, sed iussus particularis Regis necessarius sit. Qui siquidem particularis iussus notificatus ipsis aduocatis fuerit, in ipsorumque aduocatorum notitiam peruenerit, tenentur omnino obedire, & arma capere sicut aliæ particulares personæ, *secundum dict. l. 3. & dictam l. 7.* quarum vna per aliam venit declaranda, cum *ex dict. l. 7.* aduocatus excusetur bellum adire, tunc tantum cum alij vocantur, etiã si nobiles vocati sint. Adhuc enim tunc non cẽsentur vocati, non quia nobiles non sunt, sunt enim, sed quia vt nobiliores lex illa 7. voluit honorare, vt specialis iussus esset eis mittendus, vt venire ad bellum tenerentur. Misso tamen eis iussu tali, tenentur omnino, neque excusare se possunt, nisi infirmi vel senes essent, quia tunc excusantur, vt tales, per dictas leges. Est tamen verum quod si Rex, Regnum, vel patria esset in conflictu, vel periculo, non expectato dicto iussu tenerentur omnino occurrere tali necessitati, facto enim vocantur, sicut & verbo vocari possent, *vt inquit optima l. 4. tit. 19. part. 2. & facit l. 15. & 17. tit. 18. part. 2.* & an nobiles sanguine sub pœnis compellãtur ad bellum ire, an vero inuitandi sint, vide Otaloram, *secunda part. cap. 6. n. 5.* Omnia tamen hęc diuino auxilio sedata, & placata fuerunt, & sic nec fuit necesse nobiles vocati arma mouere, nec aduocati vocari.

IN LEGEM DECIMAM SEPTIMAM.

1 *Iudices syndicati an & quando apellare possint à condemnatione facta contra eos.*

2 *Intellectus l. nulli. C. quorum appell. non recipitur.*

3 *Appellatio à condemnatione in syndicatu facta an habeat, & quando suspensiuum effectum, & nu. 4.*

5 *Officialis syndicatus appellans, qualiter & quando se debet cum processu præsentare.*

SVMMARIVM.

Sententiæ prolatæ per iudices syndicatores contra iudices, & officiales syndicatos exequendæ sunt secundum tenorem, & formam nostri text.

APELE. Hic habes iam tex. expressum probantem quod à sententia lata in syndicatu † officialis condẽnatus potest appellare in- 1
distinctè in omni crimine & delicto etiam in officio commisso, siue condemnatio sit ciuilis, siuè criminalis. De quo anteà dubium erat, *vt patet ex dictis per Auiles cap. 9. iudicum syndicatus, verbo, apele, fo. 274.* Et quamuis etiam de iure ciuili idem tenendum erat tãquam verius, extabat tamen inter Doctores dissensio, quæ per tex. nostrum diffinitur: & dubitationi nullus iam relinquitur locus. Neque supradictis obstat, *l. nulli.* † *C. quorum appel. non recipi.* quæ in 2
contrarium imò quod appellari non posset, facere videbatur. Nam ille text. procedit, & loquitur cum iudex cognoscit de delictis suorum officialium inferiorum commissis in officio, quod gerunt, prout potest cognoscere, *secundum Auiles, d. cap. 9. prætorum, verbo, los castigue, fol. 134. & Auenda. c. 3. prætorum, num. 4. lib. 1. & Maranta in pract. pag. 137. in paruis nu. 160. & Puteum de syndicatu, verbo, potestas, c. 2.* non verò procedit text. ille in iudice syndicato per alium iudicem, quam eum, sub cuius potestate officium exercuit: quia tunc appellare potest: quem tex. ita intelligunt Doct. *ibi.* & Auiles *dict. cap. 9. synd. verbo, apele, fol. 274.* ex quo colliges differentiæ rationem, & idem asseruit Oroscius *in l. senatusconsulto, nu. 4. fol. 471. ff. de offi. præ. & Socin. in regula appellatio. fallen. 18.* Et hunc illius text. communem intellectum asserit Puteus, *vbi supra, verbo, appellatio. c. 1. num. 16. & 17. fol. 162.* quicquid Auend. *c. 2. præto. num. 10. in fine, & nu. 14. vers. & casu, fol. 28. lib. 1.* tenere voluerit, dum generaliter loquitur asserens *per tex. illum, in d. l. nulli*, esse statutum de iure communi, non licere iudici syndicato appellare, per quemcunque iudicem esset syndicatus. Fallitur enim & hallucinatur in illius tex. intellectu, & in Doctorum pro sua opinione allegatione: nam cotæ, quas pro se allegat, illum condemnant, si benè inspiciantur: tenent enim supradictum intellectum *ad d. l. nulli*, nisi ipsum Auend. intelligamus, sic etiam locutum esse, & hoc idem voluisse, cum secundum cotas, quas Doctor allegat, intelligẽdus sit, & secundum materiam, de qua loquitur.

Est ta-

Est tamen notandum quod quamuis appellare
3 liceat *ex tex. nostro*, hæc tamen appellatio † non habet effectum suspensiuum, sed tantum deuolutiuum. Et sic appellatione non obstante exequenda sententia condemnatoria, secundum legis nostræ tenorem & formam, & executione facta poterit ipse appellans prosequi appellationem & hoc nisi habeat Regiam prouisionē, *de qua supra in lege* 13. *huius tituli mentionem fecimus*. Et alios casus vbi appellare non licet saltim ad effectum suspensiuum executionis sententiæ, *vltra Soci. vbi supra*, ponit Auend. *capit.* 6. *præt. num.* 4. *lib.* 1. & Couarru. remissiuè *in pract. cap.* 23. *num.* 4. *&* 5. *cum sequent. aliquibus*. Et *in versic. secunda conclusio* inquit, quod si causa iusta
4 exprimatur in appellatione, etiam in illis † casibus admittetur appellatio, vel quando grauamen esset notorium, *secundum Hippo. in pract.* §. *secunda, numer.* 27. *&* *in* §. *sequens, numero* 43. Et dictos etiam casus vbi appellatio non suspendit executionem sententiæ vide *per l.* 13. *&* 16. *tit.* 23. *part.* 3. & Anto. Gom. *de delict. cap.* 13. *nu.* 31. *versi. quod tamen limita, vsque in finem*, & *nume.* 32. proponit quæstionem quandam in propositum eorum, & Didacus Perez *lib.* 4. *ordinam. col.* 1280. *in princ. &* 1293. *in princ.* refert alios doctores de ijs casibus tractantes. Ex quibus apparet ius nouum esse in lege nostra statutum circa executionem condemnationum in syndicatu impositarum, non obstante appellatione. Executione tamen facta licitum est appellationem prose-
5 qui: qualiterque tunc † debet se officialis appellans præsentare cum processu declarat lex nostra, traditque Matth. de Afflict. *decisio.* 79. & est similis text. *in l.* 10 *infra isto tit.* & termini præsentationis, *l.* 2. *tit.* 18. *in lib.* 4. *infra*, apponuntur, *& in dict. l.* 20.

Nombrar. Dum tamen non sit tabellio causę: penes eum enim depositum aliquod apponere non licet, *secundum tex. l.* 13. *tit.* 9. *infra isto libro.*

IN LEGEM DECIMAM OCTAVAM.

SVMMARIVM.

Syndicatores sese informare debent de contentis in nostro tex. num iudices syndicatui subiacentes vel eorum officiales peccauerint, vel deliquerint in eis, & inculpatum pœnis nostri text. condemnare debent.

ROPA, O POSADA SIN LA PAGAR. Similis text. vbi diximus *in l.* 8. *supr. tit. proximo.*

De alcaldias mayores. Contra tex. *in l.* 13. *tituli supra proxi.* idem prohibentem.

Demas de su salario. Similes *in l.* 1. *&* 8. *supra tit. proximo* vbi diximus.

Parte alguna de las setenas. Contra prohibitionem, text. *in l.* 11. *tituli supra proximi*, vbi diximus.

Si han visitado los terminos. Prout iubetur visitari *per text. in l.* 6. *supra titul. proximo* vbi diximus.

IN LEGEM DECIMAM NONAM.

SVMMARIVM.

Iudices syndicatores rationem capere pœnarum Regiæ cameræ applicatarum, super eisque diligentias nostri tex. obseruare tenentur.

TOME LAS CVENTAS. De hoc videnda est, *l.* 22. *&* 35. *supra, tit. proximo, & ibi dicta*, & quę per Auiles, *c.* 19. *syndicatus*, in huius tex. explanationem dicuntur.

La cuenta y razon. Nam officialis destinatus alicui ciuitati tenetur componere, & ordinare intra annum rationes officij sui, & eis collectis redire ad iudicem, qui misit eum, ostendens ei quod exegit, & quod residuum est, *secundum Puteum de syndicatu, verbo, redditio rationum, cap.* 1. *fol.* 392. *in paruis.*

IN LEGEM VIGESIMAM.

1 *Iudices syndicati ante lapsum dierum syndicatus recedere non possunt.*
2 *Processus syndicatus cuius expensis sit mittendus ad Regium consilium.*
3 *Iudex syndicator an posit mittere processum syndicatus originalem Regio consilio.*

SVMMARIVM.

Quid tenetur iudex termino residentiæ finito facere, quæque iura tabellio syndicatus capere posit: & pars appellans intra quantum tempus se præsentare tenetur, declarat lex nostra.

QVE LVEGO ACABADOS. Ponderandum est verbum, *luego*, quod est idem quod incontinenti, vel statim, prout *in l.* 11. *huius tituli, & libri* ponderaui. *in glos. recibieren*, ad hoc, quod lapsis triginta diebus, *per l.* 23. *infra isto tit.* assignatis syndicatui, nullo modo amplius examinari possunt testes aliqui, etiam si essent testes relatiui, & qui pro verificatione dicti alterius testis examinandi essent. Vlterius notabis, quod quamuis text. hic dicat, quod statim lapsis diebus residentiæ mittendus est processus secretæ syndicationis Regio consilio cum sententijs, & alijs in lege nostra contentis:

tentis: non est tamen ità acerbè intelligendum verbum, *luego*, cum acceleratione tali, quod nullus alius terminus sit expectandus, & quod omnino infra triginta dies sint ferendæ sententiæ syndicatus secretæ informationis. Nam & eis elapsis ferri poterunt, & pronuntiari sententiæ tales: illi enim triginta dies assignantur: vt subiaceant intra eos officiales syndicatui, neque eis durantibus egredi possint à populo. Illis tamen elapsis poterunt optimè, si aliud non obsistat, se
1 absentare. † Et sic quantum ad ipsos syndicandos officiales triginta illi dies assignantur: quantum ad iudicem verò syndicatorem non censetur terminus hic assignatus: ita quod intra & non extra eum culpas determinet. Poterit enim optimè triginta ijs diebus elapsis culpas ex secreta syndicatus informatione resultantes determinare, & sententiare. Quoad syndicatorem namque iudicem, non censetur syndicatus impletus per lapsum horum triginta dierum, sed per sententiarum pronuntiationem super syndicatu prolatarum, & earum executione facta. Et hoc vocat noster text. *acabados los dias de la residencia*: ante enim finita dici non potest. Aliter namque quomodo in tam breui tempore omnia nostri text. mandata compleri possent, dictionesque statim & in continenti cum moderamine intelligendæ sunt. Et arbitrio iudicis relinquitur quando dicetur statim, *secundum Abb. in capit. 1. de mut. peti. & in cap. veniens, el. 2. de testibus, & in capit. potuit, de locato, Speculat. in tit. de appellatio. § 6 post prin. Bal. in l. 2. C. de edicto diui Adri. tollen. Alex. in l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arma. Et ita in proposito voluit Auiles, c. 20. syndicatus, glos. 1. & voluit Bart. per text. ibi in l. 1. C. vt omnes iudi.* Et sic videmus quotidiè quod etiam lapsis triginta diebus syndicatui assignatis pronuntiatur sententia per iudices syndicatores, & executatur, *secundum tenorem legis supra proximæ*: neque mittitur statim Regio consilio, sed plures transeunt dies. Et aliquando prouisione Regia compellitur iudex syndicator mittere processum syndicatus secretæ informationis ad petitionem iudicis, & officialis syndicati. Et ita in effectu lex nostra est intelligenda: neque eius pœnam iucurrere credo iudicem syndicatorē, nisi prius iussu Regij consilij ei iubeatur, vt mittat syndicatus processum, vel à parte requiratur. Nam vbicunque venit aliqua pœna imponenda propter non administratam iustitiam intra certum terminum, tunc demum incurritur, si à parte intra illum terminum fuerit iudex requisitus, vt Deo volente dicemus, *in l. 1. glo. fin. tit. 17. lib. 4. infra.*

Embie la pesquisa. Et ibi. *A su costa.* Quomodo verba hæc sint intelligenda Auiles *in præsenti. dict. capit. 20. syndicatus, verbo, a su costa*, declarat, scilicet, quod non est intelligendum, vt ipse iudex syndicator suis expensis teneatur syndicatum transsumptare, sed tantum eius missio ex-
2 pensis suis sit facienda. † Transsumptio autem, & eius exemplum expensis publicis debet solui, & quod ita vtitur, & practicatur. Nam quamuis tabellioni huius residentiæ iura aliqua soluenda non sint, neque potest ea recipere, aliàs reddet ea, cum quadruplo: iura tamen, & expensæ debitæ pro transcribendo syndicatu soluenda sunt, solentque solui, de gastos de justicia, & condemnationibus extraordinarijs delinquentibus aliquibus impositis. Vel intelligi possunt verba hæc, & fortassis verius, quod in quantum noster text. cum acceleratione, & breuitate maxima iubet statim finitis diebus residentiæ processum ipsius mitti Regio consilio, quod mittendus sit originaliter, † non verò 3
transsumptiuè. Nam lex nostra si aliud vellet, expressisset. Et sicut quotidiè datur Regia prouisio, vt originaliter mittatur: ità & iudex ipse syndicator possit illum originaliter mittere, etiam si nulla ad hoc ei notificetur prouisio. Neque est inculpandus iudex hoc faciens: sed potius intentioni nostræ legis eum satisfacere credo. Neque obstant verba finalia nostri text. ibi. *Con todo lo que cerca dello ante el passare.* Nam hæc, sicut & processus originaliter mittenda sunt, neque hoc negat noster tex.

Sea tenudo de presentarse. Similis, *l. 27. supra eo.* tradit Auiles, *c. 21. syn. verbo, presente.*

De la ley. Quæ est 2. *tit. 18. lib. 4. infra.*

IN LEGEM VIgesimam primam.

SVMMARIVM.

Syndicandi etiam sunt syndicatores: iudicesq; omnes tenentur iuramenta præstare & facere, quæ per leges sunt declarata, in regioque consilio promittere debent se seruaturos capitula tituli præcedentis, si in curia tunc temporis præsentes fuerint: sed si absentes ab ea in locis, quibus mittuntur hæc iurabunt & promittent.

LO HAN DE HAZER ELLOS. Nam & ipsi syndicatores † syndicandi sunt, secundum 1
Amædeum Iustinum *de syndicatu, numer. 3.* quem voluit allegare Auiles *capit. 22. syndicatus, glos. 1.* Dicens ex illius dicto text. nostrum processisse.

Promessa y obligacion. Hæc secundum Auiles *cap. 23. syndicatus*, hodie non seruantur: sed tantum iurant illa, quæ describuntur *in l. 1. tituli supra proximi*, vbi diximus.

Si estuuieren presentes. Contrarium disponitur per l. primam, supra titul. proximo. Imò quod iuramenta hæc, & promissiones iudices præstare teneantur in Regio consilio, quantumuis à curia tunc tēporis abfuerint, *quod & probatur per l. 44. titul. 4. lib. 2. supra, quæ est nouior nostra.* Ideò illa, & non nostra, seruanda est, cum contrariæ sint, & ita denotat copilator nostræ recopilationis *in quadam additione marginali legis nostræ*, dum dicit videndam, *l. prima supra, tit. proxi-*

tit. proximo. Super qua *l. 1. & eius margine* licet corruptè dicitur videndam dict. l.44. quasi tanquam nouior sit in viridi obseruantia, quamuis Auiles *in proœmio capitulorum prætorum in glos. y hagays iuramento, in principio, & in fine,* velit legis nostræ dispositionem seruari, fallitur tamen, quia lex illa 44. tanquam nouior seruanda est, & lex illa 1. ei similis, nisi aliud ex permissu, & licentia Regis iubeatur.

IN LEGEM VIgesimam tertiam.

1 *Officialis iustitiæ an pro male gestis possit conueniri durante officio, & numer. sequent.*

2 *Iudex potest durante officio contra officialem suum cognoscere, & eum bannire. quamuis tunc & per syndicatorem syndicari possit, vel in propria patria conueniri, num.14.*

3 *Iudices temporales an durante officio possint alios conuenire.*

4 *Iudex syndicatus delinquens finito syndicatu, an coram ordinario loci possit conuenire, vel coram syndicatore.*

5 *Iudex si officium suum non petitum impartiatur, an tenebitur in syndicatu.*

6 *Iudex syndicatus an teneatur si potuit appellare pars, & non appellauit.*

7 *Iudex petenti denegans officium, iniuriam ei facit, & appellari potest.*

8 *Causa syndicatus an possit per procuratorem prosequi.*

9 *Iudex syndicandus fugiens habetur pro conuicto & confesso in petitis, per capturam tamen purgatur.*

10 *Officialis syndicatus si timore syndicationis fugiat an potestas teneatur eum exhibere.*

11 *Cautioni iuratoriæ iudicis syndicati an standum sit, & sufficiat eam dari.*

12 *Ius residentiæ præstandæ, neque per 30. annos iure ciuili præscribi potest.*

13 *Iudices iam tantum per 30. dies tenentur syndicatui subiacere, & stare.*

14 *Casus vbi lato & impleto syndicatu adhuc licet iudicem syndicatum conuenire.*

15 *Fideiussori de iudicato soluendo, etiam competit beneficium excussionis.*

16 *Fideiussor iudicis, nisi aliud dicatur non tenetur pro tempore prorogato iudici.*

SVMMARIVM.

Iudices syndicandi per 30. dies tenentur stare syndicatui illic vbi gesserunt officium: & id in assumptione officij ita tenentur iurare, præstareque fideiussiones de soluendis condemnationibus in syndicatu faciendis contra eos, quas quidem si non dederint, nullum eis soluendum est salarium.

SEGVN DERECHO. Etiam diuino, *prout supra in rubri. huius tituli, dictum est, & probatur ius hoc in l.6. tit.4. part.3. & in titu. C. vt omnes iudices.*

Desde que dexan y salen. Sed an & durante officio poterunt puniri de maleficijs gestis in eo? Et regula est quod non, † *prout probat text. in l. pars literarum, ff. de iudic. & in l. nec magistratibus, ff. de iniur. & ibi Doctor. & tradit Puteus, de syndicatu, verbo, durante officio, cap.1. & 2. fol.240.* Quę quidem regula pluribus modis limitatur per Socin. *in regula.206. magistratus,* & per Ias. *in l.2. ff. de in ius voc. nu.1.* & Abb. *in cap. legebatur, nu.3. de maiori. & obed. & per l.11. tit.1. par.7.* Et in summa dicendum est, quod si officiales iustitiæ sint de minoribus, quamuis temporales fuerint, & non perpetui possunt conueniri durante officio de male gestis in eo, *secundum text. in d.l. nec magistratibus.* Et sic iudex huius minoris officialis, qui in officio illo prępositus, poterit cognoscere contra hunc suum officialem † in officio delinquẽtem, & eum punire, *secundum Auendañ, cap.3. Prætor. n.4. in fin. lib.1. & Puteum, de syndicatu, verbo, potestas, c.2. & Auiles, cap.9. Prætor. verbo, los castigue, per tex. ibi fol.134. & Maran. in pract. pag. 337. in paruis, num.160. pro quo est text. in l.9. titu.6. supra isto lib.* Imò & quia iudices tenentur pro delictis officialium, quos secum duxerunt, si eos non exhibuerint, *vt suo loco, dictum remanet,* antequã fugiant tales officiales, solent eos capere, & punire, & si antequã capiãtur fugiunt, procedũt contra eos per banna, & edicta, *secundũ Amæd. de syndicatu, nu.197. & 260. & Catald. de syndic. q. 33. fol.16. & Bald. de syndica. nu.1.* Si autem tales officiales iustitiæ essent de maioribus temporalibus tamen, non possent conueniri durante officio pro male gestis in eo, *secundũ dicta iura,* nisi furtum barateriam, aut aliam committerẽt extorsionem, *secundum tex. & ibi Ang. in l. dantur. ff. ad l. Iuli. repet. tradit Catal. de syndic. q.30.* Imo & remoueri, tunc possent, *secundum Amæd. vbi sup. n.43. vbi n.42. optime hæc examinat, & declarat,* vel nisi esset actio tempore peritura, *secundũ supradictos Doctor. & Hippol. in pract. §.1. n.8.* Perpetui tamen officiales conueniri poterunt durãte officio, *secundum Paul. in l. qui seruum, n.4. fol.30. ff. de verborum oblig.* vel si ad beneplacitum sint prouisi, *secundum Put. vbi sup. d. verbo, durante officio, ca.1. num.1. & ibi addition.* Audiui tamen Regia schedula prouisum, vel saltim si bene memini in Regio determinatum consilio, posse iudices quoslibet etiam durante officio conueniri de male gestis in eo. Nondum vidi tamen similem schedulam, neq; mandatum. Est tamen quæstionis, num è contrario iudices ipsi temporales † durãte officio poterunt alios conuenire? Et dicendũ est quod non, *secundum tex. in d. l. pars literarum, & ibi Doctor. ff. de iudi.* Poterunt tamen tunc iura sua cedere alicui, *secundum Put. vbi supra, d. c.1. numero 2. fol.239. in paruis.* Nam nisi iura cedat,

1 2 3

cedat, neque executionem instrumenti petere poterunt, *secundum Suarez l. post rem vers. circa iudicem, num.29 pag.356. de re iudi.* Et an si potestas conueniatur, respectu sui debiti, conueniri poterit coram syndicatoribus, tradit Put. *vbi sup. verbo, iudices ad syndicatum qui sint, ca.2. num.20. fol.* 133. vbi *& n.8. fol.*131. quærit, an si finito tẽpore syndicatus, officialis syndicatus delinquat, pro
4 illo delicto† conueniatur corã syndicatoribus, an vero corã ordinario iudice. Quæ quidẽ duæ quæstiones posteriores in nostro Regno locum non habent; nam, qui est syndicator, est & iudex ordinarius loci. Et quamuis in anno.1566. inceptum fuit, mitti ad populos iudices syndicatores, & in simul alios in iudices ordinarios: tamen quia apparuit esse potius populis damnosum quam vtile, omissum fuit, & sic in posterum syndicator est itidem ordinarius.

Daños. Sed an si officium suum non petitum
5 † iudex non impartiatur, tenebitur in syndicatu, & Auil. *c.1. prætor. gl. fiel, nu.35. fol.*31. inquit quod in ciuilibus non tenetur, etiam si lædat, quasi secus esse velit in criminalibus. Quæ quidem distinctio mihi non placet, vtpotè congrua ratio differentiæ dari non potest, causaque magnæ quantitatis criminali æquiparatur. Ideò placet potius distinctio Franc. de Ripa, *in l.4.§. hoc autem iudicium, nu. 4. ff. de damn. infe.* scilicet, quod in casibus in quibus iudex tenetur impartiri officium suum etiã non petitum, si non impartitus fuerit tenebitur in syndicatu: aliter vero non tenebitur si non petatur, etiam si non impartitus fuerit. Quid tamẽ erit si pars potuit ap-
6 pellare, & nõ appellauit † à sentẽtia condemnatoria, vel à denegato, vel non impartito officio in casibus vbi impartiendum erat, an excusabitur iudex in syndicatu, vel poterit conueniri ad damni resartionem ex hoc euenientis, tangit Abb. *in c. sæpè, nu.17. de appellat.* & Auil. *c.1. præt. verbo, a las partes, num.9. fol.42.* & melius, & clarius Auend. *respons.11. per totum*, vbi & quid si expresse renuntietur appellationi, & quę vtantur in Francia circa hoc videndus est Rebuf. *in 3. tom. constit. Fran. tit. de appell. in præfatione, num.24.* Et habes notare quod si officium petitum iudex denegat impartiri, † iniuriam facit petenti, &
7 appellari potest, *secundum Ripam, vbi supra, num.* 87. *&* Rebuf. *in tracta. de nomina. q.7. num.9.*

Y dexauan procurador. Sed nonnè & hodiè licet causam syndicatus per procuratorem prosequi
8 † & agere, & licet, *secundum tex. in l.12 tit.5. par.3. & l.135. styli*, etiam si officialis syndicatus sit pręsens in loco debet se defendere per seipsum, & non per procuratorem. Hoc tamen procedere intelligerem in causis criminalibus. In quibus etiam si ad vocitum Regis abfuerit, adhuc tenetur personaliter comparere, *secundum Matth. Afflict. in constit. Sicil. lib.1. rub.92. nu.12.* Nam in ciuilibus non constituerem peioris conditionis quàm alium quemlibet particularem in lite sua ciuili, sed potius per procuratorẽ defendi posse crederem, cũ & per leges nostrę recopilationis generaliter cuilibet permittitur in ciuilibus audiri per procuratorem, *vt patet ex l.1.2. & 3. tit.2. lib.4. infra.* Quamuis & tunc non licet tali iudici syndicato à loco recedere, nisi lapsis 30. diebus syndicatui assignatis, *secundũ tex. hic prout & voluit Auil. c.3. syndicatus, glo.1. nu.18.* Et sic intelliges *l.3. in fin. tit.9. infra eod. lib.* dicentem per procuratorem audiri syndicatum: & sic casus appositi *per gl. ellos, in l.6. tit. 4. p.3.* vbi audiebatur per procuratorẽ iudex syndicatus, in syndicatu ipso non sunt necessarij, in casu tamẽ quo essent, notandi sunt casus illi, & in super quod si admitteretur talis iudicis procurator, & nõ contradiceretur non esset processus nullus, ex tex. *in l. fi. tit.* 17. *infra li.4.* Vbi etiam si substantialia omittantur parte non contradicente, non datur nullitas in actis.

Se fuessen. Qui quidem iudices, vel officiales eorum, aut aliquis ex eis, si fugerent tẽpore, quo syndicatui subiacebant, non solum possunt contra tales fugientes querela & furta, & barateriæ probari per iuramenta proponentium ea, verũ & habentur in omnibus contra eos petitis pro conuictis & confessis, † *vt ex tex. & ibi Bar. in l.* 9
consilia. C. de assessor. & domes. & in l. lege Cornelia. ff. ad Syllanian. Quæ iura ad hoc allegat Auiles c.1. prætor. verbo, dadiuas, n.17. cum pluribus seqq. vbi & hoc limitat, & Pur. de syndica. in verbo, fuga officialis c.1. & 2. & alij allegati per Dida. Per. in l.6. tit. 16 lib.2. ordin. col. 625. *Cum sequent. in propositum bene distinguit, ipsum allegare sufficiet.* Sed si post fugam iudex, vel officialis syndicatus fugiẽs redeat, nulla probatio ex fuga inducitur, etiam si inuitus, & non sponte reducatur, *secundum Auiles, vbi supr. nu.23.* Et an si officialis syndicatus fugiat timore
† iudicis syndicantis pluries dicentis, quod eum 10
volebat suspẽdere, seu verberare pro barateriis, & furtis, teneatur potestas eum exhibere, vide eundem Auiles, *cap.4. Prætorum, verbo, entregar, num.17. fol.111.*

Presos. Et tex. *hic* cessat iam quæstio illa per Doctor. tacta *maximè per Bal. in tract. syndicatus, nu.6. Put. de syndic. verbo, fideiussor officialium cap.1. nu.1. fol,256. & Amæd. de syndic. n.206. & Cacaldi. de syndic. q.* 292. qui quærebant, an staretur iudicis iuratoriæ cautioni, si fideiussores nõ poterat reperire, & dicebant quod sic. Per nostrã tamen legem si fideiussores hos nõ præstabat de stando syndicatui per terminum iuris incarcerabatur: & hoc tempore illo, in quo fideiussores ij præstabantur finito iam officio: & sic in principio assumendi syndicatus. Hodiè tamẽ cum *per l.13. tit.5. supra isto libro* fideiussores ij prestandi sint statim recepto officio & admisso eo ad illud exercendum sub pœna amissionis salarij, cessat dicta quæstio, & per cõsequens captura, *de qua in præsenti.* Posset tamen, & adhuc nunc verificari quęstionis dictę propositio, quotiescunque in causa contra iudicẽ in syndicatu agitata, ex aliqua noua & iusta ratione fideiussiones prestãdæ essent. Dubitari enim tunc posset an si fideiussiones has iudex non prestiterit, incarcerari possit, vel standum esset suę iuratoriæ cautioni. Et in hoc iure omni dicendum crederem, quod si pro graui crimine accusaretur, & pro quo † veniret 11
corporalis pœna imponenda: etiam si tunc daremus casum, in pro propter aliquã causam esset sub fideiussore relaxandus, non staretur suæ iuratoriæ cautioni, *secundũ Auil. c.3. iudicum syndicatus, verbo, pregonar, nu.1. fol.266.* Si tamen ciuiles & sic pecuniaria pœna veniret imponenda: tunc cum non teneatur, nisi in quantum facere po-

cere potest, *secundum Put. de syndicatu, verbo, iudices ad syndicatum qui sint c. 2. nu. 19. fol. 133.* non incarcerabitur, etiam si fideiussiones non præstet, sed eius iuratoriæ cautioni stabitur. Nam *secundum § sed hodiè, iusti. de satisdatio. & auth. generaliter C. de Episc. & cler. & l. 41. tit. 2. par. 3. quæ ad hoc allegat Suar. in tit. de los emplazamientos in euidentialibus, nu. 6. & 7. & in versic. sed attende. n. 7. 8. & 9. pag. 400.* iuratoriæ cautioni standum est, cum fideiussor reperiri non potest, *& tenet August. Dulcet. de syndica. n. 20.* Et hæc in iudice, vel in alijs personis qui non tenentur, nisi in quantũ facere possunt, in alijs vero obligatis de iure, aut ex pacto præstare fideiussores in causa aliqua, puta, quia immobilia non possident, si nõ præstiterint eos, incarcerabuntur, *secundum l. Tauri, & gl. in d. l. 41.* Quoad vero attinet ad fideiussiones præstandas de stando syndicatui omnino, *ex tex. nostro, & ex dictis iuribus*, prestandę sunt: neque iuratoria sufficiet cautio, *ex dictis per Rebuf. in 1. tomo, constit. Fran. tit. de senten. executo. art. 1. glos. 16. numero 28. cum sequent. aliquibus, & ex dicendis in l. fin. tit. 21. lib. 4. infra in gloss. sea preso.*

A los lugares. In loco enim peracti officij, administrationis ratio reddenda est, & si ibidem non reperitur, *ibi*, debet remitti, *secundum text. & ibi Bald. & Doctor. in l. 1. C. Vbi de ratiocinijs agi oportet.*

Dentro de vn año. Ipsum tamen ius dandi syndicatum, neque per 40. annos præscribi potest, *secundum glos. ellos, in d. l. 6. tit. 4. part. 3. & Auil. c. 3. syndicatus, numero decimo, de iure ciuili.* Neq; per hęc verba censeo hoc tempus ad annum restrictum, cum relatiua tantũ sint: non vero dispositiua, de quo tamen necesse non est disputare, quoniam antequam à loco iudices recedant, syndicantur.

Treinta dias. Ex *l. 1. C. vt omnes iudi. & l. 6. titu. 4. par. 3.* quinquaginta dies syndicatui assignabãtur, *prout & dicebat Bal. de syndicatu, numero 3. & Auil. c. 3. syndicatus, numero 13. folio 265.* Hodiè tamẽ triginta dies † *per text. nostrum*, assignãtur. Et hæc est 13
cõmunis practica in toto nostro Regno, tẽpusq; istud nullo modo licet syndicatoribus prolongare, neque minuere, *vt diximus in l. 11. glos. 1. supra isto titu.* Sic & Athenis magistratus Logisthæ magistratu functi intra dies triginta, quod magistratu decessissent, administrationis rationem reddebant, *secundum Simanca. de instit. Catholi. titul. de ministris, & eorum officijs, numero 27.*

Y no mas. Adeò, vt illis 30. diebus elapsis, neque in propria patria iudex & officiales syndicati conueniri possint pro gestis in officio illo: dum tamẽ in præconio talis syndicatus præstandi seruata fuerit cautela illa, *de qua diximus in l. 10. verbo, pregonar, supra isto titu.* Vel quia in sententia super syndicatu lata ita declaratum sit: quia tunc neque in propria poterunt conueniri patria, *secundum Abb. dicentem, ita fuisse obtentũ in cap. penult. nu. 13. de iudi. & Auendaño, respons. 3. conclus. 5. & Auiles, cap. 3. syndicatus glos. 1. n. 8 & 10. & Puteum de syndicatu, verbo, iudices ad syndicatum qui sint, cap. 2. num. 13. fol. 132. & iterum in verbo, officialis, el. 2. cap. 1. num. 1. & ibi eius additio. litera A. fol. 137. & 138. & Bald. de syndic. q. 4. fol. 3. & Cataldin. de syndicatu. numero 184. q. 190. & voluit Cœpola, cautela. 214.* Et sic debet intelligi, quod ipsemet Cataldin. dixit, *vbi supra, numero 41. q. 69.* & Amæd. *de syndicat. numero 178.* & Didic. Per. *in d. l. 6. tit. 16. lib. 2. ordi.* allegando Bart. tenentem, quod etiam post syndicatum poterant in propria patria conueniri iudices semel syndicati. Nam illud procedere posset, quotiescunque nullum proclama factum est cum comminatione, & cautela, *de qua in d. l. 10. diximus*: secus vero aliàs. Quia tunc data dicta cautela, neque in patria conueniri possent, syndicati iudices pro male gestis in officio, quamuis pro debito † extra officij administrationẽ con- 14
tracto, optime poterunt in patria cõueniri lapso syndicatu, quantumcunque præconium cum dicta cautela esset datum, *secundum Amædeum, vbi supra, numero 69.* Nisi *vt diximus in d. l. 10. in gl. pregonar*; etiam pro debitis extra officium contractis esset præconium, & proclama datum cum comminatione illa. Item & secundo poterit iudex syndicatus in patria sua conueniri etiam dicto præconio dato, pro delicto extra officium commisso durante tamen iure actionẽ, vel accusationem intentandi, & nondum præscripto, *secundum Puteum de syndicatu, verbo, officialis 2. cap. 1. num. 1. fol. 137.* cum tantum pro delictis in officio non vero extra commissis syndicentur. Tertio poterit semel syndicatus officialis cõueniri, imò & resyndicari, quoties à iudice, qui eum in officio præposuit, syndicatus est. Nam tunc in patria conueniri ille officialis poterit, etiam pro male gestis in officio, si per syndicatorem generalem missum ad eum, & alios syndicandos officiales non resyndicatus sit, *secundum Suarez l. post. rem. versic. circa iudicem, numero 31. pag. 356. & Puteum de syndicatu, verbo, bannum numero 1.* Et an mortuo correctore ciuitatis, possit inquisitio formari contra eius hæredes, videndus est Auenda. *Responso. 3. per totum.*

Legas, llanas, y abonadas. Et sic non sufficiet iuratoria cautio, *secundum quod dicemus, in l. fin. in glo. sea preso, tit. de las entregras, infra lib. 4. & iam supra diximus.*

De fazer residencia, y pagar lo juzgado y sentenciado. Similis est text. *in l. 2. tit. 9. infra isto lib.* & in ijs verbis habes notare formam, & modum capiẽdi fideiussiones à correctoribus & iudicibus in ingressu officij præstandas, *quod est optimum ad. l. 13. & ibi dicta per nos, tit. 3. supra isto lib.* Dubitari tamen potest num fideiussionis huius forma hac attenta poterunt, secundum eam se obligantes fideiussores conueniri etiam nulla præuia excussione in bonis ipsorum iudicum? Et dicendum videtur, quod excussio etiam hoc in casu requiratur. Nam & fideiussori de iudicato soluendo † competit excussionis beneficium; sicut & cui- 15
liber alij, *secundum Suar. in tit. de los emplazamientos, versic. quæritur vlterius, nu. 13. pag. 398.* etiam si omni legum auxilio renunciet talis fideiussor, *secũdum Dec. in l. fin. num. 8. & 9. ff. si cert. petatur.* Imò, & quantumuis in hac nostra materia renuntiaret fideiussor hic bneficio excussionis adhuc non tenetur, nisi excussione facta: nam talis censetur fideiussor indemnitatis: qui etsi renunciet excussionis remedio non potest ante excussionem factam conueniri, *vt diximus in d. l. 13.* etiã si iurata esset talis fideiussio, quoniam iuramentum non alterat naturam contractus, super quo interponitur, *prout tenet Ias. in l. si ego, numero 2. ff. si cert. peta. & in d. l. 13. diximus.* Et ideo nullum sufficiens reme-

remedium præberi posse videtur, vt fideiussor talis conueniatur ante iudicem, & bona eius excussa. Et de rigore iuris ita esse tenendum videtur. Ex lege tamẽ nostra in ijs verbis aliud video practicari, scilicet, quod condemnantur fideiussores hi iudicum obligati de iudicato soluendo in syndicatu contra iudices pro quibus fideiusserunt, si in scriptura fideiussionis renuntiauerunt beneficio excussionis, & fideiussorum, & alijs quę quotidie fideiussores contractus renunciare solent. Tunc enim nulla iam requiritur excussio, quia verè non sunt fideiussores indemnitatis, sed de iudicato soluẽdo. Et hoc præsertim procedit, si omni altero legum auxilio renuntiauerint, *vt inquit nouissimè conciuis noster doctor Guterrius in suo perutili tractat. de iuramento confir. 1. part. cap. 23. num. 24. & 25. inquit ita vidisse iudicari.* Et ipse etiam vidi, si bene memini, & quotidie videmus, maximè si iudices sunt absentes. Et sic fideiussiones hæ ample, & late formandæ sunt. Insuperque non solum pro tempore assignato in prouisione officiorum, verum etiam pro alio quolibet tempore prorogato. Nam si sic non fieret, non tenerentur fideiussores pro termino prorogato, *secundum Auend. capite 2. præter. nu. 16. in princ. lib. 1.*

IN LEGEM VIGESIMAM-quintam.

SVMMARIVM.

Iudices syndicatores inquirere tenentur, num ex negotiationibus ciuitatis, vel oppidi rectorum negotiationes exercẽtium inconuenientia aliqua resultent, vt Regium Consilium de illis certioretur.

TRATANTES. Et sic si damna Reip. non obueniant, poterunt Rectores ciuitatum, & oppidorum negotiare, dum tamen non sint regatarij, & reuenditores rerum comestibilium, & sustentationum. Hæc n. sub pœna priuationis officij exercere non possunt, *secundum text. in l. 20. titulo 3. libro 3. infra*, alia verò negotiationum genera non videmus eis specifice prohibita, sed tantum iussum, *per text. hic, & d. l. vigesimam*, vt inquirant iudices, quæ damna & inconuenientia resultent ex ijs Rectorum negotiationibus, vt Regium consilium certioretur, & remedium adhibeat. Hanc tamen Inquisitionem, vsque hodie nondum vidi, neq; audiui factam. Et ideò lege cauendum esset expresse, ne Rectores ciuitatum essent negotiatores aliquo modo: nam damna & inconuenientia ex contrario vsu resultantia patent ad oculum. Nam si negotiationem, vel mercantiam boum, arietum, caprarum, vel porcorum, vel quid simile exercent, quæ prata, quas defensas, & montes publicos non deuastabunt? Quis custos eorum denuntiare audebit? mortiferosque boues, & oues, arietes, & similia animalia, in vecarijs publicis vendere procurabunt, ne res sua minuatur, aut perdatur in totum: & de damnis non curabunt ab alienis animalibus factis & perpetratis, ne & suorum animalium damna patefiant. Ideoque rectores ab omni negotiatione liberi, & immunes esse deberent, & lege expressa sic caueri. Multi enim, ni fallor, has emunt rectorias, vt publicis vti possint securè, & ad libitum, & rebus ciuitatis in vtilitatem suam conuersis lucra ex inde capere. Et ideò non sine causa, *per l. 4. & 9. titulo 10. libro 9. infra* prohibetur, ne rectores conductores sint redditiuum Regis, & *per l. 3. titulo 5. libro 7.* ad redditus ciuitatum extensum est, vbi rectores sunt.

IN LEGEM VIGESIMAM-sextam.

SVMMARIVM.

In locis exemptis à iurisdictione ciuitatis & oppidi alicuius, si aliud per priuilegium exemptionis non declaratur, Rex mittit iudices syndicatores, qui syndicent ordinarios iudices illius loci exempti.

DE otra iurisdicion. Et sic lex nostra intelligenda est in locis & vicis exemptis à iurisdictione ciuitatis, cui subdita erant: non vero loquitur cum populus aliquis emptus fuit, vel donatus à Rege domino alicui particulari, & eius iurisdictioni, quia tunc ipse dominus loci mittit iudices hos, syndicatores, *prout supra in hoc titulo diximus.* Et sic in villa *de la Serradilla*, quæ erat subiecta huic Placentiæ ciuitati, & vicini villæ illius se exemerunt, & libertarunt à subiectione hac, per priuilegium emptionis. Fuit cõcessum huic ciuitati, vt omni anno iudex eius per certos dies posset adire villam illam ad syndicandos eiusdem villæ officiales, quod secus factum est in alijs vicis venditis particularibus personis.

IN LEGEM VIGESIMAM septimam.

1 Thesaurarij & depositarij multum solent partes vexare & in quibus, numero 1.

SVMMARIVM.

Iudices syndicatores syndicare etiam debent thesaurarios gabellarum & depositarios generales populorum.

IBI, *Mandamos*. Salubris est, ac necessaria dispositio, & cum maxima diligentia esset hæc syndicatio capienda, thesaurarij enim & depositarij ij maxime solent partes vexare, † in solutione redditiuum & rerum eis debitarum, tam in dilatione, quam in xeniorum, & munerum petitione, & in solutorum munerum qualitate: solent enim in infima soluere 1

moneta,

moneta, & in peiori, vt miseri creditores ijs oneribus affecti, vel desinant recuperare, vel aliquid eis expendant, vt in bona auri, aut argenti moneta, debita eis soluantur: Quod si hæc facientes aliter punirentur, fortassis alij ab ijs molestijs & vexationibus cessarent, & abstinerent se, sed leges optimæ sunt earum autem executores pessimi & pigri.

TITVLVS NONVS.

De los Alcaldes, ordinarios y Delegados.

1 *Verbo, ordinarios, comprehenditur iudex inferior certo loco præfectus.*
2 *Territorium non requiritur adesse iurisdictionis. Et numero tertio, quod sint iudicum genera.*
4 *Ordinarius, an delegare possit, cum sequentibus aliquibus, & numero quinto, limitatur.*
6 *Magistratus tantũ dicitur iudex ordinarius, non vero delegatus.*
7 *Delegati iudices qui dicuntur.*
8 *Delegatus solum vsum iurisdictionis habet, & num. sequenti.*
9 *In ordinario radix, proprietasq; iurisdictionis adest.*
10 *Differentiæ inter ordinarium & delegatum iudicem.*
11 *Delegatus, an subdelegare poterit, cum sequentibus aliquibus.*
12 *Subdelegatus delegati à principe solum nudum testium examen subdelegat.*
13 *Delegatus Principis, an subdelegabit cum clausula simpliciter & de plano.*
14 *Delegatus ad vniuersitatem causarum an subdelegare poterit.*
15 *Delegatus legati à latere, an delegare poterit, & sequent.*
16 *Delegatus à lege subdelegare potest.*
17 *Delegata, an ordinaria concessa sit iurisdictio, quomodo cognoscetur.*
18 *Ordinario si detur iurisdictio in causa, an sit ordinaria vel delegata.*
19 *Delegatus inferioris à Principe, an subdelegare possit.*
20 *Delegatus à Principe, an possit causas criminales subdelegare.*
21 *Iurisdictio ordinarij, vel delegati à Principe quæ firmior sit.*
22 *Iurisdictionis appellatione, an veniat ordinaria.*
23 *Delegatus Principis, vel ad vniuersitatem causarum, an iterum iudicabunt si nulliter sententient.*

SVMMARIVM.

Cum superioribus titulis dictum sit de instructione iudicum & correctorum ciuitatum, & populorum & eorum syndicatoribus, nunc verò immediatè sequitur noster titulus ad declarãdum qui possint esse iudices ordinarij, & quis eos eligat & creet, & alia eis incumbentia declarat titulus noster.

ORDINARIOS. Et qui sunt ij, *infra in l.1.in glos.perque, huius tituli* dicemus. Notandum est vltra *ibidem* dicenda per hoc verbum, *ordinarios*, nedum includi habentem iurisdictionem cum territorio, † sed etiam inferiorem præfectum certo loco, vel personis, secundum tex.*in cap.post cessionem, de probat.* vbi hoc notat Felin. *in primis verbis*, allegando ad hoc etiam text.*cum glos.2.in cap.ordinarij de offic.ordin. in* 6. vbi inquit, Doctores notare, in materia adaptabili verbum, ordinario, comprehendere inferiorem Episcopo, neque mirum esse hoc, quoniam ad esse iurisdictionis non requiritur omnino territorium † *secũdum Bald.in l.1.§.cum vrbem circa medium ff.de offi.præfecti. vrb.* iurisdictio enim sine territorio esse potest, *secundum Boër. decis.* 227. *numero* 2. *fol.* 12. *part.* 2. Probaturque hoc *ex rubrica nostra, & eius legibus*, quæ quidem cum de iudicibus inferioribus etiam loquantur populis quibuslibet præfectis, eos ordinarios, vocant, potestque iudex inferior vni tantum villæ territorio carenti prouideri, & nihilominus ordinarius vocatur, licet & alij sint, qui ordinarij vocantur, *de quibus traditur in l.* 1. *tit.* 4. *par.* 3. quasi per hos ordinarios demonstrentur, *secundũ illam l.* 1. homines positi ordinariè ad exercenda officia in eos, quos iudicare debent, vnusquisque eorum in foro & iurisdictione sibi commissa. Et quot sint iudicum genera: † tradit Bonifacius, *in sua peregrina legum Partitarum, verbo, iudex q.2.fol. mihi.* 260. *& ibi gloss. & Alciat. in rubr. de officia. ordina.* Et an ordinarius delegare possit † causam aliquam? Pro regula traditum est, posse delegare

1 2 3 4

causam ad suam iurisdictionem pertinentem, *secundum text. in l. 3. infra isto tit. & libr. text. & ibi notat Ias. numero 2. in l. à iudice. C. de iudi. l. 17. tit. 4. part. 3.* Quæ quidem regula intelligenda est, *secundum glos. in l. 1. ff. de offic. eius cui man. est iur. quam ibi omnes sequuntur teste Oroscio, ibi verbo, transferuntur*
5 *col.* 49. Nisi sit causa meri † & misti Imperij: quia illa delegari non potest per ordinarium, prout regia, l. 18. *tit.* 4. *par.* 3. probatur. Idque communiter verum esse ait Oroscius, *vbi supra* siue specialiter, siue generaliter iurisdictio mandata sit, quasi in ijs causis videatur electa industria personæ. Et hoc verum, & procedit, nisi in casibus propositis per eundem Oroscium, *vbi supra*, & text. *in d. l.* 18. vbi etiã causæ meri & misti Imperij delegari possunt. Notandum etiam est, quod
6 Magistratus † tantum dicitur iudex ordinarius, non vero delegatus, *secundum Alexand. in l. cum qui, numero* 1. *ff. de iur. omni. iudic. ex text. ibi, & ex l. more. ff. iurisd. omni. iudic. hoc notantem.*

7 *Delegados.* Et ij tales dicuntur † quibus à Principe, vel ab ordinatio, vel ab ipsius Principis delegato causa committitur aliqua, vicem gerentes delegantis, & proprium nihil habentes, *l.* 1. §. *qui mandatam ff. de offic. eius, cui man. est iur. quem ad hoc allegat Maranta, in pract.* 4. *part. dist.* 5. *num.* 4. *pag.* 118 *in paruis.* Quam diffinitionem declara, & prosequere, vt per Alex. *in rub. ff. de offi. eius cui man. est iur.* quẽ allegat Alciat. *in prin. rubricæ extra de offic. ordi. numero* 6. Delegatus enim, *secundum*
8 *Maran. ibi* solum vsum iurisdictionis † delegantis habet, & nihil proprium quoad iurisdictionem. Nam *secundum Angel. in l. more. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, quem ibi recentiores sequuntur teste Iason, & Decio, col.* 2. *ibidem* in ordinario radix
9 † proprietasque iurisdictionis adest, quam abdicare à se non potest, *l. pen. ff. de offic. præsi.* In delegata verò eius vsum tantum & exercitium, ac proinde, vt neque vsuarium ab vsuario, *vt in l.* 2. § 1. *ff. de vsu & habit.* sic neque subdelegatus à delegato constitui potest. Imò & sicut Angel. *vbi supra* delegatum vsuario æquiparat, sic & alij commodatario, aut cessionario delegatum assimilant, imò & procuratori: *prout optimè hæc consideraui Oroscius in d. l. more maiorum, in glo. fin. ff. de iurisd. omni. iudic. per tex. in l. & quia, eiusdem tituli.*
10 Pluresque differentiæ † inter ordinarium & delegatum referuntur per Marant. *in pract.* 4. *par. dist.* 5. *numero* 4. *cum sequent. aliquibus.* Sed an sicut ordinarius delegat, *vt in gl. supra proxima diximus,*
11 sic & delegatus † subdelegare poterit? Et dicendum est veram & cõmunem esse distinctionem, scilicet, quod si delegatus est à Principe, optimè subdelegare potest, *secundum tex. in l. à iudice. C. de iudi. tex. in l.* 19. *tit.* 4. *par.* 3. Idque verum dicerem quoties Princeps cõmittit causam per verbum, mandamus: secus si per verbum, iubemus, vel præcipimus, *secundum glo. in l. sæpè ff. de offi. procur. Cæsar. quam non esse alibi alia allegando inquit Ias. in l.* 2. *numero* 1. *C. communia de legat.* Quod tamen nisi Latino sermone Princeps vtatur, difficulter verificari poterit. Subdelegatus tamen subdelegari à Principe alium subdelegare non poterit, vt sit delegationibus finis, *l. fin. C. de sacrosan. eccles. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod int. profer. vbi Rebuf.* 1. *notabil. numero* 22. *pag.* 357. *ita notat, & est communis, secundum Zasi. in l. & quia, numero* 30. *Claudi. col.* 7. *Caccialup. num.* 13. *ff. de iur. omni. iudi. tenet glo. in cap. super quæstionum* §. *porrò, extra. de offic. deleg.* quamuis contrarium voluerit Fulgosius *in d. l. & quia, & Ias. in d. l. à iudice.* Nisi dicamus opinionem Fulgosij, & Ias. procedere posse cum sola nuda
12 examinatio testium † subdelegatur. Tunc enim optimè fieri poterit, *secundum Rebuf. vbi supra, numero* 25. *& Orosc. super ff. vet. col.* 561. *& Auend. cap.* 1. *prætor. numero* 25. *versi. sed quid si à Principe, lib.* 1. *& additio. Capellæ Tolos. decis.* 12. licet contrarium velit Fel. *in cap. cum causam, numero* 20. *de testi. ex quadam Rotæ decisione per eũ allegata.* Imò & inquit Præposi. *in cap. cum causam, numero* 19. *de appellatio.* etiã illum, cui nuda commissio datur, posse subdelegare. Et sic videmus, quod isti iudices rurales, quibus per iudices ciuitatum, quibus subiecti sunt, datur aliqua commissio ad testes aliquos recipiendos, & examinandos in aliqua causa, vel articulo, nudam illorum testium examinationem tabellioni committunt, & subdelegant. Et hæc conclusio, quod delegatus à Principe subdelegare possit alijs ampliat, & limitat modis. Socinus *in l. more maiorum ff. de iur. omn. iudi.* & Ias. *in d. l. à iudice, & gl. pueden. in d. l.* 19. *tit.* 4. *part.* 3. vbi & vno modo ampliant dictam conclusionem. Sed an
13 Principis delegatus subdelegare † poterit cum clausula, simpliciter & de plano, tradit Orosc. *super ff. ver. col.* 433. *numero* 6. *&* 7. Sed num delegatus ad vniuersitatem causarum † subdelegare
14 poterit? Et dicendum est quod siue vniuersaliter, siue generaliter causæ delegentur alicui, poterit talis delegatus subdelegare, *secundum text. in l.* 1. §. *fin. ff. quis & à quo, gl. fin. in cap. is qui. de procurat. communis, secundum Dec. numero* 13. *Soc.* 36. *Ias.* 22. *Zasi.* 17. *&* 28. *in d. l. more.* Nam ordinario talis delegatus æquiparatur, *secundum Auend. cap.* 23. *numero* 10. *lib.* 2. *& Oros. super ff. veteri. col.* 535. *numero* 7. *&* 8. quicquid in contrarium tenet dicere Dec. *in l. solet ff. de iurisd. omn. iudi.* Quæ tamen intelliges, secundum eos, vt tunc talis delegatus vnam, aut aliquas causas, non vero totas subdelegare possit, *secundum glos. in cap. super quæstionum* §. *si verò de offi. deleg.* Idque iure optimo si quidem ordinarius etiam delegare totas non potest causas, cum totam iurisdictionem, nisi Principe inconsulto, à se ordinarius abdicare non possit, *l. legatus ff. de offic. Præsid.* Et qui dicantur delegati ad vniuersitatem causarum, tradit idem Oros. *vbi supra, col.* 438. *numero* 20. *& col.* 589. *in fine.* Delegatus tamen ad vnam speciem subdelegare non potest, *l. à iudicè C. de iudi.* nisi hoc à iudice delegante permissum sit, *l. non distinguemus* §. *quæsitum ff. de de arbitris:* quod omnes fatentur teste Socin. *in d. l. more, numero* 45. *& ibi Alex.* Vel nisi vnum, aut alterum articulum illius speciei subdeleget, *secundum Clemen. vnicam de offic. deleg. Bart. authore in d. l. & quia ff. de iurisd. omni. iudic. & in l. solet, ff. eo. tit. & in l. more, eod. tit.* Communem tamen testatur Dec. *col. fin. in d. l. solet. numero penul.* contra Bart. Et ideò ipsemet Bart. *in l. legatus ff. de offic. proconsul.* cõtrarium tenuit: imò quod neque vnum articulum possit delegare delegatus ad vnam causam. Quæ sententia *vt vides ex Dec.* communis est: *& fundatur ex tex. in c. super quæstionum, in prin. vers. nos autem, de offi. dele.* & magis approbatam patet esse ex Alex. *numero* 26. Socin. 44. Claud. *col.* 7. Zasi. 34. Caccialup.

cialup.18. Purpur.99. *in d.l. more.* Ias. *in l. à iudice, nu.*10. *C. de iudi.* Qui tamen omnes repugnantiam hanc Bart. concordant hoc modo vt articulus iurisdictionalis delegari non possit, non iurisdictionalis verò possit, vt putà nudam testium examinationem, *prout dictum est: & communem testatur Felin. relatus per Couarru. lib.3. varia. c.* 20. *in fin.* Sed an delegatus legati à latere subdelegare poterit?

15 † Et Barto. *in l legatus ff. de offic. proconsul.* inquit quod sic: eo quod in Ecclesiasticis officijs in proconsulũ locum tales legati successere, *text. in cap.* 2. *de offi. lega. in 6. quem ab hoc allegat Orosc. in rubrica, num.* 17. *ff. de offic. proconsul. dicens confirmasse text. illum Bart. Bald. & aliorum plurium opinionem ita tenentium.* Si ergo proconsulum loco successere legati à latere, procõsulis delegatus subdelegare potest, *vt dicta l. legatus, & in l. cum prætor.* §.1. *ff. de iudi.* Siue, quia delegatus à lege est, *secundum Bart. in d. l. à iudice*, quem constat omnium consensu

14 subdelegare † posse, *secundum Socin. in d. l. more, num.*52. siue, quia delegatus est ad vniuersitatem causarum, qui delegat *vbi supra dixi.* Ergo & eodem modo legati de latere delegatus subdelegare poterit: æquiparatorum enim idem debet esse ius, & eadem dispositio. Et hoc fundamẽto, hanc Bartoli opinionem commune testatur Fel. *in cap. super quæstionum* §. *fin. col. penul. de offic. deleg.* Deci. tamen *in cap. si pro debilitate, col.* 2. *de offi. deleg.* contrariam dicit communem, quam & communem, & frequentius receptam, & veriorem contra Bar. testatur opinionem Couarru. *lib.3. varia. c.* 20. *num.* 11. Oroscio tamen magis placet Bart. opinio, & sic prima supra relata. *Et est Oros. in d. l. legatus, num.*5. *cum* 3. *sequent. col.* 438. Vides tamen Couar. contrariam receptiorem & veriorem dicentem, ideò hæc videtur tenẽda. Sed quomodo

17 cognoscemus ordinaria, † an delegata sit concessa iurisdictio? Et dicendum est cognosci, si apposita sit in literis illis clausula illa. *Authoritate nostra cognoscas*, quia tunc delegatam magis quam ordinariam dicemus iurisdictionem concessam, *tex. in c.*1. *de cleri. ægrot. in 6. c. cum aliquibus de rescrip. in 6.* Et quanquam ei, qui ordinarius alioquin est, sit delegata iurisdictio, delegatio ea, non vero

18 excitatio iurisdictionis † dicenda est, *secundum Mathesi. notab.*90. *Ias. in l. ius autem, nu.*7. *ff. de Iusti. & iure.* Idem si addatur iurisdictioni clausula quæ non spectat ad iurisdictionem ordinariam, quia tunc non ordinaria, sed delegata est, vt puta appellatione remota, *secundum Abb. in cap. licet, col.* 2. *de offi. ordi. de qua late, & optimè per Alcia. in l.* 1. §. *si quis simpliciter, n.*65. *cũ sequent. ff. de verbor. oblig. & per Felin. & Doctor. in c. licet de offic. ordi.* Idemq; itidem dicendum est, si de tracta dicta clausula vnum negotium, aut plura (dummodo non in vniuersum) commissa sint, delegata magis quam ordinaria cẽsetur data iurisdictio. Sed si vniuersitas negotiorum cõmittatur ordinaria data censetur, quæ Bart. & aliorum *in dicta l. more*, traditiones sunt, *secundum Socin. ibi, num.* 18. *& tradit Maranta, in pract.* 4. *par.*5. *dist. in prin. numero* 4. *pag.* 119. *& Abb. in c. relatum, numero* 5. *de offi. deleg. &*

19 *ibi additio.* Si tamen talis delegatus † delegetur ab inferiore à Principe nullo modo subdelegare potest etiam si impeditus sit, *secundum Bart. in d. l. legatus ad fin. ff. de offi. proconsul. argu. authen. vt defunctorum, seu funera eorum* §. *illud, & l. prætor.* §. *si post causam ff. de vaca. mun.* nisi ordinarius subdelegandi licentiam illi concesserit, *secundum glo. magnam, in cap. is cui. de offi. deleg. in* 6. *& Bart. in dicta l. legatus, col* 1. In quo non est, qui dissentiat, *secundum Alexan. consil.*157. *numero* 12. *vol.* 2. *& Ias. in dict. l. à iudice, numero* 8. *Socin. l. more, numero* 45. *Zasi.*30. *ff. de iur. omni. iudi. & communem Alexan. in d. l. more, numero* 27. *& Præposi, in cap. cum causam, numero* 15. *de appellat.* Vel nisi solum testium nudam examinationem committat, prout dictum est: vel nisi esset ordinarius ad vniuersitatem causarum. Nam & iste delegare potest: sicut & in delegato ad vniuersitatem causarum supra diximus. Vel nisi lite iam contestata: nam contestatione facta bene delegabit & subdelegabit, delegatus inferioris à Principe, *secundum gloss. l. fin. C. vbi, & apud quos, gloss. in dicta l. & quia.* Et harum glossarum opinio iam iure Regio approbata est, *l.*19. *titul.* 4. *part.*3. Quamuis contrarium tenuerit glos. *in cap. cum causam, de appellat. & in capit. cum Bertoldus, de rescrip. & in capit.* 1. *de procurator. in* 6. quas frequentiores sequebantur cõtra glo. iuris ciuilis, *teste Ias. in dicta l. à iudice, numero* 5. *C. de iudi. & Deci. in dict. cap. cum causam, numero* 8. *& in l. more, numero* 38. *ff. de iurisdi. omnium iudi. & ibi Zasi. numero* 36. Opinio tamen glossarum canonistarum seruabitur in foro canonico: in foro vero seculari ius nostrum Regium cum dicta glossa iuris ciuilis. Et procedet non solum in ciuilibus verum & criminalibus causis: cum lex illa Partitarum generaliter loquantur, *secundum Auend. capit.*1 *Prætor. numero* 25. *versi. tamen hodie lib.* 1. Imò & ex generalitate illius legis Partitarum videtur etiam approbata communior illa opinio asserta per Oroscium, *in l. quæcunque, numero* 17. *&* 18. *col.* 496. *in fin. ff. de offi. eius cui man. est iur.* scilicet, quod delegatus à Principe † possit etiam causas cri- 20
minales subdelegare: quamuis contrariam etiam communiorem dixerit Boër. *decis.*6. *numero* 9. Ex quibus colligitur vnus effectus, an sit ordinaria, vel delegata cõcessa iurisdictio à Principe? Nam si ordinario delegatus ordinarij ante litem contestatam non delegat: si delegata vero, delegat delegatus à Principe ante litem contestatam, *secundum supradicta, & Maran. in pract.* 4. *par.* 5. *dist. num.* 25. *&* 26. *pag.*125. Nisi talis delegatus, *secundum Auenda. vbi supra*, sit datus à Rege eligendo eius industriam: prout in iudicibus *Pesquisidores* dicit verificari: quorum industria censetur electa per illa verba, *confiando de vos*: prout repetit idem Auend. *cap.*3. *Prætor. numero* 5. *vers. corrector ergo, lib.* 1. Verba enim confidentiæ industriam eligunt personæ, cui diriguntur, secundum Menoch. *de arbitrar. iudi. lib.*1. *q.* 68. *numero* 11. vbi enumerat alia plura quibus industria eligitur. Et ideò subdelegare tunc non poterit: & quia ad vnum tantum negotium delegatur. Quo casu, *vbi supra dixi*, non habet locum delegatio, nisi non iurisdictionalis, aut nuda testium examinatio committantur in causis non grauibus. Alij effectus ex hoc resultantes possunt colligi ex differentijs inter ordinarium & delegatum positis per Maran. *vbi supr. à numero* 23. *cum pluribus sequentibus*, & ex Orosc. *in l. cui iurisdictio. col.* 535. *ff. de iurisdiction. omnium iudic. & in l. qui mandatam, numero* 2. *col.* 499. *ff. de offic. eius manda. est iur.* Quarum differentiarum principalior est ista quoad dele-

gationem iurisdictionis faciendam: quam libuit in præsente rubrica apponere, vt sciatur quantum vna iurisdictio ab alia quoad ipsam delegationem differat. Ex quibus patet copulam illam, Y, nostræ rubricæ positam inter verbum, *ordinarios y delegados*, poni propriè, cum eius sit natura inter diuersa poni, *secundum Doctores, in l. si quis ita stipulus ff. de verborum obligationibus.*

21 Et an iurisdictio † delegati à Principe, vel ordinarij firmior sit, vide Oroscium, *in rubrica, numero* 10. *col.* 493. *in principio. ff. de officio eius, cui man. est iur. & Boër. decis.* 6. *numero* 2. Et an iurisdi-
22 ctionis appellatione ordinaria, † an delegata cōprehendatur, tradit idem Oroscius *in rubrica, numero quinto, columna* 523. *ff. de iurisdictio. omnium iudic.* Et quando delegata & ordinaria potestas concurrant: vide Boër. *decisione* 151. *numero* 8. Et an si delegatus à Principe, vel ad vniuersitatem
23 causarum † nullam ferant sententiā ex defectu aliquo denuò iudicare possint, vide eundē Boër. *decisione* 6. *numero primo, cum sex sequent.* & melius Ripam, *in l. quod iussit, numero* 63. *cum pluribus seq. ff. de re iudicata*, vbi ponit regulam, & fallentias. Et quibus possit fieri delegatio, vide per eundē Oroscium, *in l. fina. per totam, ff. de officio eius, cui manda. est iur.* & hæc pro rubrica.

IN LEGEM PRIMAM.

1 *Iudex ordinarius quis dicatur.*
2 *Ordinarius iudex censetur quis creatus per vniuersitatem negotiorū ei commissam, nisi, &c.*
3 *Ordinarius non dicitur, sed delegatus cui committuntur vna causa, vel decem.*
4 *Ordinarius non dicitur cui cōmittuntur causæ vertentes inter Titium & Seium.*
5 *Delegatus cum limitatione personarum, an dicatur delegatus ad generalitatem, vel vniuersitatem?*
6 *Ordinarius iudex dicitur, qui est delegatus ad vniuersitatem causarum.*
7 *Vicarij Episcoporum ordinarij dicuntur: & 8. an possint substituere.*
9 *Vicarium, vel locumtenens correctoris, an ordinarius dicatur.*
10 *Locum tenens correctoris, an possit alium substituere si impeditus est.*
11 *Delegatus reuocari non potest, vt alij detur commissio.*
12 *Corrector ciuitatis potens nominare vnum locum tenentem, an possit duos.*
13 *Corrector si moriatur durante officio, an eius locumtenens possit illud exercere.*
14 *Ordinarij, an sint auditores Rotæ, & Inquisitores hæreticæ prauitatis.*
15 *Rectores ciuitatis in causis vbi cognoscunt, an ordinarij dicantur.*
16 *Rectores ciuitatis impediti, an possint substituere.*
17 *Assessores iudicum ordinariorum, an aliquam iurisdictionem habeant.*
18 *Iudex iniustè vituperans litigantes, quia appellant, tenetur actione iniuriarum.*
19 *Iudex non debet pati se contemni.*
20 *Iudicis contempti officium si expirauit successor debet contemptorem punire.*
21 *Iudex tenetur libellos querimoniarum à partibus productos recipere, aliàs facit litem suam.*
22 *Timor Domini initium sapientiæ, vbi & quotuplex sit timor.*

SVMMARIVM.

Iudices creandi potestas Regi competit, vel illi, cui ipse specialiter commisit & concessit, vel temporis cursu acquisiuit. Talesq; in iudices creandi debent esse fideles, bonæ famæ, non auari, prudentes, mites, affabiles, & Deum maximè & eum, qui in officio illo eos sublimauit, timere.

P*Orque aquellos.* Is enim, qui à Principe, vel iure suo iurisdictionem vniuersaliter exerceret, † ordinarius dicitur, *prout ex textu* 1
nostro clare probatur *ex verbis ijs & sequent.* ibi: *Que son llamados juezes, ô alcaldes ordinarios para librar los pleytos.* Ecce ergò quomodo illi, qui sunt positi vniuersaliter ad lites decidendas, qui à Rege, vel ab illo, cui ipse concessit, vel temporis cursu acquisiuit, electi sunt, ordinarij dicuntur & vocantur. *Et probatur idem in l. more maiorum cum l. seq. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & l.* 1. *titulo* 4. *part.* 3. *& tenet Cassan. in consuetu. Burgun. tit. des justices, rubr.* 1. *numero* 102. *folio* 20. Eo enim ipso, quod alicui cōmittitur vniuersitas negotiorum per habentem † potestatem concedendi, censetur creatus 2
ordinarius iudex, nisi expressè dicatur in commissione, quod delegantur sibi causæ, vel quod facit eum delegatum: quia tunc esset delegatus ad vniuersitatem causarum, *secundum Alex. relatum & secutum per Maran. in pract.* 4. *par. dist.* 5 *de ordina. & deleg. numero secundo, pagina* 118. *in paruis*, vel ex verbis alijs ipsius commissionis constaret eum delegatum creare. Et ideò diximus vniuersaliter. Nam si vnam causam, vel decem cōmittat
Rex † Princeps, vel Episcopus, & qui potesta- 3
tem habet iudices creandi, non cōmittitur vniuersitas terræ, vel prouinciæ & negotiorū. Ideò delegatus nō verò ordinarius est censendus talis iudex, *secundum Hostiens. in summa, tit. de potest. iud. del.* §. *quis delegare, columna* 2. qua ratione si committantur alicui omnes causæ, † quæ possunt 4
verti inter Tium & Seium, quia hæc commissio generalis est quoad illas causas, non vniuersalis, quoniam solum territorium facit eam vniuersalem, talis non dicetur ordinarius iudex, *secundum Baldum subtiliter, in l. à iudice, numero quarto, C. de iud. & ibi Salicet. & per Hostien. vbi supra*: secus, *secundum Baldum* si committantur causę omnes castri dirupti. Et hanc cōmunem testatur opinionem Alexand. *in l. solet, numero nono, ff. de iurisdictio. omniū iudic.* faciuntq; dicta *supra in rubrica huius tituli*

in

in gloss. 2. in quæstione illa quomodo ordinaria, an delegata videatur concessa iurisdictio. Et in hoc casu, *secundum Baldum, vbi supra*, est notandũ, quod differunt generale, & vniuersale mandatũ. Nam cõtrouersa est opinio, num delegatus cum
5 limitatione personarum dicatur † delegatus ad vniuersitatem, vel an ad generalitatẽ causarum, Bart. enim *in l. legatus, ff. de offic. proconf.* ad vniuersitatem causarum delegatum cum vocat. Alij autem, scilicet, Socinus *in l. more, numero* 41. *ff. de iurisdiction. omnium iudic.* & Felin. *in capit. super quæstionum, §. si verò, columna secunda, de offic. deleg.* ad generalitatem causarum delegatũ vocauere, quasi, *secundum Bald. vbi supra*, sit differentia in hoc casu inter generale, & vniuersale. Oroscius tamen, *in dicta. l. legatus, numero decimo, & vndecimo, colu.* 438. probabiliorem sibi videri inquit Bartoli opinionem, quasi nihil inter sit tẽpora, quãtitates, loca, an personæ limitẽtur, *l. qui furere. ff. de statu homi. l. vinum. ff. si cert. pet.* Sed ij quibus cum limitatione temporis vel loci, vel quantitatis causę committuntur, delegati ad vniuersitatem causarum dicuntur, *secundum Orosc. vbi supra.* Ergò & ij, qui cũ limitatione personarũ, cum à persona ad tẽpus, & è contra, & à persona ad locum, & è cõtra argumenta procedant, *secundum Euerardum, in locis à persona ad tempus, & à persona ad locum, & è contra.* Nisi dicamus, quod quia magis in vniuersum committuntur negotia cũ limitatione temporis, vel loci, vel quãtitatis. Nam licet tempus vel locus, vel quantitas limitentur plura possunt esse negotia, quæ tunc succedere possunt, & omnia in illo tempore occurrentia, vel loco, vel in illa quantitate, vel tempore vniuersaliter committuntur, & datur prouincia, vel territorium in vniuersum, licet cum temporis limitatione: ideò potest tunc dici ad vniuersitatem causarum delegatus. Sed cum committũtur limitatione personarum non potest dici vniuersitatem concedi: quia limitatæ sunt personæ, cũ quibus agendum est: neque tunc territorium, aut prouincia, aut castrum cõmittitur. Ideò tunc potius dicendum committi generalitatem causarum, & sic causas generaliter inter ipsas personus limitatas occurrentes non verò vniuersaliter, & ea ratione ad generalitatem causarum delegatum dici: *prout videtur considerasse Præpositus in cap. cum causam, numero* 1. *extra. de appellat.* & sic differre generale, & vniuersale. Hæcque multum deseruire possunt ad quæstionem illam num, scilicet, delegtaus,
6 † ad vniuersitatem causarũ ordinarius dicatur: & propter differentias inter ordinarium & delegatum per Doctores propositas erit vtilis quęstio. In qua, gl. *in cap. statutum §. insuper, verbo, moderatas de rescriptis, in* 6. *& gl.* 1. *in l. fin. C. de iudic.* dicunt quod dicitur ordinarius, gl. tamẽ *dict. c. cum causam de appellation.* contrarium affirmat, scilicet, quod non est ordinarius, sed ordinario similis, & ei æquiparatur, instarq; ordinaij habetur, quam sequitur Alexan. *in l. more. numero* 26. *ff. de iurisdiction. omn. iudic. & Auen. c.* 23. *Prætor. numero* 10. *lib.* 2. Et reperio relatum in libris meis Claudium Cantiunculam, *in c.* 2. *numero* 19. *de offic. ordin.* hanc magis communem asserentem. Nondum tamen vide eum, quia nondum reperi librum hunc. Et operabitur hoc scire, ad hoc, quod sicut ordinarius non potest in totum à se abdicare iurisdictionem, *vt in rubrica huius tit. diximus*, ita & neq; iste delegatus ad vniuersitatem causarum, cum ei æquiparetur, *secundum Præpos. in c. cum causam, numero penult. in fin. de appellat.* Infertur etiam ex supra dictis quod cum vicarij, † Episcoporum 7
sint electi ab ipsis Episcopis, & in simul ad vniuersitatem causarũ ordinarij dicuntur, *secundum Alexan. in l. more. numero pen. ff. de iurisd. omn. iud. & Couar. lib.* 3. *var. c.* 20. *numero* 4. *& Maran. in pract. par. dist.* 5. *numero* 9. *&* 13. *pag.* 120. *Vbi numero* 14. *cum* 2. *sequen. hoc limitat duobus modis*, quamuis Alcia. *in rub. extra. de offic. ordin. numero* 23. *&* 14. verius esse dicat contrariũ. Et an vicarij tales possint alium vicarium † substituere, vide per Marantam, *vbi* 8
supra, numero 22. *pag.* 124. vbi inquit, quod non, *ex tex. in c. cleros de offic. vica. not. gl. in c.* 1. *verbo, ipsius de offi. vic. in* 6. *& Auen. c.* 3. *Prætor. numero* 5. *vers.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Nisi causa infirmitatis vel absentiæ ad modicum tempus, *secundum Maran. vbi supra*, vel qui habet mandatum substituẽdi an. Et sicut honor exhibetur Episcopo, ita & eius vicario, vide Alci. *vbi supra, numero* 26. *&* 27. Sed an vicarius, vel locumtenens Correctoris alicuius loci dicetur ordinarius, vel delegatus, & in hoc Alex. *in rub. ff. de offic. eius, cui mand. est iur.* inquit, quod est delegatus, & eum refert Maran. *vbi supra, nu.* 17. *pag.* 122. Ipse tamen Maran. *ibidem* optime distinguit, scilicet, quod si hic locumtenẽs, & correctoris secularis vicarius per ipsum correctorem substituatur in casu à iure permisso, puta absentiæ, vel infirmitatis causa, quo casu licet eum substituere, *vt l.* 4. *eod. & l.* 6. *titulo* 5. *supra isto lib.* tunc ordinarius dicitur talis locumtenens. Et idem dicendum est quoties Princeps dedit potestatem substituendi, & nominandi locumtenentem hunc. Quia cum tunc omnia nostra faciamus, inquit Rex, quibus authoritatem nostrã impartimur, *vt l.* 2. *C. de vet. iur. enucle. c. si Apostolicæ, de præben. in* 6. tunc substitutus ab illo correctore, & sic locum eius tenens ordinarius dicetur, *secundum eund. Marant. vbi supra, numero* 18. *& Auend. c.* 3. *Prætor. numero secundo, li.* 1. Et cum iam *per text. in l.* 10. *titulo* 5. *supra isto lib.* correctoribus & Præsidibus prouinciarum, & territoriorum iubeatur per prouisiones eis datas, & habere possint & habeant locum tenentes, & vicarios in locis, & ciuitatibus, vbi præsunt: & sic potestatem habent substituendi ab ipso Rege. Merito quod iã indistinctè in regno nostro locumtenentes, & vicarij correctorum ordinarij dicantur, & vt tales procedunt in causis omnibus & negotijs contingentibus: & ab eorum sententijs non ad ipsum correctorem, sed ad Regem, & eius curiam & cancellarias appellatur, *prout & tenet Couarruu. libr.* 3. *variar. c.* 20. *numero quarto*, quamuis glos. 1. *in l.* 2. *titulo* 4. *part.* 3. aliud indistinctè teneat. Vnde iam *prout alio in loco diximus*, æquales sunt ipsi correctori, & ab eo non possunt absque causa remoueri: & inter eos est locus præuentioni: quamuis possit corrector se in eadem causa intromittere, non tamen eam amouere, *prout hæc & alia inquit Auenda. vbi supra, numero secundo, & tertio.* Et *secundum eum ibi*, habent ij locumtenentes merum & mistum Imperium, & iurisdictionem ordinariam, *prout & tenet Maranta, vbi supra, numero* 20. *&* 21. licet *secundum eum ibi*,

numero 22. vltimum ſupplicium imponere non poſſunt, Cuius tamen contrarium vti & practicari videmus. Nam & ipſi ſoli locum tenentes condemnant in vltimi ſupplicij pœnam, *prout in l.*10 *titulo* 5. *ſupra iſto lib. num.* 1. *&* 2. *diximus*. Non tamen poſſet ipſe locum tenens alium loco ſui
10 ſubſtituere, † quamuis impeditus, vel infirmus eſſet: quandoquidem Correctori ipſi facultas datur ponendi loco ſui hunc tenentem: & quia eſſet aliàs procedere in infinitum, *ſecundũ Auen. vbi ſupra, num.* 5. Quod tamen intelligo niſi, & ipſe Corrector locum tenenti conceſſerit facultatem ſubſtituendi, vel articulum non iuriſdictionalem committeret, putâ nudam teſtium examinationem, *prout ſupra in rubrica huius tituli diximus*, vel vnam cauſam, aut duas, prout quotidie fit, non vero totas, traditque Auend. *vbi ſup. num.* 1. vel ob modicum tempus. Imò & articulum etiam iuriſdictionalem aliquando committunt ij locumtenentes, putâ dum committunt receptionem & examinationem teſtiũ quotidie ruralibus iudicibus, & hoc quia ſic conſuetum eſt, & quia ordinarij dicuntur. Si vero Correctori non eſſet poteſtas commiſſa ponendi locum tenentem, & nominaret eum in caſu à iure prohibito, diceretur talis locum tenens delegatus: non vero ordinarius, *ſecundum Marantam, in dict. nu.* 17. Sed an Corrector, cui à lege, vel Rege poteſtas datur nominandi, & ponendi locum tenentem, poterit ponere, & nominare duos,
11 † ſiue in ſimul eos nominare, ſiue vnum hodie, alium poſt quatuor, aut plus dies abſque primi reuocatione, & videbatur dicendum quod non. ſaltim in ſecundo caſu cum primo iam nominato, alius deinde, & non in ſimul nominatur per Correctorem ipſum, cum ex ſecunda nominatione fiat præiudicium primo locum tenenti, & quædam irrogatur iniuria. Hoc tamen non obſtante teneo contrarium: imò quod poterit duos locum tenentes inſimul ponere & nominare, vel vno nominato, alium poſt nominare licebit, & hoc argumento textus *in d.l.*10. quæ in plura loquitur, ibi: *Tengan ſus Tenientes*. Et quia qui poteſt eligere vnum, poteſt & duos eligere, *ſecundum textum, in l. vnum ex familia.* §. *ſi duos, delegatis* 2. *& ibi Meneſius*. Et hoc dummodo ſit neceſſe ſecundum eligere. Aliàs enim abſque neceſſitate, & ſic abſque cauſa non eſſet licitum primo iam electo locum tenente, alium poſteà eligere, ſi ille primo electus eſſet ſufficiens populo, & idoneus. Aliter enim eſſet iniuſtè iuribus ſuis primum locum tenẽtem per ſecundi appoſitionem grauare, & præiudicium ei inferre, fortaſſiſque primus locum tenens officium illud non acceptaſſet, ſi alium eligendum locum tenentem ſciret. Nam ſi abſque cauſa reuocari locumtenens non poteſt per eius Correctorem, neque in parte ei præiudicari. Nam, & ſic videmus,
12 quod delegatus reuocari nõ poteſt, vt alij † detur commiſſio, *ſecundum Oroſcium, in l. & quia ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, col.*561. *nu.* 18. *cum* 2. *ſequenti*. Et hæc mihi vera videntur, ſed qui maius otium habuerit latius videbit. Sed an ſi Cor-
13 rector moriatur † durante officio, poterit eius locum tenens illud exercere, dicendum eſt quod non, niſi per populum eligatur, *ſecundum Couarr. in pract. cap.* 4 *num.* 3. *in fine. cum ſequenti*. Et notandum quod quamuis vicem alterius gerens propriè ille, dicatur, qui in locum demortui, vel impediti ſubſtituitur, *prout communem teſtatur opinionem Oroſcius, in rubrica, num.* 7. *col.* 492. *ff. de offic. eius, cui mand. eſt iur.* tamen & poſitus & electus per Correctorem in principio ſui officij, locum & vicem eius gerens cõmuniter nominatur, & vocatur. Sed an auditores Rotę † & Inquiſito- 14
res hæreticæ prauitatis ordinarij dicantur, vide Alex. & Doct. *in l. more nu.* 18. *&* 44. *ff. de iuriſ. om. iudicum*, & Simancas *de inſtitut. Catholi. tit.* 34. *nu.* 14. *&* 15. & Alciat. *in rubr. extra. de officio ordinar. num.* 19. vbi *num.* 20. declarat, quid in auditoribus curiæ. Eſt tamen in propoſitum noua, & ſingularis quæſtio, num Decuriones & Rectores ciuitatum in cauſis † vbi cognoſcere de iure 15
poſſunt, putà cum iudex ordinarius recuſatur in cauſis criminalibus, *prout l.*1. *tit.* 16. *lib.* 4. *infra diſponitur*, vel cum per viam appellationis cognoſcunt in cauſis decem mille morapetinorũ, *prout in l.*7. *tit.* 18. *infra lib.* 4. *vel in caſu l.*1. *titu.*13. *libr.* 4. an erunt ordinarij, & tales dicendi ſint, an vero delegati. Et in hoc dico quod in caſibus in quibus Rectores & Decuriones ij adiungũtur ipſi ordinario, ordinarij dicuntur cum à lege, prout in dictis caſibus, ipſi adiugantur ordinario, *ſecundum Paul. & Doctores in authen. ſi vero C. de iudic. & Auen. c.*23. *Prætor. nu.* 14. *verſ. vel aliter lib.* 2. *& curiam Piſanam, lib.* 2. *c.* 18. *verſ. item ſi in cauſa criminali, & additio Abb. in cap.* 1. *num.* 5. *litera C. in medio, de noui oper. nuntia*. Cum autem ipſi Rectores non adiunguntur ordinario, ſed datur eis poteſtas procedendi in aliqua cauſa, *prout in caſu. d.l.*1. *tit.*13. *lib.* 4. *infra*, delegati non vero ordinarij erunt ad vniuerſitatem tamen cauſarum, cum eis latiſſima commiſſio fiat, vel in genere ſubalterno, cum limitatione temporis, loci, vel quantitatis, *ex dictis per Oroſcium, in dicta l. legatus, numero* 10 *col.* 438. *ff. de offic. proconſ.* Item, & quia hoc in caſu nullam à ſe iuriſdictionem habent, ſed à lege, & ſic delegati ſunt dicendi, quia delegati nullum à ſe propriam iuriſdictionem habent, *ſecundum Maran. vbi ſupra. numero* 4. Item & iudex datus à lege equiparandus eſt iudici dato à Principe: nam Princeps eſt lex animata exequens legem inanimatam, & ab eo leges poteſtatem habent, *ſecundum gloſ.* 1. *in cap. ab arbitris de offic. delegat. in* 6. In iudice tamen dato à Principe cum limitatione dicta abſque territorij conceſſione iam eſt dictum in hac gloſſa, dari delegatam non vero ordinariam iuriſdictionem: ergò & idem dicendum in tali iudice dato à lege. Et ſic à ſententia Decurionum ipſius ciuitatis ad Regem appellandum eſt: quia cum ſecundum formam iuris dari ſint, & ſic dictæ, l.1. *titulo* 13. *libro quarto, infra* ad ipſum ius, à quo poteſtatem habent, recurrendum eſt, *ſecundum gloſſam* 1. *in dicto capitulo, ab arbitris*. Sed an Decuriones, & Rectores iſti ſi impediti ex aliqua iuſta cauſa fuerint, delegare iuriſdictionem poterunt, & dicendum videtur, quod ſic † ſi iuſtè impediti 16
fuerint, prout in terminis noſtris videtur tenere Didacus Perez, *in l.* 1. *titulo quinto, libro tertio, ordinament. col.* 974. *in principio*. Nunquam tamen vidi; ſed potius contrarium: non enim ipſi ſubſtituunt: ſed ſi impediti ſunt, ità vt iudicaturæ adſiſtere non poſſint, Decurionum

collegia loco impeditorum nominat alios ad partium petitionem sic petentium. Decuriones enim tenentur per se seruire officio Decurionatuum, neque substituere possunt, *secundũ Auen. capit. 3. Prætorum, num. 5. versic. multi tamen sunt libro* 1. Et sic ipsi Rectores impediti non substituunt, neque nominant in suum locum alios, sed totum collegium, *vt dictum est, prout & repeto in l. 4. nu. 3. infra eod.* Sed an totũ ipsum Rectorum collegium poterit aliquem loco sui substituere, dicemus Deo volente *in l. 4. infra eod.* Sed an assessores iudicum ordinariorũ habeant aliquã † iurisdictionem, vide Doctores maximè Orosc. *in rubr. ff. de offic. assessorum.* 17

No los puede poner otro. Omnis enim iurisdictio plenaria radicata est in Principe, *vt probatur in l. 1. ff. de constitution. Princip. & diximus latius in l. 3. titulo quinto, supra isto libro, & vltra ibi allegatos est etiam de hoc videndus Maranta, in practit. 4. part. distinct. 5. numero tertio, pagina 118. in paruis: & Hostien. in summa titulo de officio ordina. §. quis possit constituere, & Didacus Perez, l. 1. titulo primo, gloss. 1. col. 755. libro tertio, ordinat. & Auenda. cap. 1. Prætorum, nu. 7. cum 3. seq. lib. 1.* & idem Didacus Perez, *in l. 8. tit. 14. lib. 3. ord. col. 1268. in fin. cum seq. vbi allegat plures Doctor. ponentes, quæ Regiæ Maiestati competant.*

O a quien ellos. Solus enim Rex Castellæ potest priuilegium in suo Regno concedere, vt aliquis particularis, seu vniuersitas habeat potestatem eligendorum iudicum, *vt est tex. in l. 2. tit. 4. par. 3. & tex. in l. 3. tit. 5. supra isto lib. tradit Auen. c. 1. Prætor. num. 9. versic. secundum lib. 1.* Et tunc isti electi ab ijs, quibus Princeps concessit, ab ipso Rege censentur electi, *secundum Afflictis, in constitut. Sicil. lib. 1. rubr. 48. num. 8. 9. & 10.*

En el titulo de las præscripciones. Qui est *tit. 15. lib. 4. infra, sub l. 1.* vbi fauente Deo latè dicemus, & aliqua diximus *in l. 3. titulo quinto supra isto lib.*

Leales. Vt *l. 10 titulo quinto supra isto lib.* etiam dispositum est vbi & aliqua diximus, & est similis text. *in l. tertia titulo quarto part. 3.*

Sin codicia. Quæ *vt supra aliàs* diximus, radix est omnium malorum, & non solum in iudicibus verum & in Regibus, secundum text. *in l. 4. tit. 3. part. 2.* vbi gloss. in propositum plura de auaritia adducit.

Que ayan sabiduria. Prout *in l. sequente* disponitur, vbi dicemus, *& con. l. 3. tit. 4. part. 3. & l. 18. titulo 9 part. 2.* & an illiteratus possit esse iudex *l. 7. titulo 18. infra, lib. 4.* videbis.

Mansos. Nam, *vt inquit Poëta Christianus Michaël Verinus.*

Qui temere, & præceps rabidas exarsit in iras,
Excedet semper limina iustitiæ.

Iudex enim mansuetè, & non superbè & asperè, audire & tractare debet litigantes, ne deterreantur à petenda iustitia, *vt in l. obseruandum ff. de offic. Præsid. cui consonat l. 8. tit. 4. p. 3. & l. 18. tit. 9. par. 2.* Ex quo infertur, quod iudex iniustè vituperans litigantes † tenetur actione iniuriarũ 18
l. nec magistratibus ff. de iniur. l. 19. titu. 9. part. 7. vbi Gregor. in gl. fi. Secundo infertur, quod iudex non potest incarcerare appellantem à sententia sua, eó quod appellet, *vt in l. & in maioribus C. de appel. & in l. iudici, vbi gl. ff. de iniur.* Vnde & nec potest propter hoc partem verbis malè tractare, neque iniuriare, *vt in l. 22. & 26. titulo 23. part. tert.* nisi appellans per verba iniuriosa, & impura appeller, quia tunc posset extraordinarie puniri ab arbitrio iudicis *vt in l. illud ff. de appellat. & ibi Bart. c. vt debitus, extra de appellat. & gl. 1. in d. l. 26.* Et sic debet esse iudex mansuetus: dum tamen ex hac mansuetudine non contemnatur eius authoritas, *secundum dicta iura maximè dicta l. 8.* Non enim debet iudex † pati se contemni. Imò inquantum iudices possunt tenentur obseruare honorem & dignitatem sui officij, *vt in dicta l. obseruandum, ff. de offic. Præsid. & in l. 1. in prin. ff. de postuland.* Neque sedens in iudicio debet permittere ad aurem loqui, neque litigantes ad inuicem rationes præpedire, *secundum text. optimum, in dicta, l. 8. titulo quarto, part. 3.* Et ideò ex causa possunt sese iudices partibus terribiles ostendere secundum tex. *in l. 1. C. ne rusti. ad vllum obsequi. deuocentur, libro* 11. quem ad hoc notauit Puteus, *de Syndicatu, verbo, iudices, cap. 7. incip. Syndicantur etiam officiales si concussionem, numero* 18. *fol.* 151. *& iterum verbo, compositio, cap. 6. numero 2. fol.* 230. Vbi & inquit quod potest delinquenti dicere quod soluat pœnam, vel se componat: & contemnentem se debet iudex punire, quia offendit eum, & Remp. Et officium iudicis contempti si finiatur & expiret, † debet successor 20
in officio contemnentem punire: & si non punit, tenebitur ad similem pœnam, *secundum Cynum, in l. 1. quæst. 7. ff. si quis ius dic. non obtem. quem ad hoc allegauit Bonifacius, in sua peregrina legum Partitarum, verbo, iudex.*

De buena palabra a los que vinieren. Similis est tex. *in l. 3. titulo quarto, part. 3.* Debent enim esse patientes, *secundum tex. in l. 18. titulo 9. part. 2. & facit l. 9. tit. 5. part. 2.* nè forte litigantes à petenda iustitia arceant & expellant, sed omnes benigne, & æqua lance audire. Est enim puniendus iudex impatiens nolens audire partes, *secundum Baldum in rubrica C. de pœna iudic. qui male iudic. nu. 8.* Teneturque libellos † querimoniarium à partibus 21
coram se productos recipere, aliàs enim faciet litem suam. Ex quo inquit Bald. *in l. mancip. nu. 1. C. de seruis fugit.* quod vidit condemnari iudicem quendam, qui portauerat accusationem sibi productam, & coram eo præsentatam ad cameram suam, noluitque super ea procedere. Et idem crederem, si querimoniam iudex recepit, testes tamen noluit super ea productos examinare: & sic audientiam non debet iudex partibus intercidere.

Que teman à Dios. Initium enim sapientię timor Domini est, & beatus vocatur vir, qui timet Dominum. Absque timore enim nihil perfe- 22
ctum † fit, *secundum text. in l. 8. titulo 12. part. 2.* Custos enim amoris timor dicitur, & absque timore nullus amor dari potest, *secundum textum in l. 15. titulo 13. part. secunda, & textus in l. tertia titulo secundo, part. secunda, & ibi glossa.* Et ideò id in primis Reges filios suos docere debent, vt Deum cognoscant, ament, & timeant, *secundum textũ in l. 9. titulo septimo, part. 2.* Plura namque bona ex Dei timore nascuntur, quæ enumerat textus *in l. 9. titulo duodecimo, part. secunda.* Timorque duo signa principalia habet, scilicet; quod primo deuiat à malo, timor enim Domini expellit peccatum. *Ecclesiastes* 1. & iterum,

& se-

& secundo inclinat ad bonum. Dicitur enim, fac bonum, quia qui Deum timet faciet bona: nam timor Domini quasi Paradisus, *secundum Florentinum in 4. parte suæ summæ theologa, titulo. 14. capitulo, 1. vbi optima dicit de timore Dei.*

Timorisque huius triplex est modus. Quidam enim est timor filialis, quo homo offensam Dei, quē diligit, & timet, ab eo separari, *vt 23. quæst. 6. ex his prope finem*, & iste semper bonus & sanctus est *iuxta illud Psalmi. Timor Domini sanctus permanet.* Alius verò est timor seruilis, qui causatur ex amore sui: vnde, quia pœna est detrimentum proprij boni, homines eam timent *dicto. §. ex his.* Et iste aliquando est cum charitate, sicut cum quis simul timet, & propter pœnam, & propter culpam: & iste est timor initialis, quia est principium conuertendi, *de pœnitentia, distinctione 2. sicut secta*, de quo Florentinus, *in dicta. 4. parte, dicto titul. 14. capit. 5. & 6.* Aliquando est absque charitate: & tunc semper est malus, non in se, sed quia à mala procedit radice, scilicet ab inordinato amore sui. Alius verò est timor mundanus, de quo per Florentinum, *vbi sup. cap. 2.* quo homo disiungitur à Deo propter mundana, quibus innititur tanquam fini. *16. quæst. 2. cap. 1. post medium*, & iste timor semper est peccatum mortale, Si tamen in mundanis non constitueret finem, idest, non esset paratus facere contra Dei præcepta, esset peccatum veniale: sicut cum retrahitur à bono, quod est de perfectione. Vel potest esse nullum peccatum, quando quis rationabilem causam timendi habet, *secundum Alexandrum in secunda secundæ, tit. de timore, prout hæc tradit Angel. de Clauasio in summa, verbo, timor, & Alphonsus à Castro, lib. 4. Aduersus omnes hæreses, verbo, Christus, heresi. 9. fol. 123. in magna & noua impressione, & iterum in lib. 14. verbo, timor Dei.* Lex tamen nostra de primo timore intelligenda est, cum in potiori & principaliori sensu semper lex loquatur. Et qui timorem illum habet abstinet à malo, & declinat in bonum, *vt dictum est, & probat dicta. l. 3. titulo quarto, part. 2.* Ideóque iustè lex nostra præcipit iudicibus, vt Deum timeant, insuper etiam illos timeant, qui eos officio illo præposuerunt. Vereor tamen ne in iudicibus detur potius hodiè timor mundana amittendi, quam Deum timendi: & ideò plerumque & ea, quæ timuerunt eueniunt, quia mundana amittunt, & animam cum illis aliquando. Nam cum Deum præ oculis non habeant, & ipsum offendere nō timeant nihil boni faciunt, neque rectè, prout debent officia administrant: & hac de causa onerāt conscientias, & operam & oleum perdunt. Nam *vt Esaias c. 10. inquit.* Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Alia quæ possent adduci in propositum nostri text. & iudicum qualitates vide per Burgos de Paz, *in l. 2. Tauri, numero 24. vsque ad. 90.* & per Doctorem Heredia, *in suo libello, vocato, Dechado de juezes*, quos post hæc scripta vidi.

IN LEGEM SECVNDAM.

1 *Quoto tempore studuisse, & cuius ætatis debet esse iudex.*

2 *Lex nostra sancta & iusta ideo in conscientia seruanda.*

3 *Leges iustæ in foro conscientiæ obligant vt seruentur.*

4 *Quilibet artis, quam profitetur sciens & prudens esse tenetur.*

5 *Iudex vt bene iudicet debet habere bonum practicæ intellectum, æstimationem, & rectam voluntatem ad bonam electionem personarum.*

6 *Iudex iudicaturæ insufficiens peccat illud acceptando officium.*

7 *Doctoratus indignus, peccat peccato præsumptionis.*

8 *Iudex vadens ad loca partialitatum nō potest, salua conscientia euadere.*

9 *Corrector potest esse illiteratus, si literatum locum tenentem habet.*

10 *Inquisitor hæreticæ prauitatis, cuius ætatis esse debet.*

SVMMARIVM.

Nullus ad iudicandi officium est præficiendus ni prius per decennium studuerit in iure canonico vel ciuili, qualitatemq;, & ætatem in præsenti institutas habuerit, sub pœna.

D*Erecho canonico y ciuil.* Supple, & in simul Regias relegerit leges, *vt probatur in l. 4. tit. 1. lib. 2. supra vbi diximus.* Principale in iudice requisitum est literarum cognitio, *vt probatur, in authent. de iudic. vbi glossa. & Doctores collatio. 6. & in capit. 1. vbi gloss. de consanguinit. & affinitat. & glossa, impedimento, in cap. sciscitatus de rescript. vbi Felinus latè, verbo, illiteratus de rescript. l. 3. titu. 4. part. 3. & per Matienço, in dialogo relatoris 3. part. cap. 7.* possunt aliqua videri, licet illiteratus possit esse Corrector, *vt infra num. 9. dicemus* si locum tenentem literatum habet, *& supra titulo quinto, in l. 14. istius libro tertio, diximus.*

Por espacio de diez años, y que ayan edad. Iure digestorum sufficiebat solum per quinquēnium studuisse in iure ciuili, vel canonico, *secundum text. in proœmio digestorum §. & primo quidem anno, cum sequ.* Et ætatis, secundum Azon. & Rofredum, ordinarius iudex debebat esse, ita quod attigisset vigesimumquintum annum: sed *secundum Speculatorem* sufficiebat puberem esse, *per l. quidam consulebant ff. de re iudicata*, vbi Bart. & Angel. intelligebant, quod maior decem & octo annis poterat esse iudex ordinarius, *secundum glossam Gregorianam, quam & non aliam semper allego, in l. 5. tit. quarto, part. 3.* Per quam legem, & per legem *infrà* proximam solum requirebatur in iudicibus ætas viginti annorum. Hodiè tamen per tex. nostrum omnia hæc decisa extant, scilicet, quod is, qui iudicis officium exercere debet, siue sit delegatus, siue ordinarius (cum nullum officium iudi-

iudicandi lex nostra excludat, & in vtrisque ijs iudicibus titulus noster loquatur) prius debet studuisse in aliqua ex vniuersitatibus approbatis per decennium, & esse ętatis viginti & sex annorum. Et lex nostra tanquam nouior obseruanda est: & eam in hoc allegat *gl. d. l. 5. & Auend. in cap. 3. Prætor. num. 5 vers. item, quod per decennium, lib. 1. & Auiles c. 4. Prætor. verbo, prematica. nu. 1. fol. 101. & prius in proœmio, verbo, qualesquier, num. 7. fol. 11. & Anto. Com. l. 2. Tauri*, & Didacus Perez, *in l. 4. tit. 15. lib. 2. ordin. & in gl. 1. & in l. 3. tit. 22. lib. 2. ordin. col. 700. per totam* vbi & inquit quod etiam debet relegisse leges nostras Regias, *vt in gl. 1. huius nostræ legis diximus*. Et sic esse obseruandam nostram legem testatur etiam ille doctor Heredia, *in suo libello, dethado de juezes, fol. 58. cum sequen. aliquibus*. Et decisio nostri tex. & tex. *l. 4. tit. 1. lib. 2. supra* si seruaretur nimis Regno salubre esset, *secundum Auile, & Auend. vbi supra*, sed plerumque videmus, quod legum ignari, & insipientes officium iudicandi assumunt, per pecuniam, amorem, vel preces, & dona potius quam per tramites iustitiæ, & iuris iudicantes, & voluntates suas sequentes, omnia arbitraria esse dicentes. De quo iure optimo dolet permaximè Hippolyt. *in rubr. num. 383. ff. de fideiussori.* remedióq; opus esset. Non est enim satis Regem supremos iudices in cancellarijs habere, qui ius & iustitiæ merita, & penetrant, & exercent, sed & in ipsis populis particularibus iudices eligendi essent, qui præuio examine demonstrationem sui facerent, & in scientia moribus & vita essent approbati, & in practica in aduocationis officijs essent versati, *vt inquit Iurisconsultus, in authen. de iudic. in prin. collat. 6.* & inuitis, & non petentibus officia prouiderentur, & compellerentur si esset
2 opus: Mirorque quod cum † lex nostra & dicta l. 4. sint sanctæ, iustæ, & honestæ, & communi publicæque vtilitati vniuersæ Reip. conuenientes: & ideò in foro conscientiæ seruandæ, *secundum Minchacam, tom. 1. de successio. creatione. §. num. 13. in fin.* (Leges enim ciuiles iustæ & honestæ,
3 † quæ neque à iure canonico, neque ab ecclesia reprobantur in conscientia obligant, *secundum Couarr. in cap. cum esses, num. 6. de testam. & in regula peccatum 2. par. §. 3. col. fin. & Anto. Com. l. 1. Tauri, num. 3. & Didac. Per. in 10. q. proœmiali ad leges ordinamenti, & nouissimè Burgos de Paz, in l. 3. Tauri, nu. 1427. cum seq.*) ita iuuenes nouelli, vt ita dicam officium iudicandi assumunt & acceptant, nullo requisito nostrarum legum bene peracto, sicut si vniuersum ius ciuile, & Regium studuissent, non considerantes detrimentum conscientiæ suæ paratum: cum scire debeant contra conscientiam edificare, qui habilem & sufficientem se reputat, & asserit, ad officium, ad quod ius, ipsum inhabilem & insufficentem reddit. Ideoque vnusquisque seipsum probet, vt officium assumat & acceptet, ad quod exercendum de iure & de facto sufficiens & idoneus sit. Aliter enim conscientiam suam onerat, *vt remissiue tradit Nauar. in Manu. c. 25. num. 12.* Quilibet enim † artis,
4 quam profitetur sciens, & prudens esse tenetur: aliàs enim erit in culpa. *l. 2. §. Seruius Sulpitius ff. de origine iuris, l. idem iuris §. 1.* ibi, *neque videtur iniquum si infirmitas culpæ annumeretur:* cum affectare quis non debeat id in quo, vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alij periculosam futuram *ff. ad legem Aquiliam*. Vbi notat & inquit Bal. non debere equum ascendere qui nescit equitare. Ad quod optime alludit illa pulchra decisio tex. *in c. 1. de re iudic. in 6. & text. in l. 6. tit. 4. part. 3.* alludit etiam id, quod tradit Abulensis, *Deuteronomij, fol. 51. col. 2. litera C. & litera D.* dicens, quod duo sunt necessaria ad iustum iudicem, scilicet, agnitio iustarum legum & bonitatis conscientia. Et hoc est quod inquiunt Bar. & Bal. *in l. 2. C. de senten. ex breui. recit.* quod bonus iudex debet habere in mente duos sales, videlicet, scientiæ legum, & securæ conscietiæ. Vnde & iudex, vt benè iudicet † debet 5
habere verum intellectum quantum ad practicam, æstimationem, & rectam voluntatem ad bonam electionem personarum, *prout etiam inquit optima lex. 18. tit. 9. par. 2.* Debet insuper habere quandam animi cōstantiam, & vim, vt ipse iudex sit fortis animi, non formidans iudicare, & executioni mandare sententiā propter aliquam personam, & cogat omnes in virga ferrea, *secundum eundē Abulensem, qui dictis verbis vtitur, super Exodo. 1. tom. fol. 97. col. 3. literis C. & D.* quod passim deficit in iudicibus, *secundum eum ibi.* Quibus dicitur *Ecclesiastes 7.* Noli effici iudex, nisi virtute valeas vitia corrigere. Ex quo infertur, quod iudex † se 6
cognoscens, formidolosum & non potentem vitia corrigere, si procuret & velit effici iudex, aut si libenter suscipiat iudicaturā oblatam, peccat, quia illud suscipit ad quod se inhabilem cognoscit. Et hæc est magna culpa, *vt diximus & notat Abulen. col. 3. litera D. & probatur in l. 5. tit. fin. p. 7.* In huiusque illationis fauorem facit, glos. cōmuniter recepta *in clementina. 2. de magist. verbo, honorem*, dicens, quod petens † seu recipiens gra- 7
dum Doctoratus, sciens se esse illo indignum peccat peccato pręsumptionis, quam sequuntur *ibi* communiter Doct. & Abb. *in c. cum in cunctis in princ. num. 4. de electio.* & Sylucst. *in summa, verbo, doctor, quæst. 4.* & Caietanus *in verbo, doctor, in fine*, asserentes esse peccatum mortale, *& sequuntur etiam eam Archidia. & Præpos. in c. 1. 48. dist.* Ergo, & in simili peccabit iudex præsumptionis peccato, si indignè acceptat officium, *secūdum Floren. & Nau. relatos per Burgos de Paz l. 2. Tauri. num. 90. 91. & 92.* Sed quis hæc considerabit, & laudabimus eum? Ideoque hæc maximè attendenda, & consideranda sunt. Præsertim cū iudices eliguntur ad gubernandas ciuitates, & loca: vbi partialitates adsunt: in quibus quidem idoneitas maior in iudicibus requiritur. Et adhuc tunc *vt inquit Bal. in l. fi. C. de pœna iudi.* qui male iudi. potestates, qui vadunt † ad loca partialitatum, 8
non possunt salua conscientia pertransire. Ex quibus clarè patet qualiter quis neque in iustitia, neque in conscientia potest officium iudicandi acceptare, ni prius ætatem & alia à nostro tex. requisita adimpleuerit antè officij acceptationem. Nam qualitas aliquem admittens, vel excludens ad alicuius officij administrationem debet adesse tempore acceptionis officij, *secundum tex. c. post cessionem, de probati. & ibi Abb. numero 10. & Deci. 5. & eundem Abb. in c. cum in cunctis §. inferiora, numero 10. & 11. de electio. Feli. in c. eam te, numero 18. de rescrip. Bar. in l. vsufructus, numero fi. ff. de stipu. seruorum, & alibi diximus.* Et

ideò

ideò iudicandi officium sumens diligentia nostri tex. nõ perfecta tenetur ad damni restitutionem propter hoc ab eo illati, *secundum Burgos de Paz in*
9 *proœmio legum Tauri, nu.* 180. Est † tamen notandum, quod inquit glo. *in d. l. 5 tit. 4. p. 3.* quod lex nostra procedit, quoties acceptans officium tale, debet ipse processus expedire, & determinare, secus vero si debet habere locum tenentem, & assessorem aliquem literatum pro causis decidẽdis, prout habent correctores ciuitatum: qui plerumque sunt milites illiterati. In eis enim nulla iuris scientia requiritur, sed in locum eius tenente sic. Adhuc tamen tunc in correctore requiritur animi constantia, & fortitudo, ad reprimendum superbos, & castigandum delinquentes, quilibet ij sint. Et si se imbecillem, & impotentem ad vitia opprimẽda repererit, corrector talis desistere ab officij procuratione in conscientia tenetur.

De veynte y seys años. Et sic declarabis verba legis proximè sequentis ibi. *Mayor de veynte años* & *l. 5. tit. 4. p. 3.* vt maioritatem hanc viginti annorum ad viginti & sex extendas annos impletos. Et hoc est quod voluit lex sequens, dum maiorem viginti annorum iudicem requisiuit. Aliter enim esset nostræ contraria: & per consequens per nostram tanquam per nouiorem corrigeretur: quod dicendum non est, sed declaranda potius vt diximus. Neque sufficit dicere legem nostram in ordinario iudice loqui, illam in delegato, nam lex nostra generaliter loquitur. Et itidẽ lex sequens ordinarium, & delegatum parificat quantum ad ætatem illam maiorem viginti annorum. Ergo necessario declaratio dicta debet fieri tam quo ad delegatum, quam quo ad ordinarium. Nam quoties lex noua corrigit, vel declarat aliquem ex casibus æquiparatis per legem antiquam, censetur & alium casum æquiparatum itidem corrigere, vel declarare: *prout dicemus Deo volente, in l. Tauri, vbi Doct. quæ est l. 4. tit. 4. lib. 5. infra.* Item, & quia lex nostra non solum generaliter, verum & geminatiuè loquitur, ibi. *Oficio ni cargo de justicia.* Ergo in omni iudice est intelligẽda, præsertim attenta rubrica, sub qua situatur, quæ in ordinario, & in delegato loquitur. Et tunc verum est hoc in delegato ab inferiori à Principe: nam in delegato à Principe minor ętas viginti & sex annorum sufficit: prout in lege sequenti clarissimè probatur, ibi. *Por comission nuestra.* Dum tamen Princeps hoc sciat, vt patet *ex seq. verbis*, ibi. *Sabiendo no ser de aquella edad:* quasi tunc dispensare censetur. Et de iure ciuili, quæ ætas in iudice requirebatur vltra alios tradit Cassaneus *in consuetud. Burgund. tit. des iustices, rubrica. 1. §. 6. nu. 12. fol. 63. & reperi post Olanum in concor. Antino. in correctione legum partitarum ad finem concor. posita, num. 22. sic declarantem.*

Por lo menos. Per verba hæc intelligendum est, viginti & sex illos annos completos esse debere tempore acceptationis officij. Inquisitor tamen hæreticæ prauitatis † cuius ætatis debet esse,
10 vide per Simancas *de instit. catho. titu. 34. numero 12. & 13.*

IN LEGEM TERTIAM.

1 *Delegatio facienda est in delegantis subiectum.*

2 *Minor etiam. 18. annorum, maior tamen 14. potest in delegatum per Principem, vel per partes eligi.*

3 *Minor. 14. annorum etiam ex partium consensu non potest in iudicem eligi.*

4 *Præsentans vel nominans aliquem ad aliquod officium præsumitur eius qualitates scire.*

5 *Iudicatum per iudicem antequam iuramenta facienda faciat, nullum est.*

6 *Hodie iure nostro sufficit semel præconizari syndicatum.*

SVMMARIVM.

Quæ iuramenta ordinarij, & delegati iudices facere, & quas fideiussiones de stando syndicatui præstare teneantur, & cuius sint eligendæ ætatis declarat lex nostra.

V*Eynte años.* Declara, *vt in l. sup. proxima, glos. veynte y seys años.*

Que es puesto por mano del ordinario. Hic est text. clarè probans quod iudex ordinarius potest delegare causam aliquam ex contingentibus & vertentibus coram eo, *prout in glo. rubricæ huius nostri tituli diximus.* Et tunc talis delegatus per ordinarium, & sic per inferiorem à Principe debet esse maior. 20. annorum, *secundum tex. hic: & secundum legem præcedentem* maioritas illa constituitur ad viginti & sex annos ad minus. *prout ibidem diximus.*

Puedele apremiar. Similis text. *in l. 5. tit. 4. p. 3. vbi glo. super ijs verbis, & in l. 2. eiusdem tituli & partitæ, in gl. 2.* dicebat corrigi his attentis dictum Abbatis contrarium dicentis *in c. cum vicesimum extra. de officio delegati.*

Tiene iurisdicion. Hic est tex. probans, quod vt delegatio fieri possit per iudicem † aliquẽ de- 1
bet delegari in hominem deleganti subiectum, & de suo territorio, vt possit cogi acceptare delegationem, *vt notat glo. in l. 1. C. qui pro suo iur. & in l. eum qui ff. de iurisdict. omn. iud. & 17. & 18. titu. 4 part. 3.* Valeret tamen commissio quamuis non sit subditus, si ille acceptet, *vt inquit Bald. relatus & secutus per glos. è aun. in l. 2. tit. 4. part. 3. & Abb. per tex. ibi, in c. pastoralis, in princ. num. 5. de offic. ordin.* Et tunc *secundum Bal.* si acceptet, potest cogi iudicare, sed si esset minor viginti annorum non posset cogi acceptare, etiam si esset suæ iurisdictionis, vt est text. *hic*, ibi. *Pero si fuesse menor.*

Pero si fuesse menor de veynte años. Similis *in d. l. 5. titulo quarto, part. 3.* Hæc tamen sicut & superiora prima verba legis nostræ debent intelligi, & declarari, secundum quod *in lege supra proxima*, diximus *in gl. veynte años*, vt referantur ad viginti & sex annorum implementum. Nam cum delegatus ab inferiore à Principe quis esse non possit, nisi & viginti sex annos habeat impletos *ex lege supra proxima*, meritò quod vt verificentur verba nostri text. sint intelligenda de minori viginti & sex annorum: qui quidem

nisi

nisi subditus sit delegantis, compelli non potest acceptare delegationem. Ita quod quantumuis esset maior viginti annorum: si tamẽ esset minor viginti & sex compelli non posset acceptare iurisdictionem delegatam ab inferiore à Principe etiam si subditus esset delegantis, vt sic minoritas viginti annorum, quo ad hoc in nostro text. requisita debeat extendi, & ampliari vsque ad viginti sex annorum minoritatẽ *ex tex. in. l. supra proxima: per quam hæc nostra declarãda est, vt sæpe dictũ habemus.*

Como quier que si el de su grado lo quisiesse hazer, lo pueda hazer. Versicul. iste refertur ad delegatũ ordinarij inferioris à Principe: & est limitatiuus præcedentium verborum, & legis *supra* proximæ, & *ibidem, & hic* circa hoc per nos dictorum, scilicet, quod quanuis assertum habeamus delegatum inferioris à Principe, etiam si sit delegantis subditus, si minor est talis delegatus viginti annorum, secũdum legem nostram, & secundũ legem supra proximam extendentem nostram sit minor viginti & sex annorum, compelli non possit delegationem acceptare, & eius iurisdictionem exercere. Hoc tamen est intelligendum procedere, & verum esse quoties inuitus est cõpellendus: volens verò posset optimè acceptare talem delegationẽ minor viginti & sex annorum maior tamen decem & octo, absque vllius pœnæ incursu. Et miror de Gregorio Lopez *in. dict. l. 5. titul. 4. p. 3. legi nostræ simili*, ad hæc non aduertisse, neque declarationem hanc considerasse: fortassis quia sufficiebat legis nostræ mentionem fecisse.

No vale el juyzio que diere. Ponderãda sunt verba hæc, vt & delegans & delegatus ad ea plurimũ aduertant, ne inanes lites faciant:

Saluo si fuesse puesto. Quoniam tunc quãtumuis sit minor decem & octo annorum admittetur ad delegationis per Principem, vel partium consensum sibi commissæ exercitium, & administrationem, Et hoc plus delegatus Principis priuilegij, & prærogatiuæ habebit, quam delegatus ab inferiore, *prout considerabat. & asserebat glo. in. l. quidam cõsulebant. ff. de re iudi. vbi Alex. nu. 2. eam doct. communiter sequi affirmat, & Cassaneus vbi supra. nu. 12. & pro ea habemus iam tex. nostrum.* Id tamen intelligendum est, dummodo Princeps delegans notitiam habeat illius minoris ętatis, vt probãt verba nostri tex, ibi *Sabiendo no ser de aquella edad.* Et insuper dumtamen talis à Principe delegatus minor decem & octo annorum maior sit quatuordecim annorum. Nam si minor quatuordecim esset non
3 posset † etiam ex partium consensu iudicare, *secũdum text. nostrum, & Suarez allegatione. 12. fol. 145. in antiquis. pag. 2. per totum.* Et *ex text. nostro* colligitur hoc modo, scilicet, *ex versiculo præcedente*, ibi. *Aunque fuesse mayor de catorze años* Nam cum ibidem assertum sit minorem. 18. annorum etiam si maior sit quatuordecim annorum non posse creari delegatum per inferiorem à Principe, versiculus noster, saluo si, qui est limitatiuus præcedentis, & exceptio debet esse de regula, est intelligẽdus iuxta verba, & sensum regulæ, vt, scilicet, quantumuis Princeps possit constituere in delegatum, vel partes consentientes, minorem decem & octo annorum, debet tamen esse maior quatuordecim, vt exceptio sit de regula: & sic consideratus est text. *hic* pro illa doctrina Suarez, & Pauli. *d. l. quidam cõsulebant, & ibi Alexand. num. 5.*

Sabiendo no ser. In dubio tamen præsumendum videtur Principem scire talem per eam electum, & nominatum in iudicem delegatum minoris esse ætatis, decem & octo annorum. Nam Prælatus, vel Patronus eligens, vel præsentans aliquem indignum, præsumitur † eius scire qualitatem, & in- 4
dignitatem, *secundum Abb. in. c. innotuit, nu. 9. & 21. de electio. & Rochum de iure patronat. verbo honorificum, n. 17.* Nam in facto etiam alieno quod quis indagare tenetur non præsumitur ignorantia, *secũdum Abb. vbi supra, & Ias. in. l. si res obligata, n. 3. de legat. 1.* Præsentans tamen vel eligens aliquem ad dignitatem vel officium tenetur indagare de vita & moribus, & ætate eligendi, *vt apparet vltra alia per cap. 18 sessio. 24. concil. Triden. de reformatione*, ergo præsumitur scire, & per consequens cum eo dispensare, *ex dictis per Alex. in. d. l. quidam consulebant, n. n. 6. & 7. ff de re iud.* Tamen quia lex nostra sciẽtiam in Principe requirit, oportet quod de ea in prouisione mentio fiat, vel saltim constet ex prouisione, quod Princeps sciuerit *ex dictis per Alex. vbi supra, num. 10. & sequentibus aliquibus, & ex dictis per Suarez vbi sup.*

Han de hazer juramento. Similis est tex. *infra scripta iuramenta ponens in. l. 6. tit. 4. p. 3.* vbi & glossa alia iuramenta facienda per iudices descripsit, & Auen. *c. 2. pretorum, nu. 3. cum pluribus sequentibus, lib. 1.* vbi, *nu. 1. vers. Et in tantum*, inquit ipsemet Auendañus, quòd si antequam iuramenta hæc præstiterit aliquid iudicauerint, totum quod iudicatum fuerit, erit nullum * Pro quo est tex. *in præsenti*, ibi. 5
Y antes que vsen. Ijs verbis eos in habiles reddens ad iudicandum, & officium exercendum ante iuramentorum horum præstationem. *De quo & tractabat Bal. in. l. priuatorum. C. de iurisdictio. om. iudi. & Hostiensis in. c. mandata, distinctio, 2. de præsumpt.*

Por sus personeros. Dum tamen iudices ipsi adsistant in loco vbi syndicantur per totos illos triginta dies syndicatui assignatos, *vt probat text. & ibi diximus in. l. 27. titul. 7. supra isto libro*, & dummodò causa non sit criminalis grauis. Quia tunc nisi cum iudicis licentia per procuratorẽ non audiuntur tales iudices syndicati *prout ibidem in glo. Y dexaua procurador, diximus.*

Vn pregon cada dia. Idem disponit text. *in l. 6. titul. 4. part. 3.* Quod tamen non vtitur, sed solummodò in principio residentiæ in loco publico da- 6
tur vnum præconium, † & non aliud. Per illud enim ita publicum fit iudices syndicari intra triginta dies post illud sequentes, sicut si omni hora diei cuiuslibet publicaretur, & pręconizaretur, pręsertim cũ in quolibet iurisdictionis loco præconiũ etiam detur, & mittuntur tabelliones per territoriũ ad publicandum, & recipiendum partium querelas, vt *in. l. 10. tit. 7. supra isto lib.* disponitur, & iubetur fieri, & ita vtitur, & practicatur, & affirmat Auiles, *in c. 3. syndicatus, verbo, pregonar, col. 2. in princ. & glo. in, d. l. 6. tit. 4 p. 3.*

IN LEGEM QVARTAM.

1 *Iudex substituere non potest nisi in casu à iure permisso.*
2 *Delegare vel substitutum ponere differunt.*
3 *Rector ciuitatis impeditus, an possit ermmittere alicui vocem suam.*

4 *Rectorum collegium an possit loco sui aliquem substituere.*
5 *Infirmitas multa habet priuilegia.*
6 *Iudex tenetur iudicare in loco maiorum, nu. 9. 10. & 11. quid in alijs iudicibus.*
7 *Locus consuetus censetur in citatione expressus.*
8 *Ordinarius iudex potest citare absque loci expressione, si consuetum locum habet.*
10 *Locus consuetus de consensu partium potest alibi transferri.*
11 *Litigans, an teneatur iudicem alibi quærere, quam in loco iudicij.*
12 *Iudices seculares non ita sicut Ecclesiastici, horam terminatam iudicandi habent.*
13 *Substitutus debet esse eiusdem conditionis cum substituente.*

SVMMARIVM.

Iudicandi potestatem nemo habet nisi cui Princeps vel populus habens ad id priuilegium vel forum concesserint, vel ex partium conuentione, & compromisso: iudexque electus non potest per substitutum deseruire, nisi in casibus hic expressis: & tunc substitutus debet esse idoneus: horaque & loco hic declaratis lites diremendæ sunt & iudicia proferenda.

NIngun hombre. Concordat tex. *in l. 18. tit. 4. par. 3. & tex. in l. 1. supra eod.* Imò si quis absque Principis, vel illius, qui concedere possit iussu & licentia iudicaret crimen læsæ Maiestatis committeret, prout alio in loco dictum remanet. Locum tamen tenẽtes correctorum id facere possunt, *prout in l. 10. tit. 5. supra isto lib. diximus, & per nostrum tex.* & melius dixisset *per d. l. 10.* id videtur cõcessum in correctionem *d. l. 18.* vt nouissimè inquit Olanus *in concor. Antinom. in correctio. legum partitarum num. 24.*

Otros substitutos. Similis est tex. *in l. 6. tit. 5. supra isto lib.* vbi dixi *in glos. 1. & in l. 10. eo. tit. & lib.* alia etiam in propositum diximus. Omni enim iure
1 prohibitum est iudicem * loco sui substituere alium, nisi à iure reperiatur permissum, *vt in authen. de collatoribus §. ad hoc prohibemus, & in alijs iuribus allegatis per Marant. in practic. 4. partit. distinct. 5. num. 19. pagin. 123. in paruis.* Sed nonne subdelegare ordinarius potest? Et posse in rubrica huius tituli dictum est: si ergo subdelegare potest, substituit contra nostri tex. dispositionem: quid dicendum? Et difficultati huic faciliter responderi potest, si consideremus multum differre, delegare
2 vel substitutũ ponere: * nam delegatione facta remanet nihilominus iurisdictio circa alia negotia non delegata penes ipsum delegantem ordinarium, & de eis cognoscit, & potest cognoscere. Substitutione verò facta solũ substitutus cognoscit, & lites dirimit, quia in totum substituitur: & quia in totum iurisdictionem dare substitutum ponendo non licet regulariter ex tex. nostro. Ideo in presenti substitutio prohibetur, nisi ex causa fiat expressarum in iure. Vel melius dici potest delegatum multum differre ab eo, qui vicem alterius gerit, & sic in substitutum nominatur, & ponitur. Hic enim scilicet, vicem gerens & substitutus in locum demortui aut impediti substituitur, ordinariamq; iurisdictionem habet: quæ quidem desunt in delegato, quia non impeditus vel viuus delegat. Delegatus ille iurisdictionem habet delegatam, & ideo quanuis delegatio fiat, dici ex hoc nõ potest substitutionem factam esse. Et sic cessat difficultas ijs modis, *quibus ita dissoluit eam Doctor Oroscius Pinciæ olim auditor in rubri. nu. 7. col. 492. ff. de officio eius, cui manda. est iur.* Est tamen notandum, quod sunt aliquę personæ quas enumerat Auenda. *c. 3. Prætorum, nu. 5. vers. multi tamen sunt lib. 1.* Quæ etiam ex aliqua de causis in nostro text. expressis substituere non possunt, prout est in rectore aliquo ciuitatis, vel populi, qui licet posset, dum impeditus, vel absens esset, si citaretur, committere alicui vocem suam, † & votum, quasi per citatio- 3
nem legitimetur persona eius, *prout inquit Rebuf. in concorda, Regis Franciæ, in rubrica, de constitut. glos. interesse vers. notandum est, pag. 49. & in proposito tradit curia Pisana lib. 2. c. 6.* non tamen, etsi impeditus, vel absens esset vel infirmus, posset in locum suum alium ponere, & sic substituere, *secundum Auend. vbi supra* quanuis Didacus Perez per me relatus, *in l. 1. nu. 16. supra isto lib. & tit.* aliud velit: sed collegium rectorum nominat tunc ad petitionem partis alium loco impediti vel absentis, *vt in d. n. 16. diximus.* Et an collegium * totum Decurionum ciuitatis possit loco sui alium ponere, & 4
nominare, tradit remissiuè Alex. *in l. more. n. 45. ff. de iur. om. iudi.*

Si no fueren dolientes. Infirmitas † enim priuilegia multa habet, *prout in l. 6. verbo, enfermedad, titul 5. supra isto lib. remissiuè dictum est.* Et istud nostri tex. est vnum priuilegium, *secundum Auenda. tex. nostrum allegantem in c. 3. prætorum nu. 5. vers. 3. limit. lib. 1. & tradit Mar. in d. nu. 19.* quod tamen de graui infirmitate intelligẽdũ est, *vt diximus in d. l. 6 & patet ex tex. hic ibi. De guisa que no pueda juzgar.* 5

En lugar señalado. Et erit in loco vbi sui maiores † iudicare consueuerunt, *secundum tex. in l. pen. ff* 6
de iust. & iure vbi Part. & Bal. & con. l. 7. titul. 4. part. 3. Et sic licet *secundum Fel. in c. cum M. nu. 6. de const.* locus certus in citatione non exprimatur, censetur tamen *secundum eum ibi* expressus locus consuetus. * Nam & in citatione loci expressio 7
facienda est, secundum text. *in l. sicut proponis la 2. C. quom. & quando. iud.* Vbi Bar. *nu. 1.* inquit quod iudices ordinarij, sicut Episcopus, possunt quemlibet locum suæ iurisdictionis ad sententiam saltim proferendam signare, etiam in camera sua: *de quo per propositum latè in c. cum parati. nu. 12. de appellat.* Et quanuis Maranta *vbi supra 6. parte, tit. de citatione, nu. 64. pag. 367. in paruis,* dicat quod ordinarius iudex * possit citare absque loci expressione, 8
id tamen verum est, si locum designatum antea habebat: nam de loco solitæ residentiæ intelligitur, *secundum Maran. ibidem* Sed si locum signatum non haberet, neque consuetũ tenetur in citatione locũ exprimere. Imo & inquit Præp. *vbi sup. n. 12.* quod debet parti locus signatus intimari

neque

neque Felin. *in d. c. cum M. num. 6.* corruptè allegatus per additio. Præpositi *in d. c. cum parati, nu. 22* dicit, quod possit Episcopus sine præfinitione diei vel loci citare: nam hoc sic generaliter dictum non est verum. Sed loquitur Felin. cum Episcopus habet locum & diē consuetos ad audiendū litigātes. Tunc enim quāuis dies neque locus apponantur in citatione, valet citatio, & censetur citatus loco & die consuetis, *secundum Felin. & Mar. vbi supr. & Bald. per text. ibi in l. cum sententiam, C. de sent. & inter, om. iud. & ibi gl.* Nam si neque locum, neque diem haberet consuetos ab antiquo, tenetur in citatione Episcopus, & eius vicarius locum & diem inserere, & parti notificari deberet, prout in citationibus iudicum Ecclesiasticorū inseri videmus, licet in laicorum iudicum citationibus locus non inseratur: nam à communiter accidēntibus, & vbique habent: ā locum publicum deputatum ad audiendos litigantes. Et ideò hac de causa *ibidem* iudicare tenentur, *secundum text. nostrum*, & hoc re-
9 gulare est in ordinario iudice, † delegatus verò iudex in quocunque loco, in quo voluerit, potest de causa sibi commissa iudicare, infrà tamen iurisdictionē delegantis: nam in non subditum delegatio fieri non potest, *vt probat l. 17. tit. 4. p. 3. & dixi supra eo. l. 3. gl. 3.* Et cùm in subditū delegari debeat, meritò si intra delegantis iurisdictionem debeat eius delegatus cognoscere: & tunc quēlibet locum delegantis potest signare, nisi aliud in cōmissione dicatur, vel de cōsuetudine antiqua habeatur locus certus & designatus ad iudicandum per delegatos iudices. Est tamen verū, quod & ordinarius iudex ex partium consensu potest alibi quā in loco consueto iudicare: nā de partium cōsensu potest locus
10 consuetus ad alium transferri * locum, *secundum Bal. in d. l. cum sententiam, oppositione 1.* vel ad prouidendum de negotio summario vel breui, prout quotidie fit, dum tamen sit intra suū territorium: nam extra non licet ei iudicare. Sed an ex partium consensu & cōcordia, vt in alieno territorio iudicetur inter ipsas partes, fieri poterit, vide Bart. *in l. ius publicum, ff. de iust. & iure, Cyn. in l. si quis ex consensu, C. de Episc. audi. Innoc. & Hostien. in c. nouit, de offic. deleg. facinnq; dicta per nos in l. in gl. fuera, tit. 3. infr. lib. 4.* Potest tamen delegatus iudex cognoscere contra me, vbicunq; meus ordinarius posset, *secundū Hostiens. in c. dilecti, in fine, de foro comp.* si tamē nusquam in populo fuit locus pro iustitia reddenda designatus, ipsimet iudices etiam ordinarij, poterunt sibi locum ad hoc designare, dum tamē sit honestus & publicus, & vbi litigātes eum reperire possint, & non sit locus suspectus, secundum tex. *in l. 7. tit. 4. par. 3.* vbi glo. *do non*, quærit an liti-
11 gans * teneatur iudicem alibi quærere quā in loco publico iudicij, & semel electo loco publico & honesto non debet amplius illum immutare sine causa: imò tenetur *ibidem* iudicare deinceps, *prout supra in l. 15. tit. 6. verbo, causa, supra isto lib. dictum est*, quamuis iure ciuili *ex l. si vt proponis. C. quomo. & quando iud.* liceret illum suo arbitrio immutare, & hæc de ordinario & delegato iudicibus. Alij verò iudices singulares habentes iurisdictionem ex præscriptione in certas personas, si per consuetudinem locum designatum habent, non possunt eum immutare: aliter enim arbitris æquiparantur, & vbi voluerint poterunt iudicare, *secundum Innocent. in cap. cum contingat, de foro compet.* Arbitri autem iuris, qui succedunt in iurisdictione iudicis ordinarij recusati, non tenentur iudicare in loco & tribunali, vbi ordinarius ille recusatus iudicabat, sed possunt sibi locum habilem & idoneum eligere, sicut possunt arbitri simplices non habentes prætorium: de quibus videre poteris notata, *in l. cum sententiam, C. de senten. & inter. omn. iudi.* Vbi gloss. inquit, quod iudices Bononiæ, & alij particulares iudices non habentes certam & particularem sedem, possunt in domibus suis, vel alijs publicis & honestis locis ferre sententiam. Et de prædictis videndus est etiam Bald. *in c. imperialem, §. præterea, 3. de prohib. feudi alien.*

Desde principio de Abril. Similis videtur text. *in l. 7. tit. 4. part. 3. & foro legum, lib. 1. tit. 7. l. 2.* quod legitur in foro iudiciali, *lib. secundo, tit. 1. l. 18. in fine.* Et iustè quidem hora iudicandi ijsce legibus determinatur, vt sciant partes quota hora debent ad iudicium venire, quod maximè in audientijs Ecclesiasticis seruatur, *secundum Præposit. dict. capit. cum parati, num. 14. & Maranta vbi supra, nu. 66.* Horam enim certam & determinatam habēt, scilicet, ad horam tertiam: licet seculares* non ita de- 12
terminatè procedant: sed vna quandoque vel alia hora ius partibus reddunt, & malè: deberent enim eadem id facere hora. Quia tamen solent antequam pro iudicandis & audiendis litibus forum publicum ingrediantur, voce præconis proclamari facere, vt ad notitiam omnium deueniat, ideò non habent horam determinatam. In supremis tamen tribunalibus loca & horas signata habēt pro reddendo iura partibus.

Dexe hombre. Hoc enim regulare est, quod vbi licet per substitutum deseruire, † debet esse substi- 13
tutus eiusdem cōditionis & capacitatis, cum substituente, *vt est text. & ibi Bartol. in l. 1. C. de præposit. agen. in rebus, lib. 12. & idem Bart. in l. nemo est qui nesciat, ff. de duobus reis. Euerardus in centuria locorū cap. 93. de subrogatione, col. 3. in paruis.*

IN LEGEM QVINTAM.

1 *Auaritia radix omnium malorum iudicatur.*
2 *Iudices etiam delegati iure nostro sicut & canonico munera recipere non possunt.*
3 *Iudicis appellatione in materia pœnali ordinarius venit.*
4 *Iudices an ab illis qui coram eis ad iudicium venire non credūtur, munera capere possint.*
5 *Iudex furta & scelera in officio committens, debet officio priuari, neque ad illud amplius promoueri.*

SVMMARIVM.

Iudicibus munera aliqua, neque poculenta vel esculenta à litigantibus accipere licet, sub certa pœna.

C*Obdicia.* Quam iam radicem † omnium malorum esse diximus, *vt 47. distinctione bonorum, & in capitul. nam concupiscentiam, de constitution. optima. l. quarta, titulo tertio, partit. secunda, ibi glossa, & l. 13. & 14.*

& 14. titul. 5. par. 2. & beatus Cyprianus in sermone 1. de eleemosyna, pag. 5 in medio. Et sic inquit singulariter text. *in auth. vt iudi. sine quo suf. §. an certè*, esse quoque hoc sacrorum & eloquiorum mirabile & verum, quod auaritia omniũ sit mater malorum, maximè quando non priuatorum, sed iudicum inhæret animabus. Quis enim, *inquit ille text.* sine periculo non furetur, quis non latrocinabitur sine reatu, ad administratorem respiciens? Illum nãque videns omnia auro vendentem, & præsumẽs, quia quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet. Hinc homicidium & adulterium, & inuasiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confusio, & contemptus legum & iudicũ, omnibus hæc venalia esse proposita putantibus, tanquam aliquod optimorum mancipiorũ. Et sic ferè omnes reip. discordiæ eorum flagitio, & improbitate, qui se Principes in rep. dici cupiunt, & eius administratorum officium exercent, sunt concitatæ. Quamuis enim nihil sit amentius neq; magis furiosum, atque turbulentum, quàm corruptæ multitudinis studium, illa tamen ipsa vitia, quæ multitudo concipit, summis viribus adscribenda sunt. Nam cum omnes administratorum publicorum imitatores existant, nunquam plebs tantis flagitijs, seipsam inquinasset, nisi fuisset ad immensam luxuriam, & infinitam cupiditatem, exemplo personarum publicarum concitata. Ita fit, vt ciuiũ libidines, quas amplissimi viri, vel solo exemplo continentiæ frangere debuissent, vitæ turpitudine augeant, atque vehementer incendant. Vbi verò plebis animi flagitijs atque nefarijs cupiditatibus infecti fuerint, nullis legibus, nullius authoritate, nullo supplicij metu, à furore & audacia continebuntur, neque vlla ratione prohiberi poterunt, ne erumpant aliquando in totius reipub. perniciem. Omne itaque malum videtur à summis viris tanquam à fonte defluere, in quorum potestate situm erat, nascentem populi cupiditatem, & virtutis exemplo, & legum seueritate refrænare. Ideò aduertant Reges, Principes, Magnates. Aduertant denique capita populorũ, nobiles, literati, & præsertim ecclesiastici viri, & publicæ personæ: Regis enim ad exemplum totus componitur orbis, ex quibus considerationibus dicebat Poëta Christianus, Verinus nomine.

Cùm reus est dives prætorem nactus auarum.
Quid non sperabit posse licere sibi.

Adeoque odio habetur auaritia, quod & ipsum iudicem auarum tentans corrumpere, punitur, *ex l. 26. tit. 22. p. 3. & diximus in l. 1. tit. 6. supra isto libro.* Et de auaritia optima traduntur per Mantuanum, *in lib. 2 obseruationum, c. 15. de auaritia.*

2 *Delegados.* Nam & ipsis delegatis* munera recipere *per tex. nostrum* prohibetur, prout & Pontificios etiam tenere asserit Oroscius *in l. plebiscito, numero 2. col. 473 ff. de offi. præsid.* & quia iudicis appellatione in materia pœnali ordinarius iudex com-
3 prehẽditur, † *secundum text. in l. 1. C. de contract. iud. voluit Bal. in l. 1. col. 2. ff. de iur. om. iud. & Ioa. à Grassalis, de substantialibus procuratorij, verbo iam ordinario, quàm delegato, num. 1.* ne dubitationi locus relinqueretur, an text. noster in delegatis procederet. De eis etiam expressit, vt neque ipsis liceat munera à litigantibus capere: imò neque inquisitoribus hæreticæ prauitatis, *secundum Simancas de institut. Cathol. titul. 34. num. 42. cum sequent.*

Dones. Con *l. 1. & 8. tit. 6. supra isto lib. & l. 6. tit. 4. p. 3. & ibi gloss. no recibas.* Et *lib. 1. Regum* dicitur, acceperunt munera, & peruerterunt iudicium, & *Ecclesiastes*, venia & dona excœcant oculos iudicũ, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum, prout hæc & alia refert Simancas *de institu. Cathol. tit. 34. num. 42. & 43.* & Poeta Verinus.

Quid non argento, quid non corrumpitur auro?
Qui munera dabit munera victor erit.
Munera quid possint testatur ferrea turris,
Quam victor fuluo Iupiter imbre subit.

Et sic consulit his versibus.

Munera ne capias: vncus latet hamus in esca,
Nulla carent visco munera: virus habent. Nam
Quid tibi si gemmas omnes cumularis, & aurum,
Et tua tartareis mens crucietur aquis?
Pone modum, rebus nimium confise secundis,
Quæ dedit hæc, eadem sors, tibi tollet opes.

Et iterum:

Quid cumulas aurum, solum conceditur vsus:
Tempora labuntur dum cumulantur opes.
Quid lætare miser? nescis post gaudia vitæ,
Perpetuos luctus mortis adesse tibi?
Quid pius Æneas, quid dives Tullius & Ancus?
Puluis & vmbra sumus.

Dicas quæso (*ait B. Bern.*) vbi sunt amatores huius mundi, qui ante pauca tempora nobiscum fuerũt? Considera, quod fuerunt sicuti tu, comederunt, biberunt, riserunt, vixerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferos descenderunt. Quid profuit breuis lętitia, inanis gloria, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, mala concupiscentia? Vbi risus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? De tanta lætitia, quanta tristitia, post tantam voluptatem quanta miseria, nihil eis accidit, quod tibi accidere non possit, quia homo es, homo de homine, & limus de limo. Et in hoc propositum, vide Ludouicum Granatensem *in tomo 2. concionum suarum concione 2. feriæ quartæ Cinerum, & caput 5. Ecclesiastes, & Augustinum in 9. tomo operum suorum, in c. speculum peccatoris, col. antepenin fi. cum sequent.* Ideò iudices ad hæc aduertant, & semper postrema & vltima præ oculis habeant: sic enim & à muneribus abstinebunt, & recto tramite iustitiam facient.

Que sea de los que ante ellos. Ergo si non sint de ijs qui coram eis ad iudicium venire possunt, † pote- 4
runt ab eis munera recipere, quicquid in contrarium voluit Auend. *c. 2. prat. n. 4. lib. 1. vers. & ex hoc*, nisi illum intelligas locutum fuisse, prout credo in illis, qui licet non litigent pro tunc, possunt tamen in posterum litigare: nam neque ab ijs possunt aliquid recipere, nos verò loquimur in illis, qui neque litigant, neque speratur quod litigabunt. Tu tamen ab omnibus abstine munera recipere, de quibus sperari potest quod aliquando coram te aliquid petẽt, etiam si spes hæc sit remota, & incredibile videatur, num coram te comparebunt in iudicio in lite aliqua: est tamen, vel esse potest spes, licet minima de hoc.

Agora sean los dones. Ex ijs verbis quęlibet munera siue esculenta, siue poculenta magna vel modica prohibentur accipi, *prout & optimè probat Auend. d. cap. 2. Prat. n. 4. lib. 1.* Imò neque promissionem muneris licet acceptare, *secundum tex. vbi dixi in l. 1 & 8. tit. 6. supra eo. lib. 1.*

Por el mismo hecho. Iudex enim furta & scelera in officio

officio committens debet officio priuari, neque ad illud amplius admittendus est, *vt per Rolan. Valle, consil. 66. nu. 49. lib. 1.* Sed an pœnam saltim infamiæ euitabit iudex restituens ante condemnationem, *in l. 1. verbo promessa, tit. 6. supra eod. li. diximus.*

IN LEGEM SEXTAM.

1 *Quæ sunt difficilis probationis per quamlibet informationem probantur, & ibi cum nu. 2. quæ sint hæc.*

3 *Laicus contra clericum admittitur in criminalibus ob defectum probationis,*

4 *Fama sola facit semiplenam probationem ob defectum probationis.*

5 *Testes minus idonei propter personas si sunt plus quam duo plene probant.*

6 *Testes inimici etiam in causa graui repelli possunt.*

7 *Mediator Barateriæ an possit in testem adduci.*

8 *Iudice fugiente Barateria iuramento partis probatur.*

9 *Testes singulares quibus in casibus plenè probent nu. 10. quando singulares dicentur.*

11 *Testes in ciuilibus in dubio non præsumuntur singulares.*

12 *Quando locus & tempus non sunt de substantia actus diuersitas loci & temporis non vitiat eorum dicta.*

13 *Testis non iuratus nullam fidem facit.*

14 *Maioritas testium contra iudicem pro Barateria probanda productorum probanda est.*

15 *Semel malus semper præsumitur talis, nisi probetur per triennium emandatum fuisse.*

16 *Testes omnes fide digni, & maiores omni exceptione præsumuntur, nisi prohibiti reperiantur.*

17 *Quando de plena & optima testium opinione probandum & articulandum sit nu. 18.*

19 *Testes quando de iure communi deponentes de proprio facto admittebantur cõtra aliquem, illud erat cum protestatione quod nihil inde percipere volebant.*

20 *Quæ sunt pro Barateria probanda contra iudicem articulanda.*

SVMMARIVM.

Quæ probatio sufficiat contra iudicem in munerum receptorum & Barateriæ liquidationem, declarat lex nostra.

POrque. Hæc est ratio decisiua nostri text. & eius dispositionis. Nam cum testes singulares non faciant fidem, delictumque hoc munerum per iudicem receptorum secretè, & clam perpetrari soleat, ne hac de causa, & ob defectum probationis impunitum remaneret, tex. in nostro statuitur, & disponitur casus specialis, in quo testes singulares plenè probant, & admittendi sunt: quod & ratione, & iure fundari potest. Eò quod in ijs, quę sunt difficilis probationis, * prout hæc munerũ receptio, quæ clam, & 1
in secretò fieri solet, & communiter accidentibus alij testes, quam corrumpens, & corruptus non intersunt, quælibet informatio iudicis habetur pro plena probatione, *secundum Bart. in l. in illa stipulatione, la 1. ff. de verbo oblig. in fin. verbis, quem ibi sequitur Ias. num. 18. & 19. & Hippolyt. in rubrica, fol. 37. in paruis, vers. rursus dico quod prædictæ gloss. C. de probatio. Idem Hippolyt. consil. 127. num. 7. cum 4. seq. & iterum n. 25. cum seq. & Alex. consil. 24. n. 6. cum seq. vol. 2.* Imo & *secundum eundem Hippolyt. cons. 5. nu. 23.* solo iuramento ipsius partis tunc posset probari, quod tamen non affirmo. Neque solum iuramentum crederem sufficere, sed probationem aliquam cum eo ex qua iudex se informare posset. Imò & tunc procedet illa Bartoli opinio *in d. l. in illa*, quoties habitu neque actu super tali re testes alij, neque alia probatio haberi potest, prout est in re, quæ solet clam & occultè fieri, *ita intelligit Bernard. Diaz in regula. 759. & Anto. Gom. tomo. 3. c. 12. num. 21. & Auend. c. 2. Prætorum nu. 16. lib. 1.* & sic non sufficit quod non adessent alij testes, sed & quod adesse non potuissent, *secundum But. in c. tertio loco, de probatio.* & hanc testatur communem declarationem Deci. *in cons. 342. num. 8.* relatus per Iulium Clarum *in pract. crim. lib. 5. q. 24. num. 19.* Qui tamen aliud vult, imò quod sufficiat quod alij testes non adfuissent, licet adesse potuissent. Communis tamen tenenda est: & sic est probandum & articulandũ alios testes nõ adfuisse, neque adesse potuisse *secundum Hippolyt. cons. 80. n. 62. de quo & per additio. Capellæ Tolos. decis. 4. & Soci. cons. 17. num. 5. vol. 1.* & quæ sint ea, quæ difficilis probationis reputãtur, declarat glos. sing. *in l. si cum exceptione §. in hac actione ff. quod metus causa* quam commendant Angel. & Doct. *ibi*, & Alex. *cons. 24. animaduersis ijs colum. 1. vol. 2.* & plures eam commendantes allegat Hippol. *in l. 1. in princ. 63. ff. de quæstionibus, & in cons. 5. nu. 20. & 21.* vbi & alia enumerat, quæ sunt difficilis probationis. Et quia delicta iudicum † difficilis probationis sunt, & dicuntur, *secundum Auend. c. 2. præt. num. 17. lib. 1.* ideò & meritò in lege nostra singularibus testibus & sic probatione aliàs irregulari probari posse, statuitur. Hoc enim difficilis probatio efficit, sicut & efficit, vt laicus contra clericum † etiã in causa criminali criminaliter 3
intentata admittatur in testem, *secundum Abb. & Doct. in c. de cætero, de testibus.* Cum regulariter, *secundum tex. ibi* in tali causa criminali criminaliter intentata non deberet contra clericũ laicus testis admitti, *secundum tex. & ibi omnes in c. quoniam de testi.* licet si ciuiliter agatur, possunt optimè laici etiam fœminæ contra clericos admitti, *vt ibidem probatur, & gl. non fœmina, in c. forus, de verbo signifi.* Licet tunc *secundum Abb. in eod. c. forus*, non adhibeatur tanta fides laicis illis, sic & propter difficultatem probationis fama sola † facit plenam 4
probationem secundum Dec. *in c. dilecti. el. 1. n. 17 de appellatio.* vbi *à n. 12. cum seq. aliquibus* ponit casus vbi fama plenè probat. Et idem quod Dec. tenet Alex. *cons. 24. n. 20. vol. 2.* & Dec. *cons. 595. n. 6. & in cons. 575. num. 7.* hanc communem vocat Regulam. Et ita quandoque vidisse iudicari asserit Clarus, *lib. 5. practicæ crim. §. fi. q. 21. col. 3. in princ.* & in

& in facti contingentia plura aliàs allegaui, quæ nunc missa facio, quia nostræ materiæ non est. Sufficit enim scire hæc & alia, difficultatem probandi continentia, efficere.

A los juzgadores. Idem si alijs officialibus, vt vota, vel iustitiam præbeant, vel non, *secundum tex. in. l. 7. ti. 2. lib. 7. infra, quã ad hoc allegat Auend. c. 2. prat. n. 18. lib. 1. & in Alguazellis idem etiam disponitur. in tit. 27. §. antep. fol. 276. col. 2. in fine, lib. 4. infra.*

Que si fueren tres testigos. Licet enim regulariter in omni causa duo testes sufficiant si cõcordes sunt, *secundum tex. in. l. vbi numerus ff. de testibus*, tamen quia in nostro text. disponitur, vt quantumuis contestes non sint & concordes adhibeatur eis plena fides, ideo amplius quam duos testes lex nostra requirit, quasi numerus maior duorũ testiũ suppleat defectum concordiæ eorũ: cũ regula sit, quod si te-
5 stes minus idonei propter personas * suas sunt tres, vel plures, numerus eorum supplet defectum qualitatis, *secundum Alex. cons. 5. col. pen. lib. 1. & Bern. Diaz reg. 746. fol. 19.* & sic plenè probant. Et per cõsequens in nostro casu tres requirũtur: quia aliàs est defectiua probatio testium singularium. *Ita in propositum inquit Auen. c. 2. Prat n. 19. vers. secũdo deducitur lib. 1.* Imò & tunc cum talibus tribus singularibus testibus aliæ debent concurrere præsumptiones, ex quibus iudex syndicator certus de ijs reddatur delictis prout tex. *hic* inquit ibi, *Y otro si auiẽdo*, & quod testes illi singulares sint omni exceptione maiores, vt inquit tex. noster ibi, *Syendo las personas tales, que entienda el que ha de librar que son de creer.* Et de hac etiam barateriæ & nũmorũ receptorum probatione, tradit Auen. *d. c. 2. n. 16. cũ pluribus seq. lib. 1.* & similẽ probationẽ in causa vsuratũ requirit & ea cõtentatur. tex. *in. l. 4. tit. 6. lib. 8. infra. de qua & per eund. Auen. c. 29. Prat. nu. 1. cũ 3. seq. li. 2.*
6 Vbi. *n. 3*, inquit quod si testes * ij sint inimici, repelli poterũt, & hoc quia etiam in causa læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ repelluntur testes inimici, *secundũ An. Go. to. 3. c. 12. n. 14. & Auen. c. 5. n. 6. in medio lib. 2.* Si tamen testes ij essent cõtestes duo sufficerent: & tunc nullo modo repelli possent ex alia causa, quam inimicitiæ, *secundum Auen. d. c. 2. Prat. n. 19. vers. tertio deducitur, lib. 1. & in. d. c. 29. n. 2. lib. 2.* Neque tunc qualitatẽ, & bonam testiũ famam erit necesse probare cum contestes sunt, quia lenones, & alij *ibidem* conuersantes examinari poterunt, *secundum Puteum, de syndi. verbo, testis. c. 1. n. 3. fol. 431.*
7 Et an mediator barateriæ * poterit in testem adduci, tradit Puteus, *vbi supra. c. 2. n. 3. fol. 434.* & Auiles. *c. 5. syndicatus, verbo satisfacion, fol. 272.* & Augustinus Dulcetus, *de syndicatu, nu. 32.* Si tamen iudex
8 fugerit * per iuramentum probatur barateria, *secũdum Auend. d. c. nu. 19. in principio, & tenet gl ostenditur, in auth. vt iudices sine quoquo suf. §. necessitatem, quam singularizat Bal. in margarita verbo, officiales, & Hippol. singul. 112. & Iaf. in l. 1. n. 4. C. vt omnes iudi. & Oroscius. in. l plebiscito. col. 473. in prin. litera. B. ff. de offi. præsi. & est similis gl. ex acto. in. l. admonendi. ff. de iure iur.* Et quæ de iure ciuili requirebatur probatio in crimine barateriæ, vide nouissimè per Olanum, *in concordia Antinomia. litera. B. numer. 48. vsque ad. 53.*

Maguer que cada vno diga. Hic est vnus casus vbi
9 testes † singulares probant, & fidem faciunt: alius est in vsuris, *vt in l. 4. tit. 6. li. 8. infra*, & alios casus remissiuè refert Dueñas, *in regul. 84. in fine latissimè per Felin. in. c. licet ex quadam, de testibus, aliquid per Antoni. Gomez. to. 3. c. 12. n. 12. Hippol. cons. 1. n. 44. cũ seq. Iaf. in repetitione, l. admonendi, n. 256, ff. de iure iur.* Et notandum, quod testes non dicuntur singulares respectu actus, sed respectu † finis, *secundum* 10
Hippolyt. vbi supra, numero 57, Et ideò si testes dicunt quod Titius occidit Seium cum gladio, vel claua, licet alternatiuè deponant, & loquãtur, probant, *secundum eund. Hippol. cons. 37. nu. 8.* in dubio tamen est notandum, quod testes in ciuilibus † nõ 11
præsumuntur singulares *secundum Bal. in. c. bona, de de electio. & Euerardum in suo centiloquio, loco, 86, in fine. pag. 528. in paruis, & Matth. Afflict. decis. 375. n. 8.* Item & notandum, quod quando locus, & tempus nõ sunt de substantia actus * de quo agitur di- 12
uersitas loci. & temporis, non nocet, neque vitiat dicta testium, *secundum Gnidonem Papæ decisio. Dalphi. 544.* Ex quo ipse *ibidem* inquit, quod electio sepulturæ potest singularibus testibus probari, sicut & in probanda iurisdictione, *vt & per Gãdinum de maleficijs pag. 33. in paruis, col. 1, & communem testatur Fel. relatus per Rojas, de hæreticis, 1. p. n. 600.* Item & in probanda possessione, vel consanguinitate, vel iure decimandi & in similibus actibus, quę momento temporis non expediuntur singulares testes probant, *secundum Anchar. cons. 279. in fine, & Octauianum in decisione Pedemontana, 99. numer. 24. cum 4 sequentib.*

Sobre juramento. Nam testis † non iuratus nullã 13
fidem facit, secundum tex. *in, l. iurisiurandi, C. de testibus, & in, c. tuis. extra eo. tit. tradit Soci. in regul. 424. Couar. lib. 2. Var. c. 13, nu. 2. cum seq. Menoch. de arbit. iudi. lib. 1. q. 26. Et Octauianus Vestrius, in pract. cancellariæ Apostolicæ, lib. 6, c. pen. num. 6, & ibi additio, n. 34*, & optime & succinctè Rebuffus, *tertio tomo constitutio. Franciæ tit. de inquisito. seu commissar. gl, vna, artic. 12. glos. 1. & ibi in glos. secunda.* optimè declarat qualiter partes sunt citandæ ad videndum iurare testes, *& de ijs late per additio. Octauiani Vestrij, in practi. cancella. apost. li. 6. c. pe. nu. 34, cum sequent. pluribus.*

Seyndo las tales personas. Sed an maioritas exceptionis harum personarum, † & sic testium erit arti- 14
culanda, & probanda, an verò quanuis non articuletur, neque probetur, præsumenda erit si contrarium in processu non apparuerit? Et videtur dicendum præsumi debere: nam quilibet præsumitur bonus & idoneus, omniq; exceptione maior, nisi contrarium probetur. Nam ad hoc, vt quis malus præsumatur, probari debet semel fuisse malum, *secundum text. in cap. semel, de regu. iur. in, 6. & l. 33. tit. fi. p. 7.* nisi è contrario probetur per triennium emendatum fuisse * Nam per hoc excludetur præ- 15
sumptio dictæ regulæ, semel malus, *vt probatur ex tex. in auth. de monachis, §. si vero is quidem collatione prima, quem in hoc commendat Roman. singul. 236. & Salicet, in, l. si minore, C. de integ. resti. Angel. in l. si fideiussor, §. si. ff. qui sat. cog. Iaf. in l. si prius colum. 14. num. 43, ff. de noui. op. nunti. Boerius decisio. 23. num. 86. Alciat. de præsumptioni. regula. 2. præsumpt. 7. num. 3. Afflictis, decisio. 36. in fine.* Si ergo vt quis malus præsumatur, & non idoneus testis debet allegari & probari, & de iure terminus ad testium reprobationem statutus est, & obiectiones debent esse claræ & distinctæ, *vt probatur in l. 2. titul. 8. lib. quarto, infra*, igitur hoc non constito præsumentur testes fide digni. Omnes enim

præ-

16 præsumuntur fide digni * & omni exceptione maiores, qui nulla exceptione legitima repelli possunt & lege non reperiũtur prohibiti, *secundũ tex. in l. 1. ff. de testibus, notat Ant. Gomez to. 3. c. 12. n. 12. in fine, & Rojas de hæreticis. 2. p. num. 88. cum sequentibus pluribus, & Soci. Iunior. cons. 12. numer. 8. volu. 2.* Et ideò testibus non credendum allegans, debet causam manifestare, quare non credatur. Pro contraria verò parte, imò quod in nostri text. materia debeat probari maioritas horum testium, & si non probetur, non præsumatur neque fidem faciant, deducitur clarissimè *ex verbis nostri tex.* ibi, *Seyendo.* Quæ quidem sunt verba gerundij, insuperq; in ablatiuo posita, verbaq; gerundij præsertim si in ablatiuo ponantur, qualificãt orationem, & sermonem, quibus adijciuntur, significando modum vel formam rei declarando actum verbi, *secundum Corneum cons. 105. incip. visis nu. 11. vol. 2. & cons. 144. & in 224. incip. consideratis litera. T. vol. 4. & Tiraq. cessante causa limi. 1. n. 79. cum 2. seq. & Octauian. Cacherano in decisio. Pedemon. 113. n. 9* Gerundiaque in, do, iuncta verbo futuri temporis *prout hic*, conditionem denotant *l. si tu ex parte, iuncta gloss. ff. de acq. her. notat Rebuf. in 1. tomo const. Eran. tit. de sentent. prouisi. articu. 3. gloss. 6. Gomet. in rubr. inst. t. de actio.* Si ergo verba hæc, seyendo, qualificant dispositionem & modum & conditionem inducunt, ante omnia probari debet & demonstrari conditionem, & qualitatem esse verificatas *ex dictis per Ant. Gomez tom. 3. cap. 1. nu. 44. & iterum in c. 9. col. 1. in fine.* Et quia quotiescunq; lex requirit aliquã qualitatem in teste, debet semper in talis testis persona concurrere qualitas illa, factaq; non præsumũtur nisi probentur, *vt in l. in bello §. facta ff. de pœnis*, igitur in præsenti nostra lege maioritas testium probari debet: & si non probetur non est eis credẽdum, *vt est doctrina sing. Angeli. in l. 2. §. diem ff. quemad. test. aperi. quem refert, & sequitur Auend. responf. 14. nu. 2. versi. quarta principalis, & idem Auend. ita in terminis nostris tenens in d. c. 2. Prætorũ n. 19. vers. quarto ex eisdem, lib. 1. & iterum c. 29. n. 2. versic. secundo infertur lib. 2. Et communem opinionem cum Angel. testatur Couarr. in c. relatum 1. numer. 6. de testam. & Angel. sequitur etiam Deci. in c. dilecti. el. 1. num. 20. de appellat. & cons. 37. num 8. & Barbat. cons. 54. col. 4. & 5. volu. 1. & Socinus Iunior, cons. 22. numer. 11. volum. 1. & nouissimè Molina, de primog. Hisp. lib. 2. c. 6. n. 29. & 30. & Pelaez, in eod. tract. maioratuum 4. p. q. 20. n. 29. cum seq. aliquibus, sic inferens ad legem Tauri, de maioratu per testes probando, disponente.* Quanuis contra Ang. velit insurgere, Couar. *vbi supra*, & Rojas *vbi supra num. 92.* Procedit enim sine dubio doctrina Angeli, in nostro casu. Nam *secundum Couarr. vbi supra.* Angeli doctrina absque dubio procedit quotiescunque ratione illius qualitatis, quam lex exprimit in testibus, testes tales admittuntur, vt plenè probent, qui alias deficiente illa qualitate plenè non probarent: tunc enim tales testes pro se producens tenetur legitimare, maioritatem eorum probare: aliter enim fidem non faciẽt: *prout & tenent dicti Doct. Angelum sequentes.* Nam *secundum Hippol. in practica. §. quoniam num. 55. & Cæpolam cons. crim. 57. n. 7.* quotiescunque optima

17 opinio testium * est causa inductiua plenę probationis, quę aliàs plena non esset, tunc de plena, & optima opinione ipsorum testium est articulandũ, & probandum. Sed nos habemus, quod testes singulares quanuis mille essent nihil probant, *vt in c. licet ex quadam, & ibi Doct. de testibus*, hic tamẽ admittuntur, & probant si tales fuerint, quibus credendum sit. Igitur nisi qualitas hęc & optima testium horum opinio non probetur non est præsumenda, neq; fidem facient, & hoc est quod in proposito dixit Matthæus Afflictis, *in const. Siciliæ li. 2. rubrica 46. vers. corruptellæ n. 3. in fin fol. 99.* dicens quod in probatione irregulari est necesse probare bonam testium famam, in regulari verò nõ, *& ibi additio. Afflictis literis. B. & C. alios Doct. allegat de jis tractantes.* Item & quia quoties lex verbis geminatis * aliquid in positiuo etiam gradu requirit in 18
teste requiritur probatio bonæ famæ ipsius testis, *secundum Auend. c. 6. Prætor. n. 7. lib. 1.* hic tamen verbis geminatis, ibi, *Seyendo tales personas.* Et ibi, *Que sean de creer.* tex. vti videtur, & verbis qualificatiuis modum, formam, & conditionem inducentibus: ergo maioritas horum testium probanda est. Et quia, vbi à lege, vel statuto requirũtur testes optimæ opinionis, est probãda maioritas hęc in teste, *secundum gloss. de buena in l. 15. tit. 9 p. 4. sic declarantem Angeli doctrinam*, ideò ad hæc aduertãt aduocati, & articulẽt in ijs negotijs, & causis & similibus bonam testium opinionem, & famam, aliàs nihil agent.

No cobre. Quia quando testes (de iure communi) deponentes de proprio facto † admittebantur 19
contra aliquem, vt fidem facerent, erat cum protestatione, quod nihil inde volebant percipere, aliàs non probabant, *secundum Bal. & eius Apostillã, in l. dictãtibus C. de testam. quem sequitur Benedictus in c. Raynut. in verbo, extremis, nu. 22. de testa. relati per Auend. d. c. 2. n. 19. vers. 5. deducitur li. 1. & Menoc. de arbitrarijs iudicum lib. 2. centuria. 3, casu 235. nu. 23, & Hippol. cons. 2, n. 46.* Hic tamẽ præsupponitur testes hos singulares de proprio facto deponere: ergo valebunt & probabunt eorum dicta, dũ tamen ex eis nihil commodi aut interesse percipiãt, & sic testes ipsos protestari in actis, vel dictis suis facies, quod nihil inde percipere cõmodi, vel interesse volũt, neq; quod eis applicetur, *prout in simili casu post hæc vidi consultũ per Menoc. vbi supra, n. 25 & 26.* Quanuis crederem sufficere syndicatorẽ iudicẽ declarare in sententia, quod nihil ex condemnatione detur, vel soluatur testibus ijs singularibus, quorum solummodo dictis cum alijs adminiculis barateria hæc, & dona iudicum probantur, & non cum testibus concordantibus & contestibus: præsertim si testes ipsi in generalibus articulis, responderint se nullum interesse ex causis illis expectare neque generales interrogationes eos tangere, tunc enim clarius esset iudicem in sententia dictam declarationem facere posse, & sufficere etiam si testes dictam non fecerint protestationẽ: secus vero si aliud ex dictis eorum colligeretur. Nam tũc omnino esset protestatio per eos in actis processus facienda. Ex quibus resolutiuè habes, quæ teneris articulare, & probare * contra iudicem de Barateria, & dono- 20
rum receptione accusatũ, si testibus singularibus probãtur, scilicet, quod debes tres testes ad minus præsentare, & examinari facere, & illorũ maioritatem probare, & insuper alias præsumptiones adiũgere, putà malam illius iudicis famã circa hæc, vel quod erat iudex malæ cõscientiæ, auarus, cupidus

pecuniarum, vel quod partibus iustitia non ministrabat, & quod vltra quam soleat bonorum ex officio percepit, & similia, testesq; ipsos ad maiorem cautelam in actis dicere facias, quod nullum volunt ex condemnatione interesse, si per testes contestes non probetur factum suum. Et hæc notanda quia singularia: & sic non inuenies declarata.

Saluo si lo prouare con prueua cumplida. Nam data legitima probatione quę sunt dantis eam, ei sunt restituenda, *secundum Hipp. cons. 2. num. 46. & in singul. 190.* Sed an isto casu intelligitur legitimam esse probationem eam, quæ per testes singulares fit, an vero requiritur quod sint concordes & contestes: Et teneo sine dubio, quod ijs verbis attentis, vt effectum habeat in hoc dispositio nostri text. requiritur, quod probatio sit legitima, & testibus contestibus & concordibus in dictis facta: aliter enim nihil percipient testes alij singulares de propria causa, & facto deponentibus. Nam vbi lex legitimam requirit probationem non sufficit priuilegiata probatio, *ex dictis per Hippol. cons. 2. nu. 47. cum 3. seq.* Imo & vt singularibus testibus de suo facto deponentibus restituatur ablatum ab eis, debent de illomet facto testes contestes deponere: per dicta enim eorum illis est restitutio facienda, à quibus testes ipsi concorditer deponunt iudicem recepisse munera.

IN LEGEM SEPTIMAM.

1 *Iudices omnes illi esse possunt, qui expresse in iure non reperiuntur prohibiti.*
2 *Filius talis præsumitur qualis fuit pater.*
3 *Iudex esse non potest, etsi tantum per dilucida interualla demens, vel furiosus sit.*
4 *Infamis infamia iuris testis non potest esse nisi vt num. 13.*
5 *Infamis infamia facti iudex esse non potest nisi vt nu. 6. & 16.*
7 *Infamis infamia facti, an possit esse iudex alicuius castri, vel populi subiecto alij.*
8 *Honor est esse officiale alicuius populi alteri populo subiecti.*
9 *Acta per iudicem infamem an teneant si de infamia non opponatur.*
10 *Infamia nõ repellit ipso iure à dignitate.*
11 *Infamis infamia iuris, vel facti quis sit.*
12 *Infamis vt quis dicatur an requiratur sententia declaratoria infamiæ.*
13 *Iudex esse non potest, qui publicè propter delictũ passus est verecundiam.*
14 *Bastardus infamis infamia facti reputatur, & ideò dubitatur an in iudicem eligi possit.*
17 *Infames an tabelliones effici possint.*
18 *Infami si daretur officium aliquod publicum nõ potest se eximere.*
19 *Religiosus an arbiter, vel arbitrator esse poterit.*
20 *Mulieres in iudices eligi non possunt & quare.*

SVMMARIVM.

Quæ personæ iudices esse nõ possunt in præsenti declaratur.

F*Vere de sentendido.* Hunc non posse esse iudicem, probat etiam tex. *in l. 4. tit. 4. p. 3.* vbi & alij declarantur, qui iudices esse non possunt, quos etiam enumerat, glos. *in. c. cum vicesimum, de offi. del.* & Azo. *in summa. C. de iudi. §. in constitutione, & §. adultus, & §. si vero.* Ex textuq; nostro potest sumi optima regula, scilicet, quod omnes illi † possunt esse iudices, qui expresse in iure non reperiuntur prohibiti: quæ & probatur, *in. l. cum prætor. ff. de iudi.* Et vltra expressos in lege nostra, officium etiam iudicandi habere non poterit, qui qualitates declaratas *in. lege secunda supra isto titul.* non habuerit, *vt ibidem diximus:* neque itidem poterit esse iudex filius apostatæ, vel hæretici etiam reconciliatorum, *vt in l. tertia titul. 3. infra. lib. 8. probatur, & videtur velle text. noster, ibi, De mala fama.* Nam satis mala fama redundat in filios ex hæresi, & apostasia parentum: talem enim esse præsumitur filium qualis fuit pater * *vt inquit Simancas, de institutio. Catho. tit. 50. n. 10. cum pluribus seq.* Sed an vt demens, & furiosus iudices esse non possint requiritur quod in perpetuum demẽtia, vel furor duret, an sufficiet si per dilucida interualla. Et glos. 1. *in dict. l 4. tit. 4. part. 3.* quæ & alia iura similia allegat, inquit, quod sufficit si per dilucida † interualla demens, vel furiosus sit, vt iudex præmaximè ordinarius esse non possit. Pro quo facit tex. *in illa. l. 4. & tex. noster, ibi, De sentendido, o de malseso.* Nam verba hæc geminata plurimum operantur, *vt per Euerardum, in loco à geminatione.* Et quia quis potest dici mali sensus, nisi ille, qui per dilucida interualla sensu caret: nam ille qui nunquam habet sensum, non potest dici talis, sed demens, & furiosus perpetuus, & ita tenendum est.

Que continuamente le dure. Alia enim infirmitas, quæ non esset duratura dum tamen non sit demẽtiæ, vel furoris, non esset impeditiua, quin officium adispisci, & acceptari possit. Si tamen duratura esset, impediret: sicut & excusaret ab onere iudicandi *secũdum tex. l. 1. & per totum. C. qui morbo, vel æta. se excus.* imò & est iusta causa seruiendi per substitutum, *vt in. l. sexta. tit. quinto supra. eodem libro diximus.*

De mala fama. Con. tex. *in dict. l. cum prætor. ff. de iudi. & tex. in dict. l. 4. tit. 4. part. 3. & l. penul. tit. 6. part. 7.* Nam si infamis infamia iuris † testis esse non potest, secundum communem assertam per Ias. *in. l. 1. num. 43. C. de sum. Trinit. & fide Catho.* & Villalobos. *in ærario mille commu. opinio. litera. I. num. 45. cum sequentib. aliquibus,* vbi ampliat, & limitat, à fortiori neque officium iudicandi habere. Sed an & idẽ erit in infami infamia facti, vt neque iste iudex esse possit? * Et dicẽdum est quod sic, *cũ glos. 1. l. 7. tit. 6. part. 7. per tex. in. l. 2. C. de dignitatibus lib. 12.* Et ad hoc glo illa tex. nostrũ considerat, dum vltra inquit, malę famæ non posse esse iudicem, addit, vel illum, qui commiserit aliquid, propter quod minus valeat. Quod tamen *ibi* glos. illa limitat, nisi in casu in quo alius reperiri non posset: quia tunc,

cùm

cùm necessitas careat lege, poterit talis infamis
6 esse iudex: † *prout & tenet Gometius, in regula cancellariæ, de triennali possess. quæstione 28. in 116. casu negligentiæ, & infra numero decimo-sexto iterum repetemus.* Secundò limitat gloss. illa, nisi talis infamis infamia facti esset iudex alicuius ca-
7 stri † vel populi subiectorum alicui ciuitati vel villæ, quia tunc iudex esse poterit, quasi officium illud nullum tribuat honorem, vel dignitatem: & sic penes talem infamem existere possit, cum talis infamis ab officio honoroso, non verò ab oneroso, *per tex. ibi*, arceatur. Ego tamen salua illius gloss. pace teneo contra hanc limitationem. Imò quod neque officium populi subiecti alteri populo possit infamis infamia facti obtinere. Tum quia honor est esse officialem iustitiæ talis populi, vel ca-
8 stri, † *vt patet ex Boerio, decis. 222 nu. 2 & 3.* nam & dignitas etiam in causis modicis datur, *secundum Seluam, de beneficio, q. 2. nu. 36 cum seq. aliquibus, parte prima.* Tum etiam quia homines electi in officiales iustitiæ talis populi, negari non potest quin iurisdictionem habeant. Nam licet quantitas iurisdictionis limitetur, non tamen negotia neque personæ limitantur intra illam quantitatē occurrentia. Et sic ad vniuersitatem causarum electi dicuntur, & ordinarij iudices vocantur, *ex dictis per Dec. & Fel. n. 2 in c. post cessionem, de probat.* Cū ergo habeant iurisdictionē ordinariam, honor est esse iudicem talis loci & populi, & communiter sic ab omnibus reputatur. Ex quo in dispensationibus concessis consanguineis aliquibus, vt possint contrahere inuicem non obstante consanguinitate, eo quod sunt de principalibus populi illius, semper articulamus ad qualitatem hanc principalitatis probandā, quod parentes eius fuerunt iudices in populo illo, quantumuis populus paruus & alteri subiectus sit. Et habetur hæc inter omnes, si probetur pro maxima qualitate ad verificationem dictæ causæ in dispensatione simili insertæ Cuius honoris causa & *per l. 3. tit. 22. lib. 8. infra* punitur pœna sua resistens officiali rurali, sicut resistens ciuitatensi, *secundum quod ibi declaratur.* Item & *in dict. l. 7. tit. 6. p. 7.* postquam disponitur infamē non posse habere officium honoris & dignitatis, disponitur etiā vlterius, *ni pueda ser juzgador.* Quasi diceret lex, quod quantumuis habeamus officium aliquod iudicandi quod non sit honoris & dignitatis, adhuc infamis non posset illud administrare, quia est quasi ius dicens *secundum text. in cap. forus, de verbo. sign.* Et verbum hoc ita ruralem sicut ciuitatensem comprehendit iudicem: vterque enim in suo tanto, vt grossè loquar, ius partibus dicit. Et eadem ratio quæ per text. nostrum assignatur, ne infamis iudex esse possit, scilicet, ne iudicet homines bonæ famæ, militat in vtrisq; ijs iudicibus: ergo & idem ius debet militare. Et sic teneo contra gl. illam *d. l. 7. in dicta vltima limitatione.* Et an si nō opponatur, tenebunt acta per iudicem infamē fa-
9 cta: * tradit Bart. *in l. eadem, § primo. ff. ad l. Iuli. repetun. & gloss. que fuesse, in d. l. 4. tit. 4. p. 3,* vbi tenet quod sic. Infamia enim non repellit ipso iure à di-
10 gnitate, * *secundum gloss. 2. l. 7. ti. 6. p. 7.* Exceptionesque hæ de infamia locum habent contra delegatum, non contra ordinarium, quamdiu toleratur, *vt c. nonne 8, q. 4 notat Innoc. in c. cum super n. 3 de off. del. Ioa. And. in c. scisciatus, de rescriptis,* & sunt proponendæ ante litem contestatam, *vt ibi.* Et quis sit

† infamis infamia iuris, & quis facti, tradit Ias. *in l.* 11
cunctos populos, lectura 2. n. 43 & 44. C. de sum. Trin. & probant optimè ll. 4 & 5. tit. 6, p. 7, & in l. 2 & 3. illius tit. & partitę infamiæ hæ declarantur. Arbiter tamen bene poterit esse infamis, *secundum tex. in l. Pædius. ff. de arbitris.* Notandum tamen est, quod infamia iuris ipso facto per sententiam contracta, non solum impedit promouendum, sed & dejicit iā promotum, *secundū tex. in l. 7. tit. 6. p. 7. & ibi gl. 1. ita notat, & in gloss. 2* quęritur an ipso iure repellatur. Sed est q. singularis in materia, num vt infamis quis dici possit, requiritur, quod sit cōdēnatus per
† sentētiā de delicto, quo mediāte infamia incurri- 12
tur? Et videtur dicēdum quod sic: nā ante sententiā non efficitur quis infamis, cum vsq; tunc non habeatur pro tali *secundum Hippol. cons. 52, nu. 17 cū 3 seq. vol. 1, & in pract. § ag gredior, n. 105,* vbi tamen *in n. 111* inquit confessionem sufficere in iudicio factam. Item & quod sententia requiratur, videtur probari *in l. 5. tit. 6 par. 7.* in quantum *ibid.* per gerundium in do, futurum tēpus respiciens, formam & conditionē inducens, *vt supra lege proxima diximus,* tex. ille loquitur ibi, *Seyendo dada sentencia,* quasi antequā detur infamis non reputetur, interim saltem quod in iudicio per confessionem non apparet de delicto infamante, *secundum quod inquit Hippol. in d. 111. n. & probat d. l. 5 in fine, & ibi gl. en juyzio.* In hac tamen quæstione quoad materiā, de qua nunc tractamus, scilicet de eligendo in iudicē aliquem, necne, dicendum mihi videtur, *ex Iacobo But. & Abb. relatis per gloss. sententia, in l. 4. tit. 6 p. 7.* quōd si infamia incuria fuit ipso facto tūc vt non possit incurrens eam, esse iudex, sufficit quod probetur, quamuis nondum super ea sentētia lata fuerit declaratoria infamiæ incursæ: & hoc quoad nouum officiū acquirendū, sed quoad priuandum exercitio officij ante infamiam incursam habiti sentētia requireretur, vel saltem notorietas infamiæ ipso iure incursę. *secundum quod diximus in l. 2. tit. 7. num. 17 supra isto lib.* Si verò non ipso iure infamia incurratur, sed sententia necesse est, poterit optimè officium illud exercere, neque est repellendus ab eius exercitio. Quæ quidē distinctio videtur posse probari *ex tex. in l. 4 & 5. tit. 6. part. 7.* Nam *in l. 4.* ponuntur illi, qui ipso iure infames sunt, & fiunt propter delictū: & in illis inquit tex. *ibi in fine,* quod nulla requiritur sentētia, vt ab honoris & dignitatis officio consequendo repellantur. In l. verò quinta, ponuntur illi, qui per sententiam condemnandi sunt, & declarandi infames tacitè vel expressè, per condemnationem de delicto eos infamante: & in illis inquit text. ibi sententiam requiri. Ergo antequam sententia pronuntietur, expelli non poterunt ab officij iustitiæ acceptione & consecutione. Et videtur hæc bona distinctio in propositum, si eam intelligamus, & declaremus hoc scilicet modo, quod procedat primum eius membrum, quoties publicè illa, quæ ipso iure infamant fiunt, *prout est in delictis positis per l. 4. tit. 6. p. 7.* Tunc enim nulla requiritur sentētia, si tamen occultè fierēt, tunc quamuis ipso iure infamia incurratur, requiritur sententia infamiæ incursæ declaratoria, etiā, vt à noui officij honoris, & dignitatis consecutione repelleretur. Et ita videtur probari *in d. l. 5, tit. 6, part. 7. in fine, & voluit gloss. faziendo ibidem.* Nā ibi dicitur, quod si quis deprehēditur in furto, per quod delictū fit notoriū, licet

nondum

nondum sententiatum sit super eo, infamis est: nā in notorijs nulla requiritur sententia quomodocunque lex loquatur, *secundum Hippol. in d. §. aggredior. nu. 125. cum pluribus seq.* Si tamen non deprehenderetur, interim quod non probatur, & superfluo sententia condemnatoria adest, infamis dici non potest, & sic non repellendus ab officij acceptatione. Nam & sic videmus, quod licet infamis infamia iuris testis esse non posset, *prout communem diximus iā ex Ias. in d. l. 1. n. 65. C. de sum. Trinit.* tamen si infamia est occulta non repellitur à
13 testimonio, † *prout & hanc communem testatur Aretin. in c. cum non ab homine nu. 93 de iudi. ex glos. in l. contra. ff. de testamen. pro quo est optima. l. 8. tit. 16. p. 3. col. 3. in princ. ibi, Conocido. & in col. 1. ibi. Conocidamēte.* Et sic est declarāda, & intelligēda Angeli doctrina, *in l. 1. §. qui in iudicio. ff. de ijs qui not. infa.* dicentis quod committens crimen publicum est infamis infamia facti, etiam non secuta sententia. Nam verum est, quoties ex tali crimine esset infamatus publicè, *prout intelligit gl. 2. in. l. 5. tit. 6. p. 7. & glos. 1. in l. 7. eo. tit. & parti.* Ex quibus deducitur, quod si in aliquo oppido *de señorio*, vel simili eligeretur in iudicem ordinarium homo aliquis vilis, & publicè officium vile exercens, potest per Dominum tempore confirmationis refutari electio hæc, & eum non admittere: prout vidi in contingentia facti iussum cum quibusdam tabernario, & hospitalario electis in officiales ordinarios villæ vnius, qui quidem tempore confirmationis fuerunt expulsi, & non admissi ad officia huiusmodi, eò quod officia vilia hæc erant, quæ exercebant, vt inquit in tabernario Craueta *cōs. 13. n. 2.* Rolād. Valle *con. 34. n. 5. vol. 2.* & Alcia. *de præsumptio. regula. 1. præsump. 48. n. 6. cum seq.* Vbi *nu. 10. pag. 129. in paruis*, quærit an idem erit si per alium exerceat tabernam, & Tiraqu. *de nobilitate. c. 10. per totum, & c. 34. num. 1. & seq.* enumerat officia vilia, *& est optima. l. 3. tit. 14. p. 4. & ibi gl. viles.* Mechanicique non sunt eligendi ad Regimen ciuitatis, *secundum Pala-Rub. in rubrica. §. 5. nu. 9.* neque agricultores seu pastores si sunt alij qui eligi possunt, *secundum Rebuf. in l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod int. profert in præfatione. num. 74.* Et sic fuit obtentum in dictis officijs per executoriam in vno ex cācellarijs regijs: præsertim, quia vltra quod erant vilia officia, erat reipublicæ damnosum vt officia illa exercentes iudicum officium exercerēt. Ex ijs itidem infertur, quod cum bastardus infa-
14 mis infamia † facti reputetur, & dicatur, *secundum Capitium, decisi. 32. n. 7. & Auend. c. 19. Prætor. nu. 19. & 24. versi. sunt autem. lib. 1.* & sic vbicunque agitur de honore filiorum, non comprehenduntur filij bastardi filiorum appellatione, *secundum Molinam, de primogenijs lib. 3. c. 3. num. fi.* non poterit bastardus eligi in iudicem, cum honor sit, & dignitas esse iudicem, *secundū Boer. d. decisio, 222, n. 12. & 3. & ex tex. nostro, & d. l. 4. tit. 4. p. 3. probatur:* & infamibus portæ dignitatum patere non debent, *secundū regulam, infamibus, de reg. iur. in 6.* Licet hoc non careat scrupulo: nam spurius quantumuis infamis sit facti, ad dignitatem eum promoueri posse probat tex. *in l. generaliter. §. spurij. & in. l. spurij. ff. de decurio. relati per Couarruuias in pract. c. 19. n. 6. fol. 95.* ergo ad officium iustitiæ eligi poterit, cum expresse non reperiamus prohibitum. Cogitabis tamen circa hanc illationem. Vlterius, & infertur quod ille, qui publicè † pro- 15
pter delictum passus est verecundiam iudex esse non poterit, *secundum Auend. dict. vers. sunt autem.* Nam licet ictus fustium non infamet, nisi causa propter quam imponitur infamatoria sit, *secundum text. in. l. ictus fustium. ff. de ijs, qui not. infa. not. glos. algun yerro, in. l. 5. titul. 6. part. 7.* tamen quia communi vulgi opinione iste talis ab inde infamis, & vilis reputatur, & est, non admittetur ad officium iustitiæ exercendum, nisi ob inopiam
* hominum, *secundum Gometi. de triennali poss.* 16
quæst. 28. casu. 116. & Rebuf. vbi supra, & glos. 1. l. 7. tit. 6. p. 7. Sed an infamis poterit esse notarius, vel tabellio publicus? Quidam dicebant quod sic, reputantes officium hoc tabellionis vile, quia seruos publicos vocat lex *& ita tenebat gl. 1. in prin. in. d. l. 7, tit. 6. p. 7. & Boeri. decisio. 222. n. 7. & 9. docens hanc communiorem opinionē.* Propter confidē-
tiam tamen nullo modo infamis est ad hoc tabel- 17
lionis officium admittendus; * tū etiam quia dili-
gentissimè Couar. *in pract. c. 19. n. 5.* probat officium tabellionum non esse vile: & ideò cum eorū officia prætenduntur sit prius informatio habilitatis, & legalitatis personę in tabellionem promouendæ, *vt patet ex. l. 1. tit. 4. lib. 7. infra.* & in practica quotidie videmus Et esset circa hoc maxima faciēda diligentia de vita & moribus & genere, & fama, cum sint hæc officia aptissima nocere, & maximæ confidentiæ. Est tamen notandum, quod si
infami daretur aliquod officium publicū * & cō- 18
pelleretur ad illius acceptati cnē non potest se eximere prætextu infamię, ne ex delicto suo cōmodū reportet, *secundum Auendañ. c. 19. Prætorum n. 24. vers. & in huiusmodi, & in vers. quod fallit lib. 1.* Quia qui ex forma statuti perdit nobilitatē intelligitur perdere quo ad vtilia non verò quo ad onerosa, *secundū Ias. in rubrica, n. 21. ff. de iust. & iure.* Imò neq; pretio posset se eximere; quoniā munus publicum non potest redimi pretio, *secundum eun. Auendañ Respon. 9. num. 2. in princip.*

De religion. Similis est tex. *in. d. l. cum prætor. ff. de iudi. & in. d. l. 4. tit. 4. p. 3.* vbi glo. *verbo, Malque fuesse*, quærit an arbiter esse poterit, vel arbitrator religiosus hic, & respondet quod non. * Nam si ar- 19
biter intrasset religionem expirat compromissum religionis ingressu, *secundum tex. in. l. 28. tit. 4. p. 3. vbi glos. En orden*, quærit an de licentia superioris posset tunc pronuntiare, & dicit quod non: iā enim expirauit semel compromissum per religionis ingressum. Igitur & à fortiori postquam semel religionem intrauit non poterit in arbitrum, vel arbitratorem eligi: propter vnūquodque enim tale & illud magis: faciliusque quid impeditur à principio, quam post factum remoueatur *l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui. vel ali. iur.* Si tamen tantum fieret clericus non expirasset compromissum, *vt illa glos. in. d. l. 28. communiter teneri asserit.* Et idem crederem si fieret commendatarius trium religionum sancti Iacobi, Calatrauæ, vel Alcantaræ: nam & ij iudices esse possunt, *vt in. l. 14. tit. 5. supra eod. diximus.*

Muger. Idem probatur, *in dict. l. cum prætor: & in d. l. 4. & tex. in. c. mulierē. 23. q. 5.* tradit Cassaneus, *in consuet. Burg. tit. des iustices rubri. 1. §. 6. nu. 40. cum seq. aliquibus.* Et ratio est *secundum text. nostrum*, propter honestatē in mulieribus requisitam, quæ est melior ratio quam illa posita à dict. l. 4. scilicet

et ob defectum intellectus, nam plures mulieres ita subtilis intellectus videmus, quod nedum iudicare, sed & regnum regere possent, & totam rẽp. gubernare, prout de pluribus inquit Tiraq. *in l. 11. connubiali. nu. 24. cum seq. pluribus, & nouissimè Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri, nu. 52. & 53. cum pluribus seqq.* Et *in libris Iudicum veteris testamenti* mulieres populum iudicasse legimus, vbi Debora posuit tentorium suum in monte Ephraim sub arbore palmæ, & ibi iudicabat filios Israel, & aliæ plures. Et sic inquit tex. *in d. l. cum prætor*, quod non ob defectum intellectus, sed potius ob honestatẽ conseruandam, *vt inquit text. noster*, mulieres prohibentur officium iudicandi habere: & hæc quidẽ est melior ratio. Nam etsi Reginæ & Comitissæ, & simili aliæ mulieri *ex text. nostro, & dict. l. 4. tit. 4. p. 3.* regimen regni aut comitatus sui committitur, non prouenit prohibitio in alijs ex defectu intellectus,
20 sed ex honestatis conseruatione,* propter quam à proprio receditur verborum significato, *secundum Alex. in l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. & Mantua. in obseruationibus legalibus pag. 281. in paruis, vers. 3. receditur* Sic & ratione honestatis publicæ vetitũ est matrimonium inter aliquas personas, vt per totum, de consang. & affin. & honestas permaximè in mulieribus est obseruanda, & ideo mulieres inhabiles ad officium iustitiæ ministrandum reputãtur: & quia admodũ mutabiles & variabiles sunt, *vt inquit text. in c. forus, de verbo. signi. & l. filia. C. de inoffic. testam. & Sylua Nuptialis, lib. 1. verbo, non est nubendum, in prin. n. 49.* vnde versus:

Quid leuius fumo? flamen. Quid flamine? ventus.
Quid vento? mulier, Quid muliere? nihil.

Quos versus refert Montaluus *in l. 1. tit. de los adulterios, lib. 4. fori in gloss. magna, vers. item mulier luxuriosè*, vbi plura inuehit contra mulieres, maximè quod variabiles sunt. Cumque in iudice nulla adesse debeat varietas, sed potius constantia & fortitudo, ideo mulieribus officium iudicandi prohibetur: adeò vt neque arbitrorum officium assumere possunt, *secundum Montal. l. 4. tit. 10. libro 1. fori.* Est tamen verum, quod si iurisdictio mulieri obueniat in consequentiam successionis, tunc optimè iudicare potest, *secundum Abb. & communiter Doct. in c. dilecti, de arbit. teste Molina, de primogenijs Hisp. lib. 1. c. 13. num. 14. & tradit Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, in præfat. num. 65. fol. 12.*

Reyna. Hic est text. probans, quod filia succedit in Regno & Comitatu, *de quo suprà dictum est l. 1. tit. 3. lib. 2. gloss. 2.*

IN LEGEM OCTAVAM.

1 *Seruus in iudicio esse non potest.*
2 *Seruus accusari de delicto non potest ad pœnam pecuniariam, neque pro eo potest Dominus alium accusare.*
3 *Seruus testis esse non potest, nisi in aliquibus casibus.*
4 *Indus in seruitutem redactus, si proclamet in libertatẽ, an interim debet poni in libertate.*
5 *Status originalis si repugnat, quasi possessio, non releuat ab onere probandi.*
6 *Serui si proclament in libertatẽ, an lite pendẽte debent ad libertatem reduci, n. 6. cum sequent.*
7 *Mulier & omnis qui in iudicio esse non potest, poterit, vt licentiam obtineat.*
8 *Homo liber per nullum tempus in seruitutem redigi potest.*
9 *Capti in rebellione Granatæ, an serui capientiũ effecti fuerint.*
10 *Capti in bello iusto serui capientium efficiuntur.*
11 *Seruus quare iudex esse non possit.*
12 *Serui naturaliter fures sunt, & faciliter corrumpuntur.*
13 *Serui tabellionis communiter pro libero reputati instrumenta an valeant.*
14 *Gesta per iudicem excommunicatum valida sunt, si pro tali non reputabatur.*
15 *Non notarius diu se gerens pro notario, si instrumenta conficiat an valeant.*
16 *Delegatus pro tali iudice habitus communiter, si iudicialia tractet, an valeant ab eo gesta.*
17 *Error communis si adsit circa personam delegantis, cum seruus sit, pro libero tamen reputatus, an valeant delegationes ab eo factæ.*
18 *Communi opinione si quis seruus reputetur, cũ liber sit, an valeant gesta ab eo si in iudicem electus fuerit.*

SVMMARIVM.

Seruus Iudex esse non potest.

NO conuiene. Similis est tex. *in l. cum prætor, ff. de iudi. & text. in præallegata l. 4 tit. 4. part. 3.* Quod enim attinet ad ius ciuile, seruus pro nihilo reputatur, *vt in l. quod attinet, & l. in omnibus officijs, ff. de regul. iur. & in l. in personam, eo. ti.*. vbi Deci. *maximè in d. l. quod attinet*, plura refert quæ seruus gerere non potest. Vltra quem adde, quod neque † in iudicio esse po- 1
terit, *secundum tex. in l. seruus, C. de iudic. tex. l. 8. & 9. tit. 2. part. 3.* hoc limitans: in personam enim seruilem nulla cadit obligatio, *vt in d. l. in personam.* Et ideo accusari de delicto seruus non potest † ad 2
pœnam pecuniariam, secundum gloss. *de pecho, in l. 10. tit. 1. part. 7.* hanc communem dicentem opinionem. Quam licet corruptè allegat & declarat vno modo Villalobos *in suo erario mille com. opin. literæ S. num. 91. & vide tex. in l. 14. tit. 9. part. 7.* Sic & è contrario seruus, vel dominus pro eo non potest accusare aliquem de iniuria seruo facta, in qua non adsit vulnus, vel in domini contumeliam facta sit, *secundum tex. in l. 9. tit. 9. par. 7.* quamuis tunc iudex ex officio suo posset illum iniuriantem punire, *secundum gloss. final. ibidem, & Anto. Gomez, tomo 3. Variarum cap. 1. num. 10. in fine.* Quod tamen declaro, nisi iniuria talis esset verbalis, & leuis, quia in ea neque iudex ex officio posset procedere cõtra iniuriantem seruum: sicut & neque potest contra iniuriantẽ verbis leuibus hominẽ liberum, *secũdum text. in l. 4. tit. 10. lib. 8. infra.* Et de ijs an seruus accusari possit, & in pœnam pecuniariam condemnari vide per Anton. Gomez, *tomo 3. cap. 1. numero 76.* & Clarum *in lib. 5. practic. crimin. quæst. 80. numero 5. & vide l. 4. tit. 9. par. 7.* Et ex hac seruorum

incapacitate

incapacitate procedit etiam quod legitimationis
ſerui non ſunt capaces, niſi præcedat manumiſſio,
ſecundum text. & ibi gloſſ. libre, in l. 4. titul. 15, part. 4.
3 neque teſtis eſſe poteſt, niſi in aliquibus caſibus, †
de quibus *per text. in l. 12. & 13. ti. 16. par. 3.* Quorum
caſuum vnus eſt, quotieſcumque ſeruus in depoſi-
tione confitetur ſe eſſe liberum: nam tunc vſque
dum probetur, contrarium pro libertate eius præ-
ſumitur, ſecundum text. *in dict. l.* quem text. conſi-
dero pro opinione illa, quam iam contradictorio
in iudicio vide terminatam. Num ſcilicet, ſi ſeruus
4 aliquis* Indorum qui in captiuitate ſeruitutis exi-
ſtebat, dicat & aſſerat ſe liberum, & pro tali à iudi-
ce pronuntiari petat, interim quod non probatur
titulus ſeruitutis, debeat à domino domini, & eius
ſeruitute liberari? Et videbatur dicendum, quod
non: quia dum in poſſeſſione ſerui adeſt, & exiſtit,
dominus non debet ea poſſeſſione priuari: & quia
ſecundum text. *in l. circa, ff. de probati.* tenetur pro-
bare ſe liberũ, qui in poſſeſſione ſeruitutis eſt. Ni-
hilominus tamen in facti contingentia fuit ſpolia-
tus dominus illius ſerui Indi poſſeſſione, eius etiã
lite durãte, & Indus in priſtino ſtatu libertatis cõ-
ſtitutus, vſque dum dominus eius titulum ſeruitu-
tis legitimũ probaret. Et ſic non fuiſſe ſpoliatũ do-
minum dici poteſt, ſed Indum reſtitutum in priſti-
num libertatis ſtatum. Et quia titulus non proba-
tus fuit per dominũ, fuit pro libero declaratus hic,
& in cancellaria Pinciana, vbi cauſa in gradu ap-
pellationis fuit determinata, ex eo quod Indi à
primæua natiuitate liberi naſcuntur, & Chriſtiani
facti, captiui fieri non poterãt: etiã ante baptiſmũ,
niſi prius moniti fuiſſent, *vt licet videre ex glo. in l. 2.
tit. 23. par. 2.* Ideo nimirum ſi interim quod de iuſto
ſeruitutis titulo non docetur, liberi putari debeãt,
& in priſtinam redigi libertatem. Nam quotieſcũ-
5 que originalis ſtatus rei † repugnat quaſi poſſeſ-
ſioni, tũc quaſi poſſeſſio non liberat ab onere pro-
bandi, *ſecundum tex. in c. ad decimas, de reſtit. ſpoliat.
in 6. & text. in cap. 1. de reſcriptio. eo. libro.* Neque tũc
transfert poſſeſſio onus probandi in aduerſarium,
ſed ipſemet quaſi poſſeſſor tenetur probare, *ſecun-
dum iura illa, & gloſſ. in dict. l. circa, & gloſſa, pro-
baueris, in l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſerui ven-
di, gloſſa egiſſe, in l. ſi prius. ff. de noui. oper nunti. vbi
Bart. 2. 3. & 4. oppo. & ibi latè Alex.* Item etiam
quia *per l. 21. 22. & 23. en las ordenanças de las In-
dias, quas poſui pro l. 15. titul. 8. lib. 4. mei repertorij de
Cortes, quẽ typis licentia regia mandaui, ante huius re-
copilationis promulgationẽ,* ſerui effici Indi non poſ-
ſunt, neque vt tales capi, & quod ſi ante illarum
legum promulgationem (de quibus & meminit
gloſſ. *in l. 5. tit. 14. part. 3.*) aliqui eorum ſerui effecti
fuerint & capti, titulus ſeruitutis verus & iuridi-
cus oſtendatur, aliàs pro liberis iudicentur, prout
in ſupradicta lite actum fuit, & declaratum. Quod
tamen ego dubium indicaui eſſe, num idem ſit dic-
ẽdum in ſeruis natis in Guinea, qui *negros* Hiſpa-
nè vocantur: num, ſcilicet, ſi quis vel quæ illorum
6 in ſtatu ſeruitutis † penes aliquẽ exiſtẽs proclama-
uerit in libertatem, debeat ſicut Indus ille ſtatim
in libertatem poni, vel in ipſius ſeruitutis ſtatu, lite
durante remanebit, & videtur dicendum quod
ſic, argum. dictorum *in ſupra proxima quæſtione.
Item & ex text. optimo, & prima facie claro, in l. ſi
cui, §. licet, ff. de liber. cauſa, & ex l. final. ff. ſi liber.
ingen. eſſe dicatur,* vbi ſemper qui ſe patronum di-
cit, actoris partes ſuſtinet. Item & pro hac parte
facit tex. *in l. 12. titul. 16. part. 3.* & text. qui pro hac
parte videtur expreſſus *in l. 5. titul. 14. part. 3. & tex.
in l. 27. tit. 14. part. 7.* Quæ leges adeò expreſſæ pro
hac parte aliquibus viſæ ſunt, quod inquit Villalo-
bos *in Antinomia turis ciuilis & Regij litera S. nu-
mero 12.* & eo relato noui ſſimè aduocatus Olanus,
*in concordia Antinomiarum, eadem litera S. nume-
ro 15.* quod hodie *per dictas leges Partitarum* ſeruus
exiſtens ſub ſeruitio & dominio domini non tene-
tur probare ſe liberum, ſed dominus tenetur pro-
bare illum eſſe ſeruum ſuum. Pro contraria verò
parte, imò quod lite durante in ſeruitute remane-
re debeat ſeruus hic, & ſe liberum probare, vt à
ſeruitute liberetur, facit text. *in l. matrem, C. de pro-
batio.* vbi in fortioribus terminis inquit text. ille,
quod natus ex ancilla, ingenua tamen facta tene-
tur probare fuiſſe natum poſt ingenuitatem, cùm
deberet in dubio, *ſecundum glo. ibi* pro libertate
præſumi, & ſic natum poſt ingenuitatẽ. Si ergo *ibi-
dem* hoc ſtatuitur à fortiori in noſtro caſu: cũ ſer-
uus dicit ſe liberum, tenetur id probare, ſi in poſ-
ſeſſione ſeruitutis adeſt. Item & quia ſerui iſti dum
capiuntur, & in ſeruitutem rediguntur, baptizati
non ſunt, imò & audio dominũ eorum quẽ recog-
noſcunt in talẽ eos venũdare, & eorum qui poteſt
alterum vẽdit, imò & patres filios vẽdunt: & ideo
iuſtè, vt ſeruos retineri poſſe videtur. Nã ſi in patria
ſua baptizarẽtur, & Chriſtiani effecti fuiſſent quã-
tumcumq; in bello iuſtiſſimo caperẽtur, ſerui effi-
ci non poſſent, ſecundum Couar. *in cap. peccatum,
2. p. §. 11. num. 6. in prin.* ſecus verò aliàs. Et maximè
ſi & ipſi bellum gerant contra Chriſtianos, & ab
eis ſe defendunt, & ingreſſum eorum in terris ſuis
oppugnant & reſiſtunt. Itẽ & pro hac parte facit
optimus tex. *in l. qui de libertate, ff. de lib. cauſa,* vbi
probatur, quod ſi ille qui de libertate ſua litigans,
militiæ ſe dederit, antequã ſententia lis illa deter-
minata ſit, exautoratus à militia eijciatur, cũ inte-
rim inter ſeruos numeretur. Itẽ & facit tex. *in l. circa,
ff. de probatio. & tex. in l. liberis. §. igitur, ff. de liber.
cauſa,* probãtes, quod ad ſciendũ quis probare de-
beat, cõſiderand ſi eſt, quis ſuſtineat partes actoris.
actor enim quod aſſeuerat probare tenetur. Vlte-
rius & facit tex. *in l. 7. tit. 22. par. 4.* probans quod vt
ſeruus pro libero reputetur, debet per decẽniũ bo-
na fide pro libero haberi: aliter enim ſi mala fide,
poteſt per dominũ in ſeruitutẽ redigi. Ergo nõ da-
ta hac bona fide, & decẽnij poſſeſſionẽ in ſeruitutẽ
retinetur ſeruus proclamãs in libertatem, interim
quod aliud nõ declaratur per ſententiã: & ſic hæc
dubiã reddũt hãc quæſtionẽ. Quãobrẽ Villalobos
vbi ſupra, inquit *per illas Part. leges pro prima addu-
ctas opinione,* correcta eſſe iura pro ſecunda opinio-
ne allegata. Ego tamen correctionum inimicus,
præſertim legum Partitarum, quæ quidẽ conſonãt
cũ iure ciuili, & nunquã in dubio, niſi aliud expri-
matur corrigere, illud volũt, teneo leges illas Par-
titarũ primæ opinionis nõ eſſe correctorias legum
dictarum pro ſecunda allegatarum opinione. Et
ſecundã hanc opinionẽ tenendam aſſero, funda-
mẽtis pro ea adductis: ſunt enim vrgentia. Et nihil
obſtãt in contrarium adducta. Quod vt oſtendam
dico, quod cõtrarietatem hãc dictarum legũ Par-
titarum tetigit Otalora, *de nobilitate, 2. par. 3. partis
princ. c. 2. n. 4.* Et vltra eum primò nõ obſtat, quod
de Indijs in ſupra proxima adduximus quæſtione,
eo quod

eo quod specialiter per leges illas Indiarum sic statutum est, & sic ad nostram quæstionem non sunt applicanda, quoniã specialiter constituta nõ sunt in consequentiam trahenda: & rationẽ specialitatis infra assignabimus. Secundo non obstat dicta lex. 12. *tit.* 16. *p.* 3. nam loquitur, & procedit respectu alterius tertij quam domini ipsius serui, scilicet, cum in testem seruus adducitur, & asserit se liberum esse. Tunc enim nisi tertius ille contra quem seruus dixit testimonium, probet quod erat seruus tempore depositionis pro libero reputauit, vt dictum & testimonium eius valeat. Non tamen probat lex illa seruum talem respectu domini liberum reputari: & sic nihil facit contra nos lex illa. Non obstat & tertio dicta *l. si cui. §. licet. ff. de liber. causa*, quæ videbatur expressa pro dicta prima opinione. Nam procedit quantum ad hoc, vt seruus ipse in libertatem proclamans in iudicio ad proclamationem admittatur: quoad hoc enim liber reputatur. Aliter enim in iudicio comparere non posset: sicut & videmus in muliere vxorata, quæ absq; licentia mariti in iudicio adesse non potest, vel ex iudicis licentia, si absens maritus sit, *secundum l. 4. tit. 3. infra, lib.* 5. Sed ad petendam licentiam hanc marito absente existente, nec reuersuro,
7 mulier hæc in iudicio adesse† potest: aliter enim iudicium inchoare non posset. Sic & minor litigare volens, vt de curatore ad litem ei prouideatur potest in iudicio comparere, *secundum Castillo, in l* 55. *Tauri num.* 34. Ideò nimirum si in seruo proclamante in libertatem idem sit, vt respectu existendi in iudicio, in lite illa serui onera non sustineat, sed liber reputetur, sine præiudicio tamen domini. Quem text. sic intellexit Barto. *in l.* 1. *§. per seruum qui in fuga. ff. de acquiren. posses.* & Otalora, *vbi sup. nu.* 4. *in fine.* Nec obstat versiculus, *sed magis*, illius. *§. licet*, contra hunc intellectum, vbi dicitur dominum lite pendente seruum non possidere: quia intelligitur naturaliter, ciuiliter vero bene possidet, *secundum Bart. in dicto §. per seruum. num.* 1. *& eundem Bart. in l.* 3. *§. ex contrario. col.* 2. *in medio. ff. de acquiren. pos. Cuius Bart. dict. in d §. per seruum approbantur per Ias. ibi. num.* 11. *&* 12. Et an seruus iste in libertatem proclamans posit procuratorem cõstituere, vide singularem l. 4. *tit.* 5. *par.* 3. Non obstat quarto, dicta. l. *fin. ff si lib. inge. esse dic.* quia procedit, & loquitur cum quis se dicit patronum alicuius. Tunc enim cùm illum asserat libertum, & per consequens iam à seruitute liberum, qui patronum se esse dicit probare tenetur. Ibidemque non de libertate, aut seruitute principaliter agitur, sed de iure patronatus: ipseque patronum se vocans, litem mouet, ideò mirum non est, si actoris partes debeat sustinere, & se patronum probare: & sic non solũ contra nos non facit, sed & pro nobis potius. Non obstat etiam tex. *in d.l.* 27 *tit.* 14. *part.* 7. Ideò ènim *ibidem* dominus tenetur probare illum esse suum seruum, quia dominus ipse in seruitutem proclamauit citatum, & sic actoris sustinuit dominus partem *prout in d. l. liberis. §. igitur. ff. de lib. causa. disponitur*, vel quia lex hæc. 27. solum practicatur, cum de proprietate agitur, non verò cum de possessione. Nam cum de possessorio agitur, *secundum Otalora, vbi supra* domini auditores seruant dispositionem dictæ legis, *circa. ff. de probatio, pro secunda nostra opinione allegata. Con que el señor de fianças de dexar seguir al sieruo su causa, y no le trasportar, ni maltratar: vt inquit l.* 5. *tit.* 4. *p.* 3. *versi. Empero quando*, quæ singularis est in hoc, & *ibi*, glo. inquit se non meminisse de iure communi sic scriptum & iussum: vel aliter & tertio responderi potest, quod licet dicamus *in illa. l.* 27. seruum esse, qui proclamat, & liberatem petit, ideò tamen quia dominus illum per violentiam in seruitute tenebat, & in seruitutis possessione violenter dominus ingessit, tenetur probare dominus seruum suum illum esse: interimque constito de violentia, debet in libertatem reponi, vt patet ibi, *Torcizeramente*, quod idem importat, ac si diceret, per vim & violentiam. Vis enim eius qui se dominum contendit ad imponendum onus probationis seruo, minime prodest, *vt inquit text. in l. vis eius. C. de probatio. ex qua desumpta fuit dicta. lex.* 27. Sicut & videmus, quod si possessorio recuperandæ agatur contra reum vitiosæ posidentem, quia spoliauit, talis possessio non releuat spoliantem ab onere probandi, sed adhuc ei incumbit onus probandi, *secundum Bart. in l. naturaliter. §. nihil. num.* 17. *& ibi Ias. num.* 116. *cum seq. aliquibus ff. de acqui. pos.* Nos verò loquimur quoties de violentia hac non constat, & sic non obstat nobis. *d. l.* 27. Non obstat etiam & quinto tex. *in d. l.* 5. *tit.* 14. *p.* 3. *quæ meo videri desumpta fuit à. l. liberis. §. igitur. ff. de lib. causa, & à. l. ordinata. & l. igitur. §. potest. ff. eo tit.* Nam non est *d. l.* 5. contraria nostræ secundæ opinioni: imo eam fortificat si bene inspiciatur. Patet enim ex ea proclamantem teneri probare suam intentionem prout probant leges illæ, à quibus dico desumptam fuisse hanc legem. 5. dum tamen dominus aliquo modo statim lite mota iustificet suam possessionem, puta per scripturam emptionis, vel per testes, vel se habuisse ab hæreditate parentum. Tunc enim si seruus proclamat in libertatem lite pendente, nõ remouetur dominus à possessione sua, & seruus tenetur probare suam intentionem, prout inquit iustificationem hanc faciendam, per dominum, *glo. in ea. l.* 5. nam per proclamationem serui in libertatem dominus amisit naturalem possessionem, retenta tamen ciuili, *vt inquit Bart. in d. l.* 3. *§. per seruum qui in fuga. n.* 1. *ff. de acqui. pos.* Et ita loquitur versiculus, *mas si este, illius. l.* 5. qui contrarius prima facie videbatur nostræ secũdæ opinioni. Nam ne posset dici violenter seruum retineri in seruitute per dominum, ideò *ibidem* statuitur quod proclamante seruo, dominus iustificet possessionem suam tituli allegatione & probatione aliqua: sic enim non poterit dici possessionem violentam esse: quæ tamen non allegatur talis, neque præsumitur in seruis ijs de Guinea. Neque tunc tenetur dominus titulum proprietatis probare, vel possessionem alio modo iustificare, sicut teneretur, si ipse dominus partes actoris sustineret. Et ij sunt veri & literales dictarum legum intellectus meo iudicio, quibus attentis non obstant secundæ huic opinioni. Neque oberit si quis dixerit hominem liberum in seruitutẽ
† per nullum tempus redigi posse, *secundum tex.* 8
in l. 6. *tit.* 29. *p.* 3. etiam per mille annos, *secundum gl. ibi*, quantumuis bona fide ematur ab aliquo, *secundum*

cundum Ant. Go. to. 2. cap. 15. nu. 24. quia illud verum si constiterit prius liberum fuisse, prout *ibi* lex illa præsupponit hominem liberum fuisse, & cum dominus tantum in præscriptione se fũdat. Secus cum non constat à princ. liberum fuisse, sed potius colore, & habitu de genere seruorum est: prout sunt isti nigri de Guinea & Manicongo: tunc enim nõ procedit. l. 6. & eius cõclusio. Quibus neq; etiã obstabit regula illa Bar. & Ias. *n. 14. in l. si prius. ff. de nouo. oper. nunti. de qua per Menesium, in l. ædibus. nu. 2. cum. 3. seq. C. de serui. & aqua*, scilicet, quod quasi possessio alicuius status, quæ necessario non concordat cum origine rei non transfert onus probandi in aduersarium, quia in hoc casu diximus iam, quod ex origine serui isti, serui fiunt, & sic non habet locũ in hoc casu hæc regula, sed illa potius, de qua per Ias. *ibi n. 43.* quod quasi possessio status quæ inest actualiter, vel est aperte in esse ab origine tranfert onus probandi in aduersarium: & allegat adhoc d. l. *circa ff. de proba. & l. liberis § si ff. de li. causa*, pro secunda opinione allegata. Et licet naturaliter omnia libera præsumantur, per ius gentium, ius hoc naturale sublatum est: quod fieri potuit, & limitari, vt non procederet quoad aliqua genera personarum, *secundum Bart. & Doct. relatos per Couar. in d. c. peccatum. 2. p. §. 11. n. 3.* & sic quis seruus nasci potest, *secundum tex. in l. 1. & 2. tit. 24. par. 4.* Et tunc cum talis nasci possit, primæuus status rei non repugnat quasi possessioni seruitutis, cũ in iuribus personarum dari & cadere potest quasi possessio, & remedia possessoria, *secundum Bal. subtiliter, in l. nõ ignorat. 2. & 3. col. C. de ijs qui accus. non pos. quem ad hoc allegauit Otalora, de nobiliat. 2. p. c. 1. nu. 9.* Et per consequens quasi possessio domini transferre potest, & trãsfert onus probandi in seruum in libertatem proclamantem. Et ita inquit Couar. *vbi supra, nu. 3. vers. qua ratione, & sequenti*, quod hodie non omnes homines liberi nascuntur, cũ alijs legibus vtamur, idque maximè vtile sit reip. Vbi & probat Couar. seruitutem non esse contra naturam: & si esset, limitari posset per ius gentium circa quorundam hominum genus. Ex quibus remanet meo videri vera conclusio, scilicet, quod in alijs seruis, quam in Indis, qui actoris partet sustinet, tenetur probare intentionem suam, neque si seruus proclamat in libertatem debet lite pendẽte priuari dominus possessione seruitutis modo aliquo iustificata, nisi constitisset primæuum statum rei pugnare, vel violentam possessionem illam acquisitam. Rationemque differentiæ, quare aliud sit in seruis Indis, quam in nigris de Guinea, assignabis, vel quia in Indis sic expresse reperimus dispositum, in nigris vero non, vel quia primæuus status rei in Indis repugnat seruituti, quod non est in nigris, qui quidem per eorum inimicos volentes eos occidere, & comedere venduntur: quo casu possunt serui fieri, *secundum Nauarrum in Manuali. cap. 24. numero 9.* Vel quia nigri semeptisos vendunt pro seruis, quo casu licitum eos, vt tales retinere, *secundum eundem Nauarro, in nouo. cap. 28. Manualis, in additi. ad. cap. 23. numero 96. fol. 16.* Indi autem non sic faciunt, ideò & merito differunt circa hoc. Et an in conscientia nigri ij in seruos retineri possint, Nauarro *in dicto. numero 96.* declarat, *vide eum ibi.* Quid tamen dicemus in captis in rebellione regni Granatæ, † qui contra Regem nostrum bella mouerunt, montemque Niueum vulgo, *Sierra neuada*, ascendentes mahometicam sequentes sectam, cum & ipsi ex Maurorum genere descenderent, templaque quam plurima violarunt, clericosque, & religiosas personas, & alios Christianos seculares occiderunt, qua de causa Regia pragmatica statutum fuit, vt quilibet eorum, qui Niueum montem ascenderunt, esset seruus capientis, masculus à decem annis, & dimidij supra & fœmina nouem & dimidij, quod iustissime iussum fuit, nam capti in bello iusto serui capientis efficiuntur † *secundum Coua. in dict. cap. peccatum. 2. par. §. 11. numero 3. versi. sexto hinc. apparet.* Neque obstat text. *in l. 1. tit. 29. part. 2.* probans non effici captiuos Christianos in bello etiam iusto, si ab alijs Christianis capiantur: nam id verum esset, cum Christiani contra Christianos, propter alias causas, quam propter fidei desertionem bella mouerent, secus vero aliàs, *secundum tex. in l. 1. tit. 21. part. 4. per quã sic debẽt declarari dicta l. 1. & dicta per Couar. in dict. 2. part. §. 11. n. 6.* Et ideo inquit tex. *in l. 2. tit. 23. part. 2.* iustum esse bellum, quo mediante inimicos fidei destrui conatur, & fides nostra augetur. Dicti tamen conuersi noui Regni Granatæ non solum contra Christianos, & Regem nostrum Christianissimum rebellarunt, sed & dictis, & factis fidem semel susceptam reliquerunt: igitur iusta fuit pragmatica illa, anno 1572. facta, secũdum quam capto aliquo vel aliqua illorum, qui tunc montem Niueum ascenderunt, si tunc erant ætatum ibidem signatarum serui capientium fierent: & quantumcumque proclament in libertatem, idem in eis, quod in Nigris dicendum est, iustificata possessione retinẽtis probatione, quod de illis fuerunt, quæ omnia notanda sunt, vt sciamus, vel defendere dominum vel seruum, in iudicemque non sinamus seruum aliquem eligi, dum in possessione serui extiterit.

El oficio de juzgar. Adde, vt neque arbiter esse possit, *secundum text. l. Pædius. §. fina. ff. de arbitri.*

Por no ser persona libre. Aliam rationem assignat tex. *in l. 4. tit. 4. p. 3.* scilicet, quia non habet intellectum sanum, neque bonum. Sunt etenim serui, prout videmus hebetis ingenij, tardi, & inhabiles præsertim ad iudicandum. Sed quia posset aliquis esse ita, & boni, & clari ingenij intellectus, in quo deficeret ratio illius. l. partitarum, & deficiente ratione & per consequens dispositio, talis seruus, ne posset eligi in iudicem, addidit nostra lex rationẽ aliã, quæ deficere in seruo non posset Et sic seruus nõ poterit esse iudex quantumcunque habilis, & clari sit intellectus, cum alteri & sic domino sit adstrictus, neque liberam habeat voluntatem, quæ maxime in iudice requiritur. Alia etiam ratio assignari potest, scilicet, quia cum omnes serui naturaliter fures sint, & faciliter † corrupantur, *secundum Tho. Grammati. decisio. Neapoli. 38. numero 15. & glo. 1. per tex. ibi in l. 46. tit. 5. par. 5.* & furta, & corruptiones in plurimum abhorreantur in iudicibus: ideo iuste serui iudices esse non possunt. Cũque ad hoc tot rationes habeamus, licet aliqua earum deficiat, vna remanente, remanet iuris dispositio in suo esse, *secundum tex. in §. affinitatis*

quoque.

quoque. institu. de nuptijs.

Anduuiesse por libre. Similis est tex. *in d. l. 4. titul. 4. p. 3. & l. Barbarius. ff. de offi. præsidis*, vbi Doctor, latissimè loquuntur, & plures alij, quos hic allegat Dida Perez, & Bal. *per tex. in l. 2. C. de sent.* & latè Tiraquel. *in legibus connubialibus, gl. 8. de son. Ry, numero* 144. *cum seq. pluribus.* Vbi *nume.* 150. expresse tenet seruum communi opinione pro libero reputatũ iudicem esse posse, & testem in testamen. *vt ibi per eum. nu.* 149. Quod adeò verum est, vt & in delegato iudice hæc procedant, *prout frequentiores tenere testatur Oroscius in d. l. Barbarius. numero* 12. *&* 13. *& probatur l. si arbiter. C. de sent. & int. omn. iud. & probatur ex tex. nostro iuncta rubr. sub. qua situatur, quæ in ordinarijs, & delegatis loquitur iudicibus.* Et quid
13 in seruo tabellione comnuniter pro libero † reputato dicendum sit *ibidem* tradit Oroscius, quid tamen erit è contra? Ponamus enim, quod communi opinione quis reputetur seruus, & in tali possessione existat, re tamen vera liber est, an si nihilominus in iudicem sit electus acta & sentẽtiæ, & mandata interim gesta, & facta per eum valebunt? Et videtur dicendum quod non, cum communis opinio consideretur, *secundum tex. hic, & dictam. l. Barbarius.* Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod valeant. Nam aut veritas facit actum valere (*vt inquit Bonifacius in peregrina legum Partitarum, verbo, iudex in gl. erroris,*) & inspicitur veritas, aut error, vel opinio facit rem valere: & tunc inspicitur opinio. In hac tamen quæstione veritas actum valere facit: ergo illa attendenda Semper enim attẽdendum est, vt actus valeat, & non pereat, talisque, quem fuisse, præsumitur, dum præturam gessit, qualis postea declaratur. *l. moueor. C. de seruis exportant. Et ita tenet Bald. relatus per glo. tal. verro, in d. l. 4. tit. 4. p. 3.* Neque obstat. tex. *hic*, ibi, *Pues que por comun opinion* Vbi videtur cõmunem solam opinionem legislatorem attendisse, vt gesta valeant: sicut in serui testimonio attendendum dixit tex. *in l. 1. C. de testament. & in l. 9. titu. 1. part. 6.* quia respondeo quod in casu nostri tex. *& d. l. Barbarius*, non tam efficit error communis acta à facta per Barbarium valere, quam authoritas superioris eum in iudicem eligentis, & in consequentiam vtilitas publica, in actis per eum conseruandis resultans: sicut & *in dicta. l. 1. C. de testam. & in dicta. l. 9.* eius concordante consideratur publica hæc vtilitas, quæ in conseruatione, & executione testamentorum versatur, *secundum text. in l. vel negare. ff. quemadmo. test. aperi. cap. vltima volantas. 23. q. 2.* & ne runpantur, *vt in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthu. & ibi Bal. notab.* 3. Et ideò nimirum si testi in testamento adhibito, qui licet seruus esset, pro libero tamen tunc reputabatur, credendum sit, & ei fides habetur. Si tamen in alia re seruus testis esset, in qua non illa versaretur publica vtilitas nulla fides seruo, etiam pro libero tunc reputato esset danda, *secundum tex. qui ita debet intelligi in l. 12. tit. 16. part. 3.* Et ita quod non tam communis error, quam publica vtilitas in hoc casu, & materia consideretur, tenet Hosti. *in summa. tit. de osi. del. §. cui possit delegari, in princ. & Bar. in lectura. l. Barbarius. nu. 5. & ibi Oroscio. nu. 28. versi. populus Romanus, col. 297. & alij relati per Tiraq. vbi supra nu. 156. & per Baeçam, de cur. tutorum. cap. 12. nu. 8. fol. 91. & Soci. reg. 227. limi. 1.* Alias enim, *vt aduertit. Oroscius*, nisi publica verteretur vtilitas error, communis non ita proficeret. Quid enim consensui ita contrarium iudicari potest, sicut error, *vt l. si per errorem. ff. de iurisd. omni iudi.* Nisi dicamus secundum cum ibi longe aliam causam vnius, aut alterius priuati aut erroris communis. Ideò error communis multum adiuuat existente publica vtilitate: non tamen sufficeret communis error, quicquid voluerit Oroscius, *ibi.* Nam & ideò valent gesta per iudicem excommunicatum † communiter pro 14
non excommunicato reputatum, *secundum glo. in l. cum lege. ff. de testament. & Bart. in d. l. Barbarius. n. fi. & ibi Oroscio. nu. 25. versi. seruitutum, in fine*, propter publicam vtilitatem & errorem communem Neque obstat, quod sola quasi possessio officij Barbarij in temporalibus sufficeret, *secundum Bart. in repe. d. l. Barbarius. nu. 4.* Nam *secundum eũ ibi* procedit quoties loquimur in quasi possessionibus, vbi decretum superioris non requiritur, vt in quasi possessione iuris eligendi, & præsentandi. Secus tamen, vbi superioris requiritur authoritas, & decretum: tunc enim si est interpositum de facto habet locum lex Barbarius, & nostra, & ob publicam vtilitatem & errorem communem valent gesta per seruum Et nisi daremus authoritatem superioris nihil valerent, secundum Bar. *ibi n. 7. in fine*: quem rectissime locutum fuisse testatur *ibi* Oroscius. *col. 397. post. medium* Et ideo in nostro text. hæc authoritas superioris consideratur, ibi, *Otorgado poderio*, & cõmunis error, ibi, *Comun opinio*, & publica vtilitas virtualiter continetur, quoniam in cõseruatione actorũ versatur. Et propter hãc & propter decretũ iudicis interpositũ in electione iudicis hominis liberti communiter tamen pro seruo reparati, & quia veritas attendenda tunc est, valent gesta per eum constito de veritate neque communis error obest, tunc, quasi considerandus sit in fauorem gestorum, non verò in destructionem eorum Ex quo infertur quod si notarius diu se gessit pro no- 15
tario † instrumenta conficiendo communiter pro tali habitus, deficiente tamen authoritate superioris, non sufficiet error communis, vt gesta per eum valida forent, *secundum Bart. in repetitio. d. l. Barbarius. n. 8 communiter approbatum, secundum Alex. cons. 138 n. 1. vol. 2. & Ias. in ea. l. Barbarius. nu. 45. Et hanc maior pars Doctorum, sequuntur secundum Tiraq. vbi supra nu. 145. & crebriorẽ testatur Oroscius & veriorem, in ea l. Barbarius. versi. 10. col. 394.* licet ipse *ibidem* dicat non deficere, qui contrariam consuetudine approbatam, & communem affirment. In versi. tamen 30. ipse Oroscius, descripsit concordiam inter has opiniones Inquitque sibi placere, quod si longo tempore iste notarius exercuit officium, transferatur onus probãdi in dicentem non esse notarium, quasi cursus illius temporis fundet, & iustificet intentionem suam interim, quod contrarium non est probatum, quod probari difficillimè poterit. Crederem tamen tunc teneri istum notarium ostendere titulum suæ possessionis si ab aduersario petatur. Nam cum ab alio quam à Rege creari non possit, si titulum à Rege habitum non ostendat, cum contra iuris dispositionem

positionem possideat, tenetur ostendere titulum suæ possessionis, *argumen. dicendorum in l. 2. glo. 2. tit. 1. infra libro* 4. Sed quid si quis habitus fuit pro sacerdote, contra quem opponitur, quod non est sacerdos, & non potest aliter probari sacerdotium, nisi per communem reputationem, an sufficiet, tradit Abb. *in cap. innotuit. nu. fina. & ibi Innocen. de eo qui fur. ordi. suscepit.* Sed an
16 in iudice delegato † text. noster procedat, *in prin. huius glossæ* diximus. Quid tamen si error hic cõ-
17 munis adest circa personam delegantis † putà, quia se habet communis opinio, quod iste, qui dat authoritatem delegato est magistratus, & delegans, & potens eam dare, & liber, cum in effectu sit seruus, an idem erit, & procedet nostri text. dispositio? Et respondendum est, quod si titulum habet à superiore, & adest communis ille error, habebit locum noster tex. & dict. l. *Barbarius*, sed si authoritate superioris, non esset delegans ille electus, tunc vtique error communis non dat sibi potestatem, neque per consequens delegato eius: quia vt communis operetur error, authoritas superioris debet intercedere, vt conclusum est, *& tenet vltra relatos Innocen. in c. nihil. de electio. & traditur per Bald. in d. l. si. arbiter.*

Le fuesse otorgado poderio de juzgar. Intellige per potentem concedere puta per Regem, vel per quem ipse Rex concessit, vel foro, aut consuetudine habet acquisitum, *vt. l. 1. sup. isto titu. dictum est.* Nam verba quantumcunque generalia de habilitate sunt restringenda. *l. vt gradatim. ff. de mun. & honori.*

Valdrian. Sed an non coram falso prætore, *vt l. 2. C. de eo qui pro tuto. & quodam velut tyranno, vt. l. decernimus. C. de sacros. Eccles.* gesta nullius esse momenti debuerunt? Et videtur quod sic, *vt dictis iuribus*: quia iste Barbarius, vt ita loquamur, *secundum Barto in repetitione, dict. l. Barbarius. num. 4. contra glo ibi* quantum ad se seruus, & non prætor fuit, *prout frequentiores tenere affirmat Iason. colum. 1. & Oroscius, numero 24. ibidem.* Si ergo seruus & non prætor, igitur falsus & tyrannus, ergo nulla fuerunt per eum gesta. Hæc tamen nihil obstant: nam responderi potest, *secundum Bart. & Doctor. communiter teste Oroscio, in dicta. l. Barbarius. numero 28.* Primum, Barbarium, vt constat, tyrannum non fuisse, vt pote, quem populus ipse, vel qui iudicandi potestatem tribuere poterat, elegit, neque falsum prætorem, sed magis incapacem præturæ gerendæ. Sũt enim in propositum exceptiones, quæ iudici cuique obijci possunt, si creatus iudex non es, si iudex esse non potes, hæc inhabilem, illa falsum prætorem facit, *glos. in l. qui procuratorio. § fina. ff. de procurato.* Cum itaque seruus Barbarius ex facto prætor fuerit, inhabilem exceptio non falsum reddere potuit. Verum eam inhabilitatem superioris authoritas, error communis & publica vtilitas supplere potuerunt. Sed an non Barbarium seruum, prætorem non fuisse declarandum fuit, & declaratio (vt ratihabitio) retrotrahitur, & sic interim ab eo gesta nihil valuerunt? Responderi potest huic obiectioni, *vt per Bart. in dicta repet. l. Barbarius. numero 4.* sicut & alijs multis per ipsum *ibidem* propositis, & factis, quibus ipse respondit, & ab omnibus *ibidem* approbantur eius dicta.

Comun opinion. Et superioris authoritas, vt dictũ est, & *ex text. nostro* patet, ibi, *Otorgado poderio.* Quæ duo validitatem actuum & gestorum per seruum iudicem efficiunt & causam, & fauor publicæ vtilitatis, *secundum Alex. Hostien. aliorum plurium opinionem, vt in glo. audiuisse, dictum est.* Et quæ in hoc dicatur communis opinio, tradit Tiraquel. *in d. glos. 8. legum connubialium. numero 160. cum seq.*

IN LGEM nonam.

1 *Coronæ Regiæ reseruata impræscriptibilia sunt.*

2 *Iurisdictionem omnem in Regem radicatam reperimus.*

SVMMARIVM.

Nullus miles, vel potens principatus Ouetensis, y de quatro sacadas, quæ Regiæ sunt coronæ, impediant populos, villas, loca, & parochias eligere iudices, & officiales iustitiæ. Neque ipsi milites, nobiles, & potentes in dictis locis officiales hos eligant, neque eligere possunt, non obstante quacunque contraria consuetudine, sub nostri textus pœnis.

QVE ESTEN EN COSTVMBRE ANTIGVA. Sed nonne ius eligendi, & nominandi iudices hos, & officiales tempore, & consuetudine acquiri potest, & fatendum est posse, *vt sup. l. 1. huius tituli probauimus, & in l. 3. tit. 5. supra hoc eo. lib.* Hic tamen ideò consuetudo non sufficit, quia per impressionem, & violentiam acquisita censetur per hos milites, & potentes dictorum locorum, & eorum propria authoritate, vt patet ex *tex. nostro* ibi, *Propia autoridad*, & ibi, *No los dexan nombrar.* Vel secundo dici potest, quod quantumuis violentia non daretur in ijs militibus, & potentibus horum locorum in electione officialium iustitiæ per eos facienda virtute prætensæ consuetudinis, adhuc dicta consuetudo non valebit. Quoniam populi ij Regiæ sunt coronæ subiecti: & per consequens omnia in eis existentia, & adiacentia & iurisdictiones, & ius eligendi officiales, quæ tamen ex Principis permissu, vel alia ex causa in populos ipsos, & vicinos eorum remanserunt, nullo tempore, aut consuetudine acquiri possunt per potentes hos: cum reseruata Regiæ coronæ impræscriptibilia sint, † *secundum text. in l. 6. titulo 29. part. tertia,* 1
& tradit Auendaño capite quarto prætorum. numero 27. & itidem numero 20. libro secundo, & in titulo de las prescripciones, latius dicemus. Vel tertio pro ratione decidendi dici potest, quod cum omnes iurisdictiones in Principe, & Rege radicatæ sint, † & ab ipso fluunt, & ad ipsum
2 refluunt, *prout in alio diximus loco, & tradit Maranta,*

ranta, in practica. quarta part. dist. quinta, numero tertio pagina 118. Nimirum si Princeps ipse possit auferre, tollere, vel infirmare iurisdictiones qualibet consuetudine, vel tempore acquisitas, præsertim iusta existente causa & præsumptione impressionis, & violentiæ apparente, *prout in nostro tex. significatur.* Et hæc vitior ratio mihi videtur, quamuis non displiceant aliæ duæ primæ.

Por antigua que sea Et sic immemorialis censetur etiam derogata, vt *in l. tertia, titulo* 1. *libro* 2. supra dictum est.

IN LEGEM Decimam.

1 *Baro, vel dominus alius temporalis, an possit vassallis prohibere, ne curiam adeant. & 3.*

2 *Ad Principem per saltum pro iustitia consequenda deueniendum non est. & 4.*

3 *Negligentia dominorum possunt vassalli curiam adire prout iustitia petenda, vel in aliquo ex casibus curiæ. & 4.*

SVMMARIVM.

In præiudicium iurisdictiones ordinariæ concedi speciales commissiones lex hæc prohibet, nisi cum expedire visum fuerit Regio consilio.

SE PERJVDICA, E IMPIDE. Quod maximè in iure abhorretur: adeò vt si Baro, vel dominus alius temporalis in terris suis merum & mistum imperium haberet, vel primam cognitionem causarum ciuilium, & criminalium posset prohibere † vassallis suis nè in derogationem
1 iurisdictionis, vel priuilegiorum eius venirent ad Regiam curiam, *secundum Puteum, de syndicatu, titulo de excessibus Baronum, capite secundo numero secundo & tertio, fol.* 121. Non enim, *secundum eum. numero quarto,* veniendum est ad Prin-
2 cipem per saltum pro iustitia consequenda † sed gradatim. Quia primò debet aditi ordinarius, deinde proximus superior si ordinarius grauat, deinde ad Principem est recurrendum, *vt l.* 1. §. *si quis in appellatione, & l. ad Imperatorē, & l. ad Principem. ff. de appellati.* Et ideo inquit optime text. *in auth. de mandat. prin.* §. *si tibi. in fine*, loquendo cum iudice ordinario. Si vero cum te non adierit, venire ad hanc Regiam præsumpserit dignitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & responsum non dabimus, & *ibi* gl. *non dabimus*, plures similes allegat. Qua de causa *in l. secunda titulo primo, libro octauo infra* statutum est, vt iudices Pesquisidores, tunc demum mittantur ad loca & populos, vbi iudices ordinarij administrant, quoties ordinarij iudices pro negotio illo expediendo prouidere non potuerint, non aliàs, vel negligentia ipsorum iudicum ordinariorum data, *prout inquit tex. in d.* § *sit tibi.* Huiusque negligentiæ ratione poterunt vassalli dominorum † Regem adire spreto ipso ordina- 3
rio loci. Rexque tum mittere poterit Regios hos commissarios, *secundum tex. in l.* 1. *titulo* 1. *libro* 4. *infra, vbi & videbimus Deo volente, & probat etiam tex. in l.* 13. *titulo* 21. *infra libro* 4. *& text. in l.* 1. *&* 2. *titulo de los Pesquisidores. p.* 7. *& tex. in l.* 8. *titulo* 1. *libro,* 8. *infra.* Et sic debet intelligi noster tex. in fine, dum dicit Regem Henricum commissiones has dari permisisse: nam illud existente iusta causa permittendum est, cum in Rege nihil iniustitiæ denotare debeamus. Sed quia non quælibet causa debet esse sufficiens, lex nostra ità strictè processit. Hæc tamen intelligenda sunt, nisi per casum curiæ, vulgo, *casos de Corte*, de quibus. *l.* 8 9. *&* 10. *&* 11. *titulo tertio infra libr.* 4. Rex adeatur: per hanc enim viam † 4
prætermisso ordinario loci potest Rex & eius curia adiri. Item, & quod diximus in appellationis articulo statim proximum superiorem iudicem adeundum, & postea Principem, est intelligendum per viam supplicationis, secus per appellationem ordinariam à sententia iudicum inferiorum interpositam. Per hāc enim omisso ordinario iudice appellationum à dominis temporalibus in suis terris posito & nominato, potest directo appellari ad Regiam curiam, & cancellariam, neque id possunt domini vassallorum ipsis vasallis prohibere. Neque in hoc articulo loquitur lex nostra, sed tantum cum in prima instantia cognoscendum est: aliter enim esset facere cōtra dispositionem. *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *infr.*

IN LEGEM Vndecimam.

SVMMARIVM.

Iudices ordinarij ciuitatum, villarum & locorum in causis redituū Regiorum & gabellarum, iuriumque aliorum Regis cognoscere possunt, & nullus alius super ijs deputari potest iudex, & secundum tassam Regiam iura capere debent.

ALCALDES ORDINARIOS. Ij enim in omnibus causis pecuniarijs & criminalibus expediendis se intromittere possunt, si aliud nō est dispositum, *secundum tex. in authent, vt iudi. sine quoquo suffragi.* §. *volumus.*

Lugares. Quamuis enim iudices vicorum, & aliorum locorum ciuitatibus & villis subiectorū ad summam vsque centum morapetinorum cognoscere possint, *vt lege sequenti probatur*, in causis tamen ius gabellarum, & iurium Regiorum in quacunq; summa etiam magna consistentiū, intromittere se possunt *per tex. nostrum*, & per iudices ordinarios ciuitatum & villarum impediendi non sunt. Et hoc fauore Regis ipsius, cui iura hæc & gabellæ debentur, & soluenda sunt, imo & populorum ipsorum, & debitorum si bene consideretur.

IN LEGEM duodecimam.

1 *In causa summaria & parua vnus testis plene probat.*

2 *Iudices si vltra metam iurisdictionis cognoscant, an intra summam permissam valebit pronuntiatum.*

SVMMARIVM.

Iudices rurales ad quã vsque summam in suis vicis & populis cognoscere possint, declarat lex nostra.

HASTA CIEN MARAVEDIS. Inclusiue ponitur dictio hæc, hasta: aliter enim mens legis nostræ offenderetur, sicut & sumitur *in l. 6. titulo tertio infra libr.* 4. vbi plures de hac dictione tractantes allegat Et sic licet antea causa breuis diceretur, quæ duos aureos non excedebat. *l. si oleum. §. fina. cum. l. sequent. ff. de dolo*, iam centum vsque morapetinos comprehendit iurisdictio horum ruralium iudicum *ex tex. nostro.* Et tanquam causa summaria breuis, & parui præiudici commissa est ruralibus & idiotis iudicibus, ne plus in eius prosecutione expendatur, quam sit principale interesse totius causæ, contra. l. *mediterraneæ. C. de annonis, & tributis, libro 10. & tradita per Felin. in cap. nonnulli. colum. 1. de rescrip.* In ijsque causis parui valoris
1 vnus testis plenã facit probationem † si de facto plene deponat, secundum Bart. *in l. secunda §. sin vero. numero primo C. vbi in rem actio. & in l. prima C. quorum bonorum*, Hipp. *sing.* 433. *tritta est*, *Mathesil. notab. secunda*, Ias. *in rep. l. admonendi. numero* 187. *ff. de iure iur.* vbi & alios casus ponit vbi testis plenam facit probationem. Sed an si iudices ij rurales cognoscant de maiori summa,
2 valida erit sententia in summa † de qua cognoscere poterant, tradit optime Reb. *in primo tom. const. Fran. titulo de senten. prouis. art. secundo glo. quarta numero* 7. & alij referendi per nos *l. 7. titulo de las appelaciones, verbo, diez mil, infra libr.* 4. Hæc tamen licet ita sint, poterunt tamen delinquentem in fragrãti crimine capere, & incarcerare, *secundum Boer. decis.* 215. *numero fin.* & qualiter puniatur iudex metam iurisdictionis excedens, vide pe Plateam *in l. militaribus viris. C. de decurioni. libro* 10. *& Auiles in proœmio, cap. prætorum, n. 6. fol.* 11.

IN LEGEM DEcimam tertiam.

1 *Depositarij electio ad Regem, & eius ministrum pertinet.*

2 *Depositare an poterit iudex pedaneus limitatam eius iurisdictionem rem excedentem.*

3 *Depositario an possit de publico constitui salarium, vel aliunde.*

4 *Salarium de publico an constitui possit per correctorem & Rectores ciuitatis.*

5 *Iudex an possit seipsum in depositarium eligere, & an tabellionem alium quam causæ.* 15.

6 *Iudex non eligens idoneum depositarium, vel fideiussorem an teneatur, &* 7.

8 *Cautela sufficiens, an detur, vt iudex non teneatur propter non electum depositarium sufficientem.*

9 *Epistolam mittens pro tertio aliquo nõ censetur per eam se obligare, ni sialiud dicatur.*

10 *Leges cum ostendimus. §. fi. ff. de fid. tut. & l. 1. §. diuus. ff. de mag. conue. intelliguntur.*

11 *Taciturnitas in iudicialibus pro consensu habetur & vim habet stipulationis, &* 12.

13 *Aprobans alium tanquam idoneum, & locupletem non censetur eius fideiussor, cum fallentijs.*

14 *Iudex an teneatur si depositarius per eum electus paulatim depauperetur.*

16 *Depositarius an possit deponenti reddere pecuniam.*

17 *Deponens si de facto capiat depositum fingitur non deposuisse.*

18 *Depositarius ad iudicis mandatum reddens depositum, an & quando liberetur. &* 19.

20 *Pœna aduocati nolentis pro alio patrocinari.*

SVMMARIVM.

Iudicibus incũbit in suo territorio depositarium eligere, dum tamen non eligãt in depositarium causæ tabellionem, & aduocatos compellere iudices possũt pro partibus patrocinari.

NVESTRAS JVSTICIAS. Electio enim depositarij † ad Regem, & eius ministrum 1
iudicem pertinet, *vt est tex. & ibi Bart. in l. si soluturus, ff. de soluti. tradit Auiles. cap.* 10 *syndi. verbo nombrare, fol.* 275. *& glossator Salmantinus in l. prima titulo* 10. *libro primo ordin. col.* 5140. *in fi.* Sed an iudex pedaneus habens limitatam iurisdictionem † poterit sequestrare rem aliquam 2
metam suæ iurisdictionis excedentem? Et in hoc concludo, sine dubio, scilicet, quod cum sequestrum venit in consequentiam rei de qua agitur tunc optime fieri poterit, *ex text. & ibi traditis per omnes, in l. à iudice. C. de iudi.* & idem dicendum si copia iudicis haberi non posset, & esset periculum in mora, secus vero aliàs, quia tunc nullo modo possent.

En quien se hagan los depositos. Sed an depositarijs assignabitur salarium † de propriis ciuitatum, 3
& populorum, vel an de ipsis bonis depositatis? Et Auendaño *cap.* 10. *prætorum. nume.* 17. *libro* 2. inquit decuriones ciuitatum, & iudicem posse huic depositario de publico salarium constituere, arg. tex. & ibi glo. *in clemen. 1. de seq. pos. & fruct.*

fruct. dicentis, quod depositario & sequestro potest & debet dari & constitui salarium pro custodia depositi: prout & tenet Didacus Perez *in l. 1. tit. 10. quæstio. 8. col* 1141. *in fine lib. 3. ordi.* & idem Auend. *c. 2. prætorum, num. 8. lib. 1.* vbi enumerat alias personas, quibus salarium constitui potest. Et hoc casu, asserit per iudicem & Rectores ciuitatis posse assignari. De cuius tamen dicto maxime dubito, quia licet ipsemet Auend. *in eo. c. præt. num. 8. versic. vnum tamen* dicat, *l. 1. C. de præben. sala.* prohibentem absque Regia licentia salarium* non præstandum consuetudine abrogatam esse non tamen video consuetudinem hanc, sed contrariam potius, & sic legem illam. 1. communiter seruari quotidie tam in Medicorum, & Aduocatorum, quam aliorum salarijs de proprijs ciuitatum soluēdis, quę aliàs de iure ciuili absque Regia licentia cōstituebantur, *secundum glo. in ea. l. 1. & glo. in rub. de decret. decurio. lib. 10. per tex. in l. 4. ff. eo. tit.* Hodie nullo modo, absque Regia licentia constituuntur, & iure optimo, ne sit occasio iudicibus & Rectoribus ciuitatum bona earum in salarijs cōsumere. Facitque pro hoc tex. *in l. 15. tit. 7. col. 3. in prin. lib. 7. infra*, vbi solum custodibus defensarum permittitur iudici, & decurionibus ciuitatum salarium constituere, *& ita in expresso tenet curia Pisana, lib. 2. c. 18. de potestate concilij.* Præsertim cum in electione huius depositarij non publica, sed priuata particularium vtilitas versetur, & sic de depositis ijs esset ei soluendum, si aliquod cōstitueretur salarium, non vero de proprijs ciuitatum & populorū. Neque ex hoc quod public⁹ dicatur depositarius de publico est ei soluēdū salariū: aliàs enim & tabellioni, qui publicus dicitur, solueretur. Sed dicitur publicus depositari⁹, quia omnib⁹ depositis prēsto esse debet.

No sea escriuano de la causa Potest tamen iudex seipsum† eligere in depositarium, *secundum additio. Bald. in l. acceptam addi. 2. C. de vsur. allegando Fulg. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis cog. vbi Ias. nu. 2. inquit esse pro hoc glo. ordinariam, verbo, deponatur, in l. senatus consulto. §. fi. de offi. præsidis. de qua per eundem Ias. in l. cum filiofami. num. 22. delegat. 1. & Curtium in tract. de sequestro. q. 4. volu. 1. diuersorum doctorum, tenentque Bal. Alex. & Roma. in d. § fin. & alij relati per Didacum Perez vbi supra, col. 1142. q. 9. & Auiles d. c. 10. syndicatus, glo. nombrare, n. 3. fol. 275.* Sed per text. nostrum crederem iam non licere iudici seipsum in depositarium eligere, cum neque tabellionem causæ eligere possit, sed tabellionem generalem, & publicum eligere tenetur penes quem, & non aliū deposita fiant. Sed an si iudex tutum depositariū non eligat† tenebitur? Et dicendum est, quod in dubio censetur depositarium per iudicem electū idoneum esse, & sufficientem, *secundum Bal. in d. l. acceptam, nu. 1. & Auiles vbi supra, nu. 1.* Si tamen probetur non esse tutum, neque idoneum, erit culpa ipsius iudicis talem eligentis depositarium, & ipse tenebitur, *secundum Bar. in d. l. si soluturus, n. 1. ff. de solut. & Bal. in d. l. acceptam. col. 4. q. 10.* Inquit tamen Bar. *in l. si soluturus*, quod si talis eligatur in depositarium, de quo omnes communiter considerent, excusatur iudex eum eligens, & ei culpa imputari non potest, *per tex. in l. eum. §. fi. ff. commod.* Sic & iudices recipientes† malos fideiussores, qui ex officio tenentur bonos recipere obligantur ad interesse partis, vel Reipu. quando pars aliqua vel Respub. ex hoc læderetur: quod dicit menti tenendum Hipp. *in rubr. numer. 345. ff. de fideiussor. per tex. in l. fi. & ibi Doctor. C. de magis. conuen.* & tenet Rebu. *in 1. tom. const. Fran. tit. de senten. execu. art. 1. glo. 16. numer. 25. & 42.* vbi *a num. 19.* enumerat qui non sint fideiussores sufficientes. Inquit tamen Hippol. *vbi supra* esse bonum remedium, vt iudices ipsi ex electione † fideiussoris insufficientis non teneantur, scilicet, facere talem fideiussorem approbari pro idoneo & sufficiente, per aliquas alias particulares personas in testes approbatorios adductas: & tunc ipse iudex, non, sed testes illi approbatorij tenebuntur *per textum quem allegat. in l. cum ostendimus. §. fin. ff. fideiuss. tutorum. & textum, in l. 1. § diuus. ff. de magis. conueni. & faciunt dicta per Plateam in l. 1. nume 4. C. de discussor. lib. 10. & Bart. in l. 1. C. de peri. nomin. lib. 11. & Fran. Lucam in tracta. de fisco. numer. 63. & per Alexand. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui sat. cog. & Ang. de malefi. in verbo, pro quibus, Anto. fideiussit, pen. col. in prin. quos allegat Auiles. c. 10. syndicatus, glos. fiable fol. 275.* & voluit dictis legibus ita tenere Rebuf. *vbi supra, num. 45.* vbi & *num. 38.* inquit, ad approbationem hanc faciendam partis requiri citationem, *de quo & per Roma. cons. 72.* Et si tales fideiussores idoneos esse repertum fuerit, non possunt per aduersarium repelli: imo non obstante eius contradictione, & approbatione debent admittit *secundum Rebuf. ibidem n. 42. & 43.* Contra hoc tamen remedium Hippolyti, & Rebuffi facit optimus tex. *in l. fi. vers. nec. C. quod cum eo*, probās, quod per literas generales alicui † misas in fauorem alterius tertij non censetur mittens eas se obligare pro tertio illo. Putà si mittis Petro epistolam dicendo. Dabis fidem latori huius epistolæ, vel alij tali, quia, fidelis est: vel si dicatur Debitum tibi à Ioanne citò soluetur: non censetur ex hoc missor harum literarum obligatus. *Similis est tex. in l. 3. col. 2. in medio, titu. 11. p. 5. idem expresse probans, de quo & optime agitur per Rebuf. 1. tom. const. Franc. tit. de chirographi, & schedularum recogni. in præfatione, num. 99. & 100. & Ant. Gomez tom. 2. c. 13. num. 5. & prius ibi in c. 7. col. fin.* Item & secundo aduersus Hippo. remedium facit tex. *in l. & eleganter. ff. de dolo*, probans quod si quis asserit aliquem esse diuitem & idoneum, ex quo alius cum eo contraxit, non tenetur quamuis post contrarium appareat. Quem tex. ad hoc hāc communem per eum asserendo allegat Ant. Gomez, *tom. 2. c. 13. nu. 5.* Item & fortius, quia in contractibus voluntatem, & potestatem partium attendenda esse de iure habemus, *vt est tex. & ibi not. Abb. num. 7. in c. cum super, de offi. delegati*, & sic inquit *ibi* Bal. duæ sunt humanorum actuum radices & perfectiones, vis scilicet, & volūtas actusque agentium vltra eorum intentionem nō operatur, ab intentioneque eorum actus denominātur, *vt resoluit Peralta in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. nume. 11. delegatis. 2.* In testibus tamen ijs approbatorijs deficit actus & voluntas se obligandi: quoniam si scirent se remanere ex dictis obligatos fortassis non dicerēt testimonia. Igitur non debemus eos obligare, quorum volun-

tas obligandi non apparet: & per consequens dictum remedium & cautela, Hippo. non est tenenda quoad hæc vt testes hos approbatorios obligatos remanere dicamus, non enim remanent obligati. Et ita tenendo non obstat dicta. l. *cum ostendimus*. §. *fi.* in qua Hippo. se fundabat. Nam *ibidem* casus specialis cõstituitur in fideiussoribus tutorum, & nominatoribus eorum, *& similiter in dict.* §. *diuus*. Specialitatisque ratio ad oculum patet, tum ob fauorem minorum, tum & publicæ vtilitatis causa, quæ versatur ne minorum patrimonia & orphanorum absorbeantur in totum, habeantque à quibus ea recuperare possint. Et minoris fauore & publicæ vtilitatis causa multa in iure specialia reperimus, *vt per totum tit. ff. de minori. & de in integ. resti. C. & in decretalibus*. Vel secundo respondere poteris, scilicet, quod. d. l. *cum ostendimus*. §. *fi.* & d.
10 §. *diuus* † loquuntur & procedunt quoties in iudicio quis affirmat aliquem esse idoneum, & locupletem, & approbat eum in talem. Tunc enim nimirum, quod teneatur si aliud appareat, *prout ex dictis iuribus patet ibi, in actu publico*. Et ita leges illas intellexit, & declarauit Alex. *vbi supra*. Ex quo, textus *in dicta. l. cum ostendimus* §. *fi* communiter allegatur ad hoc, quod in iudicialibus, taciturnitas partis † præsentis habetur
11 pro consensu, *secundum Ias. in repe. l. admonendi, num.* 20. *ff. de iure iur.* Et quando aliquis coram iudice patitur se scribi in fideiussorem alicuius, tenetur, ac si verbo se fideiussorem declaret & præsumuntur omnia solenniter acta, secundum Paulum Castr. *in l. sciendum num.* 3. *ff. de verborum obligatio. & ibi Ias. nu.* 28 dicentem hoc ideò esse, quia in iudicio approbatio fideiussorum tutorum fit, non vero hoc efficit ipsorum minorum
12 fauor. Patientia † enim in iudicio vim stipulationis habet, secundum Ias. *in l.* 1. *in princ. nu.* 5. 6. *&* 7. *ff. de verb. oblig.* & additio. Bart. *in d. l. cum ostendimus* § *fi.* vbi plures allegat, circa differentiam actorum in iudicio, vel extra tractãtes. Imò, & tunc communiter, & magis communiter, hoc intelligitur, quotiescunque interuenit scriptura publica, fauorque pupilli & geminata patientia datur. Tunc enim censetur nominator & approbator pro eo fideiubere, si aliud non appareret, *vt in d. l. cum ostendimus*. §. *fi. quam sic intelligunt Ias. Bald. & moderni, ibidem secuti per Alexan. in l.* 1 *in prin. ff. de verb. oblig. & ibi Ripa. num.* 20. *vbi Ias. num.* 7. *hanc communem, & magis communem testatur opinionem*. Similiter, & *in d. l.* 1. §. *diuus. ff. de mag. conuen.* illi approbatores, & nominatores in iudicio electi fuerunt, vt satisdationes illas approbarent, & passi sunt se eligi in tales, ideo nimirum si teneantur His tamen deficientibus prout *in d. l. fi. C. quod cum eo, & in d. l. Partiarum, & in d. l. & eleganter*. §. *fi.* defecerunt, nullo modo tenetur approbator alicuius, & affirmans aliquem locupletem, & idoneum fideiussorẽ. Ex quibus potest constitui regula generalis, scilicet, quod regulariter approbans aliquem * tanquam idoneum, & locupletem
13 nõ censetur eius esse fideiussor, neque vt talis tenetur, quamuis post aliud appareat. Fallit tamen hæc regula in casu. *d. l. cum ostẽdimus*. §. *fin. & dict. l.* 1. §. *diuus, et similis*, secundum communem intellectum *Bart. & Alexan. &* Ias. *supra* assignatum & relatum. Fallit, & secundo in approbante, & nominante regiorum redditiuum, vel gabellarum conductorem, vel fisci administratorẽ, quia talis approbator & nominator censetur, vt fideiussor, *secundum text. in l. iusta C. de susceptori. lib.* 10. *& in l. exactores, in fi. C. eo.* Et sic cum hos approbatores in testes approbationis depositarij iudex examinet, & non vt nominatores, neque in iudicio, & actu publico patientes, vt tales se scribi, nimirum si non teneantur quamuis depositarium, appareat post, non esse idoneum & sufficientem facultatibus, & sic iudicem teneri eum nominantem, nisi probet tunc: pro idoneo & locuplete ac sufficiente ab omnibus reputari, vel nisi probetur tales approbatores in dolo fuisse. Nã tunc propter dolum tenebuntur, *secundum tex. in d. l. & eleganter*. § *fin. ff de dolo, cum. l. sequent.* Ex qua decerpitur qualiter de dolo hoc constabit, putà si de lucro approbatorum, & nominatorum tunc tractaretur. Et ideo melius remedium esset, vt de illis approbatores examinaret, quorum fauore, vel odio res in depositarium deponitur. Tunc enim sibi imputabunt approbatores tales, si depositarius, vel fideiussor per eos approbati insufficientes, & non idonei reperti fuerint. Ex quo censeo teneri consanguineos minoris nominantes tutorem minori huic, si tutor non sit sufficiẽs: quia ipsorum consanguineorum res agitur. Quid tamen si iudex semel elegit depositarium idoneum, & sufficientem: post autem paulatim labitur depositarius hic, & pauper efficitur, tenebitur nè † iudex 14
eũ nominans? Et dicendum est, quod non, *ex tex. in l.* 1. §. *quod si satis. ff. de magis. conueni.* nisi culpa aliqua, vel negligẽtia iudici imputari possit, puta quia pars, ad cuius petitionem depositum factum fuit, petijt à iudice, vt depositum illud ab illo depositario remoueret, vt pote, quia depauperabatur, & noluit facere. Tunc enim crederem tex. illum, *in dict.* §. *quod si satis* non procedere, sed iudicem ipsum teneri. Et an iudex deponens aliquid penes Titium, possit cum voluerit depositum remouere, vide tex. *in l. si oleum. ff. de dolo, & l.* 2. *tit.* 9. *p.* 3. *& ibi gl. & l.* 5. *tit.* 3. *p.* 5. *& Alberic. in dictionario, in verbo sequestratio.*

De la causa Ex iis verbis colligo primo errorem quorundam asserentium, & deputantium legibus nostris Regijs attentis depositum fieri non posse in tabellionem † aliquem. Nam est tex. hic 15
contra opinionem hanc, cum tantum limitatiuè loquatur, sicut & loquitur tex. *in l.* 13. *supra isto tit. & lib.* in causæ tabellionem tantum depositum fieri prohibentes. Ergo penes alios tabelliones fieri optime poterit: nam limitata causa limitatum producit effectum, & exceptio firmat regulam in contrarium per iura vulgaria. Et ideo penes alium, quam causæ tabellionem fieri poterit depositum. Et ratio differentiæ ad oculum patet, nam cessant inconuenientia militantia, quoties in causę tabellionem depositum fit. Nam si in causæ tabellionem fiat, non audebunt liberè partes iustitiã petere, saltim super deposito petendo, vel remouẽdo, neque illi tabellioni molestos esse. Deinde siue iuste siue iniustè à parte vincente palmarium nomine, ex deposito aliquid percipere prætendunt: aliaque adsunt inconuenientia, quæ cessant si penes alium tabellionem depositũ fiat. Et sic pœna afficitur iudex in tabellionẽ

causæ

causæ depositum faciens, & ipse tabellio acceptans, *secundũ textum l. 8 tit. 25 lib. 4. infra.* Ego tamen si iudex essem in nullum alium quam in depositarium generalem deposita facerem.

16 Sed an depositarius hic, † in quem depositum constituitur, poterit deponenti reddere depositum propter creditorem nolentem recipere depositum? Et dicendum est, quod si res est integra potest: si verò non est integra, quia acceptatum est depositum per creditorem, & denuntiatum depositario reali nè alij redderet depositum, prout quotidie fit, nullo modo liceret depositario reddere depositum deponenti, secundum Bal. *in l. acceptam, num. 5. C. de vsur.* Vbi inquit vnum mirabile, scilicet, quod si de facto deponens ca-
17 piat depositum † fingitur non depositisse, vel si de mandato iudicis depositum ipsum reddi deponenti vel alteri iubeatur. Nã magistratus habet facultatem ius iniquum statuendi, *secũdum Matt. Affli. in propositũ nostrum ita asserendo decis. Neapo.*
18 150. *n.* 9 neque tenebitur depositarius ‡ ipse à tali iussu appellare, *prout in simili tenet glo. magna. l. 4. tit. 14. p. 5.* Quod tamen intelliges, *secundum glo. eandem in l. 3. tit. 3. p. 5. glo. 1.* quoties non esset notorium mandatum talis iudicis esse iniustum, sed clarum esse potius quod iustum erat, vel esset in dubio: quia in dubio pro iudice præsumendum est. Sed si notorium esset de iniustitia mandati, putà quia iussus ille processit à tyranno aliquo, *ac quo & loquitur Afflictis, vbi supra,* tunc nisi appellaret depositarius ille à mandato illo non liberaretur si redderet depositum, *secundum glo. illas, & Afflictis.* Imò, & tunc teneretur, & diligentias alias facere, *de quibus per Didacum Perez in l. 1. tit. 10. l. b. 3. ordin. quæst. 15. col. 1144. faciuntque dicta per Ripam in cap. si quando, num. 17. de rescrip. & per glos. l. 5. tit. 15. p. 7.* Et facit idem communis illa, de qua per Orol. *in l. vt vim. num. 16. col. 21. ff. de iust. & iure,* quando liceat iudici aliquid iubenti resisti. Sed si iuste processit iudex, vel est in dubio, quia pro eo præsumendum est; liberaretur depositarius obediendo eius mandato: quia iussu iudicis aliquid soluens liberatur *l. imperatores. ff. ad municip. l. nõ videtur. § qui iussu. ff. de reg. iur. & l. liberorũ in fine. ff. de ijs, qui not. inf.* Quod intelligo, secundũ glo. ibi, quoties, vt iudex; & sic ordine iuris, procedit: secus vero si vt priuatus procedat nullum ordinẽ seruando. Nã tunc nõ liberatur parens ei, *secundum Dec. in d. § qui iussu, & in l. factũ à iudice, eo tit. & Hippol. in pract. §. nunc videndum, n. 41. & gl. por mandado. l. 5. tit. 15. p. 7.* Et tunc debet depositarius resistere mandato. Et si nihilominus iudex procedit ad executionem mandati, petat depositarius partibus interessentibus notificari & appellet à mandato illo, ne culpa imputari possit, & appellationem faciat partibus notificari, vt prosequantur eam si velint: sin minus eorum sit culpa & non depositarij. Et in casu in quo cõstaret iudicẽ iniuste procedere sic consulo facien-
19 dum, putà si tu depositarius obligaris alij* quam Titio non reddere depositum: tunc enim si iudex præcipiat alij quam Titio reddere depositum teneris contradicere, & allegare qualiter Titio debet reddi, & non alij. Vel si fueris requisitus per creditores, vt non restituas depositũ, nisi ipsis, debes hoc allegare iudici & creditoribus citari facere, etsi nihilominus iudex procedat ad executionem mandati. appella, *vt dictum est,* tu depositarius, & fac dictas diligentias, & sic eris securus. Neque tenetur depositarius pati, se mitti in carcerem, *secundum Afflictis vbi supra,* sed dictas diligentias faciens liberatur prout consulo faciendas.

Mandamos que quando Similis est tex. *in l. prouidendum C. de postul. & text. in l. 8. tit. 16. lib. 2. supra tradit Dida. Perez. l. 1. tit. 19. lib. 2. ordi. col. 657. in fine.* Omnis enim, qui officium publicum habet potest compelli illud exercere, sicut & in tabellione probat tex. *in l. 18. tit. 25. lib. 4. infra.* Sic & habens rem ad vendendum compelli potest illam vendere, *secundum glo. & Doctores in l. nec emere. C. de contrahen. empt.* Hospitatorque cogitur hospites recipere, *secundum Auend. c. prætor. num. 2. lib 2. & Aurles, c. 28. prætor. verbo, cogidos, in prin.* Notandum tamen est, quod in compellendo aduocatum patrocinium præstare, debet esse iudex discretus, ne faciat inimicum patrocinari, vel contra amicum postulare, *vt. C. de excusa. tut. l. humanitatis, notat gl. l. 1. §. ait prætor ff. de postuland.* Sed si aduocatus 20
compulsus noluerit patrocinium præstare, † pro toto illo anno, in illa neque in alia aduocare poterit causa quæ non sit propria, *secundum tex. in l. 1. tit. 9. lib. 1. fori, & tex. in d. l. 28. per quam lex nostra declaratur,* scilicet, vt præcise non compellatur aduocatus, sed quod si noluerit obedire mãdato iudicis incurrat illam pœnam & detur parti alius aduocatus. Quod tamen intelligo si in loco illo essent alij aduocati: secus vero si deficerent, vel non possent in causa illa aduocare. tunc enim esset omnino cõpellendus aduocatus. Neque satisfaceret si diceret se velle dictam pœnam pati, & sic leges hæ declarandę sunt, ne videantur contrariæ.

IN LEGEM DECIMAM QUARTAM.

1 Crimen *semel in iudicio deductum non est à iudice relinquendum indecisum.*

2 *Omne continens malum exemplũ in Repu. debet etiam ex officio per iudicem puniri.*

3 *Iudex inquirens loco accusatoris succedit.*

4 *Iudex etiam per viam inquisitionis potest imponere pœnam ordinariam.*

5 *Iudex etiam pro priuatis delictis potest procedere fama vel indicio procedente.*

6 *Respu. ex verbis non iniuriatur.*

7 *Reipublicæ non oritur actio ex delicto, ex quo neque parti oritur.*

7 *Iudex procedens parte desistente ab accusatione, an teneatur nouum processum inchoare.*

9 *Iudex non potest ex officio procedere, neque fiscalem creare, nisi parte requisita & monita.*

10 *Fiscalis Regius in regno Franciæ creatur etiam parte acusante.*

11 *Iudex male inquirens tenetur ad interesse, & partis expensas, nisi vt ibi.*

12 *Iudex*

12 *Iudex ecclesiasticus propter secularis negligentiam cognoscit inter laicos.*

13 *Prælati propter negligentiam deponi possunt Pater negligens corripere excessus filiorum tenetur & grauari potest.*

SVMMARIVM.

Iudices in iustitia ministranda diligentes, & non negligentes esse debent, aliàs & officia, & eorum personæ Regiæ voluntati subiacebunt, & ex aliena lite suam facient.

QVE LOS IVEZES. Iudex enim dicitur, quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare, est iuste iudicare: non est ergo iudex si non est in eo iustitia, *secundum tex. in c. forus, de verb. signi.* Iustitia verò est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens, *vt. l. iustitia. ff. de iust. & iure.* Si ergo iudex non facit iustitiam vnicuique quod suum est tribuendo, & malos castigando, bonos autem non solum metu pœnarum, verum etiã præmiorum exhortatione remunerando, & afficiendo, *vt inquit tex. in dict. l. 1. non est iudex*: quia non recte iudicat, neque ius dicit, neque de eo disceptat. Ideò vt nomen rebus concordet, & res nomini, prout debet concordare, & esse consequens rei, *secundum tex. in §. est & aliud, inst. de donatio.* iustitiam tenetur administrare, in eiusque administratione diligens, non autem negligens esse debet, *vt aduertit glossator Salmantinus hic, col. 611. & 612.* Quod in tantum verum est, quod non solum ad partis petitionem hæc obseruare iudices tenentur, verum & cum ex officio procedũt, quantumuis delicta non publica, sed priuata sint, parte à querelæ propositione se abstinente, vel accusare nolente, *vt est text. ita probans in l congruit, de offi. præsi. quẽ ad hoc allegat Ant. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 10. & 55.* Semel enim in iudicium crimen † deductum non est relinquendum à iudice indecisum: neque sub dissimulatione debet transire quamuis accusatus cum accusante in gratiam redijsset, *secundum tex. in c. 2. de collus. detegen. & c. scripta. eo. tit. l. 9. tit. 4. lib. 4. fori. Pal. Rub. in trac. de regni gubernatione, li. 4 c. 14.* delicta enim Reip. expedit, ne impunita remaneant. *l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. c. vt famæ, de senten. excom. Hipp. cons. 3. nu. 23.* Et vndecunque crimina claruerint punienda sunt. *24. q. 3. cap. ecce, tenet Abb. in cap. 1. numer. 9. de collus. deteg.* neque hoc negat. *l. 22. tit. 1. p. 7.* imo permittere videtur. Ibi enim remissione delicti per partem iniuriatam facta, tantum iubetur vt pœna corporalis non imponatur, secundem verum & communem intellectum: non tamen negatur quin iudex procedere posit, ad alterius pœnæ impositionem ex officio iustitiæ, propter Reipub. vindictam, prout anteà per leges & iura permittebatur, *secundum Dominum Menesium in l. transigere, nu. 47 pag. 110. C. de transactio.* Omne enim quod in se continet † malum, & iniquum exemplum Reipub. potest & debet per iudicem etiam ex officio puniri, *secundum Antonium Comez tom. 3. c. 3. numer. 33.* Respublica enim, sicut & pars ex delictis iniuriatur: & ideò quilibet de populo posset in crimine etiam priuato remissione per partem iniuriatam facta admitti ad pœnam saltim pecuniariam imponendam licet non ad corporalem, *secundum Abb. in cap. cum P. numer. 12. de accusatio.* Et si quilibet de populo tunc admitteretur, maiori cum ratione poterit iudex ex officio nullo de populo accusante procedere in causa illa, fiscalem si voluerit creando, vel per inquisitionis remedium, etiam contra particularem personam, indicio vel fama aliqua contra telem personam præcedente, procedendo, *secundum Antonium Gomez dict. tom. 3. cap. 1. num. 49. ad finem*: cum tunc talis iudex inquirens loco accusatoris † succedat, *secundum eundem Anto. Gomez vbi supra, nu. 22. ad finem, & Hipp. cons. 31. nu. 9. & cons. 38. nu. 19. & consil. 49 num. 27. & cons. 50. nu. 8. & cons. 59. nu. 3. & in pract. §. constanter. num. 82.* Imo & *secundum Ant. Gom. d. tomo 3. c. 3. num. 51.* quamuis per viam inquisitionis iudex procederet, posset imponere pœnam † ordinariam, quam tunc minuere poterit, *secundum Auend. c. 16. præt. num. 19. in fi. cum seq. lib. 2.* Et parte nolente accusare vel desistente ab accusatione semel proposita non est procedendum ad pœnam corporalem, neque ordinariam imponendã, *secundum glo. d. l. 22. & D. Anto Menes. in l. transigere. num. 50. C. de transactio, & Anto. Gom. tom. 3. c. 3. nu. 56. vbi dicit & bene ita practicari*, quamuis Auend. *d. c. 16. nu. 19. in fi. lib. 2.* velit adhuc tunc posse imponi pœnam corporalem. Fallitur tamen nisi in casu in quo delictum esset de atrocissimis: nam tunc non obstantè remissione partis imponi posset corporalis pœna, *secundum glo. illam. d. l. 22. & Menes. vbi supra n. 48. & alibi diximus.* In casu tamen. l. 14. *tit. 28. lib. 8. infra* non potest iudex minuere pœnam etiam si ex officio procederet. Et sic ex supra dictis sumi potest regula & conclusio, scilicet, quod iudex potest procedere contra delinquentes etiam * pro priuatis delictis siue ex officio, siue per inquisitionem fama, vel indicio præcedente, remissione facta per partem iniuriatam, vel nolente accusare, ne delicta remaneant impunita. Cumque hæc iudex facere possit, & debeat, tenetur in syndicatu si non fecerit. Hæc tamen regula non procedit, primo quoad punitionẽ mulieris vxoratæ propter adulterium per eam commissum Quoad hoc enim nullo licet modo procedere iudicem etiam expurgando prouinciam suam, nisi ad petitionem mariti tantum, *secundum glo. l. 2. tit. 17. p. 7.* nisi esset maritus consentiens adulterij ipsius, *prout suo loco dicemus* Secundo non procedit dicta regula in iniuria verborũ leuium: in qua quidem iudex inquirere non potest, neque ex officio procedere, quamuis pars iniuriata non accuset, vel si accusauerit desiterit ab accusatione, *secundum tex in l. 4. tit. 10. lib. 8. infra.* Nam Resp. ex verbis non iniuriatur † *secundum Felin. in c dilecti filij, col. fin. versi. tertia declaratio, de exceptioni* Et regulariter vbi ex delicto parti iniuriatæ non oritur actio † neque etiam Reip Et ideò tunc neque ex officio iudex procedit, *secundum Hippo. in pract. §. constante. nu. 34.* In quibus quidem casibus, & si qui sunt alij quamuis

quamuis iudex non procedat, nullo modo potest de negligentia notari. Attentisque supradictis, non est necessarium iam scire casus, in quibus potest iudex fiscalem creare, *quos referebat Nauarrus in Manuali.c. inter.* 11. *questione.* 3. *nu.* 662. Quia regulariter in quolibet delicto potest fiscalem creare parte desistente, vel nolente accusare. Imo & inquit Anton. Gomez *tom.* 3. *cap.* 3. *nu.* 49. posse ciuitatem, vel iudicem creare & constituere certum, & determinatum fiscalem, & accusatorem publicum, qui accuset in iudicio maleficia, quando non adest accusator. Et si non est cõstitutus generalis fiscalis potest in qualibet criminali causa parte non accusante eum creare, exceptis dictis duabus fallentijs. Et qualiter iure nostro Regio iudex ex officio in delictis procedat, videnda est. *l.* 27. *tit* 1. *p.* 7. *& l.* 50. *&* 51. styli. Dubium tamen est an in casu quo iudex ex officio, vel ad petitionem fiscalis procedit † parte desistente ab accusatione, poterit procedi ex eodem processu, vel tenebitur nouũ inchoare processum? Et in hoc Anton. Gomez *dict.c.* 1. *num.* 36. inquit, quod si intra triginta dies, quod pars desistit, proceditur ad petitionem fiscalis, vel noui alterius accusatoris, potest ex eodem procedi processu: illis tamen diebus elapsis nouus processus est creandus. Et idem *ibi* testatur Anto. Gomez quoties ex officio propter desistentiam partis accusantis iudex ex officio procedit. Et hanc *ibi* dicit veram, & tenendam opinionem, inquit tamen Ange. relatus per Don. Anto. Menes. *in dict.l. transigere, num.* 47. *C. de transactio.* quod nulla iam de consuetudine requiritur noua instantia, siue intra triginta dies, siue post iudex procedat parte desistente, sed indistincte potest inchoatũ processum prosequi, & in eodẽ statu illũ assumere, & finire in quo pars ipsum reliquit, vel nouum inchoare, prout quotidie fieri videmus, & tenet glo. *en el cuerpo, in d. l.* 22. *titu.* 1. *p.* 7. & ipsemet Anto. Gomez *vbi supra, numero* 37. *in fine.* Vbi dicit hoc esse iustum facere propter circuitus euitandos, & quod tunc probationes factæ validæ erunt, prout & inquit Guido Papæ, *decis* 342. Et hanc etiam practicam testatur Maran. *in pract. pag.* 305. *num.* 55. *in paruis*, quicquid *ibi* ipse velit distinguere. Vnum tamen est notandum, quod vbicunque adest pars, quæ accuset, nunquam debet iudex ex officio procedere, neque fiscalem creare, nisi prius requisita parte, & monita † *vt per Ant. Gomez vbi supra.d tom.* 3. *c.* 1. *nu.* 10. quamuis in regno Franciæ † etiam parte accusante accusat Regius fiscalis, *prout supra, lib.* 1. *tit.* 13. *dictum est late.* Et an teneatur iudex male inquirens adinteresse, & partis expensas? Paris de Puteo *in tract. synd. verbo, eapturа. c.* 2. *num.* 5. inquit quod tenetur. † Et hoc verius & æquius etiam si per inquisitionem procedatur, saltim quantum ad damnorum resartionẽ testatur glo. *fin. in l fi. tit.* 7. *p.* 3. nisi fama aliqua, vel delatio precederet, prout *ex dictis in l.* 5. *tit.* 13. *lib.* 3. *sup.* apparebit, & quis posit hos denuntiatores & delatores creare, vide Anto. Gomez. *d.c.* 1. *nu.* 49. *versi. secundo etiam.*

Siendo negligentes. Iudexque negligens in ijs vel in alijs officium suum concernentibus etiam criminaliter puniri potest, & ad interesse partis tenetur, præsertim, si accusationem coram eo præsentatam prosequi noluerit, *vt l.* 1. *verbo, de buena palabra, supra isto tit. dictum est.* Et qualiter negligentia probanda sit, & de ea iudex conuincendus tradit è nostris Auiles. *c.* 1. *prætorum, verbo, fiel, nume.* 37. *cum pluribus sequen. fol.* 32. vbi plura de negligentia dicit. Imo & propter negligentiam secularis † iudicis potest Ecclesiasticus inter laicos cognoscere *secundum, eundem Auiles. c.* 20. *prætorum, verbo, vsurpan. nume.* 11. *fol.* 189. *& Auendañ. c.* 1. *prætorum, numer.* 1. *vers decima causa, lib.* 1. Quod an hodie per superiores permitteretur maximè dubito. In iudice, que, & Prælato in plurimum negligentia reprobatur, *secundum eundem Auiles, cap.* 6. *prætor. verbo, diligentia, nu.* 1. *fol.* 117. *& Auenda. dicto nu.* 31. *in fine: & Paris in dicto verbo negligentia.* Et Rectores negligentes sæpe nutriunt pestilentiam, dum simulãt adhibere medicinam, *vt in c. inferiorũ.* 86. *dist. & 45. dist. illud.* Prælatique de negligentia & corriguntur, & puniuntur. 22. *quæst.* 1. *si quis per capillum* 26. *q.* 1 *si custos.* Imò & propter negligentiam † Prælati deponi possunt, *vt.* 81. *dist. dictum.* 11. *quæst.* 3. *c. placuit.* Et ideò inquit tex. quod officia iudicum negligentium sub Regis voluntate remaneant, qui quidem eos ab officio remoueri hac de causa iubebit. Nam & propter negligentiam administrationis rerum Ecclesiasticarum potest Prælatus remoueri, *secundum Ancharr. in c. edoceri, num.* 2. *de rescrip* sicut & tutor, & procurator propter negligentiam possunt ab administratione amoueri. *l. eum qui. C. de procurat. l.* 1. *ff. de admi. tut.* Sicut & in executore testamenti differente exequi defuncti voluntatem intra annum potestas exequendi deuoluitur ad Episcopum loci, *secundum text. in c. nos quidem, extra de testament. l. nulli C. de Episcop. & cleri. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. l.* 7. *&* 8. *tit.* 10. *par.* 6. optimè Rebuf. *in const. regni Franc. tit. de sent. prouis. in præfatione, num.* 85. vbi *num.* 86 *&* 87. refert duos casus in facto contingentes duorum testamentariorum nolentium exequi defunctorum voluntates. Et si hæc ita de negligentibus se habent, cur & in iudice, cui totius reip. status, & salus confidentur, dicenda non erunt, si negligens in delictis puniendis, & expurganda republica, fuerit? In corrigendis enim peruersis arguitur vera negligentia, *vt in c. error.* 83. *distin. & 2. q.* 7. *c. sicut.* Nam & Prælatus quantumcunque bonus, & sanctus in se, potest grauari & deprimi ex subditorum excessibus, quos negligenter omittit incorrectos: is enim videtur non corripiendo occidere, *secundum text. & ibi Abb. in cap. licet Heli, in prin. de Simon. c. Ephesijs.* 43. *distin. & in cap. irrefragabilis, & ibi Abb. & Doct. de offic. ordi.* sicut & tenetur pater † negligens corripere excessus filiorum suorum, *secundum tex. in cap. duo.* 23. *q.* 4 *& in capit: necesse.* 66. *dist. facit. c. non putes.* 23. *quæst.* 5. Pluraque incommoda prouenientia ex negligentia, & commoda ex diligentia commemorat Gometius, *in regula, de triennali possessore. quæst* 28.

IN LEGEM DECIMAM QUINTAM.

1 *Eligendi qualiter sunt in populis officiales, & administratores iustitiæ.*

2 *Electio*

2 *Electio de duobus in discordia facta ad aliquam dignitatem, si cassatur ex aliquo defectu neuter eorum admittetur.*

3 *Suspensus ab officio eligere non potest, declara vt ibi.*

SVMMARIVM.

Iudices terræ de Arguello quomodo eligantur in præsenti declaratur.

QVE SEAN NOMBRADOS Y DIPVTADOS. Hæc lex, *prout ex ea patet*, localis est: ideò solum in locis, & populis in ea declaratis, & non in alijs seruanda est, vel vbi similis adesset consuetudo eligēdi iudices, & officiales iustitiæ. Qua
1 liter autem eligēdi* sunt officiales aliorum populorum, vbi nulla est consuetudo eligendi eos, & qui preferendi, aliaque quamplurima videre poteris per Auen. *c. 19. Prætor. per totum lib.* 1. Vnum-
2 que notandum est, scilicet, quod si electi sunt duo in discordia † ad aliquam dignitatem si electio cassatur ex aliquo defectu, neuter eorum admittendus est, *secundum Abb. in cap. considerauimus, de electio. num. 3.* Suspensusque ab officio eligere non potest, *prout communem testatur Couarru. in c. Alma mater. 2. par. §. 2. numer.* 3. Quod tamen intellige si sententia suspensionis est in rem iudicatam translata: secus vero si appellatione sit suspensa. Nam tunc pendente appellatione eligere poterit: *prout in l. 2. verbo, est en suspendidos, tit. 7. supra hoc libro.* Sed an suspensus ab officio censeatur etiam suspensus à beneficio, vide Couar. *in 4. 2. par. c. 6. in prin. nu. 14. fol. 59.* & Didacum Perez, *in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 30. col. 2. cum sequent.*

IN LEGEM DECIMAM SEXTAM.

SVMMARIVM.

Affixanda est tabella in stratis, & tribunalibus publicis, in qua iura officialium iustitiæ descripta sint, secundum tassam regiam, secundum quam iura officiales ipsi capere tenentur.

MANDAMOS. Similis est, vbi Materiam declarauimus *in l. 7. tit. 6. supra isto lib. ibi vide.*

IN LEGEM DECIMAM SEPTIMAM.

SVMMARIVM.

Iura capienda à iudicibus pro sententijs diffinitiuis prolatis taxat, & declarat lex nostra.

EN LOS NEGOCIOS CIVILES. Sed an erit idem in criminalibus? dic quod non: tum quia lex nostra in ciuilibus tantum loquitur: tum etiam, quia in criminalibus alia sunt statuta iura iudicibus, *vt patet ex titulo infra proximè sequente. §. en las causas criminales, versic. de sententia difinitiua.*

IN LEGEM DECIMAM OCTAVAM.

1 *Intellectus, & declaratio l. 4. tit. 10. lib. 8. cum lege nostra.*

2 *Iura amplius quam semel pro vna eademque causa capienda non sunt.*

SVMMARIVM.

Captus pro causis leuibus, sub fideiussoribus relaxatus, lapsis deinde saxaginta diebus, causaque non diffinitiuè determinata, non est vlterius carcerandus pro causa illa parte non petente. In vna eademque causa semel tantum per carcerarium, & tabellionem iura capienda sunt.

NO AVIENDO QVERELLA DE PARTE. Sed nonne pro leuibus causis, iniurijs, & delictis verbalibus lege Regia statutum est *ex l. 4. tit. 10. lib. 8. infra* quod per iudicem ex officio non procedatur parte non querelante, & querelam prosequente, quod vtique fatendum est. Sed si fatetur, quomodo lex nostra inquit & denotat quod si pars non querelauerit, licet ad carcerationē nō procedatur lapsis sexaginta diebus, attamē condemnatio non excluditur. Item dat intelligere lex nostra, quod iudex ipse ex officio processerit ad captionem etiam nulla præcedente partis querela: quandoquidem post carceris relaxationem de partis querela, & non antè, mentionem facit, cōtra text. *in dict. l. 4.* vbi quodlibet istorum membrum prohibetur. Et sic ex diametro leges hæ pugnare videntur, sicque vna per aliam corrigatur. Quid ergo dicendum? Et vt contrarietas cesset, & per consequens correctio, fatendum est legem nostram per illam. 4. intelligendam † 1
hoc, scilicet, modo, quod verba nostri text. inquantum in principio dicit, *prendieren*, intelligantur ad petitionem partis iniuriatæ. Itaque iudex ad rei captionem, & incarcerationem parte petente processit, & hoc optimè facere potuit pro re leui, *secundum. d. l. 4.* Verbaque sequentia nostri text. ibi: *No auiendo querella de parte*, intelligantur non de querela super principali negotio, sed super relaxatione carcerationis, vt iterum ad carcerē reducatur: vel intelligantur de querela in forma proposita. Nā facta alicui iniuria, pars offensa coram iudice in actis vel in scriptis querelam proponit, & petit informationem summariam fieri, & reum incarcerari, & capta informatione, & reo

capto,

capto, & dicta confessione, datur copia parti vt in forma accusationem proponat. Et si iniuria est leuis si fideiussoribus relaxatur reus. Et si secundam querelam in forma pars offensa non proponit, iudex procedere non potest lapsis sexaginta diebus post relaxationem. Et sic verba hæc, *no auiendo querella de parte*, non obstant dictæ declarationi legis nostræ *per illam l.* 4. Vel secundò intelligi potest lex nostra, vt procedat, & loquatur in causis leuibus, in quibus vel adfuerunt verba & factum, puta euaginatio ensis, vel factum tantum & non verba, lex illa verò 4. procedat quoties tantummodo verba leuia adfuerunt, *prout ex ea clarissimè patet.* Et isto modo etiam lex nostra per illã declaratur, & per consequens non sunt cõtrarię, & vterque intellectus iuridicus est & tenendus: & sic cessat contrarietas harum legum. Et patet clarè ratio differentiæ, quoniam ex verbis solum respon. non læditur, *vt dictum est*, ex verbis tamen, & facto sic. Ideò pro eius satisfactione statim delicto cõmisso procedit iudex, relaxat tamen sub fideiussoribus & si pars non querelat lapsis 60. diebus non procedit vlterius iudex, quia leue delictũ fuit, sicut & de iure reperiebamus dispositũ in fideiussore de iudicio sisti, *ex l. pen. de fideiuss. C. tradũt Soc. n.* 14. *Ias.* 7. *Orosc.* 3. *col.* 65. *in l. siue in duplã ff. qui satisd. cogantur.*

Mandamos. Licet vt credo malè obseruetur, iustissimã iudico eius dispositionem. Non enim am-
2 plius quam semel iura * pro vna, & eadem causa capienda sunt: neque executoribus licet iura duplicata capere & percipere, *vt in l.* 10. *tit.* 6. *supr. hoc lib. & in l.* 7. *tit.* 21. *infra lib.* 4. *disponitur.* Aliter enim occasio tribueretur ijs officialibus pluries incarcerandi, & relaxandi delinquentes à carcere, & crescere eorum auaritia: sunt enim à communiter ac-
3 cidentibus officiales ij * voraces, cupidi & fraudulenti, *secundum text. in l.* 1. *C. de numerarijs lib.* 12. *& l. quantæ ff. de publi.* eorumque conditio rapax est. *l. omnes §. præterea C. de Episc. & cleric.* Idemque dici potest de alijs officialibus, vt sunt actuarij, tabelliones, & scrinarij, quorum omnium, & apparitorũ est praua & venalis perfidia, *secundum Put. de syndicatu, verbo, familiaris siue familia potestatis cap.* 1. *num.* 6. *&* 7. *fol.* 246. *quem corruptè allegauit Aniles, c.* 10. *Prætorum, verbo, vna vez, fol.* 148.

IN LEGEM DECIMAM-NONAM.

1 *Iudex, an in criminalibus leuibus teneatur processus vitare, sicut in ciuilibus.*
2 *Notorium delictum absque processu condemnari & puniri potest.*
3 *Libellus vbi non requiritur quamuis præsentetur, & sit ineptus non vitiatur iudicium.*
4 *Clausulæ sola facti veritate inspecta, & sine strepitu, &c quid importent.*
5 *Princeps si ad petitionem alicuius causæ simpliciter, & de plano petitæ quod audiatur, commissionem generalem concedat, an censeatur concedere cum illa qualitate.*
6 *Libellus quamuis in summarijs non requiratur, requiritur tamen qualis qualis petitio.*
7 *Sententia in scriptis etiam in summarijs ferẽda est nisi vt ibi.*
8 *Partes in breuibus causis si petant acta scribi an iudex teneatur sic iubere.*
9 *Causa resultans ex contrauentione statuti municipalis, ciuilis dicitur.*

SVMMARIVM.

In causis ciuilibus valoris 400. morapetinorum nihil aliud quam condemnatio, vel absolutio in processu scribẽda sunt, nullaque est admittenda appellatio, vel restitutio, vel aliud remedium, nisi sit in pœnis statutorum municipalium, iuraq; tunc secũdum taxam nostri text. tabelliones capiãt.

P*Leytos ciuiles.* Sed an idem in criminalibus * 1
dicendum est, & Auend. *c.* 16. *Prætorum, n. fin. lib.* 2. inquit, quod idem erit, & allegat pro se Bart. *in l. leuia, num.* 2. *ff. de accusation.* Ego tamen, pace eius dixerim, contrarium intrepidè tenendum arbitror: imò quod text. noster in criminalibus causis non procedat, quantumcunque leues sint, prout ex ijs verbis patet, & ibi: *Sobre deudas*, & iterum ibi, *Porque en los talos*, & ibi: *Y en pagar lo que se deuiere.* Ex quibus clarissimè patet legem nostram in ciuilibus tantum loqui. Neque obstat illa Bart. doctrina *in d. l. leuia*, quia eius doctrina non tam procedit ex eo, quod delictum esset leue, quam ex eo quod delinquẽs repertus fuit in fragranti delicto. Quo casu cum efficiatur notorium, † absque processu delinquens condem- 2
nari potest, *secundum Hippo. in l.* 1. *nu.* 95. *C. de raptu virgin.* imò & *secundum Bal. in rubr. col.* 10. *versic. adhuc dubitatur. C. de fide instrum.* iudici de hoc credendum est. Et sic non est contra nos illa Bartoli doctrina, quam pro se iniustè consideraui Auend. præsertim, quia si opinio Auendan. esset tenenda, nullo modo procedere posset l. 18. supra proxima, & l. 4. *tit.* 10. *infra lib.* 8. & ideò contra eum tene. Vlterius notandum est, quod cum libellus in ijs causis ciuilibus, de quibus in nostro text. non sit necessarius, nec requiratur, quamuis detur, & præsentetur ineptusque sit * non vitiabitur iudicium, 3
secundum glo. fin. in fine in l. vnum ff. si cer. pet. & Hip. in practic. §. sequitur numer. 45. *vbi glossam illam commendat, & similem allegat, & Ias. in §. omnium num.* 166. *inst. de action. Felin. in c. cum ordinem num.* 3. *de rescript. Additio. Bart. in l. iustas, num.* 7. *C. de fid. inst. & iure hass. lib.* 10. Sed nunquid in ijs causis vnus testis plenè probabit, *diximus supra hoc tit. in leg.* 12. *quod sic, & retulimus Doctores ita tenentes. Et vltra ibi relatos tenet Didac. Per. in rub. tit.* 1. *lib.* 3. *ordin. col.* 752. *versic. est quæstio quotidiana. Vbi col.* 751. *legem nostram allegat, & in eius propositum aliqua dicit: sicut & dixit Auend. dict. cap.* 16. *Prætorum, num. fin. cap.* 36. *Prætor. verbo, summarias, & de causis summarijs. Traditur etiam per Docto. in authent. nisi breuiores C. de sent. & int. omn. iudi. & Maranta, in practica.* 4. *part. dist.* 9. Notabis etiam, quod *ex lege nostra* declaranda est l. 27. *tit.* 6. *supra hoc libr.*

Sabida la verdad. Quid importet clausula * hæc, 4
tradit Marã. *vbi sup. nu.* 32. vbi & *à n.* 11. tractauit de

clausula alia, sine strepitu & figura iudicij, vbi & alios allegat, & Orosc. *in l.1.nu.28.cũ 2.seq.de const. princ.* & *alibi* dicemus. Et an si in supplicatione
5 Principi facta petatur causam, * simpliciter, & de plano, audiendam cõmitti? Et responsio sit generalis, an censeatur commissa cum clausula illa, simpliciter & de plano, vide per Marantam, *vbi supra num.4.& 5.pag.187.in paruis.*

Sino la condenacion. Quamuis enim in causis sũ-
6 marijs aliqualis petitio in actis requiratur, * *secundum Maran. vbi supra, num.12. & Auiles, vbi supr.* tamen in casu nostri text. & sic in causis dicti valoris 400. morapetinorum, neque petitio in actis requiritur, neque quicquam aliud scribendũ est, quam condemnatio, vel absolutio. Nam, & in sũmarijs in quibus absque strepitu & figura iudicij
7 proceditur sententia * in scriptis proferenda est, *secundum Maranta vbi supra, nu.37.pag.196.& est text. in l. pen. & auth. ibi posita. Cod. de sentent. ex bre. recitan.* nisi à Principe talis sententia proferatur. Nam tunc nulla requiritur scriptura, *secundum gl. in c. institutionis.25.q.2. quam ad hoc allegat Auiles, in proœmio cap. Prator. verbo, ordenanças, nume.14. cum 3.sequent. fol.15.& Menchac. plura alia de Principe inferens, de successio. creatione. §.25.num.14.cum pluribus sequent.* Quid tamen si pars peteret, vt acta
8 & probata † inscriberentur in processu, an debet iudex iubere sic fieri? Et videtur quod sic, *ex text. in l.4.versic. otrosi, tit.16.partit.3.* Sed in propositũ nostri text. contrarium est dicendum, lexque illa 4. limitatur per nostram, vt scilicet, in casu nostri text. non procedat illius l. 4. dispositio, cum illa generalis nostra vero specialis sit.

Penas de ordenanças. Hic considero esse text. expressum probantem, quod causa resultans ex cõtrauentione alicuius statuti municipalis contrauenienti imponentis pœnam pecuniariam, ciuilis
9 nõ vero criminalis causa † dicenda est. Nam cum supra dixerimus legem nostram in ciuilibus tantum causis loqui, necessario fatendum est eius limitationem etiam de ciuilibus causis intelligendam, cum exceptio debeat esse de regula. Et sic talis contraueniens statuto huic municipali pecuniariam pœnam imponenti, non est detinendus in carcere, prout quotidie eos relaxari facimus. Et regia prouisione, quam ad hoc ex antiquo ciuitas nostra habet, sic iudicibus iussum est fieri, & fit & vtitur & practicatur: quicquid in contrarium & malè voluerit Auend. *in c. Pratorum num.30. lib.1.* Et eodem modo à cõdemnatione pecuniaria horum statutorum non ascendentẽ summam decem mille morapetinorum appellatur ad consistorium ciuitatis, *secundum dispositionem l.7.tit.18.infra, lib.* 4. prout hic, & vbique fit & practicatur, vbi de cõsuetudine illius l. 7. dispositio seruatur.

IN LEGEM VIGESIMAM.

SVMMARIVM.

Sententiam condemnatoriam fructuũ, aut interesse tenẽtur iudices inferiores omni possibili claritate proferre, vt sit litium finis, & ne lites ex litibus oriantur.

1 *Vezes inferiores.* Non excludit quin & superiores idem seruare teneantur: nam equidem tenentur. Sed quia à communiter accidentibus inferiores iudices, qui de prima cognoscunt instantia, satius & melius liquidari facere poterũt fructus & interesse, ideò iniungitur eis per textum nostrum. Et si iudex omittit condemnare * in 1
fructibus & interesse petitis & probatis, tenetur *secundum Guidon. Papæ, decisio. Dalph. 405.*

Toda la aclaracion. Curare enim debet iudex, vt omnino in quantum possibile sit certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat, etiam si de incerta quãtitate actum sit, *vt in §. curare, inst. de actio. vbi per scribentes latè*, sed si ex processu constiterit fructus vel interesse deberi, non tamen constat quot sint & quanti, bonus iudex, & prudens condemnat in fructibus, & interesse * liquidandis intra sex dies, 2
aut nouem, quam sententia transierit in rem iudicatam. Quæ est singularis doctrina Bartol. *in l. si quod ex Pamphila, deleg.2. vbi eius additio optimè loquitur.* Quam doctrinam communiter practicari asserit Ang. *in §. omnium col. antep. inst. & action.* Et reseruat sibi iudex in sententia declarationem faciendam post liquidationem factam, *secundum Guid. Pap. decis.405.& Rebuf. in præfatione l. vnicæ. Cod. de sentent. quæ pro eo quod int. profer. n.83.& melius sub glo. in alijs, nu.4. cum 3.seqq. pag.442. in magnis, & idem Guido Papæ decisio. 221. in fine.*

IN LEGEM VIGESIMAM-PRIMAM.

1 *Denunciator quis dicatur, & quis esse possit & à quo constitui & quid sit denuntiare.*
2 *Non solum quod licet, sed & quod honestum est debet considerari.*

SVMMARIVM.

Iudice ex officio procedente, & in pœnam pecuniariam aliquem condemnante, pars pœnæ denuntiatori, si adesset, applicanda, non iudici ipsi, sed cameræ Regiæ applicanda est: iudicumque famuli denũtiatores esse non possunt sub quadrupli pœna, & in prouisionibus iudicum sic est inscribendum.

EN *los casos, que procedieren de officio.* Putà in talis montium, & in delictis contra leges Regias, vel statuta ciuitatis, & populi factis vbi pœnæ pecuniariẹ certa pars denuntiatori applicatur.

Denunciador. Quis dicatur denuntiator † & 1
quid sit, vide optimè Felinum *in cap. sicut olim de accusatio.* Vbi notat & declarat à quibus denuntiatores creari possint, & Anton. Gom. *tomo 3. c. 1. nu.49. versic. Secundo etiam*, & latè per Bonif. *in sua peregrina legum Partit. verbo, denuntiatio, per totũ.* Vbi tractat quid sit denũtiare, & quotuplex sit denuntiatio, & qualis, & quomodo in eis procedatur. Pluresque quæstiones in propositũ cuiuslibet denũtiationis annectit, quæ per ipsum videri possũt, & per Bar. *in l. diuus. ff. de cus. reorum:* quẽ & alios

alios refert Bern. Diaz. *in pract. crimin. canon. c. 6.* Iul. Clar. *libr. 5. selectarum, pract. crimin.* §. *final. quæst. 7. per totam.* Et *ibi* tractat, an denuntiatori credatur, de quo & per Bonifac. *vbi supr.* & Put. *de syndicatu, verbo nuntius, cap. 3.* & Amædeum *de syndicatu, numer.* 214. & melius per Orosc. *l.* 1. §. *cura carnis, num. 6. colum.* 374. *ff. de offic. præfect. vrb.* Et an non ciuis denuntiare possit, vide Bart. Paul. Alexand. & Doct. *in l.* 3. §. *fin. ff. de noui. oper. nun. & l.* 3. *& ibi, gloss. titul. fin. part.* 3. licet *ibi* de denuntiationibus nouorum operum loquatur potius, quam de alijs. Sed & in illis delinquitur præsertim si in publicis fiant opera: ideò nõ est hoc extra propositum.

Sino a nuestra camara. Hoc tamen non procedit in casu speciali. *l.* 8. *tit.* 2. *libr.* 1. *supra*, in quo pars denuntiatori applicanda potest capi per ipsummet iudicem ex officio procedentem, & illud ex fauore Ecclesiarum. Item & quia esset inhonestum si fieret id quod lex illa 8. prohibet fieri, ibi, *Porque seria cosa fea y deshonesta.* Et causa honestatis seruandæ à verbis legis receditur, text. *in l. quique*, §. *parentes ff. de in ius voc.* vbi verba edicti prohibentia parentes in ius vocari, nisi venia impetretur, de parentibus intelliguntur propriè vsque ad tritauum. Verumtamen ex ista ratione, *l. iurisconsultus* §. *parentes. ff. de gradibus*, honestatis gratia receptum est, quæ Caij Cassi sententia fuit, in infinitum dici potius, imò etsi in seruitute liberos suscepisset, parentum appellatione venient. Non solum enim quod licet * considerandum est, sed etiã quod honestum est, *l. semper ff. de ritu nuptiarum l. non aliter. ff. de vsu & habit. l. eos ff. de decurionibus.* Et sic hac de causa specialis casus est ille, de quo *in dicta. l.* 8. vt iudex partem denuntiatoris capiat, tam fauore honestatis, quã religionis. Summa est enim ratio, quæ pro religione fauet, *vt aduertit Mantuanus in suis obseruationibus legalibus in centum modis soluendi, argumenta casu.* 93. *pagin.* 340. in paruis. Et fauor Ecclesiarum est multũ attendendus: nostra verò lex est generalis, & sic per illam specialem limitatur, & declaratur. Et ijs lex ista & totus titul. remanent expedita ad Dei laudem & gloriam.

TITVLVS DECIMVS.

Del Aranzel de los derechos de las justicias ordinarias.

1 *Summa certa tassari potest percipienda per iudices pro edictione actorum.*
2 *Consuetudo, an valeat in exigendis sportulis.*
3 *Personis pluribus sub vno mandato comprehensis, an plura debeantur iura.*
4 *Si vni plurium capitulorum contraueniatur, an integra debebitur pœna.*

CONtinuatur hic titulus ad præcedentes. Nam cũ in eis actum sit de iudicibus ordinarijs, & qualiter se in officiorum administratione diligentissimè habere debeant, mercenariusque dignus est mercede: ideò pro labore constituitur in præsenti tassa quædam iurium percipiendorum per iudices hos ordinarios.

Pro cuius tituli introductione notandum est, quod potest dari & tassari per legem certa summa, * quam notarij & iudices pro editione actorum capiant pro mercede, *secundum text in l. in sacris, & ibi Bart. numer.* 1. *Cod. de proxim. sacro. scrin. lib.* 10. Et quæ iura olim iudicibus ordinarijs præstabantur, tradit Auenda. *cap.* 2. *Prætorum nu.* 14. *vers. in eo vero, cum pluribus seq. lib.* 1. vbi *in fol.* 28. inquit, quod si ex processu aliquo cõstet iudicẽ, vel tabellionem vltra tassam accepisse, potest condemnari, neque appellationem esse admittendam, cum quodam modo in fragranti crimine captus reperiatur.

In principio ipsius Aranzel, ibi: *La dicha costumbre*, an valeat consuetudo in exigendis sportulis, † vide Auendano, *cap. Prætorum num.* 14. *lib.* 1. & an futura cõsuetudo per verba hæc reprobata censeatur, *supr. in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. diximus latè.

In §. 2. ibi: *De lomezillo*, qualiter ius hoc homicidij capi, & percipi debeat, & quomodo tradit Auen. *c.* 18. *Prætor. nu.* 5. *vers. item ad vnum, lib.* 1. *& item nu.* 6. *& in Resp.* 15. *nu.* 8. vbi nostrum tex. allegat, & inquit quod hoc ius homicidij in casu permisso capi, tantum debetur à condemnato in absentia, non vero si in presentia, & allegat quandam legem ordinamenti, quam in recopilatione hac nondum reperi transcripram. Sufficit tamen pro hoc esse. *l.* 3. *titul.* 10. *libr.* 4. *infra*, de quo & alio in loco *huius libri* 3. dictum remanet.

In §. 3. *A vn hombre, o muchos.* Hic videtur esse text. probantem, quod si sub vno mandato * plures delinquentes continentur, vel plures rei debendi, si omnes ij in vnomet delicto resultant culpati, vel sub vnamet obligatione obligati, vnum tantum debetur salarium mandati illius, & non plura: quod secus esset si essent plura delicta, & plura debita differentia: nam tunc ab vnoquoque eorum potest integram percipi salarium. Et ideò non sine mysterio text. noster, ibi: *Por delito*, in singulari numero loquitur, quasi secus si pro pluribus differentibus delictis plures essent inculpati, & iussum capi eos sub vno mandato: quia tunc ab vnoquoque videtur posse percipi salarium integrum. Quod & adhuc non audeo affirmare: nam video doctrinam Ias. *in l. Titia.* §. *final. num.* 3. *fol.* 190. *ff. de verb. obligat.* asserentis, quod si in contractu vel stipulatione per plures celebrato adsint plura capitula,

4 * & pœna apposita contra illum qui contrauenerit, si vni capitulo pars vna contraueniat, non cõmittitur pœna in totum, sed tantum pro parte illius capituli. Item, *secundum l. 5. §. 7. & 16. tit. 21. lib. 2. supra*, specialiter circa hoc statuitur vnum in Regia cancellaria criminali: ergò & in alijs aliud censetur expressum & determinatum, per argumentum ab speciali, & videnda sunt quæ diximus l. 32. *verbo, que aquel. tit. 6. supra isto lib.*

In §. fin. ibi, *De los suelos de las plaças:* quæ iura percipiebant à venientibus ad mercata publica, quod optimè noster text. prohibet, *secundum Auendaño, capit. quarto. Prætorum numero 25. libr. 2.*

TITVLVS VNDECIMVS,

De los Alcaldes de sacas.

Vperioribus titulis actum est de iudicibus ordinarijs populorum, & de delegatis, nunc & consequenter titulus hic sequitur de alijs iudicibus particularibus vsque in finem libri huius.

IN LEGEM PRIMAM.

SVMMARIVM.

Judices de sacas ante quam officio vtãtur iurare tenentur contenta in lege nostra, & itidem eorum locum tenens: neque officium hoc locare possunt sub pœna.

A *Los que tuuieren arrendadas.* Ne si iudices essent in propria causa partes vexarent, & extorquerent ab eis indebita. Et quia qui seruire vult per substitutum tenetur substituere hominem eiusdem qualitatis & conditionis, *secundum Bartol. per text. ibi in l. 1. numer. 4. Cod. de præposi. agen. in rebus lib. 12.* idoneus enim substitutus is dicitur, qui in officio ad quod eligitur seruire potest, *secundum textum, in capit. significatum de præbendis.*

No los arrendaran. Prohibitum est enim iustitiæ officium locari, vt alio in loco diximus.

IN LEGEM SECVNDAM.

1 *Substituto deseruiri potest ex iusta causa vel impedimento.*

2 *Iudicis impediti dicto, an credatur de suo impedimento.*

3 *Iudici iniustè exequenti resisti potest.*

4 *Iniustè carceratus potest fugere à carcere, & custodes occidere.*

5 *Alguazelo non habenti mandatum ad incarcerandum aliquem resisti potest.*

SVMMARIVM.

Judices de sacas personaliter seruire tenentur in officio, nisi adsit iusta causa substituendi: & tunc substituere poterit legis nostræ tenore & forma seruatis, & substitutus tantum per annum deseruiet.

Y *Si personalmente.* Iusta enim * causa existẽte, licitum est per substitutum deseruire, *secundum Ang. in authen. vt cleric. apud propri. Episc. colu. 6. & est text. in authen. de collatori §. ad hoc prohibemus, quem ad hoc allegat Maranta, in pract. 4. part. distinct. 5. num. 18. pag. 122. in paruis, & est text. vbi & alia diximus in l. 4. tit. 9. supra isto lib.* Sed an iudici huic credetur de suo impedimento, & iusta causa? * Dicendum videtur quod sic: quia hoc regulare est, nisi aliud de mente legis appareat, *secundum Alexan. in l. 1. col. 20. ff. de offic. eius, cui manc. est iur. de quo latius alio in loco dicemus.* 1 2

Puesta otra persona. Munera enim continuari non debent, *vt in toto titul. Cod. de mun. non contin. lib. 10.* ne detur occasio delinquendi, & ne iudices, qui hoc tentarent, notarentur de ambitu, *vt l. nemo Cod. de assessoribus.*

Le resistan. Hic est text. clarè probans iudici iniustè exequenti resisti * posse, pro quo est similis text. & *ibi* Bar. *in l. prohibitum C. de iure fisci,* & text. *in l. contra, Cod. de execut. & exact. lib. 12.* Vbi & plus probatur, scilicet, talem officialem † iniustè procedentem esse puniendum, quem text. ad hoc allegat Corse. *sing. verbo, officialis el. 2. fol. 173.* & Hippol. *in l. 1. num. 24. ff. de quæstio.* Deci. & Doct. *in c. si quando, n. 2. cum seqq. extra de iudic.* & Marantam *disputatione prima, numer. 28.* Imò & tunc à carcere potest quis fugere & custodes occidere, *secundum Hippoly. ibi,* Alguazeloque † non habenti mandatum ad capiendum aliquem, dummodo non sit in fragranti delicto, resisti potest, *secundum text. in l. 7. tit. 23. lib. 4.* sine mandato in scriptis habito non potest alguazelus aliquem capere, nõ in fragrãti delicto repertũ: neque tunc diceretur ei resisti: neque pœna resistentiæ posita à lege 5. 3 4 5

tit. 22.

tit. 22. lib. 8. infra ei imponi posset, prout & tradit Alexan. *in l. sed eximendi §. item si quis. ff. si quis eũ, qui in ius voc. est vi exim. Paul. cons. 192. Bart. Paul. & Doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iure Card. Clem. 2. §. cæterum de re iudic.* Circa quod est concludendum, *secundum omnes in d. l. vt vim, maximè Iaso. colu. 3. & Orosc. col. 21. & Dyn. in cap. quod quis mãdato de regul. iur. & Socin. l. 1. Cod. vnde vi, & ibi Bald. quæst. 12.* Quod si vt priuatus facit, & procedit iudex, resisti ei potest, si faciat, vt magistratus, non, *l. non videtur §. qui iussu ff. de regul iur.* Nisi manifestum esset eum iniustè procedere. Nam tunc quamuis, vt magistratus procedat resisti ei potest, *vt in dict. l. prohibitum, & l. defensionis. Co. de fide inst. lib. 10. & gloss. fin. l 13. tit. 29. partit. 7.* Idemque si damnum irreparabile ex facto iudicis immineat, *vt l. si quis prouocatione. Cod. de appellatio.* vel si iurisdictio talis iudicis perpetua sit, *quæ latius Paul. col. 2. Ias. numer. 19. in d. l. vt vim, & Socin. 54. incip. violia, prosequuntur.* Et hæc est communis distinctio, *secundum Angel. quem refert Orosc. d. col. 21. num. 16.* & latissimè post hæc vide tractatum per Mexiam, *in apparatu ad l. de Toledo, in 11. fundamento part. 2. num. 22. cum sequent.* Tamen hæc debent fieri absque scandalo, non aliàs saltim quoad conscientiam, *secundum Castro. de lege pœnali, lib. 1. cap. 5. fol. 41. in paruis.* Et sic vnicuique consulo quatenus, vt possibile fuerit, abstineat ab ijs resistentijs.

IN LEGEM TERTIAM.

1 *Iudex delinquens, an possit in officio ante syndicatum conueniri.*
2 *Iudex appellationum non potest adiri per viam querelæ.*

SVMMARIVM.

Grauamina facta à iudicibus de sacas mederi possunt per iudices, & correctores populi Regiæ coronæ, vbi facta sunt, per querelam, vel appellationem, vel alium modum à partibus propositum.

P*Vedan.* Sed num durante officio horum iudicum de sacas, hæ querelæ, & appellationes proponi poterunt coram talibus iudicibus, & correctoribus Regiæ coronæ? Et videbatur, quod non, quia regula generalis est, quod ad syndicatum vsque † nõ potest conueniri iudex delinquens in officio, *vt in tit. de magist. conueni. & in l. nec magistratus ff. de iniur.* Nihilominus tamen in hoc casu contrarium est dicendum *ex text. nostro* ita fieri permittente, ibi *Donde acaeciere.* Quibus verbis denotatur tempus grauaminis contingentis, item & ex verbis illis, *y si estando el dicho Alcalde de sacas.* Et quia si appellari permittitur, necessario intra quinque dies est id faciendum: ergò tunc etiam officio illius iudicis durante fieri poterit, & appellari, & itidem querelari, & de nullitate agi, cum omnes ij modi in text. nostro parificentur.

Por simple querella, o por otra qualquier via. Cautè fuerunt verba hæc expressa in præsenti. Quoniam si solum diceretur per viam appellationis adeundum iudicem Regium pro reparatione horum grauaminum à iudicibus de sacas inductorum, non posset Regius adiri per viam querelæ, vel nullitatis: quoniam ille, qui est solum iudex appellationis * non potest adiri per viam querelæ, imò neque nullitatis principaliter intentatæ, nisi solum per viam appellationis, *secundum Auendãio, capit. 6. Prætorum, numer. 2. lib. 1.*

IN LEGEM QVARTAM.

1 *Nobilis debet venire equestris rusticus pedestris.*
2 *Rusticus non alimentatur nisi cepis, caseo & fabis.*

SVMMARIVM.

Intra quorum districtum iudices de sacas possunt testes vocare, & qualiter & intra quod tempus debent eos examinari facere, & quod salarium testibus ijs præstandum sit & soluendum, declarat lex nostra.

P*Agarles salario.* Intellige secundum qualitatem personarum ipsorum testium, quia si testis est nobilis † debet venire equestris, si rusticus pedestris, *secundum gloss. in leg. idemque §. idem Labeo. ff. mandati, verbo, eum, & ibi Bald. & Felin. in capit. cum omnes, numero trigesimo-secundo, de constitut.* neque debet alimentari sicut nobilis cibis delicatis, quia rusticus non vescitur, neque alimentatur, nisi cepis, † caseo, & fabis, *secundum gloss. in l. seruis vrbanis, verbo, cibarijs, delegatis 3.* quod aduertendum est ad l. 5. *titul. 3. libr. 4. infra, vbi dicemus, & tradit Sylua Nuptialis, verbo, seni non est nubendum numero 25.*

De intellectu l. 5. in verbis illis, *lleue por el trabajo*, videnda sunt, quæ diximus in l. 38. *tit. 6. lib. 3. supra.*

TITVLVS DECIMVS-TERTIVS,

Del Prior y consules de las ciudades de Burgos y Bilbao.

IN huiusque tituli exornationem, & declarationem, (qui in rubrica tituli upra proximi remanet continuatus) olum modo quinque aut sex quæstiones proponemus, quibus eius materia remaneat satis declarata, & expedita.

Quarum quæstionum prima erit, Num regulariter licitum sit similia facere, & constituere collegia.

Secunda, Num hæc collegia possint sibi eligere iudices, quos consules vocant, & quam iurisdictionem habeant iudices ij, & an eorum iurisdictio per sodales ipsos declinari possit.

Tertia erit quæstio, An cumulatiuè, vel priuatiuè iurisdictionem ad ordinariam habeant consules ij.

Quarta, Quomodo in eorum causis procedatur.

Quinta, An possint sibi statuta facere, & quæ, & circa quæ.

Sexta, An sententias suas exequi possint.

1 *Collegia in dubio potius ad malum quam ad bonum censentur constructa nisi probata sint. 1. & 2.*

3 *Collegia hæc absque Principis licentia facientes capitali pœna plectendos.*

4 *Collegio pio an legari possit, & nu. 6.*

5 *Collegium decurionum absque iudicis licentia non congregatur.*

7 *Collegia licita, an sibi iudices eligere possunt, & quam iurisdictionem habeant, & an declinari possit, & sequent.*

8 *Clericus mercator an possit coram ijs iudicibus conueniri.*

9 *An in consules eligi possint suburbia colentes.*

10 *Consulum iurisdictio cumulatiuè an priuatiuè data sit, cum sequent. aliquibus.*

11 *Iurisdictio in certis generibus causarum competens priuatiuè competit.*

12 *In causis mercatorum quomodo proceditur.*

13 *Confessio extra iudicialis, etiam parte absente facta in curijs mercatorum plene probat.*

14 *Consules ij an statuere possint, & collegia itidem.*

15 *Statuta consulum an confirmationem regiam requirant.*

16 *Statuta hæc consulum, & collegiorum an in alio foro seruanda sint.*

17 *Consules ij an possint sententias suas exequi.*

ET quoad primam quæstionem, Num scilicet collegia hęc fieri possint, absque Regis licentia, & authoritate, dicendum videtur affirmatiuè, quod sic, ex text. & eius materia *in l. fin. Cod. de iurisdictio. omni. iudi. & in l. sodales. ff. de colleg. illi. & ex l. 1. tit. 4. part.* 3. vbi expresse approbari videntur similia officialium collegia mercatorum & artificum, & clarius probatur ex l. *secunda eod. tit.* 4. *& ea. part.* 3. quę lex de menestralibus loquitur. Et qui sint menestrales, declarat l. 5. *tit.* 30. *part.* 3. quam ad hoc allegauit Auend. *cap.* 1. *Prætorum num.* 29. *vers. sexta causa, lib.* 1. *& cap.* 19. *num.* 11. *eod. lib.* vbi de eis aliqua in propositum notanda tractauit. Contrarium tamen, imò quod dicta collegia licita non sint, neque fieri possint absque Regia licentia, & authoritate, videtur probari posse ex text. *in l.* 1. *& per totum ff. de colleg. illicit.* cui consonat *l.* 1. *& per totum tit.* 14. *lib.* 8. *infra*, vbi prohibentur fieri similia collegia, & confœderationes, monopoliaque itidem reprobantur, in quibus collegijs statuitur, ne aliqui monopolia illa instituentes, officia eorum exerceant, *vt per totum titul. Cod. & ff. de monopolijs, & ex l.* 2. *titul.* 7. *p.* 5. Item & quia similia collegia sunt in præiudicium ordinariæ iurisdictionis: ideò nimirum si fieri non possint, neque institui. Qua de causa per legem quãdam ordinamenti veteris, quam hucusque non reperi in recopilatione nostra transcriptam, similia collegia fieri expresse prohibebantur in præiudicium iurisdictionis ordinariæ. Et per illam legem asserebat glo. *menesteres in l.* 1. *tit.* 4. *part.* 3. correctam esse dispositionem *l. fin. Cod. de iurisdictio. om. iudi.* Adeoque similia collegia, & confratriæ fieri prohibeantur, quod quamuis ad bonum viderentur facta finem, adhuc non permittebantur, si in eis condendis Regia authoritas, vel licẽtia non interueniret, *secundum text. in l.* 3. *tit.* 14. *lib.* 8. *infra.* Quod nimirum, quia in dubio potius ad malum * quam ad bonum finem constructa censebantur, nisi aliud probaretur, *secundum Alex. in additio. ad Bart. in l. fin. ff. de colleg. illicit. nu.* 19. *in addi. non valet, & Puteum, de syndicatu, verbo, iudices ad syndicatum qui sint c.* 3. *pone quod vniuersitas, num.* 2. *fol.* 134. *& Bart. in extrauagant. qui sint rebelles verbo, occultè, & verbo, machinantur, & verbo, reuelando, & Maranta, in practi. verbo, inquisito, num.* 130. *pagin.* 333. *in paruis.* Omnis enim congregatio, confœderatio, & omne collegium † absque Principis authoritate facta illicita sunt, *secundum Bart. in l. fina. ff. de collegijs illici. Innocent. eleganter, in cap. delicta. de seditio/s* §. 5. *num.* 3. *probat text. in l.* 4. *titul* 3. *part.* 6. Et ideò neque cœtum, neque turbam debet quis congregare, *secun-*

1

2

secundum Abb. in cap. final. numer. 1. & fina. de testibus cogendis: quia omnia hæc & similia, secundũ eum ibi sunt prohibita, nisi reperiantur concessa. Et ideò idem Abb. ita talia facientes capitali pœna plectendos asserit, † & iudex potest statim destruere similia collegia, & punire ea constituentes, *secundum Auend. cap. 19. Prætorum, num. 31. in princip. lib. 1.* quantumcunque ad bonum essent constructa finem, nisi Regia authoritate essent confirmata, & approbatio Episcopi loci vbi constructa sunt, adesset, *secundum text. in l. 3. titul. 14. lib. 8. infra.* licet Bart. *in dicta l. fin. ff. de colleg. illi.* contrarium dixerit. Et ideo neque legari tali pio collegio * potest, si Regia authoritate non est cõstructum, *secundum text. in dict. l. 4. tit. 3. partit. 6.* quamuis aliàs ante legem illam *3.* posset, *ex text. in l. cum senatus ff. de rebus dub. notat Platea, in l. 3. Cod. de ven. rebus ciuili. lib. 11. de quo infra numer. 6.* Quas ob res neque congregatio, & collegium decurionum in ciuitatibus construi & erigi posset, nisi iam Regio fuisset approbatum assensu, cum ipse Rex similia officia procreet, & erigat in populis, & ciuitatibus, & quia absque licentia iudicis † & magistratus Regiam authoritatem & maiestatem repræsentantis congregari non possunt: neque congregantur, *secundum curiam Pisanam, lib. 1. c. 2. & Auend. c. 19. Prætorum, nu. 7. vers. imo si lib. 1. Faciuntque dicta per Guidon. Papæ, decision. Delphin. 106. & 631. vers. ad tertium punctum.* Et sic tenendum est regulariter, collegia quælibet, neque construi, neque ordinari posse absque Regia licẽtia: *prout pro regula tradit Boeri. vbi sup.* Quã sic constituendo, & tenendo, non obstat text. *in d. l. fin. Cod. de iur. om. iud. & dict. l. sodales, & l. 1. & 2. tit. 4. part. 3.* quas pro prima adduximus opinione. Quia licet gl. *menesteres in d. l. 1.* dixerit corrigi per legem quandam ordinamenti ibi allegatam, quã dixi hucusque nunquam me reperisse transcriptã in hac recopilatione, tamen quia correctio non est inducenda vbi euitari potest: dico quod quantumuis illa l. *ordi.* esset translata in nostra Recopilatione non corrigebat l. illam *fin.* neque similes. Neque obstabãt dictæ leges huic nostræ regulæ generali: vtpote quia in eis non disponitur, neque approbatur constitutio collegiorum. Non enim ex hoc quod illa l. *fin.* probet non esse declinandã per collegiales iurisdictionem suorum iudicum, & consulum, neque ex hoc quod dict. l. sodales firma esse statuat per collegiales hos facta statuta, neque ex hoc quod dict. l. 1. & 2. horum iudicum, & consulum iurisdictionem approbent, censendum est esse permissum posse erigi similia collegia regulariter & vbique. Sed tantum hæc permissa esse censentur in casibus, in quibus de iure licitum est similia collegia construi. In ijs enim casibus, neque licet eorum iurisdictionẽ per collegiales declinari, neque recedere ab statutis rationabilibus, sed approbari potius, & hoc per iura secundæ opinionis non reprobatur, sed approbatur. Nam si collegia hæc in casibus licitis sunt facta, & sic Regio assensu, & licentia approbata, omnia hæc seruanda sunt, & habent tunc locum, tam dict. l. *fi.* quam leges aliæ pro secunda allegatę opinione. Verba enim dictæ l. *fi.* & similium de habilitate restringenda, & intelligenda sunt, & sic in casu à iure permisso. Quem quidem intellectum ad dict. l. *fi.* ex eius inspectione collegi antequam viderem glo. *fin. in d. l. sodales,* hunc expresse intellectum ad dictam legem, sodales, ponentem. Quem ipse dictis legibus fina. & primæ & secundæ applicaui, & verissimum & sanum ad eas iudico intellectũ, ne inducatur correctio, quam glo. *menesteres dict. l. 1.* inducebat. Quam si inducendam teneret aliquis esset necessario tenẽdum l. illam. *fi. Cod. de iurisdict. omni. iudi.* correxisse totum titulum. *ff. de collegijs illicitis,* quod dicendum non est. Ideò, supradictus intellectus est tenendus, & regula illa generalis constituenda, scilicet, quod collegia omnia de iure reprobata sunt absque Regia authoritate constructa, quamuis sub specie boni finis constituãtur, quorum tamen constituentium intentio ad malum & perniciosum finem tendit. Nam si adesset bonus & pius finis, putà pro sepeliendis defunctis, pro disciplina corporali semel in anno habenda in recordationem, & memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi, vel in fauendis pauperibus laceratis, & oppressis, & si quæ similia sunt, optimè constitui possent etiam nulla interueniente Regis licentia, neque Episcopi loci, *secundum Boerium vbi supra, & Mexiam, sic declarando dictas nostras leges Regias, in pragmatica de tassa del pan. conclusione 5. nu. 26. & iterum ipsemet Mexia, dicens esse notandum in apparatu legis de Toledo, in 23. secundæ partis fundamento, n. 13. fol. 152.* possentque tũc talibus collegijs, & confratrijs legata relinqui * in testamento, *secundum Auiles, cap. 2. Prætor. verbo, confederacion, numer. 10. fol. 70. & Bertachi. in repertorio, verbo, collegium, versi. 7. & sic limitanda est l. 4. tit. 3. part 6.* vt in ijs confratrijs, & collegij pijs non procedat. Nam eis legari potest, *prout quotidie videmus.* De quo quando collegio legari possit, vel hæres instituì in testamento, tradit optimè *vltra Doctor. in l. Collegium. Cod. de hære. insti.* Ioann. Arelatensis *de hæreticis, notab. 7.* Si tamen sub velamento boni nominis, & aduocationis alicuius sancti aliquid mali esset perpetrandum in confratrijs, & collegijs nullo modo licet ea instituere collegia sine præuia Regis licentia. Et ita loquitur, & procedit text. *in l. 2. & 3. tit. de las ligas, lib. 8. infra.* Licet & in quibuslibet confratrijs, etiam pijs consulo, vt saltim Episcopi licentia habeatur, & hæc pro 1. quæstione.

Quoad secundam quæstionem, num, scilicet, collegia hæc iusto, & licito modo constructa, nam de ijs loquimur, possint * sibi iudices eligere, & quam iurisdictionem iudices ij & consules habeant, & an eorum iurisdictio possit per collegas declinari? Dicendum est, collegas hos sibi iudicem eligere posse, qui inter eos iudicet, & cuius iurisdictione declinare nequeunt. Periniquum enim ac temerarium esse asserit Imperator *in dict. l. fina. Cod. de iurisdictio. om. iudicum,* ad quos negotiationum cura pertinet, forum declinare. Conuenient ergo in vnum mercatores, & consules creabunt: priuatorum enim consensus iudicem non facit l. *priuatorum Cod. eod. tit.* Collegium tamen, putà cerdonum, vel mercatorum sic, *secundum gloß. in ea. l. priuatorum.* Nihilque etiam prohibet mercatorum collegium plures consules eligere dummodo illud non ignoremus, quemlibet eorum adiri non posse, in qua re plenè ac doctè scripsit Bald. *in l. vnica ff. de consulibus.* Cuius dicta plenius prosequitur Benuenut. *in tractat. de mercatura, tit. quomodo*

modo proceden. sit in causis mercatorum in secunda particula vltimæ partis princ. incip. postquam statuta pagin. 433. *in paruis, cum pluribus seq.* per quem videri possunt hæc latius, sicut & alia nostrę quæstionis pars, scilicet, quam iurisdictionem consules ij electi habeant. In qua quidem parte ipse Benuēt. *ibidem nu.* 5. concludit, iurisdictionem ordinariā
8 † habere, quam & probat text. *in dict. l.* 1. *tit.* 4. *p.* 3. & ideo sicut iudices ordinarij recusantur, possunt & ipsi recusari, prout & ipse Benuenut. *d. num.* 5. affirmat. Vbi & *nu.* 6. optimè inquit, consules electos nulla confirmatione superioris egere, sed electione legitimè facta iurisdictionem à lege concessam exercere posse: licet Bonifacius *in sua peregrina legum partitarum in verbo, iudex, quæstio* 2. *glo. artifices, in fine* confirmationem superioris requirat. Cuius tamen opinio posset procedere, cum collegium ipsum esset antiquum, & publicè permissum Regia tamen authoritate non roboratū. Tunc enim Regia confirmatio requireretur, vt cōsules electi exercere possent officia si forsan per aliquem de eorum contenderetur iurisdictione. Et cuius ætatis consules debent esse, & quæ iuramenta faciant, tradit Benuenut. *vbi supra, numero* 30. & 31. Et cum ordinarios eos reputemus ætatē proposiam à *l.* 2 *tit.* 9. *supra isto lib.* in eis requiri credo: licet indocti literarum eligi possint, cum ex ipsismet mercatoribus eligantur. Imò & cum duobus ex ipsismet mercatoribus consules ipsi sese debent associare, & eos consulere pro pronuntiandis sententijs, *secundum text. nostrum in* §. 2. *qui & in* § *final. probat*, quod declinari non possit per ipsos mercatores, *vt dictum est* consulum ipsorum iurisdictio. Et omnino *secundum text. ibi* adeundi ipsi sunt etiam per pupillos & viduas, & alias miserabiles personas, quæ aliàs habent priuilegium conueniendi in prima instantia, vel in cancellaria, vel in curia, *secundum text. in l.* 8. *tit.* 3. *lib.* 4. *infra.* Imò etiam si collega sit clericus adhuc super rebus mercantiæ non potest declinare forum collegij, *secundum gloss. l.* 1. *tit.* 4. *part.* 3. & *Mexiam in pragm. del pan, conclusione* 5. *num.* 25 *cum seq.* & *Benuenut vbi supr. numer.* 12. *pagin.* 439. & *Bald. in additio. ad Speculat. tit. de reo, verbo, scholaris clericus, relatus & secutus per glo. las franquezas. l.* 49. *titul.* 6. *part.* 1. Ij enim *secundum Bald. & glo. illam* non sunt puri clerici, quia negociationibus se immiscent, & clerici negotiatores quantum pertinet ad negotiationem iure communi laicorum vti debent. *l.* 2. *Cod. de Episc. & cleri.* & ideò de negotiatione clerici soluunt gabellam, *prout est l.* 7. *tit.* 18. *libr.* 9. *infra.* Et super quibus rebus cognoscunt consules ij disponit noster text. *in* §. 1. vbi & inter quas personas cognoscant disponitur, scilicet, inter mercatores, & eorum factores: non verò si artifex petat artifici, etiam super re ad artificium pertinente, vt patet ex verbis nostri tex. ibi, *De mercader, a mercader*, & tenuit Abb. *in cap. P. & G. nu.* 19. *de offic. delegat.* quem refert & sequitur Quemada, *in qua. fiscalibus inquisitionis, quæst.* 2. Imò & tunc oportet, vt maiorem partem bonorum habeant in mercantijs, *ex dictis per Alexand. consil.* 108. *volu.* 4. *& ibi additionator nouus Nata. nomine.* Et sic statuto mandante quòd adhibeatur fides libris mercatorum intelligitur in causa mercantili, *secundum additio. Speculatoris, Bald. Aretin. & alios relatos per Alciatum, in cap. perniciosam, num.* 107. *de offi. ordi.* quamuis Bonifacius *in dicta sua peregrina legum partitarum, verbo, iudex, quæst.* 2. *in glo. artifices*, aliud velit. Et quæ adhuc tunc requirantur, vt tali libro fides adhibeatur, vide optime per Roland. Valle, *consi.* 92. *num.* 5. *cum seq. volum.* 3. Et sic inter ipsos mercatores tantum, & eorum factores super negotiatione mercantiarum, vel earum annexis, vel connexis agnoscent, vt in pœnis, *secund. Benuenut. vbi supr. numer.* 11. *pag.* 436. *in paruis*, quod quantum ad pœnas intelligo *ex text. nostro in præsenti in* §. 5. quoties pœna ciuilis imponenda venit, nam si corporalis remittenda *ex* §. *illo*, ordinarijs loci illius. Et an iudices mercatorum sint iudices competentes inter hæredem mercatoris, qui quidem hæres mercator non est, tradit Fulgosius, *consil.* 105. *incip. in proposita quæstione videtur dictos consules*. Et an eligi possint in consules, qui suburbia colunt, † vide Boerium, *decisio.* 272. 9
per totam. Et de consulum creatione qualiter fiat, & an in creatione eorum decretum iudices requiratur, vide Guidonem Papę *decisione* 452. & hæc pro secunda quæstione.

Quoad tertiam verò quęstionem, scilicet, num consules ij habeant hanc iurisdictionem accumulatiuè, vel priuatiuè ad ordinariorum iudicum iurisdictionem, dicendum est esse regulam generalem, quod iurisdictio inferiori † data cumulatiuè, 10
non verò priuatiuè ad iurisdictionem ordinariam censetur concessa, *secundum Abb. in cap. cæterum, num.* 7. *de iudi. Felin. latè in cap. pastoralis, nu.* 1. *cum sequent. de offic. ordi. Decius consil* 3. *num.* 3. *Thomā Grammat. decisio. Neapol.* 30. *num.* 1. *cum pluribus sequent. glos. deue. in l.* 24. *tit.* 9. *partit.* 2. & *hanc asserit communem Auenda. cap.* 1. *Prætorum numer.* 29. *versi. Et hæc iurisdictio.* 1. *vbi in versi. sequente hoc ad legem nostram applicat*, quod & in propositum legis & materię huius tradit, & Benuenutus, *in dict. tract. de mercatoribus, tit. quomo. proced. sic in cau. mercat. secunda particula finalis partis, pagin.* 435. *in paruis, num.* 7. & 8. & *iterum in prima parte princip. num.* 46. *pag.* 428. *optimum consilium illud Decij allegat.* Vbi inquit ipse Benuenut. *dict. numer.* 7. & 8. quod concessa censetur iurisdictio ijs consulibus, cum & ipsi respondere teneantur coram ipso iudice ordinario. Ego tamen salua eorum pace teneo, quod quamuis dicta regula generalis, & vera sit, non tamen procedit legibus nostris attentis quoad hos Priorem, & consules Burgenses, & de Bilbao, Imo teneo eis iurisdictionem suam non cumulatiue ad ordinariam, sed priuatiuè esse concessam. Et hoc, vltra quod patet ex pluribus locis nostri tituli, præsertim cum ad ordinarium iudicem loci in ijs causis tantum appellationis instantiam lex nostra committat, *in capit.* 2. omnesque causæ, *secundum text. ibidem* etiam pendentes in Regio consilio consulibus, & priori remittendæ sint, iubetur correctoribus, & ordinarijs, ne in eis se intromittant, & si in pendētibus etiam in Regio consilio sic statuitur, cur & non à fortiori in succedere sperantibus, cum difficilius eijcitur, quam non admittitur hospes? Idque clarius probatur *in cap.* 12. & 13. *nostri tituli.* Vltra hæc enim, fundatur etiam hæc mea opinio: quia quotiescunque in certis generibus † causarum competit alicui iurisdictio putà in causis messium, damnorum vel aquarum diuidendarū, vel in similibus rebus, vel in quarterio, vel certa parte ciuitatis, censetur com- 11

petere

petere priuatiuè, non vero accumulatiuè ad ordinariam, & vniuersalem iurisdictionem, *secundum Felin. Abb. & alios relatos per Auend. cap. 5. prator. num. 11. versi. quod limito lib. 1. & Matth. Afflict. decisi. Neapol. 41. in fine.* quasi per iudicem specialem videatur generalis ademptus, maximè si ex verbis ipsius concessionis appareat aliquod verbum, ex quo clarius præsumptio hæc resultet, *secundum Angel. relatum & secutum per glo. deue. l. 24. titul. 9. part. 2.* Hic tamen expressè patet concessam iurisdictionem particularem super certis rebus. Imo ex verbis ipsis constat priuatiuè concessam ad ordinariam, & vniuersalem iurisdictionem: igitur ita est intelligendum. Et miror quod Auendan. non aduerterit ad verba nostræ legis, licet eam allegauerit. Idemque dicendum est quoties iurisdictio acquiritur præscriptione, vt priuatiuè non verò cumulatiuè acquiratur, *secundum eund. Auenda. in eod. cap. 1. num. 23. versi. cum vero à Prælatis lib. 1.* Si tamen per priuilegium iurisdictio acquiratur cõmunem opinionem testatur Auend. *ibi num. 25. in prin.* quod cumulatiuè non vero priuatiuè cẽsetur concessa. De quo tamen Matth. Afflict. *decis. 41. num. 2. & 3,* distinctionem constituit, scilicet, an priuilegium concedatur, & concernat fauorem eius, cui conceditur, & tunc venit priuatiuè, si verò concernit fauorem causæ cumulatiuè. Et ita potest distingui communis illa asserta per Auend. *d. num. 25. in principio* circa iurisdictionem concessam per priuilegium, & hæc de tertia quæstione. Quoad quartam verò quæstionem quomodo in causis ijs mercatorum procedatur, dicendum est ex text. nostro in præsenti, quod breuiter & sum-
12 marie sine strepitu * & figura iudicij sola facti veritate inspecta proceditur, æquitate attenta, *prout in cap. 1. & 2. nostræ legis disponitur, & tradit Benuenut. in tract. de mercatura, tit. quomo. in causis mercat. procedatur quæst. 1. num. 1. cum aliquibus seq. pag. 408. in paruis, vbi plures Doct. allegat.* Et ideò mercatorũ scripturis etiam priuatis creditur, secundum Parisium *consi. 96. num. 30. & 34. lib. 3.* relatum per Velascum, *de iure emphyteoti. q. 7. nu. 16. in fine,* vbi & in literis cambij idem dicit, & sic ex hoc inquit Maranta, *in pract. 4. part. dist. 9. num. 49. pag. 199. in paruis,* quod confessio extraiudicialis parte etiam
13 absente facta in curia † mercatorum vbi æquitas seruatur, & ea attenta proceditur, probat plenè & obligat. Neque curandum est de apicibus iuris, quæ quidem æquitas ex circunstantijs rerum consideranda est, prout optimè aduertit Benuenutus, *vbi supra, num. 3. pag. 410.* vbi circustantias has enumerat, & *ibi cum pluribus numeris sequent.* alia ad hanc quæstionem pertinentia prosequitur, & examinat. Qui & *in 3. particula posita à pagin. 447.* prosequitur de libellis & petitionibus in ijs causis præsentandis. Qui licet libelli *per text. nostrum in cap. 2.* reprobari videantur non tamen ex hoc negatur, quin qualis qualis petitio in processu, & actis eius apparere non debeat & proponi, qua mediante fundetur iudicium, & sententia feratur. Tantum enim libellorum forma, & apices aduocatorum in lege nostra excusantur, non verò alia, sine quibus certa sententia ferri non posset. Et *à pagin. 465.* tractat ipse Benuenut de probationibus adhibendis in causis mercatorum. Et nota quod quamuis procedatur, secundum veritatem, iudicandum tamen est secundum iura ciuilia, *secundum Octauianum Cacheranum, in decisione Pedemontana 2. numero 2.* & hæc pro quarta quæstione.

Quoad quintam verò quęstionem, quandoquidem vidimus, quod licita quia approbata hæc collegia sunt, possuntque sibi consules eligere qui iurisdictionem habẽt ordinariam, & priuatiuam, discutiendum est, num ad exercendam iurisdictionem hanc & lites decidendas inter collegas contingentes possint inter se statuta facere * & consti- 14
tuere. In qua quidem quęstione ipsemet Benuenutus, *in d. tract. de mercatura, tit. quomo. in cau. mer. proced. sit 1. parte num. 8. p. 114.* inquit, receptum esse, quod possunt, & tradit Auenda. *dict. capit. 16. Prator. num. 11. lib.* quasi per viam pacti, & contractus, & talia statuta conuentiones quædam dicũtur, *prout & inquit Mexia, in dict. pragmati. del pan. conclus. 5. num. 27.* Tandem *ex ibi & alibi dictis* vera, & communis conclusio est, *secundum Bart. & alios maximè Oroscium, num. 20. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure,* quod collegia licita statuta facere possunt. In his tamen, in quibus iurisdictionem habent, aut quę ad collegas ipsos pertineant. *vt l. final. Cod. de iurisdictio. omnium iudi. l. 2. in fine. C. de consti. pecunia.* & sic argentarij mercatores, nũmularij, campsores, & quæ vulgo confratriæ dicuntur, sodalitia permissa fabrorum, aurificum, pellionum, & id genus corpora statuere inter se possunt, dum ne contra ius diuinum, aut naturale statuant, *secundum Albericum in prima parte, statutorum, q. 7. & Benuenut, vbi supr. num. 17. pag. 419.* vbi similia adducit. Quòd si contra ius commune, aut alia ciuitatis iura inter ipsos eorumque hæredes statuta hæc seruanda erunt, neque ad cæteros porrigentur, *secundum supradictos, per l. 2. §. fin. ff. de consti. pecu.* Et quod collegia hæc statuere possint, text. noster in præsenti videtur sentire, dum secundum stylum mercatorũm iubet iudicari, & *Clarius probatur in l. 4. tit. 14. lib. 8. infra.* Est tamen maximum dubium, *secundum Benuenutum, vbi supra, quæst. 1. num. 9. & 50. & Orosci. in dict. l. omnes populi, num. 21. col. 55. in princip.* num isthæc statuta confirmationem Principis requirant, & requirere † quandoque opinatus est Bald. *in l. humanum,* 15
in princ. Cod. de legibus, quandoque verò contrarium, *vt patet ex eodem Bal. in l. 2. in princ. Cod. de constit. pecun. quem plures sequuntur, secundum Oros. vbi supra, & Benuenut. d. num. 9. hoc verius esse dicentem, & allegat idem tenentes,* & diximus, *etiam in l. 14. tit. 6. supra isto, lib.* circa statuta ciuitatum, & populorum. Et itidem quoad collegij statuta idem dicendum credo, & fortius. Nam cum à lege nostra collegia hæc approbata sint, ipsisque consulibus data iurisdictio, & toti collegio potestas concessa consules eligendi, nisi & permissum censeretur, statuta vt facere possent pro decidendis causis inter collegas vertentes (plurima enim sunt negotia quam vocabula) frustrà in pluribus iurisdictio, & potestas illa quodammodo concessa dici possent: cum concessa iurisdictione, & omnia ea concessa videntur, sine quibus iurisdictio commode exerceri non posset. Neque obstat l. 4. *tit. 14. lib. 8. infra* quæ videtur Regiam confirmationem requirere: nam procedit in collegijs, & fraternitatibus non à lege neque à Rege approbatis. Et istam opinionem, quod confirmatio non requiratur horum statutorum consolum, tenent

Oros-

Oroſcius & Benuenutus, *vbi ſupr.* & in noſtris terminis Auiles, *cap.* 17. *Prætorum, glo. proueer. num.* 2. *fol.* 172. Ex quo ipſemet Benuenut. *d. q.* 1. *num.* 10. *pag.* 415. deducit aliam quæſtionem, num, ſcilicet, horum ſtatuta alio in foro, ſeu in alia curia ſeruan-
16 da † ſint? Quam & mouent Doct. maximè Oroſc. *d. col.* 55. *num.* 22. *cum* 2. *ſeq.* qui omnes reprehendunt Accurſium, dicentem quod non. Tutiorēque dicit Bald. Angel. & Salic. diſtinctionem in hoc, ſcilicet, quoad exteros non ſeruanda, ſed & neque inter collegas ſi ad deciſionem cauſarum pertineant, & ſtatuti verba ad collegij iudices referantur. Quòd ſi ad collegij actus, res, aut adminiſtrationem ſtatuta fiant, (vt quod mercatoris libro ſoli fides habeatur) etiam in alio foro ſeruāda ſunt, niſi forte ſtatuti, verba in hac etiam ſpecie ad collegij iudices referantur, *& hæc pro* 5. *q.* Pro ſextæ verò, & finalis quæſtionis expeditione, breuiter dicendum eſt, quod licet Auend. *cap.* 1. *Prætorum num.* 11. *verſic. item ex diſpoſitione lib.* 1. tenere voluerit, conſules hos non poſſe exequi ſententias ſuas, ſed ad ordinarium iudicem loci pro earum executione eſſe recurrendum. Contrarium tamen *ex text. noſtro* expreſſe deciſum eſt, imò quod ipſi conſules † poſſint ſententias 17
ſuas exequi ſuper rebus ad eorum cognitionem pertinentibus, *prout expreſſe probatur, in cap.* 4. *noſtri tituli.* Mirorque de Auendaño, quomodo contra text. hunc expreſſe locutus fuerit. Et an reſtituantur vniuerſitates piſtorum, & cerdonū, & ſimilium, vide gloſſ. *concejos in l. fin. tit.* 19. *par.* 6. & Afflictis, *in præludijs ad conſtit. Siciliæ. q.* 5. *nu.* 1. *& ſequent.* & ijs totus iſte titulus remanet expeditus, & declaratus. Aliæ plures quæſtiones videri poſſunt, per Benuenutum, *vbi ſupra*, vbi *in princ. tractatus illius* declarat quis ſit mercator, & Auenda. *in tit. de las exceptiones, num.* 56.

TITVLVS DECIMVS-QVARTVS,
De los Alcaldes entregadores.

IN huius tituli, & ſequentium declarationem breuiter nos expediemus, vt finem huic tomo primo imponamus.

In §. 4. Iſte §. eſt intelligendus quantum ad montes, defenſas, paſtus, exitus, veredas, abreuaderos, o majadas: in quibus iſti de la meſta tranſitum habent, vel paſtum, aut aliquod aliud commodum, non verò aliàs, *vt patet ex cap.* 5. *de la inſtruction que lleuan los juezes entregadores.* Inquit enim illud cap. 5. *Otroſi que no conozcays por virtud de los capitulos antes de ſte de paſtos comunes publicos, ni concegiles, ni realengos, en que los hermanos del dicho concejo de la meſta no tuuierē paſſo, ni aprouechamiento, ni contra los que tuuieren hechos colmenares, ni muladares, &c.* Imo vt tunc de ijs poſſint cognoſcere eſt aduertendum, quod text. *hic* loquitur in defenſis, paſtibus, exitibus, *veredas, abreuaderos, o majadas*, quæ ſunt publica, & communia populorum, prout patet ibi, *Lo reduzgays à paſto comun, como de antes eſtaua*, & ibi, *I buelto à paſto comun.* In ijs enim nullo modo licet rumpere, & ſeminare ea ſine diſtinctione aliqua, niſi probaretur à tempore immemoriali id fieri ſolere. Secus vero eſt in defenſis particularibus particularium dominorum. In eis enim ſeruatur diſpoſitio text. *in l.* 22. *tit.* 7. *lib.* 7. *infra*, vt patet *ex cap.* 6. *de la inſtruction de los dichos juezes entregadores: & ex ipſamet l.* 22. In cuius legis propoſitum in cauſa ſatis ardua informauimus in ſcriptis Dominos cancellariæ Pincianæ conciuis noſter doctor Gutierrez, Canonicus doctoralis Ciuitatenſis, & ego, contra quendam iudicem contra dictæ l. 2. & illud *c.* 6. ſuæ inſtructionis tenorem quādam defenſam particularem ſolitam ſeminari ante annos prohibitionis illius l. 22. reducentem ad paſtum, & condemnantem ruſticos, & dominos culturæ in magna quantitate: cuius ſententia reuocata fuit, & data executoria contra ipſum iudicem, vt reſtituere omnia ablata, & deinceps defenſa illa prout antea cultiuari poſſet. Et ſpero ipſum dominum doctorem Gutierrez, hanc & alias informationes, & iuris conſilia breuiſſimè in lucem proditurum, in quibus ſicut & in alijs doctiſſimè procedet.

In cap. 8. prohibetur *hic* defenſas fieri, *de quo in l.* 13. *tit.* 7. *lib.* 7. *infra vbi dicetur.* Inquit tamen Auend. *cap.* 12. *Prætorum num.* 30. *lib.* 1. quod ciues habitatores populi ſi voluerint poſſunt defenſare aliquam partem terminorum, & iuri ſuo renunciare, & obligare ſe, & ſuos per pactum ad obſeruantiam huius defenſæ. Hæc tamen doctrina eſt contra noſtrum text. & dictā l. 13. & ideo non credo eam veram, niſi intelligamus eam, quoties ad paruum tempus communi populi conſenſu ob aliquam cauſam prohibetur paſtus alicuius termini, *que llaman acotar algun pedaço de termino.* Hoc enim liceret, ſaluo tamen iure tertij. Sed quod indiſtinctè in perpetuum, vel ad magnum, tempus id fieri poſſet abſque Regia licentia, ſolo conſenſu vicinorum, *vt inquit Auendaño*, non credo verum, neque tenendum. Nam defenſas fieri generaliter prohibet noſtra lex, & illa 13. & faciunt dicta per Couarr. *in practi. cap.* 37. *n.* 2. *in prin. & nu.* 3. *verſi. quicquid ſit, & nu.* 4. *in fine*: & per eundem Auend. *c.* 4. *Prætorum* 7. *in princ. & num.* 31. *verſi. item nota: & in d. c.* 12. *num.* 31. *lib.* 1.

In §. 24. ibi, *Se junte con el. Alcalde ordinario.* Eum in hoc allegat Auenda. *cap.* 6. *Prætorum nu.* 4. *verſic. item in caſibus, lib.* 1. vbi inquit quod à ſententijs, quas iſti iudices proferunt in terris dominorum, debet ad Regem appellari, ſed ex inſtructione ſua appellatur, vbique ad cancellariam Regiam diſtrictus illius. Eſt tamen notandum, quod

quod iste §. in ijs verbis iam non seruatur, sed potius contrarium sic dicta sua instructione præcipiente: ipsi enim soli sine adiuncto procedunt, possunt tamen recusari, vt permittitur, *ex c.14 sua instructionis*. Et tunc tenetur se associare ad causã, aut causas in qua, vel quibus recusantur determinandas: neque possunt secũ familiaribus suis, vel illo aut illis, quos secum ducũt, vel cum eis veniũt in tali casu recusationis se associare: sed quem alium volunt in socium nominant. Et plerumque est ac si non recusarentur, quoniam suo libito socium quærunt, & similis similem habere procurat: & partes recusantes aliquando molestant personarum & bonorum captione, & immoderatas assessorias petunt, vt partes faciant à recusatione abstinere. Et ideo iusta & sancta erat nostri text. dispositio, vt tenerentur iudices ij associare se cum ordinario loci ad sententias proferendas, & causas determinandas, sic enim quam plurima grauamina, quæ quotidie iudices isti faciunt, excusarentur, & remedio opus esset, quam plurima enim horum iudicum iniustissimè, & contra ius procedunt.

IN LEGEM TERTIAM.

SVMMARIVM.

Iudices omnes hic descripti tenentur fideiussores præbere in curia, & antequam ab ea exeant.

IBi, *Den fianças legas, llanas y abonadas.* Et sic non sufficiet iuratoria cautio ex dictis per nos in *l.23. tit.7. lib.3. supra nu.10. & 14.* & est noua ac necessaria dispositio & refrenans horum iudicum cupiditatem, & iniustitiam, qua vtebantur, & quam facere solebant, cum has non præstabant fideiussiones.

IN LEGEM QVARTAM.

1 *Facta contra Regis volũtatem nulla sunt, n. 1.*
2 *Pastoribus non permittitur per quæcunque loca suos greges trahere, num. 2. Et per quæ, ibid.*
3 *Verba de habilitate sunt restringenda & intelligenda, num. 3.*
4 *Verba, fueren, o vinieren, atraueßaren, o estuuieren, quomodo declaranda. num. 4.*
5 *§.3. nostræ l. ibi, labrare, vnde fuit sumptus. 5.*
6 *Totum concilium pro vno reputatur, nu. 6.*
7 *Iudices executores nostræ l. non poßunt se intromittere, vbi fratres, de Mesta, commoditatem non habent, nu. 7.*
8 *Facta contra legẽ prohibitiuam nulla sunt, 8.*
9 *Facta contra commissionem aut formã commissionis nulla sunt, num. 9.*
10 *Mala multa obuenientia ob non ministratam partibus iustitiam, num. 10.*
11 *Iniustitia est mortis acquisitio, num. 11.*
12 *Refertur quædam lex particularis nostræ Placentiæ ciuitatis, de los quartos, num. 12.*
13 *Cultura quando sit vtilis & non nociua pastubus & defensis, ad pascendum greges, nu. 13.*
14 *Inconueniens nostræ l. ibi, que dan perdidas, non est certum, nu. 14.*
15 *Pœna nostræ l. ibi, con que la primera vez, quomodo intelligatur, num. 15.*
16 *Qualitas est probanda ab eo qui in ea se fundat, num. 16.*
17 *Ruptores terrarum ad hoc quod pro secunda vice puniantur, an debeant esse eædem personæ, vel sufficiat si diuersæ sint, num. 17.*
18 *Officialium numerus à lege nostra coarctatur, numero 18.*
19 *Dictio, no, adiuncta verbo, pueda, inducit impossibilitatem, num. 19.*
20 *Officialis alius, quã nominatus in concilio, de la Mesta, non potest trahi pro aliquo actu scribendo, num. 20.*
21 *Dispositio nostri §. ibi, hallandolos en ella, non requirit omnino apprehensionem, nu. 21.*
22 *Iudices quid & à quibus in officijs gerendis abstineri debeant, num. 22.*
23 *Defensas facere nemo potest, num. 23.*
24 *Dãna facta ab animalibus fratrum de Mesta, damnificati non audent iam petere, & ob quid, num. 24.*
25 *Appellatio in omnibus & ab omnibus est licita, num. 25.*
26 *Appellatio in dubio debet recipi & non respui, num. 26.*
27 *Iudex non deferens appellationi, punitur, nu. 27. Imo & peccat mortaliter, ibid.*
28 *Casus multi in quibus non defertur appellationi, num. 28.*
29 *Appellatio est defensio, num. 29.*
30 *Appellatio quo iure sit introducta, num. 30.*
31 *Naturalia non poßunt tolli, num. 31. & sic nec appellatio per principem tolli potest, ibid.*
32 *Ius diuinum & ea quæ ab eo procedunt non poßunt per Principem tolli, num. 32.*
33 *Appellatio per consuetudinem, aut statutum tolli nõ potest, n. 33. Et quomodo intelligitur.*
34 *Lex nostra iustificatur quatenus appellationẽ tollit, n 34. vbi assignatur ratio.*
35 *Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, num. 35.*
36 *Princeps licet ius diuinum, vel naturale tollere non potest, potest tamen illud moderare, at limitare, num. 36.*
37 *Clausula, appellatione remota, quos habeat effectus, num. 37. & nu 38. de qua appellatione intelligatur iusta vel iniusta.*
39 *Nullitates prouenientes ex defectu citationis, iurisdictionis, & notoriæ iniustitiæ, nunquã per leges nullitates simpliciter excludentes censentur exclusæ, nu. 39.*
40 *Clausula, appellatione remota, nihil operatur quoad tertij præiudicium, num. 40.*
41 *Clausula, appellatione remota, ita operatur in fauore*

fauorem illius contra quem conceditur sicut illius cui conceditur, num. 41.

42 *Appellatio licet in aliquo casu tollatur, non tamen defensio, num. 42.*

43 *Appellatio & nullitatis sublatio diuersa sũt, numero 43.*

44 *Appellatione remota, non dicitur remotus recursus, reuisio, ac supplicatio ad Principẽ, n. 44*

45 *Appellatio in quibus casibus sit remota, etiam quoad defectum deuolutiuum, nu. 45.*

46 *Restitutio non censetur remota per hanc clausulam appellatione remota, num. 46.*

47 *Clausula, remota appellatione, à quo possit concedi, nu. 47. & nu. 48. per quem possit confirmari statutum illã tollens.*

49 *Appellatio in dubio & nisi expresse dicatur non censetur sublata, num. 49.*

50 *Duces, Comites, Marchioni, non possunt disponere contra ius si superiorem recognoscant, nu. 50. Imo neque concedere clausulam, vt sine strepitu & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta procedatur, nu. 51.*

52 *Domini temporales non possunt etiam ex consuetudine appellationem tollere, nu. 52.*

53 *Legatus Papæ, an & quando possit vti clausula appellatione remota, num. 53.*

54 *Appellatio sine iusta causa tollenda non est, n. 54.*

55 *Periculosum est gladiũ insanienti, ac improbo viro magistratum committere, num. 55.*

56 *Dispositio l. nostræ quatenus tollit appellationẽ de iustificatione periculosa videtur, nu. 56.*

57 *Clausula, appellatione remota, solum operatur quoad effectum suspensiuum, non vero deuolutiuum, num. 57*

58 *Intellectus ad capitulos, vt debitus de appellatio. & pastoralis eod tit. num. 58.*

59 *Iudices nostræ l. recusati, an & quomodo sint associandi. num. 59.*

60 *Notatur abusus tabellionum, num. 60.*

61 *Maledictiones referuntur à iudicibus præcauendæ. num. 61.*

SVMMARIVM.

Apponitur in præsenti nouus ordo seruãdus per iudices. De Mestas y canadas.

IBi, *Porque nuestra intencion y voluntades.* Hæc est voluntas Regis sancta & iusta, sed quis est horum iudicum, qui adimpleat eam? nullus, ergo facta ab eis, tanquam contra Regis voluntatem nulla erunt & nullius effectus, † *ex text. & materia in l. diligenter. ff. mand.* sed de ijs numquam curant iudices ij.

In c. 1. ibi. *Que ayan de andar, o anden por las prouincias y cañadas, por donde van y vienen los ganados.* Id non vidi fieri per hos iudices, fortassis, vel quia cum in prouincias sibi commissas perguntur, & accedunt, greges horum *De la Mesta*, nondum à terris suis recesserunt, vel quia in terris exteris non existunt, prout, ex versiculo sequente, ibi, *Y estando en ellas fuera de sus tierras.* Colligitur, & sic videmus quotidie, quod isti iudices *De Mesta*, non sequuntur greges ipsos, sed vadunt per prouincias eis commissas inquirendo de grauaminibus factis gregibus ijs.

Ibi. *Prouandolas con dos pastores.* Qui fortassis sũt interessentes in causa & partes formales: ideò ad hæc multũ deberent iudices aduertere, sed vellit Deus, nè eos ex proposito secũ afferant in testes, vt de omnib. indistinctè testificentur, imò & ne aliquãdo scribantur, & examinẽtur in testes illi, quorũ nomina non cognoscũtur, sed fictitia sunt, & simulata, prout iã audiui sic factũ, ideò nè miremur si temporalia nobis deficiant, & pestes, ac bella infestent nos.

In c. 2. ibi. *De requerir las cañadas.* Intellige de illis, de quibus *infra eo. in cap. 5.* disponitur.

Ibi. *Por los lugares y partes que los pastores que son del dicho concejo con sus ganados fueren, o vinierẽ, atrauessaren, o estuuieren.* Vt in præcedẽte cap. etiã dictũ est, & intellige, quod per hęc verba nõ est licitũ per quæcunque loca pastores greges suos trahere, * & cũ illis transire, sed per illa per quæ sunt obligati, & debent ac solẽt transitũ facere, & sic per cõsueta & antiqua, nõ vero nouas vias, passus & stratas faciendo, debẽt enim verba de habilitate restringi, ac intelligi, * & sic verba, *Fueren, o vinierẽ, atrauessaren, o estuuierẽ*, intelligenda & exponenda sunt, † id est, debent ire, venire, aut per indirectũ transire, siue stare, prout in simili exponit *Bar. in l. si vxori §. cũ ita ff. de auro. & argen. lega. & Bal. c. dudum 2. in fin. de elect.* Idque deducitur clarissimè *ex c. 5. infra eod.* & desumptum est hoc *c. à l. 1. §. 4. tit. 4. lib. 3. supra.* 2 3 4

Ibi. *Por las penas que en esta nuestra carta van declaradas*, Prout declaratur in c. sequent.

In §. 3. ibi. *Que labrare.* Desumptus fuit. §. *hic* † *à l. 1. §. 4. supr. isto tit. & lib.* vbi diximus aliqua, & in *l. 6. titul. 7. infra lib. 7. & in illos* §. 4. apponebantur etiam pœnæ nostri §. 5

Ibi. *Con que la pena de vna persona, y concejo.* Intellige quoties per modũ & in vim cõcilij cultiuatur terra hic prohibita, cultiuari: tunc enim quia totum concilium pro vno reputatur, * idem de eo, quod de vna persona iudicandum est. 6

Ibi. *Como en quanto a las penas.* Intellige hæc verba, quoad executionẽ pœnarum impositarũ, exequendarũ, absq; obstaculo appellationis, circa hoc enim loquuntur & procedunt hæc verba, prout ex eorum & præcedentium serie clare colligitur.

Ibi, *Y comen, y pacer.* Dura lex est, & tanquã talis, nunquam vidi, quod executa in hoc fuerit.

Ibi. *En que el dicho Concejo de la Mesta, y hermanos del tuuieren passo y approuechamiento.* Vbi enim hanc nõ habẽt fratres ij cõmoditatem, nullo modo possunt ij executores iudices se intromittere, * tam à partiũ enumeratione id probãdo, quã à cessatione rationis nostrarũ legum cognitionẽ ij, iudicib. permittentiũ circa ea quæ ad materiã hanc *De Mesta* pertinet, & vbi cõmoditates eis auferuntur, non verò aliàs, & dixi in *l. 1. §. 4. istius tit.* 7

Ibi. *Y dehesas nueuamẽte hechas.* Quas fieri regulariter prohibitũ est, vt diximus *in l. 1. §. 8. supr. isto tit.*

In §. 4. in eo probatur clarissime assumptum nostrum propositum in præcedente §. sub verbis illis. *Anque el dicho concejo.* Licet iudices ij executores malẽ id, sicut & in alijs multis obseruent eis datas instructiones.

In §.

In §. 5. ibi. *Ordenamos y mandamos.* Iterum & clarius repetitur in præsenti prohibitio facta ijs iudicibus cognoscendi de alijs, quam de illis casibus, locis & rupturis publicorum terminorum & defensarum & itinerum, in quibus fratres *De la Mesta* habent transitum, & commoditatem ex antiquo, & cum lex nostra prohibitiua sit omnia in contrarium acta nul-
8 la erunt. † Tum quia facta contra legis prohibitionem, *ex tex. & eius materia in l. non dubium, C. de legibus*, quam ex eo quod formam
9 concessionis, ac commissionis excedunt, † ex *l. diligenter. & eius materia. ff. mandati.* & sic omnia sic facta, tanquam attentata reuocanda forent, & in expensis & damnis iudices ij passim condemnandi, sic enim fortassis mederetur insolentia quorundam horum iudicum. Et § hic declarat. §. 2. istius legis generaliter loquentem.

In §. 6. ibi. *En los meses de Iunio.* Conducunt hic ea, quę diximus *in l. 41. titu. 6. supra isto libr. 3.*

Ibi. *Y administre justicia con la menor molestia y vexacion que fuere possible.* Quod quàm aliter fiat omnibus patet, maximè ipsis rusticis horum iudicum iniustitias patientibus in personis &
10 bonis suis, † propter quod, vt inquit *Apostolus ad Roman. 1. Reuelabitur ira Dei de cœlo, super omnem impietatem, & super omnem iniustitiam hominum eorum, qui veritatem in iniustitia detinent. Et Ecclesiast. 10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* Ob quod inquit *Psalmista, Psal. 36. Iniusti punientur, & semen eorum peribit. & Psal. 139. Virum iniustum mala capient in interitu.*
11 Iniustitiaque mortis est adquisitio † *Sapi. 1.* Quare vos, ò iudices fraternitatis huius executores, & vos eorum superiores corrigere debentes iniustitias ab ijs factas, attendite, & videte nè vos mala in interitu capiant, neve ob vestram causam reueletur ira Dei contra vos, & contra omnes alios: solet enim dici; Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. Quid enim vobis proderit vniuersa lucrari, si vobis in interitum redundant animarum vestrarum, aut quam dabitis commutationem pro animabus vestris.

In §. 7. ibi. *Que por leyes y prematicas.* Quæ apponuntur *sub l. 22. cum seqq. tit. 7. libr. 7. infra*, vbi aliqua diximus.

Ibi. *Porque se estrechan, y han estrechado mucho los pastos de los ganados.* Licet hæc ita sint, in terris tamen montuosis, & vbi montes pastus occupant, & in quibus paucæ sunt terræ, ac defensæ ad culturam sufficientes, ob quod panis deficit, deberet permitti vno, vel altero anno laborari, cultiuari, ac seminari montes hos à vellendo, & clarificando, vel saltim aliqua pars harum terrarum, ac defensarum pro cultura deputari, præsertim ijsce temporibus in quibus cultura est restricta, & omnia ad pastum trahi procuratur, & hac de causa in hac
12 Placentiæ ciuitate habemus † leges à Regibus confirmatas & vocatas, *Las leyes de los quartos realengos.* Quibus quidem domini particularium defensarum coacti fuere, quartam partem cuiuslibet defensæ relinqui, ac deportari pro cultura, vt quarto quoquo anno hæc quarta pars rusticis laboratoribus detur ad seminandum soluta certa quantitate, & vocatur *El quarto realengo*, id quod temporibus designatis datur ad culturam, & fuit salutifera, ac vtilis hæc dispositio, aliter enim non haberent, vbi seminarent frumenta.

Ibi. *Quedan perdidas y destruydas.* Si quotidie cultiuantur, vel saltim pluries in paucibus annis destruentur, sed si non ita continuè, sed interpollatis aliquibus annis, potius est vtilis cultura, quam nociua, † etiam ad pascendum 13
greges animalium: nam cum cultura remanet defensa sine montibus pernitiosis pasturæ & lanæ ouium, aut arietum ibi pascentium, eò quod auellitur lana ab eis ambulantibus inter spissos montes, & mediante cultura mons clarificatur & de nouo producit fertilius, & terra etiam arata in paucis annis reuertitur vberius ad primæuam naturam, & sic non est certum inconueniens hoc nostræ legis, † prout 14
experientia quotidie videtur, & lex nostra cum per informationem habentium greges sit facta, ipsi informant plerumque difficultando, & ad destructionem reducendo id, quod si cum moderamine furet non solum non esset damnosum pasturæ, sed potius vtilius.

Ibi. *Con que la primera vez no exceda la dicha condenacion de veynte mil marauedis.* Verba hæc referuntur, tam ad personas, quam ad concilia, de quibus proxime dictum est, † ita vt siue 15
viginti, aut plures personæ per se, vel per viam concilij aliquam defensam, vel partem ruperint & cultiuauerint, & seminauerint in ea amplius quam viginti, aut centum, aut plus fanecas, non sunt condemnandi pro prima vice, nisi pro pœna viginti mille morapetinorum, non verò pro qualibet faneca mille, & hoc quia lex hæc in verbis iis personas singulatim seminantes concernit, sicut si iunctim & conciliariter, cum enim in præcedenti de personis, & de conciliis locutum sit, dum in præsenti pœnæ modum imponit, omnia dicta comprehendit: neque tenentur cultores probare se illa tantum vice & sic prima rupisse, nam præsumitur sic esse, nisi contrarium probetur, dicens enim & allegans secunda vice rupisse prout dicere tenetur, vt pro secunda puniatur, id probare debet, † ex *l. actor, quod assenerat. C. de proba.* aliter enim pro prima tantum 16
vice condemnatio fiet. Sed est quæstio singularis an ad hoc vt ruptores pro secunda vice puniantur, debeant esse eædem personæ, vel sufficiet si sint diuersæ: † & reuera mihi certius 17
videtur, quod debent esse eædem personæ ruptrices secundæ ruptionis, quæ primo ruperunt, vt pro secunda puniantur vice: nam si sunt differentes personæ à primis non tenebuntur nisi pro prima vice, quia eorum respectu prima est, item etiam quia lex nostra cum personis loquitur rumpentibus defensam, non vero cum defensa ipsa, ergo respectu personarum diuersarum non potest dici secundo rupisse illos, qui antea non ruperant: item quia id deducitur clarius ex verbis illis. *Y si se tornare a romper.* Non enim licet. *Y si se tornare a romper.*

romper. Ergo respicit personas primo rumpentes non vero alias personas verbum illud. *Y si tornare*, ergo verum est nostrum assumptum, & quia cum sit lex pœnalis restringenda est non vero amplianda: sed si hæc iudicibus ijs dixeris, delirare te dicent, vel quod non es versatus in negotijs de mesta, vel quod lex secundum eorum intentionem & voluntatem est declarata per Regem, vel in concilio fraternitatis huius, omnia enim hæc explodunt, & imaginationes esse dicunt, & neque vnum, neque aliud seruant, quod dolendum est, miseri enim rustici ijs & alijs affliguntur calamitatibus, & molestijs ac miserijs, cum relaxandi essent, ipsi enim pondus diei & æstus sustinent, sed cupiditas iudicum excęcat oculos & aures eorum, vt videntes non videant, & audientes non audiant.

Ibi. *Sin embargo de qualquier apelacion.* Vide quæ dicemus *in* §. 13. *in glo. Lo qual se ha de executar sin embargo.*

In §. 8. ibi. *Mandamos, que los dichos Alcaldes.* Iusta dispositio si seruaretur, sed tamen
18 si non seruatur, lex nostra prouidet de remedio, quo quidem iudices loci vti possunt, & sic euitare multitudinem excedentem nostri text. metam & numerum: Et in hoc propositum est aduertendum, quod solent ij iudices de Mesta, & eius ministri secum afferre quatuor aut plures alios vltra numerum dicendo, quod sunt scribentes & adiutores pro scibendis processibus, & cum eis agitantur acta iudicij, & cum eis fiunt informationes denunciationum: nam id fieri non potest, neque possunt secum eos afferre, sed ipse tabellio debet hoc facere per se, non per substitutos, neque ministros, neque scribentes, & sic vidi fieri, & tales scribentes incarcerari, secundum quod lex nostra permmittit: tum quia informationes faciebant, tum etiam quia alij quam per concilium, de la Mesta, nominati, non possunt cum dictis iudicibus venire, & ex contrario plura resultant inconuenientia & maxima damna, & ideo lex nostra iustissimè arctauit numerum officialium & hominum cum eis venientium.

Ibi. *Ni puedan mas vsar los dichos sus oficios.* Nota dictionem illam, *no*, appositam ante verbum illud, *puedan*, quia de iure impossi-
19 bilitat, † & impossibilitatem denotat, vt abinde, & sic deinceps iudices ij vti non possint officijs suis, & vacent: & consequenter, si deinde eis vtantur incurrant pœnas eorum, qui vtuntur officio, quo quidem vti non possunt, neque autoritatem habent eo vtendi, cōcessam ab eo, qui eam concedere potest, quæ grauis est, vt alibi, diximus, & omnia imposterum facta nulla sunt, tanquam à non habente potestatem iudicandi actuata.

Ibi. *Para qualquier cosa tocante a la expedicion, o execucion de lo contenido en sus comissiones.* Notanda sunt verba hæc, vt sic etiam pro scribendo aliquo actu, vel aliqua informatio-
20 ne † non possint alij trahi ministri, & personæ, quam nominatæ in concilio, de la mesta, neque coram alijs fieri.

Ibi. *Y esten obligados a boluer y restituir*, salubris & iusta dispositio si exequeretur, sed fortassis non exequitur, quia non petitur.

In §. 9. Ibi. *Entreguen a los Corregidores y Iusticias ordinarias.* Vt ipsi exequantur contenta in hoc capitulo informando Regium consilium de ijs excessibus, & mittendo captos ministros illos, quibus cum commissiones suas erant exercentes iudices ij contra dispositionem huius capituli & præcedentis.

Ibi. *Hallandolos en ella.* Non intelligas requiri apprehensionem, sed sufficere per informationem constare de ijs excessibus, vt correctores & iustitię ordinariæ populorum, vbi excessus ij fiunt exequantur nostri §. dispo-
21 sitionem. † Et id clarissimè apparet ex verbis sequentibus, *juntamente con la informacion*: ex quibus colligitur sufficere per informationem constare, vt dispositio nostri §. exequatur, neque requiris apprehensionem.

In §. 10. Ibi. *Y les haga restituyr lo que les fuere lleuado iniustamente.* Pondera verbum illud, *iniustamente*: nam iustificat dispositionem nostræ legis, & damnat iudicum sententias, quibus cum, iusta, iniusta esse iudicant, & sic iusti, & iniusti nullum discrimen faciunt, & omnia eis videntur iniusta quatuncumque iustissima sint, nullumque denuntiatum iustum inueniunt. Et hæc est misera, quasi omnium iam iudicum, conditio. O infelicia tempora! vbi iustitia neglecta est, vbi iudicia iudicantium ad libitum proferuntur, vbi rogitus maiorum, & potentium, imò imbecillium mulierum attenduntur, vbi dona & munera iam locum inuenerunt, vbi iudicant, qui iudicandi essent, velut melius dicam, qui iudicandi modos ignorant, quia literas nesciunt, quia de sua re agunt, & aliena non curant. Quibus dici potest illud *Micheæ tertio capit. Audite hoc Principes domus Iacob: Iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate.* Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant. Et Prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super dominam requiescebant dicentes. Numquid, non Dominus in medio nostrum? nunquid venient super nos mala? Propter hoc, causa vestri Syon quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi acerbus lapidum erit & Mons templi in excelsa syluarum. Et habetur transumptiuè per alia verba *in cap. iudices. 1. q. 1. & super ijs verbis, Montolonius, in suo promptuario iuris, verbo, iudex, in glos. Hierusalem*, inquit: Nemo ambigat Hierusalem propter scelera: quæ in hac sententia leguntur, fuisse subtersam. Et velit Deus & Dominus noster, ne & in Hispania hæc contingant ob easdem huius sententiæ causas. Video enim illud Oseæ. 4. verificari dicentis: Non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei in terra, maledictio, & mendacium inundauerunt, propterea lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Sicut ijsce temporibus videmus infirmari, tam in fructibus terræ, quam in viuentium super ea salute. Ideo, ò vos iudices, attendite ad hæc,

& quod

& quod iustum est iudicate, nullaque sit di-
22 stantia personarum. † Ita paruum audietis vt magnum, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est Deuteron. capit. 1.

In §. 11. quod nullus possit defensas facere,
23 diximus † *in l. 13. tit. 7. lib. 7. infra, & in isto nostro titulo.*

In §. 12. ibi, *Que las fuerças y tomas*, quas quidem violentias & vim nullus audet facere, ita enim acriter vindicatur, vt neque ius suum audeat quis defendere, neque damna ab animalibus fratrum de mesta data in pratis, hære-
24 ditatibus, & defensis petere, † ne dum taxanda petuntur per iudicem sit in causa dicendi, greges detentas fuisse, & interim in eis magna detrimenta dominos gregis incurrisse, prout ad hoc probandum non solent testes deficere.

Ibi. *Lo qual se ha de executar sin embargo de qualquier apelacion que dello se interponga.* Sed nonnè licitum est appellare in omnibus & ab omni-
5 bus, & dicendum est, quod sic, † ex *gloss. in l. qui restituere, verb. restituitur, de rei ven. l. in maioribus, & ibi* Bar. *C. de appella. specular. in tit. de appel. §. in quibus, & ex tex. in cap. ad Romanam, 2. quæst. 6.* etiam si esset dubium an esset iusta, vel nè, *cap. peruenit. cap. consuluit. de appel. & probatur ex l. 13. & 14. titul. 23. p. 3.* debetque in
26 dubio recipi & non respui appellatio, † *l. sciendum, ff. de appel. recipien.* & à quacunque sententia siue in ciuilibus, siue in criminalibus recipitur, ex *l. litigatoribus & ex l. si quis prouocatione, C. de appel. Ias. cons. 16. dubitatur, colum. 2. volum. 3.* Imò & iudex non deferens appella-
27 tioni punitur, † vt dixi in *l. 13. per tex. ibi tit. 18. supra*, vbi & diximus peccare mortaliter iudicem aliter faciens, si ergo hæc ita se habent, quomodo lex nostra sine obstaculo appellationis sententias horum iudicum exequi iubet, & dicendum est quod licet regulariter supradicta procedant: sunt tamen plures casus in quibus appellationi non defertur, imò exequitur sententia non obstante appellatione, quorum
28 vnus † est noster, & 27. alios ponit *Specu. vbi sup.* ita quod desumitur regula, scilicet, quod licitum est regulariter appellare, nisi in casibus à iure prohibitis. Sed adhuc instari potest contra nostram legem remouentem appella-
29 tionem, nam appellatio est defensio, † *cap. cum speciali. §. porrò, de appella. c. omnis oppressus, 2. q. 6. cap. suggestum, de appel. l. 1. ff. de appel.* defensio autem est de iure naturali. *l. vt vim ff. de ius. & iur. Clem. pastoralis, de re iu.* & sic quatenus appellatio est defensio, appellatio dici potest de
30 iure naturali, imo & diuino, † vt dixi in *rubr. nu. 1. tit. 18. lib. 4. infra*, ergo tolli nō potest, quia
31 naturalia tolli non possunt, *vt §. sed naturalia,* † *inst. de iur. nat. gent. & ciuit. & Innocen. & alij in c. quæ in ecclesiarum, de const.* & sic tolli per Principem non potest, sicut & defensio non poterit ex *Clem. pastoralis, de re iu. ad fi.* vt inquit, *Coua. prac. c. 23. nu. 5. in prin.* Itidē quia quod iuris diuini est,
32 non potest per Principem tolli: † quia ius diuinum tollere non potest, vt per *Felin. in rubri. col. 3. de appel. & in c. 1. de rescr. Coua. in 4. p. 2. c. 6. §. 9. nu. 2. & 4.* & consequenter videtur legem nostram in hoc procedere non posse, sicut nec per consuetudinem aut statutum, tolli potest appellatio, † prout magis communem 33
testatur *Anton. Nicellus in concor. gloss. cap. 6. col. antepenult. §. pen. ex Bart.* tamen in *l. omnes populi ff. de iust. & iure.* id omnes asserunt verum esse in statutis Ciuitatum Principem recognoscentium, vel in prima tantum instantia, vel in nulla, secus si Ciuitas non recognosceret superiorem, vel etiam si recognosceret haberet iurisdictionem primæ, & secundæ appellationis, *ex l. 2. §. ex actis ff. de origi. iur.* & hæc est approbata distinctio, vt testatur *Orosci. in d. l. omnes populi numero 99. ff. de ius. & iure.* & sic statuta inferiorum prohibentia appellationem nullam habent firmitatem, ex *Bar. vbi supra, in in 3. q. princi.* cuius doctrinam secuti sunt omnes *Legistæ* vniuersaliter, ibi. & *Cano. in c. sicut Romana. de rescrip. vbi Rip. num. 19. intonat*, istam communem Doctorum vtriusque classis, cui innititur etiam *Bal. cons. 6. volum. 3. & Rolan. Val. cons. 29. quæritur an sententia, num. 5. cum seq. volum. 1. & Iul. Cla. in prac. crim. §. fi. q. 94. n. 3.* Quæ quidem communis limitatur & declaratur aliquibus modis in *tom. 1. nouissimarum com. opin. sub tit. de Magistratu, & vniuersa ciuili policia. c. 13. per totum*, vbi in *vers. sexto* itidem dicitur, quod neque valeret statutum tollens nullitatem: imò neque valeret consuetudo tollens appellationes, secundum *Bal. l. 2. c. quæ sit longa consu. & in l. cum de consuetudi. ff. de legib.* relatū *per Rolan. vbi supra, num. 9.* Sed tamen quia non negatur in iure à lege humana, vel priuilegio Principis appellationem, & ius appellandi tolli posse, *ex c. 1. de rescrip. c. pastoralis, de appel. cap. super quæstionum §. si vero de offic. delegat. l. 1. §. interdum. ff. à qui. appella. lic. cap. super eo. de offi. del. l. 13. tit. 23. p. 3. ad finem*, & hanc communem omnium adnotationem ex dictis iuribus asserit *Couar. in prac. quæs. c. 23. num. 6. in prin.* ideo lege nostra, id statui, * præsertim cum à 34
Rege nostro Hispaniarum Philippo II. constituta, qui in temporalibus non recognoscit superiorem: & ratio est, quia solum tollitur modalitas siue forma de defendendo, quæ bene potest tolli, secundum *Præpos. in d. c. pastoralis, numero 7.* & sic cessant contraria supra adducta de defensione naturali, velut inquit *Rebuf. in d. 3. tom. const. Fran. tit. de appel. art. 1. glos. vna. numero 84.* quod illud, quod dicitur Principem tollere defensionem non posse verum est eam, quę à iure naturali inuenta est, sed defensionem ab ipso Principe inductam, prout est appellatio, quæ vt ibi dicit *Rebuf. nume. 77.* à iure ciuili inuenta est, vt *l. 1. ff. de appellat.* benè potest Princeps eam tollere, omnis enim res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, † *capit. 1. de regul. iur.* vel iterum 35
responde, quod verum est Principem non posse tollere appellationem, vt procedat quoties indistincte & generaliter in omnibus causis ciuilibus & criminalibus tollere eam vellet, sed in vna, vel alia causa existente ratione & causa publicæ vtilitatis, & necessitatis optime potest, quia licet naturale ius & diuinum tenere non possit, intrepretari

36 tamen potest moderare ac limitare, † vt *incap. quæ in Ecclesiarum, de constitu. capitul. post translationem, de renuntiat. capit. ex parte prima, de offic. delegat. capit. literas, de restitut. spoliat. tradit Couarru. in 4. 2. part. capit. sexto, §. 9. numero secundo, in fi. cum seqq. Minchac. controuers. illust. capit. quinto, numero decimonono & vigesimo*, & sic cessant contraria: vel responderi potest cum *Couarru. d. cap. vigesimotertio, prac. quæs. numero sexto, in princ.* prout quosdam respondere asserit, scilicet non esse par ius appellationis, & citationis, si quidem citatio defensio est iuris naturalis, & ideo non potest tolli à Principe. Appellatio vero defensio est non iuris naturalis, sed humani ac positiui, ideò Princeps eam tollit, *prout tenuerunt plures ibi relati, & ex Rebuf.* sic etiam respondimus, iam, & licet Coua. ibi dicat se non refellere hanc rationem & responsionem, sed eam potius admittere & perstringere alijs considerationibus ibi per eum relatis, quas omitto ne largius procedamus, & sufficere hæc possent, vt contraria supra proposita nostræ legi nihil obstarent. Ego vero in præposito eius, vt fieri possit & tolli appellatio in præsenti, considero aliam rationem esse & veram, licet & præcedentes veræ sint, scilicet, quod in nostra lege solum tollitur appellatio, quoad effectum suspensiuum tantum, non vero quoad deuolutiuum, vt apparet *ex verbis sequentibus nostræ legis in glos. sequente ponderatis*, ita vt effectus suspensiuus solum sit sublatus, vt non obstante appellatione executio sententiæ fiat, saluo remanente iure prosequendi appellationem executione facta sententiæ condemnatoriæ, neque tunc habeat locum attentatorum remedium, vt optimè per regulam ampliationes & limitationes prosequitur *Lancellot. de attentatis, capit. duodecimo, limit. 8. per totam, & Præposi. in dict. capit. pastoralis, numero duodecimo, cum seqq. de appellat. alias proponit limitationes*, & hic est vnus effectus
37 huius clausulæ appellatione remota, * quos & alios plures refert *Vitalis de Camba. trac. clausularum, in clausula, appellatione remota, & late Francus in dict. capit. pastoralis, & latissime Imol. in dict. l. 1. ff. à quibus appellar. liceat, vel non*, quod per ipsos videbis quia non est nostrum hæc examinare, & transcribere. Vel itidem & responderi potest quod lex nostra licet tollat appellationem solum tollit illam, quæ friuola est, non vero illam, quæ iusta est, & in iure expressa, prout est illa, quæ in dictis limitationibus *Lancelloti* verificari potest, & in casibus relatis per *Rolan. Valle. dict. consi. 27. numero trigesimotertio, cum seqq. aliquibus libro primo*, & sic multi asserunt *DD.* clausulam hanc, appellatione remota, de friuola, non vero de iusta & in iure expressa intelligi, & sic de illa, quæ est de facto & ex extrinsecis à processu grauamen eius colligitur, non vero de illa, quæ est de iure, & sic ex actibus intrinsecis processus decerpitur, nam hæc admittitur etiam existente clausula appellatione remota:
38 illa vero reijcitur, † secundum *Bart. in l. prima, §. & parui refert, columna. secunda, vers. ista. glos. est argumentum ad quæstionem, ff. quod vi aut clam. & Ioan. Andr. in capit. secundo, extra de mut. pet. & est tex. in capit. pastoralis, in princip. vbi not. DD. de appell. Abb. in capit. ex con quæstione, numero quinto, extra de resti. spoli. quos sequitur & refert. Anton. Gal. Maluas. consil. duodecimo, numero decimoquinto, volumine primo, & Cardin. Zabarella, cons. 120. numero primo, Ias. consil. 55. columna secunda, & in cons. 63. colum. secunda, libro tertio, Grat. consi. 109. libro secundo, Alban. in consi. decimoquarto, quos refert, & sequitur Meno. cons. 415. numero 31. volum. quinto, & sequitur Rebuf. in 3. tom. consti. Fran. titu. de appellat. glos. 2. articul. 7. numero 26. & Flami. Paris. de resign. bene. libro octauo, quæst. 7. numero* 164. *vbi in numero* 163. inquit de stylo parum curari de hac clausula & parum operari, & sic inquit *Andreas Gaille. infra proximè allegandus, numero* 12. quod Camera non obstantibus statutis appellationes remouentibus, recipit eas, & quod intelligatur de friuola tenet *Petr. Gregor in Syntax. libr. 50. cap. 2. numero vigesimo, & in libro sexto, quæst. 3. numero octauo, cum seqq. inquit ipse Paris.* quod reiecta nullitate per Principem vel statutum, prout reijci potest, secundum dictos *DD. & Andr. Gailli infra allegandus, numero octauo*, illa tantum reiecta censetur, quæ est de facto, non vero si de iure, prout est illa, quæ resultat ex actis processus, prout & tenet *Roland. Valle, consi. 29. numero 37. cum seqq. vol. 1. & Cephal. cons. 395. numero 39. cum seqq. volum. tertio, & Menoc. vbi supra numero* 29. prout est illa nullitas, quæ procedit ex defectu iurisdictionis, citationis, vel notoriæ iniustitiæ, quæ nunquam censentur sublatæ per legem nullitates excludentem † vt diximus latè, *l. 2. titu. 16. numero 30. lib. 4.* notandumque est in propositum huius clausulæ, appellatione remota, quod 39
nihil operatur quoad præiudicium tertij, † secundum dictos *DD. & maxime Cepha. vbi supra, numero 48. cum seqq. & Loazes, in allegatione de mula. in 1. dubitatione, in 5. pro oppido fundato. numero 54. pagina. 48. in paruis*, vbi cum numeris pluribus ante & post plura similia adducit, & per nos *in l. 1. num. 35. tit. 14. infra lib. 4.* Item nota, quod clausula, appellatione remota, ita operatur in fauorem rei contra quem conceditur, sicut & actoris in cuius fauorem concessa est, † secundum *Fran. de Franchis, decisio. Neapol.* 136. & facit illud, quod diximus *in l. fin. titu. vigesimoprimo, numero* 141. *lib. quarto infra.* 40 41
Vlterius, vt omnia habeamus in propositum huius clausulæ, & ad euitanda contraria supra per me proposita, dicendum est, quod cessant ex eo, quod licet tollatur appellatio, non tollitur defensio, † remanet namque exceptio nullitatis contra talem sententiam; nullitas enim 42
non censetur sublata per clausulam appellatione remota, diuersa enim sunt appellatio & nullitas, † & ideò vna sublata, alia adhuc superest, 43
tex in cap. inter cætera, de re iud. & ibi DD. text in c. licet. in fi. de senten. excom. & in l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. facit tex. in l. diuus, ff. de test. mil. & in l. vnica C. si de moment. appel. & ibi DD. tradunt, quod se possessorio de nullitate, remota appellatione dici possit, *latè Vancius tract. de nullitat. tit. quis posit dicere de nulli. sen. n. 33. cum seqq.*

& ita

& ita alios referendo inquit decisum fuisse *Andr. Gaill. practicarum obserua. libro primo, obserua.* 135. neque itidem tollitur recursus & reuisio ac supplicatio ad Principem remota
44 appellatione, † *ex tex. in auth. quæ supplicatio. C. de perci. imp. offe. glos. notab. in cap. ex literis, verb. supplicauit, de in inte. restitu. & Andreas Gaill. vbi supra, numero fin. & Roland. vbi supra, numero* 47. *cum sequentibus*, vbi inquit idem in officio Iudicis implorando, & tradit de ijs omnibus *Menoch. consi.* 406. *numero vigesimoquinto, cum sequentibus, volum.* 5. *in primo tomo commu. opini de magis. & vni. communi policia. numero decimotertio, colum.* 1. *& fin. fol.*174. *loco.* 2. Ex quibus habes per hanc clausulam appellatione remota, non tolli defensionem in totum cum remaneant dicta remedia nullitatis, & recursæ reuisionis, ac supplicationis ad Principem, & imploratio, officij iudicis, & quod est principalius, scilicet, quod remanet etiam ius prosequendæ appellationis facta executione sententiæ, nisi in casibus relatis per *Præpo-*
45 *situm, & Lancellotum, ad hoc supra allegatos,* * *& per Minsinge. singul. obserua. Centuria.* 1. *obserua.*3. & sic, vt diximus, deducitur ex nostra lege, *vt in glos. sequente* dicemus. Itidem neque censetur restitutio sublata per hanc clausulam ap-
46 pellatione remota, * vt dicunt supra *dicti DD. & in cap. pastoralis, de appel. & in pluribus alijs locis.* Sed vt omnia dicamus, est videndum quis possit concedere hanc clausulam remota ap-
47 pellatione, * & dicendum est, solum Principem supremum, & sic non recognoscentem superiorem eam concedere posse, *ex tex. in l.* 1. *ff. à qui. appell. lic. vel non*, & consequenter eum
48 solum posse confirmare statutum, * per quod prohibetur appellatio, vt tradunt *DD. maxime Deci. & Fran. in d. cap. pastoralis, de appellat, & ibi Præposi. numero* 9. *&* Rolan. *Val. consi.* 29. *numero* 31. 14. *&* 15. *libro primo, & Minsinge. d. cap.*3. *numero quarto*, & idem in Ciuitate non recognoscente superiorem, vel primas & secundas appellationes habente, vt iam remanet dictum in hac glos. in dubio tamen nisi nominatim dicatur non censetur remota appel-
49 latione, † secundum *Bald. in l.* 2. *C. de appell. relatum & secutum per* Rebuf. 3. *tomo. constitu. Fran. tit. de appellat. art.* 1. *glos. vna. numero* 83. ex quibus infero, quod Duces, Comites, & Marchiones, etiam si habeant ius perpetuum si recognoscunt superiorem, non possunt concedere rescripta cum clausula appellatione remota, neque tollere appellationem, neque confirmare statutum per quod tollatur, esset enim facere contra ius, quod quidem ipsi tol-
50 lere non possunt, ex dictis per nos, † in *rubrica titul.* 1. *libro* 2. *supra*, & quia neque possunt concedere clausulam, sine strepitu & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta procedatur,
51 vt diximus alibi, * scilicet, *in l.* 2. *numero* 59. *titu.*13. *libro* 4. *infra.* Item, & quia esset tollere potestatem Regiam & appellationem ei propriam, quod facere non possunt, neque consuetudine induci, † *ex texr. & materia, in*
52 *cap.* 2. *de consuet. in* 6. *& in cap.* Romana. *in principio. de appellat. in* 6. & sic maledixit *Deci. in d. cap. pastoralis, de appell.* Dicens dominos temporales iurisdictionem perpetuam habentes, posse tollere appellationem, & eum ibi reprobat *eius Additio.* nisi tantum in præiudicium eorum, nam in ipsorum preiudicium possent eam concedere, vt inquit *Præposi. in dict. cap. pastoralis, numero vndecimo*, vbi idem dicit de legato Papę, vt hac clausula vti non possit, † nisi in sui præ- 53
iudicium, vel nisi concedatur ei à Papa, imò & tunc non posset ipse legatus alteri eam committere, vt ibi per eum, & alios DD. Est tamen per Principem concedentem posse procedi remota appellatione per missarium, cui id permittit, ac committit summè considerandum, vt hanc concessionem faciat siue per se, siue per legem suam, cum iusta causa, nam sine ea non est tollenda appellatio, † secundum 54
Andr. Isern. & Afflict. relatum, & secutum per Couar. in pract. quæst. dict. cap. 23. *numero sexto, versi. septimo illud*, vbi & in versic. quinto probari potest, inquit non nisi peritissimo ac integerrimo iudici id esse committendum, aut permittendum: qua de causa miror equidem, quod per legem nostram id concedatur iudicibus ijs executoribus, qui quasi semper, imò & semper parum sunt in iure versati, & suæ conscientiæ parum prouidentes, & consulentes, de quibus potest dici illud, quod dixit *Iamblico, in exhortatione ad Philosophiam, relatus per Castillo in sua Politica de Corregi. libro* 1. *capit.* 3. *numero* 12. *in fin.* Perinde periculosum est, insanienti gladium, ac improbo viro Magistratum committere, † & licet, si bene ad dicta aduerterent, 55
non deberent sententias suas iudices exequi, tum quia excedunt, tum etiam quia nimis grauant partes, tamen quia id non considerant, deberet hæc clausula à lege nostra, ac similibus aliis tolli, neque eis concedi exequi sine obstaculo appellationis, vel saltim iam quod id non fieret, limitaretur eis quantitas, & summa intra quam executio fieret, putà intra tres mille morapetinos, & non amplius: aliter enim non reddetur iusta nostræ legis dispositio, † & 56
aliquo in tempore spero sic esse iubendum, Christianissimus enim Rex noster, si de ijs certioretur, ob suam nimiam Christianitatem medebitur. Et hæc, testis est mihi Deus, non animo iniuriandi iudices dicere, sed ea obligatione, qua Deo teneor, aduertere ea, quæ opus est mederi, & Principes ac eius consilium certiorari de necessarijs ad rectam subditorum gubernationem, de quibus si notitiam haberent. Principem consulerent & certiorarentur pro eorum remedio, & medella.

Ibi. *Con que si despues de executadas las sentencias las partes condenadas quisieren seguir su justicia lo puedan hazer.* Hic iustificantur dicta in glos. præcedente, & approbatur communis omnium intellectus, scilicet, quod clausula, appellatione remota, tollit solummodo effectum suspensiuum appellationis, non verò deuolutiuum, † ita vt facta executione sententiæ, pars condemnata sequi possit 57
suam appellationem, *vt inquit Præpositus in dict. capitulo, pastoralis, numero sexto, in fin.*

in fin. de appella. & practica communi sic videmus vsitatum, non enim in hoc casu remouetur in totum appellatio, quod an per illam clausulam tolleretur in totum disputabant *DD. maxime Præposit. vbi supra, numero decimonono, cum sequentibus*, & licet in Senatu Mediolani asserat *Iulius Clarus, in pract. §. fi. quæst. 94. numero 3.* valere & obseruari, talia statuta, & in Francia *Rebuf. d. tit. de appella. artic. 7. glos. 2. numero vigesimosexto*, in grauioribus criminibus, vt & inquit *Petr. Gregor. in Syntagma iuris, libro 50. cap. 2. numero 21.* Tamen in nostra Hispania & de iure ita demum obseruandum est, si sententia condemnatoria iustificata sit ex actis, & non sit à iure approbata appellatione, prout in glo. præcedente diximus, & tradit optime *Præposit. vbi supra, numero septimo, vbi numero 8. tract.* quod per cap. vt debitus de appell. clau-
48 sula, appellatione remota, nihil operatur, † & sic quod per illud sit correcta *Decretalis, pastoralis, eiusdem tit.* & quod *vbique glos. & Innoc. ibidem* persistunt & dicunt, quod dicentes in contrarium somniant, & quod sic *Hosti.* & qui post eum scripserunt inciderunt in hoc *Innocentij* somnium dicentes, quod imo per *Decretalem illam, vt debitus*, non annulletur effectus clausulæ, appellatione remota, neque Decreta illa pastoralis, sit correcta, prout ibi optime considerat ipse *Præposi. dict. numero octauo*, & ita tenendum, quod non corrigitur, sed vna Decretalis per aliam declaratur, licet verum sit, si bene consideretur, clausulam hanc, appellatione remota, parum operari, vel potius nihil, si ex processu appareat de grauamine, vel excessu, vel iniustitia, aut defectu citationis, aut iurisdictionis, vel similium limitationum per *DD.* propositarum, & maxime per *Præposit. vbi supra, & Lancellot. vbi supra, in præcedente glo. allegatos*: & hæc sufficiant pro declaratione dictæ clausulæ, appellatione remota, & verborum nostræ legis in hoc §. 13.

In §. 14. desumitur à lege. 1. §. 14. *titu. 14. nostro in titulo inserta.*

In §. 15. ibi. *Y no auiendo quien las compre.* Id faciliter deluditur per vendentes pignora hæc, asserunt enim se non reperijsse emptores dantes pretium eis accommodabile, & sic foris pignora deferunt, vbi minoris venduntur & aliquando vili pretio, & cum maximis expensis partium.

In §. 16. ibi. *No se acompañen con ninguno de sus ministros.* Ex ijs verbis inferunt ij iudices executores, posse se associare cum quolibet alio,
49 qui non sit de ministris suis, † quasi vnius exclusio sit inclusio alterius: quod quidem facere non possunt, nam tenetur seruare formam, *l. 1. tit. de las recusaciones, infra libro quarto*, scilicet, quod in criminalibus cum ordinario locis se associent, & in ciuilibus cum homine bono: tum quia si veri iudices sint ordinarij, siue delegati, tenentur formam illius legis seruare: tum etiam, quia *ex l. 27. §. 2. infra eo.* expresse iubetur eis, quod recusatione facta associent se seruata iuris dispositione, quæ in *dict. l. 1.* proponitur, sed si eis hæc dixeris, vel delirare te dicent, vel quod stylus eorum est in contrarium, & sic se associant prout volunt, & ita immoderatas assessorias, & itineris iura petunt & exquirunt à recusantibus eos, quod miseri litigantes coguntur desistere à recusatione, & sic lex nostra de nihilo, seruit: Qua de causa vt hęc medeantur deberet expressis verbis declarari, quod se cum recusantur, associent, secundum quod disponitur *in d. l. 1.* & deberent taxari assessoriæ & itineris iura, vt pro quolibet folio processus darentur tot nummi & morapetini, & pro quolibet die itineris pro nuntio portante processum, tot, vt sic technis & dolis, quibus cum non est administranda iustitia, & litigantium ac iudicum calumnijs locis non daretur, sed tolleretur potius.

In §. 21. eius formam circa processus dandos in gradu appellationis tabelliones horum iudicum non adimplent, neque iudices eos ad hoc compellunt, † imò & superiores ob hæc 50
non eos condemnant aliqua pœna, & sic litigantes semper adeunt Curiam pro adipiscenda prouisione compulsoria vocata, vt eis exemplaria processus reddantur, & tunc cum iam recesserint à loco tabellionis ij coguntur eos perquirere cum maximis expensis & laboribus, & fatigantur ab eis, & inserunt in exemplari commissionem & omnia alia, quæ à lege nostra prohibentur inseri, & sic lex nostra deluditur, & redditur nullius momenti, & nunquam ob hoc puniuntur ij tabelliones, neque vidi eos punire, & sic timendum est illud Ecclesiast. 10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. † Et iterum ad Ro-
man. 1. reuelabitur ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & super omnem iustitiam hominum eorum qui veritatem iniustitiam detinent. Cæteri vero §§. huius legis clari sunt, & non egent commentatione, neque præcedentes indigebant, sed solum animaduertere, quod non obseruatur legis nostræ, & similium dispositiones, vt superiores adimplere faciant, & inferiores ipsi maxime studeant in legis obseruatione, quid enim eis prodest vniuersum mundum lucrari, animæ verò suæ detrimentum pati, & quam commutationem dabit homo pro anima sua.

IN LEGEM OCTAVAM.

SVMMARIVM.

Cursus habendi à Medicis in arte medicinali supplendi non sunt: & vbi debent præsentare titulos sui gradus: & quod idem est intelligendum cum graduatis extra nostra Regna.

IBi. QVE POR LEYES DESTOS NVESTROS REYNOS. Appositæ sub l. 13. & 14. titu. 7. supra lib. 1.

TITV-

TITVLVS DECIMVSQVINTVS,

De los Aposentadores y aposentos de Corte, y de las guardas.

IN cuius tituli declarationem solum notandum est, quis sit Aposentador, & quæ debeant in eo concurrere, quæ per text. *in l.15. tit.9 p.2. & ibi glo.* videbuntur. Notandumque est, quod in domo Doctoris etiam actu non legentis non debet quis hospitari, *secundum Ripam, in l. 1. numero 133. ff. sol. matrimo. in rubrica, ibi, de Corte*, quid sit curia, vide optimam, *l.27. & sequentem, titulo 9. par.2.*

TITVLVS DECIMVSSEXTVS,

De los Protomedicos examinadores, y de su jurisdicion.

CVius tituli continuationem posuimus *in Rubrica tituli 11. supra eod.* & conducere possunt huic titulo dicta *in titulum 13. maxime in 1. & 3 q.*

IN LEGEM Primam.

1 *Corrector potest merces corruptas proijcere & concremari facere.*

2 *Examinatus semel an possit iterum examinari.*

3 *Approbatus semel ad vnum officium an possit amplius respectu eius reprobari.*

4 *Appellari an possit ab examinatoris declaratione.*

5 *Examinatio alicuius potest, & debet fieri nemine citato.*

6 *Examinandus præsens debet esse, non vero per procuratorem.*

SVMMARIVM.

Potestatem quam habeant Protomedici, & iudices examinatores Medicorum, & Chirurgorum, & aliarum personarum, lex nostra declarat.

IN §.4. ibi, LAS HAGAN QVEMAR EN LA PLAÇA. Merces enim corruptas potest Cor-
1 rector † de facto proijcere & prodere, *argumento, text. in l. catera §. mala ff. fami. hercis. & aliorum iurium ad hoc allegatorum per Auendaño, capi. 19. Prætorum, numero 30. lib. 1. vbi cum versiculis sequent. prosequitur istam materiam, & text. nostrum allegat.* Et non solum merces corruptas, verum & illas, quę possent homines lædere & damnificare, putà fructus virides, & nondum maturos, ne forte morbum generent, etiam si venditor horum, vel pharmacopola talis sit clericus, & sacerdos, *secundum Mexiam in pragmatica del pan, conclusio. 5. nu. 32. & sequent.*

In §. 7. ibi. *Aunque primeramente ayan sido examinados.* Hic est text. probans semel examinatum † posse iterum examinari in Medicis, 2
Grammaticis, & Oratoribus, & similibus, *de quo per glos. & Doctor. in l. Pomponius ff. de nego. gest. & in l. Grammaticos, C. de professor. & medi. Bart. in l. dispensatorem, ff. de solutio. Dyn. in cap. quod semel. de Reg. iur. in 6.* Et an semel ad vnũ † officium approbatus, possit amplius respectu 3
eiusdem officij reprobari, vide Abb. *penultim. colum versi. & ex prædictis, in cap. cum venerabilis, de exceptioni. & ibi. Felin. optime numer. 48. fol. 14. & Imol. & Abb. in cap. scriptum, in fine, de electio. Antoni. de Butri. in cap. præsentium, de testibus, 3. colum. & Boeri. decisi. 149. numer. 16. 17. 18.* & Oldrad. *consi. 18.* respectu clerici idem dicendo.

Et notandũ, quod si alicuius personæ examinatio, conscientiæ alterius tertij committatur cum clausula. Super quo conscientiam tuam oneramus, à declaratione ipsius examinatoris † appellari non potest, *secundum Ioann. Andre.* 4
& Paul. in Clementi. 1. de iure patrona. notat Rota noua. 18. de concessio. præbend. & Rebuf. in 3. tomo. constitu. Fran. titul. de appellati. articul. 3. glos. vnica, in princi. Et in prouisione Parochialium Ecclesiarum sic determinatum fuit *in sacro concilio Tridentino, cap. 18. sessione 24. de reformatione.* Speculator tamen *in titulo de exception. & replicatio.*

§ 3. *versi. sed si sit*, inquit quod à declaratione examinatoris appellari potest. Sed concordari possunt quod appellari non potest, vt dicit prima opinio, quoad effectum suspensiuum: executabitur enim declaratio examinatoris non obstante appellatione, sed quoad effectum deuolutiuum, & sicut prosequi possit appellatio bene locum habebit, *& ita colligitur ex dicto decreto. 18. concilij. Et sic fuit declaratum motu proprio, quodam sanctissimi domini nostri Pij quinti, in motu proprio super collatione parochialium Ecclesiarum facto anno. 1566. 15. Kal. Aprilis, Pontificatus sui anno secundo.*

A pronuntiatione tamen, qua iubetur, vt quis examinetur, vt videatur an idoneus sit, nullo modo appellari potest, *ex tex. in cap. 13. concilij Tridenti. sessio. 7. de reformatione.* Sed an ille, cui commissio datur cum clausula illa. Super quo conscientiam tuam oneramus, poterit subdelegare? Et videtur quod non, quia per hanc clausulam, vel quoties committitur fidei alicuius per viam confidentiæ, vel cum negotium non determinatum mandatur, censetur electa industria personæ, prout inquiunt plures allegati per Menochium, *de arbitrar. iudi. lib. 1. q. 68. nu. 11. 12. 13.* & tenuerunt quoties apponitur dicta clausula, conscientiam tuam oneramus, aliqui Domini de Rota. *in dicta decisione noua. 18. de concessio. præbend.* & Aretin. *consil. 26.* contrarium fuisse in Rota determinatum asseritur *ibi*, & per Cardin. *in Clement. 1. q. 6. de concess. præben.* dicentem sic communiter in Rota fuisse decisum. Et idem dicit Roman. *cons. 530.* de clausula, committimus discretioni tuæ, de qua multum confidimus. Et sic videmus in dispensationibus datis ad partes cum commissione verificandi relationem earũ ad contrahenda matrimonia inter consanguineos committi & subdelegati testium examinationes alicui probæ & honestæ personæ. Est tamen aduertendum, quod in casu in quo licet appellare ab examinatorum declaratione ad prouisionem beneficiorum parochialium, est appellandum ad sedem ipsam Apostolicam, secundum dispositionem dicti motus proprij ad finem. Examinatio tamen quoties committi-
5 tur, per literas aliquas fieri potest † nemine citato *secundum Card. in d. clemen. 1. q. 1. de concess. præb. & in clemen. si. q. 5. de rescrip. Innoc. in c. in causis, in si. de electio. & Rebuf. in tract. nominationum, q. 13. n. 3.* & sic in Bullis commissis in forma digni, non est necesse citare illos, quorum interesse poterat, esset ne dignus impetrans illas, sed eis non citatis potest, & debet examinari. Et quia aliquãdo citatio adfuit, vidi magnas lites causari. Ipse tamen examinandus præ-
6 sens debet esse † neque per procuratorem admittetur, *vt in l. 2. cum gl. ibi, verbo, per seipsum, C. qui ven. æta. imp. Roma. singul. verbo, procurator.* Et quæ scire debeat medicus, vt scientiam ægritudinis habere dicatur, tradit Ripa. *in l. admonendi. nu. 83. fol. 20. ff. de iureiurando.*

IN LEGEM SECVNDAM.

Lex hæc correctoria est præcedentis circa personas aliquas, & qualiter examinandi debeant examinari, & intra quot leucas vocari possunt per examinatores, & quomodo personaliter debent pharmacopolia visitare, & intra quam distantiam, & extra eam quis visitabit, declarat lex nostra.

NO PVEDAN LLAMAR TRAER. Imo neque commissarios mittere, *secundum text. in l. 4. infra eo. quæ nostram in hoc declarat, cum iura iuribus sint concordanda, & facit tex. in l. 3. tit. fin. infra eo.*

IN LEGEM TERTIAM.

SVMMARIVM.

Medici in acutis maximè infirmitatibus infirmos ad confitendum monere tenentur sub nostri tex. pœna.

QVE SE CONFIESSEN. In eius propositum videnda sunt, quæ diximus *in l. penule. glo. 1. tit. 1. libro 1. supra.*

IN LEGEM QVINTAM.

SVMMARIVM.

Iudices ordinarij circa aliquos excessus in hac lege contentos prouidere tenentur de remedio.

RECEPTAS EN ROMANCE. Imo & deberent receptas tales sua manu, & firma signare, prout de iure consonum videtur *ex dictis per Ias. in repet. l. admonendi. num. 121. & 122. ff. de iureiur.* Ordo habendus in licentijs præstandis por hos Protomedicos ad curandum, & habendum pharmacopolia, apponitur, *per le finalem nostri tituli nouiter in eo insertam.*

IN LEGEM SEXTAM.

1 *Cirurgia est vna pars Medicina, quæ in tres diuitur. nu. 1.*

SVMMARIVM.

Ordo habendus in licentijs per protomedicos dandis ad curandum proponitur in lege nostra.

IBI. AÇVRVJANOS. Qui Chyrurgi appellantur, & scientia eorum Chyrurgia, vulgo, *çurugia*, quæ est vna pars Medicinæ: † nam Me- 1
dicina in tres diuiditur partes tempore, quo Erasistratus & Herophibus artem Medicinæ exercuerunt, vt vna esset, quæ victu: altera quæ medicamentis: tertia, quæ manu mederetur, vt refert *Tiraq. de nobilitat. c. 31. num. 59. cum aliquibus sequent.*

bus sequent. & num. 523. tractat, an sit ars Mœcanica. & illiberalis.

IN LEGEM SEPTIMAM.

SVMMARIVM.

Ponitur in præsenti ordo habendus circa examen Medicorum Chyrurgorum, & Pharmacopolarum.

SAlubris lex & necessaria est hæc pro bono communi & publico totius Regni, si cum rigore seruatur, prout debet seruari, tanquam necessaria hominum saluti & eorum conseruationi, & plura capitula huius legis sunt etiam apposita in legibus præcedentibus, vbi aliqua diximus.

TITVLVS DECIMVSSEPTIMVS,
De los Barberos flotomianos.

ET cum superiori titulo de Protomedicis & Medicorum, & Chirurgorum examinatoribus dictum sit, nunc & consequenter de Barbitonsoribus sequitur, & examinatoribus eorum, cum officia, & artes hę sint quodammodo connexa.

IN LEGEM PRIMAM.

SVMMARIVM.

Apponitur in præsenti ordo hadendus per Barbitonsores & examinatores maiores Regia altitudine approbatos, & positos ad examen Barbitonsorum, & personarum aliarum hic contentarum.

SIN SER EXAMINADO Nam ante approbationem magister fieri non potest, *l. siquis. C. de profes. & med. libro* 10. neque officinam habere poterit, nam Reip. interest, vt sint aliqui in populo in arte periti, & in officio versati, ad quos occurratur, qui neque fallant, neque fallantur, *vt l.1. & 2. C. de ponderator. & auri illatori. lib.*10. *per Doct. in l.*1. *C. de excus. art. eo. lib.* In propositum tamen nostræ legis vidi dictum singulare & nouum tactum & assertum per Petrum Castalium, *in l. fœminæ ff. de senatori. ad ampliationem ipsius l. fœminæ*, scilicet, quod si Barbitonsor magister examinatus & publicè officinam habens, & officium exercens reliquerit vxorem viduam, quod potest vxor illa vidua officium exercere per seruos suos idoneos etiam nondum examinatos, quasi etiam hoc priuilegio mariti gaudeant vxores viduæ: inquitque ipse Petr. Castal. *ibidem*, semel sic fuisse iudicatum in senatu & curia Parisiensi, & quod idem erit in viduis aliorum officialium, in quibus simile examen requiritur, vt officia exercere possint sine pœna, etiam si per statutum non examinati prohibiti sint alia officia exercere sub pœna, quod nunquam vidi per alium tactum. Et est optimum & singulare ad nostrum tex. & similes. Maximaque est authoritas illius senatus, neque obstabunt dicta per Auiles, *in proœmio. c. Prætorum, numero* 18. *fol.* 3. vbi inquit priuilegium, & immunitatem personæ mariti competentia in vxorem viduam suam non transire, nam exclusimus eius dictum *in l.*9. *gl.*3. *tit.*11. *lib.*2. *supra.*

De titulo 18. & finali si bene memini vidi pragmaticam quandam factam Madritij post recopilationis huius promulgationem. Et notandum est quod veterinarius sua culpa damnificans in officio suo bestiam aliquam tenetur de damno, *secundum tex. in l.*10. *tit.* 8. *p.* 5. neque potest eam deserere, vsque dum sana sit, vel moriatur, aliàs tenetur, *secundum tex. in l* 9. *tit.*15. *p.*7. Et de ijs diximus sub legibus aliquibus, *tit.*16. *lib.* 2. *supra.*

Quibus omnibus, & is titulus, & ij tres libri primi finiuntur ad laudem & gloriam Dei, eiusque beatissimæ matris, cui hęc & omnia offerimus, & dicta sint protestamur sub correctione sacrosanctę matris Ecclesiæ. Alia quamplurima dici possent, & quamplura alia iura, & Doctores allegari: veruntamen, quia sub breui allegatione modernorum nostrorum continentur, eorum allegatione multoties pertransiui, cum non debeant esse minoris authoritatis, quam alij scribentes, neque in minus haberi, sed honorandi sunt qui eos allegant, neque furtiuis allegationibus eorum libros occupant tacitis relatoribus, prout in scholis, & in tribunalibus fieri assolet per aliquos gloriam aliorum sibi captantes. Parcat doctissimus lector, & errores corrigat & emendet. Sequentem tomum breuissimè emittam in lucem.

FINIS.